Digitized by Google Распознавание текста

C 550.4

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google
Распознавание текста

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ, TOMUS XLI.

S. EPIPHANIUS CONSTANTIENSIS IN CYPRO EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google Распознавание текста

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

SÆCULJM V.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. EPIPHANII

CONSTANTIÆ IN CYPRO EPISCOPI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

DIONYSIUS PETAVIUS AURELIANENSIS,

SOCIETATIS JESU THEOLOGUS,

EX VETERIBUS LIBRIS RECENSUIT, LATINE VERTIT ET ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRAVIT.

(Paris. MDCXXII; Colon. [Lipsiæ] MDCLXXXII.)

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT TRIA VOLUMINA 25 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

Digitized by Google Распознавание текста

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XLI CONTINENTUR.

S. EPIPHANIUS CONSTANTIÆ IN CYPRO EPISCOPUS.

Adversus hæreses. Hæres. I-LXIV *Col.* 173-1199

HARVARD COLLEGE LIBRARY

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY NOV 4 1916

8626
4

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

NOTITIA IN S. EPIPHANIUM

(J. Albertus Fabricius, *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, tom. VIII, p. 255, Hamburgi 1802.)

I. VITA SANCTI EPIPHANII.

S. Epiphanius, Palæstinus Eleutheropolitanus, linguarum (*a*) Hebraicæ, Syriacæ, Ægyptiacæ, Græcæ et ex parte Latinæ peritus, factus est episcopus Constantiæ (quæ antea Salamis), in insula Cypro ab A. Chr. 367, ubi tanta sanctitatis laude vixit, ut ante A. Chr. 647 Epiphanii nomine templum jam a Cypriis consecratum fuisse constet ex Anastasii Sinaitæ quæst. XCIV, quod a Sabino, ejus discipulo, suscitatum et universæ evangelicæ historiæ picturis decoratum narrat Theodorus Studita (*b*) in *Antirrhetico* secundo, pag. 130, tom. V Opp. Sirmondi, et synodus VII, act. 6. Multa de eo narrantur miracula. Obiit in itinere (*c*), proximus vel etiam major centenario, A. Chr. 403, die 12 Maii. Vita quæ sub Joannis et Polybii, discipulorum Epiphanii, nomine fertur ex Sim. Metaphraste (Latine apud Lipomannum, tom. VI, pag. 35, et Surium ad 12 Maii), Græce et Latine tom. II Epiphanii edit. Petav., p. 318-353-383, exiguam fidem meretur et longe juniorem scriptorem arguit, ut agnoscunt viri docti, et jam pridem Baronius ad A. Chr. 372, n. 110, professus est, *auctorem esse mendacem, multaque finxisse*. Confer. Dan. Papebrochii responsionem ad exhibitionem errorum Sebastiani a S. Paulo, artic. XII, § 9, et in *Actis Sanctor.* t. III Maii, die XII, pag. 36 seq. (*infra col.* 115). Videndus etiam de Epiphanio Julius Bartoloccius tom. I *Bibliothecæ rabbinicæ*, p. 424 seq., et D. Spizelius, *Academia vet. Jesu Christi*, pag. 105 seq. Ineditum Græcum scriptorem *Vitæ* Epiphanii nostri laudat et ex eo aliquid profert Cangius in δύο δύο et alibi. Fabr.—Vitam quæ sub nomine Joannis et Polybii circumfertur, parum fidei mereri, etiam affirmant Tillemont. in *Mém. ecclés.*, tom. X, part. III, pag. 803, ed. Par. 1705, 4°, not. 1 (qui a pag. 484-521 persecutus est vitam scriptaque Epiphanii: pag. 802 seqq. scripsit *Notes sur saint Epiphane*); Oudin. in *Comment. de scriptor. eccles.*, tom. I, col. 527 seq.; Caveus in *Histor. litter. scriptor. eccles.*, vol. I (Basil., 1741, fol.), p. 231 seq. (cui quidem Epiphanius parentibus videtur ortus esse Judæis, quod auctor *Vitæ* memoratæ tradit; quem tamen ipse Caveus incerta, ne dicam magnam partem fabulosa narrare judicat); Jacq. G. de Chaufepié in *Nouveau dictionn. historiq.*, tom. II, voc. *Epiphane*, not. *A*, qui not. *B* de Epiphanii scriptis horumque editt. copiose agit; et alii. Multa dici possent de odio ejus adversus Origenis dogmata ejusque inde ortis cum Joanne, episcopo Hierosolymitano, et Joanne Chrysostomo, episcopo Constantinopolitano, litibus rixisque immodestis, de ejus ingenio acerbo et violento, stylo haud polito placitisque, de ejus virtutibus et vitiis: sed brevitatis studio, nolo repetere quæ uberius exposuerunt præter memoratos viros doctos, Hieronymus *De viris illustr.*, cap. 94, ibique adnotatores; L. Ell. du Pin in *Nouv. Biblioth.*, tom. II, pag. 295 seqq. (contra Scultetum, qui in *Medulla theologiæ Patrum*, p. 711 seqq., Francof. 1634, 4°, Epiphanium tanquam adversarium disciplinæ pontifici Rom. addictorum, saltem dissentientem sistere studuit, acerbe disputat); Stolle in *Nachricht von den Kirchenvät.*, p. 325 seqq. (qui multos alios laudat); R. Ceillier in *Hist. gén. des aut.*

(*a*) Hieron. *contra Rufin.*, n. 22. Adde Petav. ad Epiphan.

(*b*) Verba Theodori sunt: Ἐπιφάνιον ἴσμεν καὶ ἅγιον καὶ μέγιστον ἐν θαυματουργίαις οὗ νεὼν ἤγειρε μετὰ πότμον Σαβῖνος ὁ ἐκεῖνος (*interpres vertit* domesticus, *quasi legerit* οἰκεῖος) αὐτοῦ μαθητὴς διαγεγραμμένον ἐκ πάσης εὐαγγελικῆς ἱστορίας. Ibidem meminit orationis, quam in laudem Epiphanii habuit Leontius, Neapoleos in Cypro episcopus: Ἀλλὰ γὰρ καὶ Λεόντιος ὁ τῶν λόγων τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἐξηγητὴς ἐν αὐτῇ τῇ Κύπρῳ τῆς ἐκκλησίας Νεαπόλεως ἀρχιερατεύσας, περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, ὁποῖος ἦν ἀκράδαντος, ὁ περὶ αὐτὸν λόγος διδάσκει τρανώτατα, μηδὲν περὶ τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἀπηχὲς φθεγξάμενος. Synodus VII sive Nicæna secunda, tom. III Binii, pag. 654: Καὶ γὰρ ναὸν ἀνεδείμαντο ἐν τῇ Κυπρίων νήσῳ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὀνομάσαντες αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς (Ἐπιφανίου) καὶ μετὰ πολλῶν εἰκονικῶν στηλογραφιῶν καὶ αὐτοῦ εἰκόνα ἐν τῷ ναῷ ἀνέθηκαν. Fabr.—De cod. S. Evangelii, manu Georgii, sacerdotis Rhodii, *in templo Magni Epiphanii* reposito, v. Montfaucon. *Palæogr. Gr.*, pag. 63. Harl.

(*c*) Socrates VI, 14; Sozom. VIII, 15; Nicephor. XIII, 13, *Hist.* — Unica ratio, unde annus natalis S. Epiphanii circiter potest derivari, est locus S. Hieronymi, qui A. 392 scripsit lib. *De scriptor. eccles.*, cap. 114, eum *extrema jam senectute* degere, quæ verba in viro, qui decennio post labores adhuc longinqui itineris maritimi suscepit, LXX fere aut LXXX annum indicare videntur. Cf. de sensu verborum istorum B. Montfaucon. in *Vita S. Chrysostomi*, Opp. t. XIII, p. 93, col. 2. Fessler, *Instit. Patrol.*, tom. I, p. 633.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

eccles., t. VIII, p. 631 seqq.; Dallæus *De vero usu Patrum*, p. 272, aut ed. Genev. a. 1632, p. 138-376 seq.; J. G. Walchius in *Hist. eccl. N. T.*, p. 1322 seqq.; Christ. Frid. Rœsler in *Bibliothek der Kirchenväter*, part. VI, sive periodi II, part. II, pene tota, in qua *Ancoratus*, præcipue *Panarii* summam dedit, doctasque adjecit observatt.; Anonymus (abb. Jacq.-Gervais, qui multa bene docteque, multa vero prave et nimio partium studio abreptus scripsit, et pag. 405 seqq. Scultetum mem. copiose refutare aggressus est) in : *L'Histoire et la vie de S. Epiphane, avec l'analyse des ouvrages de ce saint, son apologie contre les protestants, et des notes critiques et historiques*, Paris. 1758, 4°; J. Matth. Schröckh, *Christl. Kirchengesch.*, part. X, pag. 1 seqq., ut alios historiæ ecclesiasticæ conditores prætermittam. — A Photio in narrat. *De Manichæis repullulantibus*, edita a Montfaucon. in *Bibl. Coislin.*, pag. 349 seqq., dicitur pag. 354, Ὁ πολὺς ἐν θαύμασιν Ἐπιφάνιος.— *Vita Epiphanii*, auctoribus Joanne, Epiphanii discipulo, et Polybio episcopo civitatis Rhinocurorum, in reliqua vitæ Epiphanii, in cod. 9, qui continet vitas et politias quorumdam Patrum, n. 5 et 6, plut. 11, bibl. Laurent. Medic., teste Bandin. in *Cat. codd. Gr.* illius bibl. I, pag. 503, et ibid., p. 100, de cod. 4, plut. 6, sub fin., inter Vitas sanctorum est excerptum ex *Epiphanii Vita*. — *Vita et miracula Epiphanii Constant.* in bibl. Bodlei. in cod. Barocc. 240. — Fragm. *Vitæ* in cod. Vindob. 251, qui locos Epiphanii aliorumque multorum communes aliaque continet, et a Lambec. V, p. 325 seqq., copiose recensetur. — *Vita Epiphanii* et loca ex ejus libris in Niconis *Collectione locorum S. S. et scriptor. eccl.*, in cod. Coislin. 37 (Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 111). — Ex *Vita* ejus loca in cod. 117 et 122 (id. ib. pag. 191 et 198). — In cod. Mosquensi synod. 41, *Vita Evivhanii, et Polybii episc. in Epiphanium* (v Matthæi *Notit. Codd. Mosq.*, p. 61), etc. HARL.

II. ALII EPIPHANII.

Ab hoc distinguendi : 1. Epiphanius, patriarcha Constantinopolit., ab A. Chr. 520-535, de quo multa in *Vita S. Andreæ* τοῦ Σαλοῦ apud Papebrochium, tom. VI Maii (*a*). Illius et Hormisdæ pontificis epistolæ mutuæ leguntur Latine in *Conciliorum collectione* Biniana, tom. II, et Labbeana, tom. IV. Ejus decretum *contra Severum et Petrum* legitur in synodo V, tom. II Binii, pag. 755 (*b*). Ad hunc Epiphanium *Novellæ* Justiniani imp.

2. *Epiphanius Scholasticus* (*c*), circa eadem tempora clarus versione Latina *Historiæ ecclesiasticæ tripartitæ*, quam in compendium Cassiodorus (*d*) misit, et codicis encyclii (*e*) epistolarum synodalium A. 458 pro defensione concilii Chalcedonens. ad Leonem imp., qui in Labbei et Baluzii (*f*) *Conciliis* editus est (*g*). Videtur et idem elaborasse in transferendis, Cassiodori suasu, *Antiquitatum Judaicarum* libris Flavii Josephi, et Clementis Alex. *in Epistolas canonicas Adumbrationibus*, de quibus alibi dixi. Commentarium Didymi *in Proverbia* et Epiphanii, antistitis Cyprii, volumen breve *in Canticum canticorum* ab amico suo, viro disertissimo, Epiphanio, transferri se fecisse testatur Cassiodorus cap. 5 *Divinar. Lect.* Ejusdem Didymi *Expositionem* VII Epistolarum canonicarum, id. cap. 8. Sed hæ tres versiones editæ non sunt, quod sciam.

(*a*) Conf. Lambec., *Comm. B. Vindob.*, VIII, p. 804 seq., cum note Kollarii.— In cod. 114 Barocc. bibl. Bodl. est *Epiphanius patriarcha, De excommunicatione Latinorum per Græcos propter controversiam de processione Spiritus S.*— Monachii in bibl. Bavar. cod. 118 liber, quomodo et quando Latini a Græcis separati sint (*Cat. codd. Gr. Bav.*, pag. 50). — In Niceteæ Choniatæ Acominati *Panoplia*, cod. Baluz. Est in tomo X decretum Epiphanii, patriarchæ Constantinopolitani, et synodi ibid. congregatæ, contra Severum, Zooram et Petrum, Monophysitas, teste Montfaucon. in *Palæogr. Gr.*, p. 331. HARL.

(*b*) Vide infra de *Concilior.* editt. vol. XI, p. 424, ubi quoque memoratur indiculus directus a Joanne episcopo, vel ab Epiphanio presb. de Thessalonica : ibid. pag. 431 seqq. in *Concil.* edit. reg. tom. XI. Labbei tom. V et Harduini tom. II, an. 536, de actis concilii Constantinopolit. sub Mena, occurrunt Hormisdæ ep. ad Epiphanium Constantinopolitan.— Joannis Constantinopolitani epist. ad Epiphanium, Tyri episcop. — Epiphanii Tyrii et aliorum ad Joannem Constantinopolitan.— Sententia Epiphanii patriarchæ Constantinopolitani et synodi contra Severum et Petrum. — Canonum epitome, neque accurata, neque antiqua, nomine Epiphanii Constantinopolitani, ad Justinianum imp., titulis 136 Arabice, in cod. 118, 29, bibl. publ. Paris. V. *Cat. codd. Paris.*, tom. I, p. 114. HARL.

(*c*) Sigebert. *De script. eccles.*, cap. 12; Voss. *De hist. Lat.*, p. 237. FABR. — Conf. Fabr. *B. L. med. et inf. æt.*, tom. II, pag. 101 seq. ed. Mansi, ubi de *Historia tripartita*, de versione Lat. cod. encyclici, et versione Lat. *Antiqq. Judaic.* Josephi atque Clementis Alexandrin. *Adumbrationum*, quæ Epiphanio Scholast. a nonnullis tribuuntur, ac de editt. copiosius agitur. Item disseritur de eo ejusque scriptis a Guil. Cave lib. I, vol. I, p. 495; R. Ceillier, *Hist. génér. des auteurs ecclés.*, tom. XVI, p. 186; Hamberg. *Z. N.* tom. III, p. 354 seqq. ID.

(*d*) Cassiodor. *Divin. lect.*, cap. 18 et præf. ad *Hist. tripartit.* FABR. — Vide supra in vol. VII, pag. 425 seqq. et add. cod. chart. sæc. XV in bibl. S. Michael. Venet. teste Mittarellio in Bibl. codd. msst., p. 342, qui adnotat, in eo cod. varias lectiones non raro legi; et cod. Patavin. bibl. Patrum Eremit. indice Jac. Phil. Tomasino in *Bibl. Patavin. msstis*, p. 76. ID.

(*e*) Idem Cassiodor. c. 11.

(*f*) Qui Labbean. ed. contulit cum 2 codd. et restituit, quæ in Græc. ed. 1608 erant corrupta, atque Harduin. tom. II, p. 689. HARL.

(*g*) Epistolæ illustrium personarum pro concilio Chalcedonensi. Latine (interpr. Epiphanio) in Surii *Coll. concil.* 1562; Binii *Coll.* 1606, tom. II, p. 143, valde interpolatæ, decurtatæ et perperam auctæ in ed. concil. Rom. 1608. ID.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

3. *Epiphanius, diaconus Catanensis*, in Sicilia, qui interfuit synodo Nicænæ II A. Chr. 787. Fabr. — V. Mongitor. *Bibliothec. Siculam*, tom. I, p. 184, Cave loco citato, tom. I, p. 640, ad A. 787. Harl.

4. *Epiphanius*, Cypri archiepiscopus junior, cujus nomine A. Chr. 680 in synodo sexta, actione XVII', subscripsit Theodorus, Trimethuntis episcopus, ut Petavium Sirmondus monuit. Fabr. — Epiphanii, archiepiscopi Cypri, (num hujus jun. an tertii?) in *Hexaemeron*, Gr. in cod. Veneto D. Marci 64. Inc., Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς οὐρανούς, etc. Plura dabit auctor *Catal. codd. Marc. Gr.*, pag. 44. An ad hunc pertinet, quod infra n. 9 inter scripta Epiphanii Constant. perdita numeratur? Fabric. in indice sub h. v. Epiphanio Cypri episc. juniori, ascribit sermones, quos in sanctor. elogiis et vitis, vol. IX, pag. 94, 111, 113 et 129 indicat. Harl.

5. *Epiphanius*, Cypri archiepiscopus, tertius hoc nomine, de quo Caveus ad A. Chr. 870. Ejus epistola ad Ignatium, patriarcham Constantinopolitan., tom. III *Concil.* Binii edit. 1618, parte II, p. 731.

6. *Epiphanius*, monachus ac presbyter, ex cujus libello *De vita B. Mariæ Virginis* nonnulla affert Allatius ad Eustathii *Hexaemeron*, p. 285, et *De Simeonum scriptis*, p. 106; ex quo posteriore loco patet, diu post Andream Cretensem et Joannem Thessalonicensem scripsisse, quos sanctis Patribus adnumerat (*a*). Ejusdem *Περὶ τοῦ βίου, καὶ πράξεων, καὶ τέλους τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου* memorat Allatius *De Simeonibus*, p. 90, atque accepi exstare in bibl. regis Galliæ codice 2951, fol. 233. Nescio an ab hoc diversus statuendus sit Epiphanius, monachus Hagiopolita, sive Hierosolymitanus, de cujus *Periegesi Syriæ et urbis sanctæ* dixi lib. IV, cap. 2, § 18. Fabric. — In vol. IV, pag. 663, atque pag. 670, jam animadverti, cel. de Sainte-Croix Epiphanii monachi *Enarrat. geograph. Syriæ et urbis sanctæ* cum aliis geographis editurum esse. — Add. supra in hoc vol. pag. 99, Epiphanium presbyterum et Hagiopolitam, a Mingarellio pro uno eodemque haberi, paulo ante notatum est. A Maittario in *A. T.*, tom. V, part. I, sive indice, pag. 567, affertur liber inscriptus: *Expositio thematum Dominicorum et memorabilium, quæ Hierosolymis sunt; auctoribus et testibus oculatis, poeta Græco anonymo, et Epiphanio, monacho, S. urbis cive logographo minime spernendo. Fed. Morellus professorum et interpr. reg. decanus, Græca e bibl. Vaticana eruta et descripta recognovit, et politicos seu dithyramb. versus Græcos trimetris Lat. expressit. Index non inanis accessit. Lutet. ap. Fed. Morel. typogr. reg.* 1620, 4°. Eodem Maitt. ibidem observante, eorum editio in 8° eadem est, nisi ut in hac textus Epiphanii Græcus desideretur, et Nicephori Callisti Xanthopuli carmen a Fed. Morello versum, inseratur. Hujus editionis insigne, arbuscula rore rigata, cum lemmate:

Me non terra fovet, cœlesti rore viresco.

Harl.

7. *Epiphanius*, cui scriptum *De miraculo Eucharistiæ* tribuit Theophilus Raynaudus tom. VI Opp., p. 389. Vide infra inter scripta S. Epiphanii n. 17.

8. *Epiphanius diaconus*, ad quem S. Isidori Pelusiotæ epistolæ.

9. *Epiphanius, Pergæ episcopus*, qui subscripsit concilio Chalcedonensi. Alius episcopus Heracleanus, et alius item Tyriorum [v. ad n. 1] alius, cujus epistola ad Synodum V, tom. II Binii, p. 736.

(*a*) In cod. Barocc. 142, n. 20, bibl. Bodl., *Epiphan. monachi et presbyt. character B. Virginis et Domini nostri*; inc., Οἱ ἀφωρισμένοι τόποι, atque auctor *Catal. codd. Angliæ*, tom. I, p. 18, addit: *Idem, ut videtur, de dissidio quatuor evangelistarum circa resurrectionem Christi*; incip., Κατὰ Ἰωάννην Μαρία μόνη. — In cod. Coislin. 296, fol. 13, *Epiphan.*, etc., *De Vita sanctissimæ Deiparæ*. V. Montfaucon. *Bibl. Coislin.*, p. 413. Est eadem quam Fabric. infra, vol. IX, pag. 110, inter elogia et vitas sanctorum recenset uberius. — Idem Fabric. ibid. p. 54, scriptum quod incipit (uti citavit Allat. *De Simeonum scriptis*, p. 90): Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἀνεγράψαντο βίους, s. *Vitam S. Andreæ, apostoli*, auctore Epiphanio, monacho et presbytero, refert et jam citat Tillemontium tom. I *Memor.*, p. 341, qui acta fabulosa esse probat pag. 620 seq. ed. Paris. Add. Lambec. *Comm. de bibl. Cæsarea* tom. IV, pag. 302 seq., et tom. V, pag. 55 seq. — E cod. Naniano B edidit Gr. cum vers. Lat. et scholiis Joan. Aloysius Mingarellius in Amadutii *Anecdotis litter.*, tom. III. p. 39-83. *Serm. de vita sanctissimæ Deiparæ et de ipsius annis*, καὶ τῶν τῆς αὐτῆς χρόνων, haud eleganter, multo minus venuste scriptum. Tum sequuntur p. 84 seq. adnotatt. In prima statim nota, *Allatius*, ait, *in diatr. de Simeonum scriptis*, p. 106, *opusculi hujus titulum afferens legit*, Καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνων, *quæ verba Fabric. in Codice apocrypho N. T.*, p. 43, *sic vertit*, « *et de ejus vitæ temporibus.* » *Attamen, Græcis minus antiquis sæpe χρόνοι sunt potius* anni *quam* tempora. In procemio Epiphanium, presbyterum, auctorem illius sermonis et Epiphanium, monachum Hagiopolitam, unum esse eumdemque, ex styli similitudine colligit, nec ab eorum sententia, Epiphanium, presbyterum, esse quoque auctorem orationis in S. Andream apostolum, est alienus: ipsum autem Epiph. neque ante undecimum Christi sæculum, quia Hippolytum Thebanum, sæc. X aut XI viventem, citet, neque post decimum tertium, quia ex illo opusculo fragmentum protulisset Nicephorus Callistus, in *Hist. eccl.*, tom. II, cap. 23, adeoque sæc. circiter duodecimo in vivis fuisse, judicat. Mingarellius de eodem cod. egit in epistola ad Ægidium, fratrem suum, Bononiæ 1770, cum ineditum S. Gregorii Thaumaturgi sermonem in lucem proferret, et in *Cat. codd. Gr. Nanianorum* pag. 106, cod. 63, n. 40. Add. quæ scripsi in *Introd. in hist. L. Gr.*, II, 2, p. 259 seq. Idem Mingar. ibidem pag. 94, adjecit notis brevem *S. Andreæ Cretensis vitam s. elogium* e cod. Naniano 127. Harl.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

10. *Epiphanius*, episcopus Afer, de quo Martyrologia 7 April.

11. *Flavius Annius Eucharius Epiphanius*, sub Honorio et Theodosio præfectus urbis, A. C. 414, de quo Jac. Gothofredus ad *Cod. Theodos.* lib. v, *De domest. et protector.*, et Gruteri *Inscript.*, p. CLXX, 5

12. *Epiphanius monachus*, ad quem epistolæ S. Nili. Videndumque an diversus ab hoc Epiphanius lector, ad quem idem Nilus scribit.

13. *S. Epiphanius, Ticinensis* sive *Papiensis episcopus*, qui magna apud Theodoricum regem gratia valebat, circa A. C. 490, cujus *Vitam* scripsit successor Ennodius. Vide Surium et Bollandum ad 21-22 Januar. et Sirmondi *Ennodium* tom. I Opp. Sirmondi, p. 1647 seq. Tillemont. tom. XVI *Memor. histor. eccles.*

14. *Epiphanius*, chartarius, sive chartularius comitis patrimonii, cujus meminit Ennodius VII, 1 et 10 epist.

15. *Epiphanius Petræus*, Syrus, Juliani et Ulpiani, rhetorum, discipulus, qui et in patria et apud Athenienses docuit. De illo Eunapius et Suidas (*a*), qui scripta etiam recenset, *Περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων Προγυμνάσματα*, *Μελέτας*, *Δημαρχικὸν*, *Πολεμαρχικὸν*, *Λόγους ἐπιδεικτικούς* et *σύμμικτα θεωρήματα*. Ejus hymnus *in Bacchum*. Sozom. VI, 25. Ad hunc Epiphanium Libanii epistolæ.

16. *Epiphanius, Mileti episcopus*, qui interfuit synodo septimæ, sive Nicænæ secundæ, una cum Epiphanio, episcopo Eleuthernæ et altero Λάμπης sive Lampæ, et Epiphanio Hegumeno, sive archimandrita Paranandi, et Epiphanio diacono Catanensi, episcopi Sardiniæ vicario, qui sermonem panegyricum finita illa habuit, qui Latine exstat tom. III Binii, pag. 708.

17. *Epiphanius, Selybriæ in Thracia episcopus*, quem Suidas narrat scripsisse *Λόγον ἀντιῤῥητικὸν* adversus Iconocautas, sive eos qui imagines cremabant.

18. *Epiphanius patriarcha*, De origine dissidii inter Græcos et Latinos, ex quo profert nonnulla Allatius, *Contra Creiygthonum*, pag. 377, 571.

19. *Epiphanius Alexandrinus*, sacrorum Osiridis et dei Αἰῶνος, sive Ævi, interpres, de quo Damascius apud Suidam. FABR.

Ab *Epiphanio* nescio quo, nec Lambecio in *Comment. Bibl. Cæsar.*, IV, pag. 364, satis cognito, in cod. 164, n. 4, proponuntur cuidam S. viro *Quæstiones variæ ex S. S.* et ad illas memorati viri sancti *responsiones*. Inc. sine ulla inscriptione, Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος παραλαβὼν τὸν μακάριον, ἔρχεται εἰς τὸν ἅγιον Ἀγαθονίκην.

Ad *Epiphanium* filium scripsit Theo, Alexandrinus, *Expositionem s. syntagma secundum in expeditos Ptolemæi canones*. V. infra vol. VIII vet. ed., pag. 212, et Baudini Indic. ad *Cat. codd. Gr. Laur.*, voc. *Theonis*.

Epiphanius (an Theonis filius?) et *Andreas Περὶ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν*, Græce, in cod. II Ge. Wheleri in *Catal. codd. Angliæ*, etc., II, pag. 357, n. 9073. *Epiphanii*, *Nemesii episcopi*, fragm. ἐκ τοῦ *Περὶ φιλανθρώπου*, in *Florilegio*, etc., in cod. Naniano 132, pag. 307 *Catalogi*. HARL.

III. EDITIONES S. EPIPHANII.

Græce primum *Ancoratum*, *Panarium*, *Anacephalæosin* et librum *De mensuris ac ponderibus* edidit J. Oporinus ex codice quem Melanchthon et Joach. Camerarius a J. Lango, Erfurdiensi, acceperant. Basileæ J. Hervagii sumptu et typis a. 1544, fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri et Dan. Heinsii passim notata fuit in bibl. Nic. Heinsii. FABR.—Est quoque exempl. in bibl. acad. Erlang.—*S. Epiphanii Opp.* cum collat. codd. et notis mss. exstant in bibl. Ed. Bernardi, secundum *Cat. codd. Angliæ*, etc., II, pag. 227, n. 7421; in Bibl. autem Leidensi, Epiph. Opp. Græc. Basil. 1544, et eadem Lat. per J. Cornar., ib. 1578, fol., cum multis Jos. Scaligeri notis, margini ascriptis. V. *Cat. bibl. Leid.*, p. 39. HARL.

Latine eadem quatuor Epiphanii scripta ex Jani Cornarii versione prodierunt primum Basileæ A. 1543, fol., edente eodem Oporino. Nam editiones Basil. anni 1533 et 1540, quas Elias du Pin et Guil. Caveus post Possevinum memorant, nusquam exstant, ut recte observat Casp. Sagittarius in *Introductione ad hist. eccles.*, p. 794. Et apud Gesnerum male excusum 1533, pro 1543. Cæterum in editionibus Basil. A 1545, 1560 (*b*), 1578, fol., Paris. 1564, 8°, apud Andoenum Parvum, accessit libellus *De vita propheta-*

(*a*) Et Eudocia in Ἰωνιᾷ, p. 165, ubi legitur δημάρχους. HARL.

(*b*) In ed. a. 1560, in fronte scriptum est : *D. Epiphanii — contra octoginta hæreses opus — Jano Cornario — interprete. — Una cum aliis ejusdem D. Epiphanii operibus, partim nunc demum ultra supe-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

rum ex versione Albani Torini, et *Epistola ad Joannem Hierosolymitanum episcopum*, S. Hieronymo interprete. Et in edit. Paris. 1566, fol., Theodoretus *De hæreticis fabulis*. Hinc Seb. Cramoisius in sua editione Paris. 1612, fol., non modo Cornarii versionem ex observationibus Jac. Billii lib. I, c. 18, et lib. II, c. 13, variis in locis emendari curavit, sed etiam adjunxit Græce et Latine *Physiologum* et sermonem *in festum Palmarum* cum versione et notis D. Consali Ponce de Léon, Hispalensis, et Homiliam *De sepultura Christi* cum versione Stanislai Phœnicii.

Editiones Græco-Latinæ (*a*) : 1. Parisiensis, sectionibus sive capitibus distincta, cum versione et eruditis notis Dionysii Petavii, S. J., qui præter edit. Basileensem usus est codice regis Galliæ et variis lect. cod. Vaticani, quas Andreas Schottus cum illo communicaverat, 1622, fol., duobus voluminibus, quæ editio a Labbeo recensetur. Quod porro Salmasius ait, *nullam paginam versionis Petavianæ insignibus aliquot erratis vacare*, iniquius dictum videri possit, nisi majore etiam iniquitate Petavius Cornarii versionem conculcasset ut *barbaram insulsamque*, quo nisi præeunte, dubito an unquam Epiphanii versionem ausus fuisset vel absolvisset. Plura loca, a Petavio minus recte intellecta, illustrant Salmasius ad Solinum, qui feneum interpretem p. 432 vocat, et de transsubstantiatione pag. 55, 540, et de coma pag. 92, in primis sub Francisci Franci nomine contra Cercoetium sive Petavium, pag. 73 seq., etc. Gataker toto capite 36, in quo etiam permulta Epiphanii loca emendantur, *Adversar. posthum.*, et *ad M. Antoninum*, pag. 48, 135, 155, etc. Rich. Montacutius in *Apparatu ad origines ecclesiasticas*, pag. 191-206, et in *Originibus*, tom. II, pag. 11 seq. J. Croius in *Specimine conjecturarum ad quædam loca Origenis, Tertulliani, Irenæi et Epiphanii*, Paris. 1632, 8°, et in *Observatt. sacris*, pag. 147, 156, 160. Pearsonius *Prælect. ad Acta apost.*, p. 51; Dodwellus *De successione pontificum*, p. 298 seq.; Cotelerius, p. 220, ad Chrysost. *in Daniel.* et ad Damasceni *Hæreses*, atque in aliis scriptis; *Acta Sanctor.* Junii tom. I, p. 19. *Cangius* in Συμψέλλιον, etc. Omitto Jacobi de Ardenna, decani Cestriensis, castigationes in Epiphanium et Petavium de sacra Eucharistia, de cælibatu sacerdotum et de orationibus pro defunctis, Lond. 1683, 4°. Albaspinæum narrat Rich. Simon, tom. I Epist. select., pag. 12, minatum fuisse, se effecturum, ut quædam in notis Petavii publica censura condemnarentur : quod tamen non effecit.

2. Lipsiensis A. 1682 (*b*), fol., quæ Coloniæ nomen præfixum gerit, et ad verbum Parisiensem exprimit, additis, quæ in illa desiderantur, Henrici Valesii oratione in obitum Petavii et elogio ejus atque scriptorum elencho ex Nathanaelis Sotuelli *Bibl. Jesuitica*, et Petavii elencho dispunctiuncularum Maturini Simónii *De pœnitentiæ ritu veteri in Ecclesia*, sive *Appendice ad Epiphanianas animadversiones*, edita primum Paris. 1624, 8°, et Gabr. Albaspinæo inscripta, atque capitibus miscellanearum exercitationum, Salmasio oppositis, et ad calcem operum Juliani, Paris. 1641, 4°, pridem vulgatis. Memini, me ex B. Ittigio audire, Jacobum Thomasium, prolegomena nova huic Epiphanii editioni præmissurum, multa, ad illum facientia, collegisse, sed illa deinde, nescio quam ob causam, prætermissa. Etiam in *Actis erud.* 1682, pag. 94, legas, editorem addere voluisse, quæ Salmasio sub Antonii Kerkoetii nomine Petavius respondit, sed id facere veritum, quod Petavius ipse nomen suum illis præscribere noluisset. Fabr. — Hamberg. l. c. pag. 7 adnotat, quæ, Jac. Thomas. in Prolegg. præmittendis, a Fabr. memoratis, de Epiphanii editt. nonnullisque ejus scriptis collegisset, ea a J. Gottl. Krause in *Umständliche Bücherhistorie* p. 262 esse publicata. Add. J. Fabr. in *Histor. bibl. Fabr.*, I, p. 116 sqq., ubi multus est de ed. Colon., de Epiphanio, ejus scriptis, erroribus et alios laudat. VV. DD. Harl.

Editiones promissæ et codices mss.

Pransos paratos in Epiphanium commentarios habere se et novam illius scriptoris editionem curaturum professus est Petrus Lansselius in præfat. *Dispunctionis calumniarum*, quas vocat, *Casauboni ad quædam S. Justini martyris loca.*

Multis locis emaculavit Epiphanium Joannes Croius, multa correxit Joannes Pearsonius, Cestriensis episcopus, teste Caveo, quæ forte aliquando in lucem proferentur. Commentarium suum in Epiphanii *Panarium* memorat Eduardus Bernhardus Notis ad Josephum, pag. 323.

Epiphanii *Panarium* elegantissimis characteribus ms. se esse nactum scribit Caspar. Barthius notis ad Claudianum poetam, pag. 243 editionis Hanov. 1612, 8°, quam juvenis admodum edidit. Codicem ms. in bibl. publica Ienensi laudat W. Ernestus Tentzelius in *Dialogis menstruis*, Germanice editis A. 1692, pag. 883. Fabr.— Jac. Colletum moliri novam Epiphanii edit., in qua præcipue *Panaria* ex cod. Veneto Marc. 125 infinitis locis emendentur, prodit Villoison in *Anecd. Gr.*, II, p. 245. Per hanc occasionem

riorem editionem adjectis, partim etiam multo quam antea emendatioribus, quorum catalogum versa pagina ostendet. — Basil. per Joannem Oporin. et Hervagium. At in pag. versa excusum est : *Epiphanii epist. ad Joannem Constantinopolitanum episc.*; sed a manu docta in exemplo quod exstat in bibl. Erlang. correctum est *Hierosolymitanum*, et ita recte excusum legitur pag. 585 edit. Harl.

(*a*) Plura etiam loca in versione Cornarii castigat Latinus Latinius, *Bibliotheca sacro-profana*, p. 119.

(*b*) In Cat. Askew., p. 57, n. 1581, edit. Colon., 2, forsan per errorem typothetæ citatur a. 1552, Add. quæ scripsi in *Introd. in histor. Lat.-Gr.*, II, p. 257 sq. Id.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

nominabo primum codd. nonnullos, in quibus plura Epiphanii scripta sunt conjuncta, vel obiter citantur. Alios singulorum scriptorum codd. deinceps partim singulatim memorabo,—partim ad n. 1.—Secundum Montfaucon. *Bibl. bibliothec. mss.*, I, p. 123 A, in B. Vaticana *Epiph. de religione Christiana*, id. *In Cantic.*—In bibl. Mediol. Ambros., Epiphanii p. 513, *Epiph. de paradiso*, et alia, it. *Vitæ* frag. — P. 496, *In sepulcrum Christi; De mensuris et ponderibus; In die Palmarum sermo;* opusculum *De azymis; In die Paschatis sermo;* excerpta ex eodem *De Græcorum differentiis.*—Pag. 619 E, in bibl. Scorial. regis Hisp., *Epiphanii sermones varii, De XII lapidibus ad Diodor. Tyrium; De sepultura Christi* (add. Plueri *Itiner. per Hisp.*, p. 167).— P. 697 D, E, bis in bibl. Sfortiana, *Epiphanii sermo in sepulturam Domini et in Joseph ab Arimathia, et in descensum ad inferos.* — P. 702 C, E, in eadem bibl., *Epiphan. de signo crucis quæ apparuit Constantino M.* et serm. *In sepulturam Domini* (rursus p. 704 C) *et descensum ejus ad inferos;* et p. 707 A, in eadem bibl., *Epiph. De adventu Christi, et de passione ejus auctoritates S. S.*—Mosquæ num (uti alicubi legere me memini) in bibl. synod. scripta Epiph. adhuc inedita lateant, alii inquirant. In Schiadæ quidem *Catal. codd. Gr.* in bibl. synodali, pag. 58, generatim memorantur *Epiphanii Cypri, Anastasii Sinaitæ et aliorum varia theologica.*—In cl. Matthæi *Notitia codd. Gr. Mosq.*, præter orationes quasdam et fragmenta in catenis, nullius scripti inediti Epiph. mentionem reperi. Forsan vir ille doctus in pleniore catalogo quædam in lucem producet. HARL.

IV. SCRIPTA GENUINA QUÆ EXSTANT.

1. *Ancoratus*, tom. II, p. 1. Ἀγκυρωτός, veluti ancora quædam fidei, ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νοῦν ἄγουσα. *Expositio fidei catholicæ adversus octoginta hæreses breviter asserta*, scriptaque ad Tarsinum, Matidium, Numerium aliosque presbyteros et monachos, Suedris Pamphyliæ degentes, et ad Palladium ac Severinum, magistratus, anno Diocletiani XC, Valentis X, Gratiani VI, ut diserte traditur tom. II, pag. 1 et 123, hoc est A. C. 373 (*a*). Hic liber ab Epiphanio dictatus et ab Anatolio quodam, qui pag. 125 nomen suum non dissimulat, calamo exceptus, memoratusque Sozomeno VIII, 15, Græce et Latine cum versione et notis Viti Amerbachii, et quibusdam Joan. Chrysostomi homiliis prodiit Augustæ Vindel. 1548, 8°. Photius *Ancorati* meminit, vocatque summam Πανάριων, cod. 123; quæ descriptio rectius convenit Ἀνακεφαλαιώσει, de qua inferius num. 3. Ex capite 12 et 16 *Ancorati* excerpta sunt quæ insta memorat Lambecius, III, p. 163, 164. FABR. — In edit. Kollar. p. 486 sq. de cod. Cæs. 89, n. 23, est fragm. ex *Panario*, et quidem ex refutatione hæreseos LXXVIII, Antidicomarianitarum appellatæ, de Josepho, sponso Mariæ et de ejusdem liberis ex prima uxore, Salome. Id fragmentum ms. observat Lambecius, non mediocriter differre ab edit. Epiphanii, Paris. 1622, p. 1039. — In cod. Cæsareo 77, n. 68 et 69, sunt ex *Ancorato* c. 12 et 16, excerpta, s. explicationes Ep. Pauli ad Cor. I, II, vers. 10, et Matth. XXIV, 36, ac Marci XIII, 32. Lambec., III, p. 405, et Kollar. not. In cod. 127, n. 4, est liber I *Panariorum*, ita ut librarius in aliud opus Epiphanii, Ἀνακεφαλαίωσιν, transiliret, delibatis ex eo Meletianis, etc., quod uberius ostendit Kollar. in *Supplem. ad Lambec.*, p. 738 sq.; tum, eodem admonente sequitur, n. 6, hæresis Epiphanii LVIII, s. LXXVIII, quam Antidicomarianitarum (*b*) vocat, et n. 7, hæresis LXVIII, sive LXXX, contra Massalianos (*c*), quibus conjunguntur Martyriani, qui e Græcis sunt, et Euphemitæ ac Sataniani. N. 13 ac 15 est sylloge variorum quæsitorum, in sacras potissimum Litteras, ex Epiphanio, Anastasio, Theodoreto multisque aliis excerptorum. — Ex Epiphanii *Panario* atque *Ancorato* et *De XII lapidibus* ejusdem sunt loca in Anastasii *Quæstionibus ac responsionibus*, etc., in cod. Coislin. 115, et locus e *Panario*, in cod. 120, teste Montfauc. in *Bibl. Coislin.*, p. 188 et 193. Eodem auctore in *Diario Ital.*, p. 365, *Epiphan. de hæresibus*, Florent. in cod. bibl. eccl. Annuntiat. — Florent. in bibl. Laurent. in cod. 4, plut. 6, qui continet expositiones sacrorum præceptorum, Epiphanii occurrunt loca plura ἐκ τῶν *Κατὰ αἱρέσεως τῶν λεγομένων Ἀποστολικῶν*, etc., tum ἐκ τῶν *Πανάριων* et ex I bro *Περὶ πίστεως λόγου* (Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, pag. 98 sq.)—In cod. 12, plut. 6, reperiuntur 1, *Synopsis Ancorati;* 2 et 3, *Epistolæ ad Epiphanium;* 4, *hujus responsum, quod universam fidei doctrinam, s. ancoram*, etc., *complectitur.* In hoc cod. *Ancora* constat 118 capp., quibus *Panarii* pars, tum partes lib. *De mensuris ac ponderibus*, et *Interpretatio nominum Hebraicorum* adnectuntur, cum uberrimis scholiis margin., præcipue in *Expositionem fidei*, quorum unum reposuit Bandin. libr. memor., I, pag. 118. — In cod. 16, plut. 9, qui *Nili monachi varia* continet, sunt plura ex *Ancorato* excerpta. (Bandin., I, p. 413.) —Et in cod. 1, n. 24, quædam ex libro I *De hæresibus* (Band., I, p. 469).—In cod. 21, plut. 59, fragment.

(*a*) Tillemont. l. c., *Not.* 3, docet, scriptum esse *Ancoratum* ante 25 Febr. a. 374. HARL.

(*b*) V. Walch, *Entw. einer vollst. Gesch. der Ketzereien*, etc., tom. III, p. 577 sq., et Lambec., VIII, p. 297 sqq.

(*c*) Conf. C. G. F. Walch l. c., III, p. 481 sqq., 486, 491 sqq., infra vol. IX, p. 392, not. de Photii cod. 52.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

operis *Ancora*, s. expositio, etc., inscripti; præmissis *Vita Epiphanii* et *Epistolis Matidii*, etc., *ac Palladii ad illum* (Band., II, p. 538). Denique in cod. 8, n. 20, ubi excerpta theologica de Spiritu sancto sunt collecta, laudantur quoque loca ex Epiphanii *Ancorato* (Band. III, p. 324). — Oxon. in cod. Barocc. 206, s. Anastasii *Quæstion. et respons.*, sunt loca ex Epiphanii *Ancorato*, ex libro *De lapidibus in pectorali sacerdotis*, et in aliis *de CXXII prophetis et prophetissis, et de XVI prophetis ac morte ipsorum.*— Paris. in bibl. publ. cod. 835, Epiphanii: 1, *Panarii* liber tertius; 2, *Ancoratus*; 3, *Panarii epitome*; 4, lib. *De ponderibus et mensuris.*—In Thomasi Josephi Mariæ *Institution. theologicis antiquorum Patrum* (III voll. Romæ ex typograph. congregat. De propaganda fide, 1709, 1710, 1712, 8°, et 1769, 4°) est in vol. tertio Epiphanii *Ancoratus, brevis expositio fidei catholicæ*, atque *Anacephalæosis*, Gr. ac Lat. cum variis emendatt. quibus Petavii editio erudite castigatur. V. Lips. *Act. erud.* A. 1714, m. Mart., p. 123 sq., et Fabr., infra in vol. XIII, p. 749 sqq. Summam *Ancorati*, *Panarii* atque *Anaceph.* fecit Schroeckh l. c., pag. 14-96, et excerpta dedit Roesler in *Bibl. der Kirchenväter*, tom. VI, p. 4 sqq. HARL.

2. Πανάριον, *arcula*, sive *canistrum*, plenum remediis adversus venena hæresium LXXX. Αὐτὸ τοῦτο Πανάριον εἴτ' οὖν κιβώτιον ἰατρικὸν, καὶ θηριοδηκτικὸν, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἱρέσεις ὀγδοήκοντα, αἵτινές εἰσι θηρίων εἴτ' οὖν ἑρπετῶν αἰνίγματα (s. δήγματα). Sic Epiphanius ipse, titulum operis sui explicans in *Anacephalæosi* et in *Epistola ad Acacium et Paulum*, presbyteros et archimandritas in regione Carchedonensis et Beroeæ Cœles Syriæ, a quibus ad confutandos hæreticos invitatus est anno Diocletiani XCII, Valentiniani et Valentis duodecimo, Gratiani octavo (*a*), hoc est A. C. 375, per epistolam, quam pertulit Marcellus quidam, et quæ cum Epiphanii responsione *Panario*, totum prius volumen in edit. Petav. implenti, præmittitur. *Πανάρια* vocant Anastasius Sinaita, Photius cod. 121, Suidas: Aretha[s] *in Apocalyps.* III et VI, Πανάριον βιβλίον. Mich. Glycas *Epist. ad Nilum monachum*, apud Allat. pag. 29, *De purgatorio*. Πανάριον Epiphanii codices et Œcumenius *in Epist. Judæ*, pag. 346. Laudant præterea hoc adversus hæreses opus plerique veteres, ut Hieronymus et qui ἱερὰν βίβλον vocat Theodorus Studita, lib. I, epist. 40. Ex Epiphanio librum suum *De hæresibus* excerpsit J. Damascenus. Igitur et in codice ms. Vindobonensi, apud Lambecium, VIII, p. 426 (*b*), Damasceni liber inscribitur *Τοῦ μακαρίου Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου διήγησις σύντομος τῶν ἐκτεθεισῶν αἱρέσεων πασῶν ἤτοι δογμάτων*. Secutus et Epiphanium Philastrius est, licet non laudet de nomine, uti nec Theodoretus, de quo vide, si placet, Garnerium in Auctario Operum Theodoreti, pag. 245, 489, 491. Augustinus vero non videtur *Panarium* Epiphanii legisse, neque Ἀνακεφαλαίωσιν, quam habemus, sed tertium aliquod de hæresibus opus, in sex breves tributum libellos, ut narrat in Præf. et hæresi LVII, ut adeo de hæresibus illis octoginta in pluribus scriptis suis disseruerit, nisi Ἀνακεφαλαίωσιν in sex libellos olim tributam fuisse dicamus, uti *Panarium* ipsum dividitur in libros tres, et libri singuli iterum in tomos, primus in tres, cæteri duo in binos, ut septem libri prodeant. Auditorem alloquitur Epiphanius hæresi LXIV, 5: Ὅπως γνῴης, ὦ φιλόκαλε ἀκροατά, perinde ut in libro *De mensuris ac ponderibus*, c. 2, ἐπίστασαι τοῦτο, ὦ ἀκροατά. Sic auctor redargutionis schismatis Anglicani, ab Hodio editus pag. 30, Παρατήρει δὲ καὶ σὺ πάλιν, ὁ

(*a*) Anno Gratiani nono, Valentis decimo tertio, Valentiniani junioris primo scribere se ait hæres. LXVI, 20, tom. I, p. 638. FABR.—Pagius in *Critic. Baron.*, ad. A. C. 375, n. 10, p. 427, tom. V, demonstravit, *Panarium* A. C. 374 scriptum esse videri. Vide Saxii *Onom.*, I, p. 425.—Conf. Schroeckh loco ante laudato, Bayl. *Diction.*, v. *Epiphane*, p. 43 sq., not. B, et Sculteti *Medull. theologiæ Patrum*, p. 549 sqq ed. Francof. HARL.

(*b*) Pag. 898 sqq. cum not. Kollarii. — In cod. Coislin. 34 est fol. 190 verso *Epiphanii De hæresibus*, i. e. pars ipsius *epistolæ ad Acacium et Paulum*: sequuntur summaria initio tomorum *Panarii* præfixa, usque ad hæresin Theodotianorum, quæ est VIII libri II, tom. I, fol. autem 195, Epiph. de hæresi Massalianorum sine initio, et eodem folio verso iterum de Massalianis ex Theodoreti *Hist. eccles.*, l. IV, c. 10. Est autem (uti adnotat et plura de argumento cod. disputat Montfauc. in *Biblioth. Coislin.*, p. 88) liber *De hæresibus* a Mich. Lequien assertus J. Damasceno, particulas memoratas ex Epiphanio et Theodoreto in suum librum ad verbum transferente. — Pariter Huetius *Philosophumena*, quæ sub Origenis nomine circumferuntur, Epiphanio nostro tribuit. Per hanc occasionem alios codd. in quibus *Πανάριον* exstat, omissis iis quorum mentionem ad n. 1 jam injeci, paucis commemorabo. — Venetiis in bibl. D. Marci, cod. 125 *Epiph. Panaria*. (*Cat. codd. Gr. Ven.*, p. 71.) Sed, animadvertente cl. Villoison. in *Anecdot. Gr.*, II, p. 244 sq., ille cod., ex quo infinitæ æque maximi momenti, lectionum varietates erui possint, non procedit, nisi ad lib. II, c. 2, *Panar.*, p. 605, ed. Petav., proinde desunt in illo tres *Panariorum* tomi. —In bibl. Coislin. cod. 363, fol. 141, ex *Panariis*, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου. Ibid. locus ἐκ τοῦ Ἁρίου αἱρέσεως tribuitur Epiphanio; contra in cod. 57, Athanasio. V. Montfauc., *Bibl. Coislin.*, p. 562 sq. — In bibl. Cæs. Vindob., cod. CLXVI, n. 1, Theodoreti *Interrogat. et responsionibus*, etc., intermixtæ et subjunctæ sunt expositiones Epiphanii ex *Panario* et aliorum.— In *Panario* (tom. I, p. 24 ed. Petav.) agitur de hæresi Samaritarum, et, ut in cod. 40, n. 16, est anonymi adnotat. historica de origine nominis Samaritarum. V. Lambec., VIII, p. 828.— In *Cat. codd. Angliæ*, etc., II, Londini in bibl. Sionensi cod. 4, s. n. 4008, catalogo hæreticorum, excerptisve e multis auctoribus præmissa sunt Epiphanii summaria et in cod. 1 Thom. Gale, s. n. 5835, est *Epiph. compendium De hæresibus.* — Paris. in bibl. publ. cod. 833, *Panariorum* libri II—et in cod. 853, n. 17, excerpta ex *Panario*. Ib.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἀκροατής. Quanquam vero Epiphanius neque in describendis hæresibus (*a*) semper satis accuratus est ut qui levibus auditiunculis quandoque fidem (*b*) habuit, atque adversarios gravat non raro sententiis vel consecutionibus, de quibus fortassis nunquam cogitarant, neque in confutandis erroribus semper æque felix est, nec solidis ubique argumentis militat (*c*) : tamen propter quamplurima notata egregie, et multa ex fide dignis hausta monumentis et antiquioribus scriptoribus testimonia atque observationes, merito a viris doctissimis (*d*) habitus est quidam antiquitatis ecclesiasticæ thesaurus, dignus utique, in quo exponendo eruditus aliquis et judicio pollens vir etiam post Petavium diligentem operam studiumque collocet. De incompta et salebrosa oratione multum Petavius et Dallæus (*e*) conqueruntur, et jam Photius notavit τῶν ῥημάτων καὶ τῆς συντάξεως τὸ ἰδίωμα in illo minus probari. Et tamen Hieronymus c. 114 *Catalogi* et ex eo Suidas scripserunt, Epiphanii volumina *ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitari.* In chronologia fere semper insistere eum vestigiis Eusebii monet Petavius in notis, p. 16, non raro tamen turbare et hallucinari, idem non uno in loco observat. Ad hæresin LI conferenda Ægidii Bucherii diss. *De paschali Judæorum cyclo.* Locum hæres. LXXVIII, p. 1039, aliter legi in ms. Vindobonensi, notavit Lambecius, III, p. 196 [p. 486 sq. ed. Kollar].

3. Ἀναχεφαλαίωσις, *Panarii Epitome* ad eosdem presbyteros, Acacium et Paulum, tom. II, pag. 126. Videndum diversusne sit λόγος σύντομος τῶν αἱρέσεων, qui ms. fuit apud clariss. Galeum, teste Caveo. FABR. — Augustæ Vindel. in cod. bibl. publ. bis exstat *Epiphanii synopsis hæreseωr*, quarum matres et prototypi quatuor erant, n. Βαρβαρισμὸς, Σκυθισμὸς, Ἑλληνισμὸς, Ἰουδαϊσμός. V. Reiser. *Cat.*, p. 13 et 23, 9. — Dublini in B. colleg. S. Trinit., cod. 137, s. in *Catal. cod. Angliæ*, tom. II, p. 24, n. 278, 36, *Anacephalæosis.* Alios jam ad n. 1 et 2 atque editionem Jos. Mar. Thomasii ad n. 1 memoravi. HARL.

4. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, *Liber de ponderibus et mensuris*, tom. II, pag. 158, quem Epiphanii esse genuinum fetum haud dubito, licet levia et inepta multa in eo deprehendere sibi visus sit Latinus Latinius, tom. II Epist., pag. 144. Partem posteriorem a cap. 21 Græce et Latine vulgavit Stephanus le Moyne in *Variis sacris*, tom. I, p. 470, subjuncta, p. 490, antiqua versione Latina, ante inedita. Ad locum cap. 1 hujus libri, quo notas Biblicas exponit Epiphanius, conjecturas meas aliquando proposui D. Mayero, qui eas probari sibi testatus est in *Historia versionis Germanicæ Bibliorum D. Lutheri*, p. 210. Locus c. 4, ubi ἀρών exponitur ἡ τῆς διαθήκης κιβωτός, illustrat verba Anastasii Sinaitæ lib. XII *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron*, pag. 26, quem intelligere se negat eruditus interpres. De operibus illis viginti duobus, quæ cap. 21 seq. a Deo condita scribit Epiphanius, quæque respondere vult totidem libris Veteris Testamenti litterisque alphabeti, confer Lambecium lib. III, pag. 40, 101 et 196. FABR. — In cod. Vindob. Cæs. 89, n. 19; Lamb. tom. III, pag. 483, n. 19, cum nota Kollarii.— Fragmentum in Lamb. *Comment.*, tom. III, p. 472 et 477, tum in cod. 282, n. 5; 283, n. 10, et vol. VII, p. 533, in cod. 133, n. 22, sed ab ed. Petav. tom. II, p. 158, mire dissentit, adnotante Kollar. ad V, p. 471 B, et ad VII, p. 533 A. In cod. 127, n. 5 et 8, opus, at mutilum, legitur, teste Kollario in *Supplem. ad Lamb. Comment.*, p. 739 seq. — Montfaucon in *Palæogr. Gr.*, p. 365 seqq., copiose agit de notis mensurarum ac ponderum, et de notis marginalibus librorum ; pag. 370 seqq. ex Epiphanio posuit atque explicuit tabulam notarum pro mensuris et ponderibus. — *Breve excerptum de mensuris*, etc., in cod. Laurent. 38, num. 8, plut. 59, teste Bandin. *Cat. codd. Gr.*, tom. II, pag. 570, Paris. In B. publ. quinque codd. est Epiph. lib. *De ponder.*, etc. V. ind. ad vol. II *Cat. codd.*, v. *Epiphan.* In cod. 146 membran. est catena in Psalmos ex Epiphanio aliisque multis scriptoribus ecclesiasticis contexta. Præmittuntur instar Prolegom. 1, *Excerpta* ex *Epiph. de LXX Interpretibus, aliisque variarum versionum auctoribus*, et, 2 anon. de eodem argumento excerpta. Pariter in cod. Medic. 3, plut. 6, qui continet Catën. Patrum in Psalmos, præmittitur *Epiph. de LXX Interpret.*, etc., sive potius epitome eorum quæ Epiph. in libro *De ponderibus*, etc., memoriæ prodidit, indice Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 87. Atqui Montfaucon t. I *Hexapl. Origenis* (Paris. 1713, fol.), p. 86 seqq. prolegomen. (in Bahrdtii ed. t. I, pag. 177-182), ex cod. reg. Paris. 146, ac Vaticano edidit, *S. Epiphanii Περὶ τῶν Ο' Ἑρμηνευτῶν καὶ τῶν παρερμηνευσάντων, De LXX Interpretibus et de aliis qui secus interpretati sunt*, epitomen eorum, sed differentem in quibusdam, quæ in Epiphanii libro *De ponderibus ac mensuris*, de eodem argumento leguntur. De Syriaca epitome narrationis Epiphan. v. Bruns in Eichhornii *Repertorio für bibl. u. morgenländische Litteratur*, part. XIV, p. 391 seqq. Conf. supra, vol. III, pag. 690 seqq. —

(*a*) Melanchthon, IV, epist. 89, ad Camerar., a. 1529 : *Attuli a Lango huc Epiphanii Græcos libros* Περὶ αἱρέσεων, *qui mihi valde placent. Propemodum historiam veteris Ecclesiæ continent. Ex his decrevi excerpere* ἐπιτομήν. Et epist. 90 : Ἱστορικὰ *in illo libro sunt multa, et indicantur magis quidem, quam exponuntur eæ res, quæ alibi non exstant. Disputatio autem hujus auctoris* περὶ δογμάτων *et languidior est, et illæ etiam narrationes non ubique dissertæ sunt, et alicubi negligenter perscriptæ.*

(*b*) D. Christianus Kortholtus notis ad Justinum martyrem, p. 41; Dallæus *De usu Patrum*, p. 272.

(*c*) Photius, cod. 122, Ἀσθενὴς δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων συμπλοκαῖς.

(*d*) Scaliger. ad Euseb. et in *Scaligerianis*, et *Elench. trihæres.*, c. 15 ; Is. Casaubonus, etc.

(*e*) Dallæus *De usu Patrum*, p. 138.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

De Epiphanii narratione cap. 3, 6, 9, 10 et 11, de versione LXX Gr. epistolisque regis Ptol. ad Judæos, et de comparata Aristeæ narratione late disserit cl. Ern. Frid. Car. Rosenmüller in : *Handbuch für Litteratur der bibl. Kritik und Exegese*, tom. II, p. 370 seqq., Gotting. 1798, 8°, et p. 412 seq. — Add. Bayle loc. cit. HARL.

5. *Epistolam ad Joannem Hierosolymitanum* (male *Constantinopolitanum* habet Possevin,) episcopum, cui arrogantiam et Origenis defensionem exprobrat, Latine tantum ex versione Hieronymi, qui illius in epist. 101, ad Pammach., meminit, tom. II Epiphan., p. 312. Pro extrema parte hujus epistolæ laudata in *Libris Carolinis*, IV, 25, et synodo Paris., p. 335, *De imaginibus*, cap. 7, et a Tubingensibus ad patriarcham Jeremiam, qua usus imaginum in Ecclesia improbatur, confer quæ disserunt Natalis Alex. sæc. IV, cap. 6, art. 28; Elias du Pin tom. II *Biblioth. eccles.*, pag. 297, ac præcipue J. Dallæus *De imaginibus*, lib. II, cap. 4.

6. *Epistola* brevis *ad Hieronymum*, qua ejus et Theophili Alex. zelum adversus Origenem probat. Hæc Latine legitur inter epistolas Hieronymi 73, et Theophili libris (sive epistolis potius) paschalibus præfigitur in *Hæresiologia* Heroldi, pag. 613, et in *Bibliothecis Patrum;* at a Petavio omissa est. Apud eumdem Hieronymum exstat et epistola [66] Theophili Alex. ad Epiphanium. FABR.— De utraque epistola v. not. *B*, in Bayle *Dict.*, v° *Epiph.*, p. 44. — *Epiphanii epist. ad Hieronym.* est Oxon. in cod. 20 bibl. collegii Baliolens. s. n. 426 *Cat. codd. Angl.*, tom. I, part. II, p. 10, et Dublini in cod. 7, 12 (s. n. 147 *Cat.* cit.), coll. S. Trinitatis, Paris. in B. publ. inter codd. Latin. in cod. 1890, n. 1 ; Epiph. epist. ad Joan. Hierosolymitanum et in codd. 2172 et seq. ep. ad Hieronymum.—Venetiis in B. Michael. teste Mittarellio in *Cat. codd.*, p. 351, et in aliis epistolarum Hieron. codd. atque edd. — In cod. Coislin. 305, fol. 207, sunt in una et dimidia pagina quædam *ex Epiphanii de Origene*, teste Montfaucon. in *Biblioth. Coislin.*, pag. 421. HARL

7. Περὶ τῶν δώδεκα λίθων, *De gemmis* in veste Aaronis. Præter rem optimus Caveus librum *De lapidibus* inter inedita Epiphanii refert. Nec minus falluntur, qui librum hunc Epiphanio abjudicant. Prodiit cum versione Iolæ Hieronis, Tarentini, Tiguri 1582, atque in Petavii edit., tom. II, p. 225, tum in Matthiæ Hilleri libro *De duodecim lgemmis in pectorali summi pontificis*, Tubing. 1698, 4°, et in *Syntagmatis* ejus *hermeneuticis*, 1711, 4°, qui observationes suas et Salmasii (ex *Plinianis* ejus *Exercitatt. ad Solinum*) addidit. Idem p. 110 notat, de gemmis ante Epiphanium scripsisse Theophrastum Eresium, Dioclem, Jubam, Mauritaniæ regem, Xenocratem Ephesium, Sudinem, Metrodorum Scepsium, Satyrum, Ajacem Plistonicem, Demostratum, Zenothemin, Sotacum, Callistratum, Ismeniam Olympicum, Archelaum, qui in Cappadocia regnavit, Horum, Democritum, Zoroastrem, Zachariam Babylonium et alterum Xenocratem. Conferendus etiam Ed. Bernhardus notis ad Josephum, pag. 180 seq., et J. Braunius lib. II *De vestitu sacerdotum Hebr.*, cap. 8 seq. In omnibus his editionibus omissa est *Epiphanii epistola ad Diodorum Tarsensem*, cui librum consecravit, quæ Latine exstat apud Facundum, lib. IV, c. 3, tom. II Opp. Sirmondi, p. 517. Hieronymus epist. 128 *De vestitu sacerdotum, ad Fabiolam : Sufficiat, quod et sanctus papa Epiphanius egregium super hoc* (de gemmis duodecim, quid unaquæque valeat, et quomodo virtutibus singulæ comparentur) *volumen edidit ; quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris.* Arethas ad *Apocalyps.* IV, 3, de lapide sardio : Λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰατρεύειν οἰδήματα, etc. Epitomen ediderat Conradus Gesnerus cum corollario, in collectione scriptorum qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566 [1565], 8°, atque ex alio codice ms. cum Francisci Turriani versione Petavius tom. II, pag. 233. Illa ipsa Epitome sub Epiphanii nomine tota legitur in Anastasii Sinaitæ quæstionibus, quæstione XL. FABRIC. — Genuinum et integrum Epiphanii esse dicitur opusculum quod, in antiqua Latina versione repertum, ex cod. Vaticano, in calce tamen haud integro, prodiit hujus sententiæ : *Epiphan. de duodecim gemmis rationalis summi sacerdotis Hebræorum liber ad Diodorum. Prodit nunc primum ex antiqua versione Latina. Opera et studio P. Francisci Fogginii, qui et notas adjecit*, Romæ, ap. Zempel. 1743, 4°. In præfat. enarratur historia hujus opusculi et auctorum, qui gemmas illas descripserunt. Idem contra Fabricium negat, epitomen, ab Anastasio Sinaita editam, et ipsius Epiphanii commentat., unam esse eamdemque, libellum vero a Gesnero editum ipsum quoque non nisi prolixiorem epitomen operis esse censet p. XVI s. Conf. *Ephem. litt. Lips.* A. 1745, p. 347, et *Gotting. Ephem. litt.* A. 1745, p. 409 seq. In manibus habeo editionem sive collectionem illam plurium scriptorum, inscriptam : *De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis et hujusmodi libri aliquot, plerique nunc primum editi. Opera Conradi Gesneri. Quorum catalogum sequens folium continet. Tiguri, excudebat Jac. Gesnerus anno MDLXV*, 8°. Insunt autem opuscula sequentia, quorum quodlibet peculiarem habet inscriptionem : 1° *J. Kentmanni, Dresdensis medici, nomenclaturæ rerum fossilium, quæ in Misnia præcipue — inveniuntur;* 2° *Ejusdem calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera duodecim*, etc. ; 3° *De metallicis rebus ac nominibus, obss. variæ ex schedis G. Fabricii;* 4° *Severini Gœbelii, medici, de succino libri* II *— cum corollario Conr. Gesneri ;* 5° *Valerii Cordi de halosantho, seu spermate ceti, cum corollario Conr. Gesneri;* 6° *S. Epiphanii, episcopi Cypri, de duodecim gemmis, quæ erant in veste Aaronis, liber Græcus et Latinus, Iola Hierotarantino inter-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἀκροατής. Quanquam vero Epiphanius neque in describendis hæresibus (*a*) semper satis accuratus est ut qui levibus auditiunculis quandoque fidem (*b*) habuit, atque adversarios gravat non raro sententiis vel consecutionibus, de quibus fortassis nunquam cogitarant, neque in confutandis erroribus semper æque felix est, nec solidis ubique argumentis militat (*c*) : tamen propter quamplurima notata egregie, et multa ex fide dignis hausta monumentis et antiquioribus scriptoribus testimonia atque observationes, merito a viris doctissimis (*d*) habitus est quidam antiquitatis ecclesiasticæ thesaurus, dignus utique, in quo exponendo eruditus aliquis et judicio pollens vir etiam post Petavium diligentem operam studiumque collocet. De incompta et salebrosa oratione multum Petavius et Dallæus (*e*) conqueruntur, et jam Photius notavit τῶν ῥημάτων καὶ τῆς συντάξεως τὸ ἰδίωμα in illo minus probari. Et tamen Hieronymus c. 114 *Catalogi* et ex eo Suidas scripserunt, Epiphanii volumina *ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitari.* In chronologia fere semper insistere eum vestigiis Eusebii monet Petavius in notis, p. 16, non raro tamen turbare et hallucinari, idem non uno in loco observat. Ad hæresin LI conferenda Ægidii Bucherii diss. *De paschali Judæorum cyclo.* Locum hæres. LXXVIII, p. 1039, aliter legi in ms. Vindobonensi, notavit Lambecius, III, p. 196 [p. 486 sq. ed. Kollar].

3. Ἀναχεφαλαίωσις, *Panarii Epitome* ad eosdem presbyteros, Acacium et Paulum, tom. II, pag. 126. Videndum diversusne sit λόγος σύντομος τῶν αἱρέσεων, qui ms. fuit apud clariss. Galeum, teste Caveo. FABR. — Augustæ Vindel. in cod. bibl. publ. bis exstat *Epiphanii synopsis hæreseων*, quarum matres et prototypi quatuor erant, n. Βαρβαρισμός, Σκυθισμός, Ἑλληνισμός, Ἰουδαϊσμός. V. Reiser. *Cat.*, p. 13 et 23, 9. — Dublini in B. colleg. S. Trinit., cod. 137, s. in *Catal. cod. Angliæ*, tom. II, p. 24, n. 278, 36, *Anacephalæosis.* Alios jam ad n. 1 et 2 atque editionem Jos. Mar. Thomasii ad n. 1 memoravi. HARL.

4. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, *Liber de ponderibus et mensuris*, tom. II, pag. 158, quem Epiphanii esse genuinum fetum haud dubito, licet levia et inepta multa in eo deprehendere sibi visus sit Latinus Latinius, tom. II Epist., pag. 144. Partem posteriorem a cap. 21 Græce et Latine vulgavit Stephanus le Moyne in *Variis sacris*, tom. I, p. 470, subjuncta, p. 490, antiqua versione Latina, ante inedita. Ad locum cap. 1 hujus libri, quo notas Biblicas exponit Epiphanius, conjecturas meas aliquando proposui D. Mayero, qui eas probari sibi testatus est in *Historia versionis Germanicæ Bibliorum D. Lutheri*, p. 210. Locus c. 4, ubi ἀρών exponitur ἡ τῆς διαθήκης κιβωτός, illustrat verba Anastasii Sinaitæ lib. XII *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron*, pag. 26, quem intelligere se negat eruditus interpres. De operibus illis viginti duobus, quæ cap. 21 seq. a Deo condita scribit Epiphanius, quæque respondere vult totidem libris Veteris Testamenti litterisque alphabeti, confer Lambecium lib. III, pag. 40, 101 et 196. FABR. — In cod. Vindob. Cæs. 89, n. 19; Lamb. tom. III, pag. 483, n. 19, cum nota Kollarii.— Fragmentum in Lamb. *Comment.*, tom. III, p. 472 et 477, tum in cod. 282, n. 5; 283, n. 10, et vol. VII, p. 533, in cod. 133, n. 22, sed ab ed. Petav. tom. II, p. 158, mire dissentit, adnotante Kollar. ad V, p. 471 B, et ad VII, p. 533 A. In cod. 127, n. 5 et 8, opus, at mutilum, legitur, teste Kollario in *Supplem. ad Lamb. Comment.*, p. 739 seq. — Montfaucon. in *Palæogr. Gr.*, p. 365 seqq., copiose agit de notis mensurarum ac ponderum, et de notis marginalibus librorum ; pag. 370 seqq. ex Epiphanio posuit atque explicuit tabulam notarum pro mensuris et ponderibus. — *Breve excerptum de mensuris*, etc., in cod. Laurent. 38, num. 8, plut. 59, teste Bandin. *Cat. codd. Gr.*, tom. II, pag. 570, Paris. In B. publ. quinque codd. est Epiph. lib. *De ponder.*, etc. V. ind. ad vol. II *Cat. codd.*, v. *Epiphan.* In cod. 146 membran. est catena in Psalmos ex Epiphanio aliisque multis scriptoribus ecclesiasticis contexta. Præmittuntur instar Prolegom. 1, *Excerpta* ex *Epiph. de LXX Interpretibus, aliisque variarum versionum auctoribus*, et, 2 anon. de eodem argumento excerpta. Pariter in cod. Medic. 3, plut. 6, qui continet Catën. Patrum in Psalmos, præmittitur *Epiph. de LXX Interpret.*, etc., sive potius epitome eorum quæ Epiph. in libro *De ponderibus*, etc., memoriæ prodidit, indice Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.*, I, p. 87. Atqui Montfaucon t. I *Hexapl. Origenis* (Paris. 1713, fol.), p. 86 seqq. prolegomen. (in Bahrdtii ed. t. I, pag. 177-182), ex cod. reg. Paris. 146, ac Vaticano edidit, *S. Epiphanii Περὶ τῶν Ο' Ἑρμηνευτῶν καὶ τῶν παρερμηνευσάντων, De LXX Interpretibus et de aliis qui secus interpretati sunt*, epitomen eorum, sed differentem in quibusdam, quæ in Epiphanii libro *De ponderibus ac mensuris*, de eodem argumento leguntur. De Syriaca epitome narrationis Epiphan. v. Bruns in Eichhornii *Repertorio für bibl. u. morgenländische Litteratur*, part. XIV, p. 391 seqq. Conf. supra, vol. III, pag. 690 seqq. —

(*a*) Melanchthon, IV, epist. 89, ad Camerar., a. 1529 : *Attuli a Lango huc Epiphanii Græcos libros* Περὶ αἱρέσεων, *qui mihi valde placent. Propemodum historiam veteris Ecclesiæ continent. Ex his decrevi excerpere* ἐπιτομήν. Et epist. 90 : Ἱστορικά *in illo libro sunt multa, et indicantur magis quidem, quam exponuntur eæ res, quæ alibi non exstant. Disputatio autem hujus auctoris* περὶ δογμάτων *et languidior est, et illæ etiam narrationes non ubique dissertæ sunt, et alicubi negligenter perscriptæ.*

(*b*) D. Christianus Kortholtus notis ad Justinum martyrem, p. 41; Dallæus *De usu Patrum*, p. 272.

(*c*) Photius, cod. 122, Ἀσθενὴς δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων συμπλοκαῖς.

(*d*) Scaliger. ad Euseb. et in *Scaligerianis*, et *Elench. trihæres.*, c. 15 ; Is. Casaubonus, etc.

(*e*) Dallæus *De usu Patrum*, p. 138.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

De Epiphanii narratione cap. 3, 6, 9, 10 et 11, de versione LXX Gr. epistolisque regis Ptol. ad Judæos, et de comparata Aristeæ narratione late disserit cl. Ern. Frid. Car. Rosenmüller in : *Handbuch für Litteratur der bibl. Kritik und Exegese*, tom. II, p. 370 seqq., Gotting. 1798, 8°, et p. 412 seq. — Add. Bayle loc. cit. HARL.

5. *Epistolam ad Joannem Hierosolymitanum* (male *Constantinopolitanum* habet Possevin,) episcopum, cui arrogantiam et Origenis defensionem exprobrat, Latine tantum ex versione Hieronymi, qui illius in epist. 101, ad Pammach., meminit, tom. II Epiphan., p. 312. Pro extrema parte hujus epistolæ laudata in *Libris Carolinis*, IV, 25, et synodo Paris., p. 335, *De imaginibus*, cap. 7, et a Tubingensibus ad patriarcham Jeremiam, qua usus imaginum in Ecclesia improbatur, confer quæ disserunt Natalis Alex. sæc. IV, cap. 6, art. 28; Elias du Pin tom. II *Biblioth. eccles.*, pag. 297, ac præcipue J. Dallæus *De imaginibus*, lib. II, cap. 4.

6. *Epistola* brevis *ad Hieronymum*, qua ejus et Theophili Alex. zelum adversus Origenem probat. Hæc Latine legitur inter epistolas Hieronymi 73, et Theophili libris (sive epistolis potius) paschalibus præfigitur in *Hæresiologia* Heroldi, pag. 613, et in *Bibliothecis Patrum;* at a Petavio omissa est. Apud eumdem Hieronymum exstat et epistola [66] Theophili Alex. ad Epiphanium. FABR.— De utraque epistola v. not. *B*, in Bayle *Dict.*, v° *Epiph.*, p. 44. — *Epiphanii epist. ad Hieronym.* est Oxon. in cod. 20 bibl. collegii Baliolens. s. n. 426 *Cat. codd. Angl.*, tom. I, part. II, p. 10, et Dublini in cod. 7, 12 (s. n. 147 *Cat.* cit.), coll. S. Trinitatis, Paris. in B. publ. inter codd. Latin. in cod. 1890, n. 1; Epiph. epist. ad Joan. Hierosolymitanum et in codd. 2172 et seq. ep. ad Hieronymum.—Venetiis in B. Michael. teste Mittarellio in *Cat. codd.*, p. 351, et in aliis epistolarum Hieron. codd. atque edd. — In cod. Coislin. 305, fol. 207, sunt in una et dimidia pagina quædam *ex Epiphanii de Origene*, teste Montfaucon. in *Biblioth. Coislin.*, pag. 421. HARL

7. Περὶ τῶν δώδεκα λίθων, *De gemmis* in veste Aaronis. Præter rem optimus Caveus librum *De lapidibus* inter inedita Epiphanii refert. Nec minus falluntur, qui librum hunc Epiphanio abjudicant. Prodiit cum versione Iolæ Hieronis, Tarentini, Tiguri 1582, atque in Petavii edit., tom. II, p. 225, tum in Matthiæ Hilleri libro *De duodecim lgemmis in pectorali summi pontificis*, Tubing. 1698, 4°, et in *Syntagmatis* ejus *hermeneuticis*, 1711, 4°, qui observationes suas et Salmasii (ex *Plinianis* ejus *Exercitatt. ad Solinum*) addidit. Idem p. 110 notat, de gemmis ante Epiphanium scripsisse Theophrastum Eresium, Dioclem, Jubam, Mauritaniæ regem, Xenocratem Ephesium, Sudinem, Metrodorum Scepsium, Satyrum, Ajacem Pistonicem, Demostratum, Zenothemin, Sotacum, Callistratum, Ismeniam Olympicum, Archelaum, qui in Cappadocia regnavit, Horum, Democritum, Zoroastrem, Zachariam Babylonium et alterum Xenocratem. Conferendus etiam Ed. Bernhardus notis ad Josephum, pag. 180 seq., et J. Braunius lib. II *De vestitu sacerdotum Hebr.*, cap. 8 seq. In omnibus his editionibus omissa est *Epiphanii epistola ad Diodorum Tarsensem*, cui librum consecravit, quæ Latine exstat apud Facundum, lib. IV, c. 3, tom. II Opp. Sirmondi, p. 517. Hieronymus epist. 128 *De vestitu sacerdotum, ad Fabiolam: Sufficiat, quod et sanctus papa Epiphanius egregium super hoc* (de gemmis duodecim, quid unaquæque valeat, et quomodo virtutibus singulæ comparentur) *volumen edidit; quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris.* Arethas ad *Apocalyps.* IV, 3, de lapide sardio : Λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰατρεύειν ὀδήματα, etc. Epitomen ediderat Conradus Gesnerus cum corollario, in collectione scriptorum qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566 [1565], 8°, atque ex alio codice ms. cum Francisci Turriani versione Petavius tom. II, pag. 233. Illa ipsa Epitome sub Epiphanii nomine tota legitur in Anastasii Sinaitæ quæstionibus, quæstione XL. FABRIC. — Genuinum et integrum Epiphanii esse dicitur opusculum quod, in antiqua Latina versione repertum, ex cod. Vaticano, in calce tamen haud integro, prodiit hujus sententiæ : *Epiphan. de duodecim gemmis rationalis summi sacerdotis Hebræorum liber ad Diodorum. Prodit nunc primum ex antiqua versione Latina. Opera et studio P. Francisci Fogginii, qui et notas adjecit*, Romæ, ap. Zempel. 1743, 4°. In præfat. enarratur historia hujus opusculi et auctorum, qui gemmas illas descripserunt. Idem contra Fabricium negat, epitomen, ab Anastasio Sinaita editam, et ipsius Epiphanii commentat., unam esse eamdemque, libellum vero a Gesnero editum ipsum quoque non nisi prolixiorem epitomen operis esse censet p. XVI s. Conf. *Ephem. litt. Lips.* A. 1745, p. 347, et *Gotting. Ephem. litt.* A. 1745, p. 409 seq. In manibus habeo editionem sive collectionem illam plurium scriptorum, inscriptam : *De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis et hujusmodi libri aliquot, plerique nunc primum editi. Opera Conradi Gesneri. Quorum catalogum sequens folium continet. Tiguri, excudebat Jac. Gesnerus anno MDLXV*, 8°. Insunt autem opuscula sequentia, quorum quodlibet peculiarem habet inscriptionem : 1° *J. Kentmanni, Dresdensis medici, nomenclaturæ rerum fossilium, quæ in Misnia præcipue — inveniuntur;* 2° *Ejusdem calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera duodecim*, etc.; 3° *De metallicis rebus ac nominibus, obss. variæ ex schedis G. Fabricii;* 4° *Severini Gœbelii, medici, de succino libri* II *— cum corollario Conr. Gesneri;* 5° *Valerii Cordi de halosantho, seu spermate ceti, cum corollario Conr. Gesneri;* 6° *S. Epiphanii, episcopi Cypri, de duodecim gemmis, quæ erant in veste Aaronis, liber Græcus et Latinus, Iola Hierotarantino inter-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

prete, cum corollario C. Gesneri; 7° Fr. Ruei, medici Insulani, de gemmis aliquot, iis præsertim, quarum D. Joannes in Apocalypsi meminit et aliis — libri II; 8° *C. Gesneri de rerum fossilium, lapidum et gemmarum maxime, figg. et similitudinibus, liber cum iconibus plurimis.*— Epiphanii liber in titulo peculiari excusus dicitur Tiguri MDLXVI. In epistola nuncupatoria scripsit Gesner, se exemplar ms. accepisse a Gaspare a Nydbruck, Ferdinandi Romanorum et Maximiliani Bohemiæ regum a consiliis, et marginibus suas, quæ frequentes sunt, adjecisse emendationes, ex conjectura enatas. Codd. notitiam addere juvat. Duo Vaticanos indicat Montfauc. in *B. biblioth. mss.*, tom. I, pag. 13 D, et pag. 33 D, n. 921, et in alium Vatican. in bibl. reginæ Christinæ, p. 64 D, et p. 88 C. — Tum p. 169 A Roman. in *B. Patrum S. Basil., Epiphanii ep. ad Diodorum*, Gr. (conf. quoque Montfauc. in *Diario Ital.*, p. 215). — Idem tom. II, p. 1199 B, codicem in Petliserii, in bibl. abbatiæ S. Petri de Selincurte diœc. Ambianensis nominat. — Venetiis inter codd. Nanianos in cod. 132, in *Collect. sententiarum e SS. et Patribus*, pag. 77, affertur explicatio omnium XII lapillorum ex ipso Epiphanio : — in cod. 297, n. 5, p. 75, *Epiph. de* XII *lapillis*, V. *Catal. codd. Nan. Gr.*, pag. 307 et 499. — Ibid. in bibl. D. Marci, cod. 498, *De duodecim lapidibus et signis*, in *Cat. codd. Gr. Marc.*, pag. 261, indicatur ; sed cl. Villoison in *Anecdot. Gr.*, tom. II, pag. 246, animadvertit, in illo cod. nihil aliud reperiri, nisi quædam excerpta ex illo libro. — Oxon. in B. Bodlei sec. *Catal. codd. Angliæ*, etc., I, in codd. Barocc. 129, 131, sed mutilus ibi est liber, 206, et inter codd. Th. Roe, n. 263. — Vindobonæ in bibl. Cæsar. codd. 213, n. 13.— In cod. 25, n. 8, teste Lambec. *Comment.*, tom. IV, p. 89, et tom. V, p. 269 seq. — Paris. in bibl. publ. exstant in octo codd. V. ind. *Cat. Par.*, II, v. *Epiphan.* — Epitome in cod. regio Matrit. 110, indice Iriarto in *Cat. codd. Gr.*, p. 456. — Inter codd. Eparchi, n. 7. *Epiphan. ad Diodorum, Tyri episcopum, de* XII *lapidibus;* de iisdem compendiosior tractatio ; ejusdem Epiphanii aliæ quæstiones. V. Fabr. *B. Gr.*, tom. X, p. 479, vet. ed. HARL.

V. SCRIPTA PERDITA.

8. *Epistolæ* (*a*) quamplurimæ, ut quas Hieronymus *Apolog.* II in Rufinum, p. 165, ait, se Epiphanio ad suggillationem Rufini dictasse, et una brevis in laudem S. Hilarionis eremitæ, A. C. 371 defuncti, de qua idem Hieronym. in Prologo *vitæ Hilarionis : Quanquam S. Epiphanius, Salaminæ Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem ejus brevi epistola scripserit, quæ vulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes.*[FABR.—Ex epistola ad monachos (*De abstinentia a cibo*) Florentiæ, in cod. Laur. Medic. 6, n. 7, plut. 86, cum Damasceno de eodem argumento. (Bandin. *Cat. codd. Gr. Med.*, III, p. 295.) In cod. Paris. bibl. publ. 2731, n. 6, *Epiphan.* (nescio quis) *De epistolico charactere.* HARL.

9. *In Hexaemeron.* Anastasius Sinaita lib. VII *in Hexaemeron* inter eos qui historiam creationis Mosaicam expositione litterali interpretati sunt, laudat τὸν λόγοις καὶ ἔργοις τρισμακάριστον Ἐπιφάνιον. FABR.— Vide supra, ad n. 2 de aliis Epiphaniis. Aut estne pars libelli Epiphanii Constant. *De mensuris et de ponderibus* (part. II, pag. 178 ed. Paris. Petav.)? Atque separatim scripta exstat in cod. Vindobon. 89, n. 19, Epiphanii Cypri recensio viginti duorum operum Hexaemeri creationis mundi. V. Lambec. *Comment.* tom. III, p. 483, ibique Kollarii notam *A*. — Item in cod. 185, Barocc. bibl. Bodl. et Epiphanius in *Hexaemeron*, Arabice, ibidem, n. 8511, inter codd. Rob. Huntington. HARL.

10. Λόγος εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Andreas Cæsar. *in Apocalyps.* I, p. 7. Videtur enim diversum utique notare sermonem ab iis quæ ex *Ancorato* Epiphanii hæresi LXXIV contra Pneumatomachos disseruntur, quoniam, quæ Andreas ex illo λόγῳ de hymno Seraphico affert, ibi non invenio.

11. Κατὰ τῶν εἰκόνων σύγγραμμα, *Scriptum adversus imagines*, quod memorat, sed tanquam Epiphanio suppositum rejicit Theodorus Studites in *Antirrhetico* secundo, tom. V Opp. Sirmondi, p. 130; licet dubitare possis num singulare scriptum Epiphanii ibi innuat Theodorus, et non locum, quo imagines improbat in *Panario*, hæresi LXXIX disputans adversus Collyridianos, quem Epiphanio insertum et adulterinum esse contendit J. Damascenus orat. 2 *de imaginibus*, et Jeremias patriarcha ad Tubingenses. p. 246, confutatus a Tubingensibus, p. 335, vel locum alterum, a Patribus quarti concilii Constantinopolitani allatum ex *epistola ad Theodosium imp.*, qui exstat in septima synodo sive Nicæna secunda, act. 6, sectione et quem itidem suppositum esse clamarunt Nicæni tom. III Binii, pag. 653, 654, quos refellit Dallæus *De imaginibus*, pag. 212 seqq. Eodem synodi septimæ loco λόγοι οἱ κατὰ τῶν εἰκόνων et βίβλοι Epiphanio suppositæ memorantur, quæ mox λογίδια et ψευδήγορα κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων συγγράμματα appellant, et paucissima eorum exemplaria exstare testantur, cum cætera [Epiphanii scripta per universum

(*a*) Præter epistolam *Panario* præmissam, *ad Paulum et Acacium*, exstat etiam *Epiphanii epistola*, quam in Arabiam misit adversus Antidico-Marianitas, hæresi LXXVIII, 2 seq., et hæc est quam respicit LXXIX, 1. Sic hæresi XLII, 11 seqq., inseruit librum suum, corruptionibus Marcionis in Luca et Apostolo oppositum, quem Sixtus Senensis perperam existimavit ab auctore inscriptum fuisse *Parimentum*, cum Epiphanius tom. I, pag. 310, tantum dicat ex pluribus suis adversus Marcionem observationibus ἐδάφιόν τι συντάξεως se collegisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

orbem terrarum celebratissima sint, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηνται. Multa certe scripsisse Epiphanium et in extrema senectute etiam varia cudisse opera, testis in *Catalogo* cap. 114 Hieronymus.

VI. DUBIA, VEL QUÆ JUNIORI CUIDAM EPIPHANIO TRIBUENDA VIDENTUR.

12. Περὶ τῶν προφητῶν, πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται. Tom. II, pag. 235. *De prophetis eorumque obitu et sepultura*, liber plenus incertis et parum credibilibus narrationibus. Incipit a Nathane, et desinit in Joanne Baptista. Ediderat adjuncta versione Albanus Torinus Basil. 1529, 4°, apud Cratandrum, cum Nazianzeni carmine *De miraculis per evangelistas narratis*, atque Hieronymo, Sophronio et Gennadio *De scriptoribus eccles.* [V. Maittaire A. T., tom. II, pag. 716 et *Cat. B. Leid.*, pag. 40 bis, cum Voss. V. L. ex codd.] Hinc cum commentario Jacob. Zehnerus, Schleusing. 1612, 4°, vir indignus qui ob unam notatam alteramque hallucinatiunculam tam acerbe a Petavio Præf. ad tom. II Epiphanii exciperetur. Petavius e mss. regiis emendavit et capita quædam, insigniter diserepantia, Græce adjecit ex codice Augustano : plurimum enim in hoc scripto invicem abeunt libri manu exarati, ut de Vindobonensibus notavit Lambecius, tom. III, p. 197 seqq. (*a*); tom. V, p. 280. Non dubitant viri docti esse Epiphanio suppositum, ac pleraque similia leguntur in pseudo-Dorotheo (quem Græce et Latine recudi feci Hamb. 1714, 8°) et in *Chronico Paschali*, quod *Alexandrinum* vulgo vocant. Confer Papebrochium tom. III Maii, pag. 49 ; Huetium *Demonstr. evangel.*, proposit. IV, ubi de prophetis disputat, et Gangium ad *Chronicon Paschale*, pag. 504, 505; Cotelerium ad *Constitutt. apostol.* IV, 6, ubi ex ms. regio edidit breve scholion Epiphanii *De LXXII prophetis et decem prophetissis.*

13. Φυσιόλογος, διεξελθὼν περὶ τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν θηρίων τε καὶ τῶν πετεινῶν. *Physiologus de natura ferarum et volucrum.* Tom. II, p. 189, cum notis et versione D. Consali Ponce de Leon. Hispalensis, qui ediderat Rom. 1587, 4°, recusum Antwerp. 1588, 8°, addito sermone *in festum Palmarum* : et minore forma Rom. 1601. Habuit eumdem libellum mss. Gesnerus, sed ampliorem, capitibus 39 distinctum, cum in vulgatis tantum sint capita 25. Vide ejus Præf. ad librum Epiphanii *De gemmis*. Citat etiam in opere de animalibus passim ut de quadruped., p 955 : *Rhinocephalus cervicem habet equinam, cum universo corpore, flammas ore eructat, quibus homines pereunt. Physiologus auctor obscurus.* Consalus ipse, tribus mss. usus, uno Sirleti, altero Francisci Turriani et tertio Panormitano, testatur, se undecim capita omisisse *ob insanabiles depravationes.* Videtur auctor hujus libri antiquior esse Epiphanio, nam citatur ab Origene homil. 17 *in Genes.* XLIX, et Rufino *De beneaict. patriarch.* In decreto Gelasiano *De libris apocryphis*, § 65, memoratur *liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est et B. Ambrosii nomine præsignatus. Apocryphus.* Forte auctor decreti vidit veterem libri illius versionem Latinam, Ambrosii nomine prænotatam. FABR. — Addam codd. notitiam. Est vero *Physiologus* Vindobonæ in B. Cæs. codd. 320, num. 6 (in quo Græca est inscriptio : Τοῦ Ἐπιφανίου ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους, φυσιολόγου τῶν ζώων, et Lambec. *Comment.*, tom. V, p. 591 seqq., ex eodem titulo manifeste apparere judicat, per *Physiologum* non esse intelligendum alium ac Aristotelem, cujus etiamnum exstant de historia, de partibus et de generatione animalium, etc.)— In cod. 24, n. 6 (Lambec. tom. VI, part. II, pag. 273), atque in cod. 55, cum vetustis imaginibus pictis (Lambec. tom. VII, pag. 215, qui et Kollar. ad primum cod. observant; codd. illorum auxilio novam *Physiologi* edit. posse multo emendatiorem adornari). Augustæ Vindelic., teste Reisero in *Cat.*, p. 40. — Venetiis in cod. Nanian. 257, quem valde differre ab edit. Consali Poncii, late docet Mingarellius in *Cat. codd. Nan.*, pag. 449, et subjicit, se opus ejusdem argumenti mstum vidisse in bibl. canonicor. ecclesiæ cathedr. Viterbii. — In cod. Baroc. 95. — In codd. Paris. bibl. publ. 834, 2027, 2509, *Physiologus Syrus*, seu historia animalium 32 in sancta Scriptura memoratorum, Syriace e cod. bibl. Vaticanæ nunc primum edidit, vertit et illustravit Ol. Gerh. Tychsen. Rostoch. 1795, 8°. Descriptiones illorum animalium miram habent similitudinem cum iis quæ in *Physiologo* Epiphanii, in spuria Hieronymi epistola ad Præsidium

(*a*) Seu pag. 487 ed. Kollar. In illo cod. inscriptio est : *Περὶ τῶν ἓξ καὶ δέκα προφητῶν* (n. ab Osea usque ad Danielem), *καὶ πόθεν ἦσαν, καὶ ποῦ ἐτελειώθησαν.* In appendice quædam narrantur de prophetis Elia et Elisæo. Præter ea est in bibl. Bodlei. cod. Barocc. 206, *Epiph. de LXXII prophetis et prophetissis ;* item *de XVI prophetis horumque morte.* In eodem cod. exstat Dorotheus, Tyri episcopus, *de LXX discipulis et de XII apostolis :* tum *XII apostolorum patria et parentes.* — Inter codd. Vossian. in *Catal. codd. Angliæ*, etc., tom. II, pag. 58, n. 2135, est Dorotheus sive alius quis *de vita et scriptis discipulorum Christi :* ac n. 2707. *Epiph. de prophetarum vitis*, cum variis lectt. — Florentiæ in B. Laurent. cod. 6, n. 8-10, plut. 4, est *Epiph. 1° de LXXII prophetis et prophetissis* (edidit Coteler. in notis ad lib. VI *Constitt. apost.*, pag. 220); 2° *de XVI prophetis ;* p. 232, narrationi de Jeremia, qui in ordine XIV est, subnectuntur *Paralipomena Hieremiæ prophetæ ;* 3° *De Elia* (v. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, tom. I, pag. 525). — In cod. Coisl. 120, *Epiph. de prophetis et prophetissis*, et in cod. 258, *de LXX prophetis ac prophetissis* (v. Montfauc. *Bibl. Coisl.*, pag. 194 et 804). — Venetiis in bibl. Marc. cod. 498, *de LXXII prophetis et X prophetissis, ac de XVI prophetis, unde fuerint, et ubi sint mortui.* — Paris. in B. publ. inter codd. Latinos, cod. 4986, n. 2, *Epiph. liber de vitis prophetarum*, interprete (ut ait auctor *Catal.* vol. IV, pag. 13) ut videtur, Theodoro, et n. 4, opusc. *De vit. prophetarum.* Add. supra vol. VII, p. 452 seq. de Dorotheo. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

et in comment. Eustathii *in Hexaemeron* reperiuntur : ita tamen, ut singulæ differant, et videantur omnes illi scriptores ex antiquiore, ab Origene jam memorato, opere, ὁ Φυσιόλογος, qui a Syro et Epiphanio sæpe citatur hoc nomine, hausisse. Syrus tamen pleniorem confecit epitomen ; cum ille 32 animalia, Epiphanius 21, pseudo-Hieronymus 14 tantum persequerentur. Num vero Syrus Physiologum ipsum excerpserit, an, quia Syrus ab initio mancus est, Græca verterit excerpta, definiri nequit. Conf. *Ephem. litt. Gotting.*, A. 1796, p. 736 seqq. Quæ Lambecii fuerit sententia, paulo ante indicavimus.

14. Λόγοι, *Sermones* sive *homiliæ* VIII.

α'. Εἰς τὰ βάΐα, *In ramos Palmarum*. Tom. II, p. 251, cum versione et scholiis D. Consali Poncii, qui cum *Physiologo* ediderat e codice bibl. Antonii Caraffæ, Rom. 1587, 4° ; Antw. 1588, 8°. Incipit : Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών. FABR. — Infra, in vol. IX, p. 129, inter sanctorum elogia et vitas. — Florentiæ in bibl. Laurent. in cod. 26, n. 36, plut. 7, et 15, n. 4, plut. 11. (Band. *Cat. codd. Gr.*, I, p. 286 et 511.) —Paris. in bibl. publ. codd. 771, 979 et 1173. — Inter codd. Selden. in bibl. Bodlei. n. 3397, 7. — Inter Arabicos codd. sunt Paris. *Epiphanii Homiliæ*, Arabice versæ, in cod. 63, *De Dominica in albis*, et *De Sabbato sancto*. — Cod. 73, 1, *De sepultura Domini*, et cod. 151, 5, *De Hosanna sive Palmarum die*. (V *Cat. codd. Paris.*, I, p. 106, 107 et 118.) HARL.

β'. Εἰς τὴν θεόσωμον ταφήν. *In divini corporis sepulturam*, et *Josephum ab Arimathæa* et *Domini ad inferna descensum*. Tom. II, p. 259. Incipit : Τί τοῦτο ; σήμερον. Cum versione Stanislai Phœnicii, ex editione quæ viderat lucem Samoscii 1604, 4°, auspiciis Simonis Simonidis, regni Poloniæ cancellarii, cum notulis Dominici Neapolitani, ord. Minorum (*a*). Recitatur hæc homilia Magno Sabbato in ecclesiis Græcorum Russorumque. FABR.— Hinc etiam translata est in linguam Slavicam, et Græce in infinitis pene codicibus servata. Paris. in bibl. publ. exstat in 30 codicibus (qui in vol. II *Cat. codd. Paris.* passim memorantur).—In cod. Coislin. 121, 52.—Cod. 284, fol. 305.—Cod. 296, fol. 47 verso (fol. autem 13 esse dicitur *Epiphanii presbyteri monachi de vita S. Deiparæ*). — In cod. 301, fol. 1, breve fragmentum. — In cod. 304, 35. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.*, p. 197, 402, 413, 416 et 419.—Venetiis in bibl. Marci, cod. 574, tres a Fabricio laudatæ : — in codd. Nanianis 63, 24 ;—73, 6, — et 119, 34. V. Mingarelli *Cat. cod. Nanian.*, p. 104, 148 et 248.— Florent. in bibl. Laurent. cod. 26, 44, et cod. 22, 13. V. Band. *Catal.*, etc., I, p. 286 et 426.—Taurini in bibl. reg. (secundum *Cat. Gr. Taur.*, p. 168, 218, 373 et 252) in codd. 70, fol. 391 ;—115, fol. 199 ;—270, fol. 27, et in cod. 267 sunt excerpta varii generis ex Epiphanio aliisque. Cod. 165, fol. 166, est *Epiph. homilia in diem Palmarum*. — Secundum *Cat. codd. Angliæ*, etc., in codd. Barocc. 135, 147, 197, 199 et 241.— In bibl. Bodlei., class. VI, n. 2500, sunt *Epiph. Cyprii homil. in Annuntiationem B. Mariæ* et *in sepulturam atque resurrectionem Christi*. — Oxon. in bibl. coll. Trinitatis n. 1989, *hom. in sepulturam Christi et ad inferos descensum*. — In tomo II, inter codd. Th. Gale, n. 6157, inter codd. Ge. Wheleri, n. 9094. — Monachii in bibl. elect. Bavar. codd. 64 et 114, in quo etiam *homil. in Joseph. ab Arimathia*. (*Cat. codd. Gr.*, p. 19 et 44).—Augustæ Vindel. *homil. de sepultura Christi ejusque descensu ad inferos*. (Reiser. *Cat.*, p. 23).—Eædem binæ in cod. Vindob. 116, 14, et prior in cod. 151, 22. — *In sepulturam Christi et Joseph. ab Arimath.* in cod. 32, 24. (Lambec. *Comm.* IV, p. 163, p. 296 · VIII, p. 747). — Mosquæ in bibl. synod. V. Matthæi *Notit. codd. Mosq.*, p. 7 ; κβ'. Adde supra, ad IV n. 1. HARL.

γ'. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν, *In sanctam Christi resurrectionem*. Tom. II, p. 276. Incipit : Τῆς δικαιοσύνης τριήμερος ἥλιος.

δ'. Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *De Assumptione D. N. Jesu Christi*. Incipit : Κόσμος σώματος. Tom. II, p. 285, cum versione Theodori Peltani, qui vulgaverat inter homilias XVII theologorum, Ingolstad. 1579, 8°.

ε'. Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, *De laudibus S. Mariæ Deiparæ*. Tom. II, p. 291, cum versione Joannis Pici, canonici B. Mariæ Paris., ex edit. Paris. 1565, 8° (*b*), ad calcem Epistolarum S. Ignatii. Hæc homilia Græce occurrit etiam ms. in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 174. [It. in cod. Coislin. 274, cum multis aliorum sermonibus, ejusdem argumenti. — In cod. quondam Uffenbach. 8, n. 23, *Epiph. De vita S. Mariæ ;* ea tamen sumpta esse ex Epiphanii hæresi LXXXVIII, p. 1039 sqq., et in compendium missa, adnotat J. H. Maius in *Bibl. Uffenbach. mssta*, part. II, p. 432. — Paris. in bibl. publ. cod. 395 et 1173.

(*a*) Inscriptio edit. hæc est : *S. Epiphanii*, episcopi Cypri, *orat. in sepulturam corporis Domini*. Nunc primum in lucem edita ex bibl. Simonis Simonidæ (Gr. ac Lat.) Samosci. — Mart. Lenscius, typogr. academ. excud. 1604, 4°, eamque uberius recensuit, de auctore interpretationis, Stanislao Phœnicki, et de editore, Simone Simonowicz et de Dominico Neapolitano, quædam tradidit, affirmans vero, se Domin. Neapol. notulas in binis suis, iisque plenis non deprehendisse exemplaribus, J. Dan. Janozki in *Nachr. von den in der hochgräfl. Zaluskischen Bibl. sich befindenden raren polnisch. Büchern*, tom. V, p. 217 sqq. HARL.

(*b*) Inscriptio, teste Maittaire, *A. T.*, III, p. 733, hæc est : *Epiphanii, episc. Constantiæ, Hesychii et Chrysippi, presbyteror. Hierosolym. sermones aliquot de laudibus Mariæ : Gr. et Lat. J. Pico interprete. Paris. ap. viâ. Guil. Morelii*, 1565, 8°. ID.

Digitized by Google Распознавание текста

— V. etiam ad orat. β' indicatam scripta. Præter ea sunt in cod. Paris. 816 *Epiph. homiliæ de anima; de vanitate vitæ; in fine sæculi; in omnes martyres; in natalem Præcursoris et in Joannem evangelistam.* HARL. Latine legitur in *Bibliothecis Patrum Paris.* 1575, 1589, ex interpr. J. Pici, et apud Surium 8 Dec. Incipit : Τὰς ἐκλαμπούσας μαρμαρυγάς.

ς'. Περὶ βαΐων, *De festo Palmarum*, fragmentum. Incipit : Ὁ ὑπ' ἀγγέλων ἀσιγήτως ἀνυμνούμενος. Tom. II, p. 301.

ζ'. Περὶ πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *De fide, S. Trinitate, et mysteriis numerorum, ternarii, senarii et septenarii.* Tom. II, p. 304. Incipit : Πίστις ἐστι, τόσις δὲ ἡ εἰς Θεόν, πρᾶγμα ἀψηλάφητον.

η'. *In sanctam Christi resurrectionem.* Tom. II, p. 310. Latine tantum, ex versione Gerardi Vossii Tungrensis, qui edidit Rom. 1585, 12. Incipit : *Mortuorum luctus exsulavit.*

Has homilias viri docti ad juniorem quemdam Epiphanium Cyprium referendas esse existimant, licet Combefisius in *Bibliotheca concionatoria* contendat, quasdam illarum, ut tertiam *in sanctam resurrectionem*, antiqui illius Constantiensis ætati non male congruere.

In Petavii editione desiderantur :

15. Fragmentum breve Epiphanii *εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννου*, ex Catena Mazariniana ad Exod. XVI, 20. Græce vulgavit idem Combefisius *Auctar. noviss.* tom. II, p. 300.

16. *Apophthegmata* septemdecim Græce et Latine edita a Cotelerio inter *Apophthegmata Patrum*, p. 426-430 tom. I *Monum.*

17. *Miraculum sanctæ Eucharistiæ* e codice bibl. Palatinæ, versum a Petro de Monte, episcopo Bressensi sive Brixiensi, et sub Epiphanii nostri nomine Latine editum Rom. 1523. Cæterum Theophilus Raynaudus, S. J., qui recudi curavit a. 1640, cum copiosis suis animadversionibus in diss. *De apparitionibus in Eucharistiæ sacramento*, recusa a. 1665, tom. VI Opp., p. 582, et longe junioris esse Epiphanii ostendit p. 389 seq., inter alia etiam ex eo, quod Paulus secundus refertur mulctasse corpus suum flagellis : *Quæ imbonitas*, inquit, *ante ævum Petri Damiani, qui sæculo undecimo claruit, in nullis anachoretarum vel monachorum asperrima quæque consectantium gestis notata a me est.*

18. *In Canticum canticorum.* Cassiodorus lib. I *Divinar. inst.*, cap. 5 : *Post quos* (Origenem, Hieronymum, Rufinum) *Epiphanius, antistes Cyprius, totum librum* (Cantici canticorum) *Græco sermone uno volumine sub brevitate complexus est. Hunc nos, ut alios, in Latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum*, Epiphanium, *fecimus*, *Domino juvante*, *transferri.* Adnotat J. Garetius, commentarium illum esse non Epiphanii, sed Philonis, quem Carpasi in Cypro insula Epiphanius episcopum ordinavit, et Græce cum versione, a Cassiodoro memorata, exstitisse apud Emericum Bigotium. FABR. — Ego vero nolo repetere, quæ jam supra in vol. IV, 751 sqq., in hanc rem disputata sunt (*a*) : et de editione Giacomelli, qui sub Philonis nomine, Gr. ac Lat. illum commentar. e prelo exire jussit Romæ 1772, 4°, scitu necessaria adlata. Add. Krohnii *Cat.*, p. 91, n. 35 et 36. Contra sub nomine *Epiphanii commentarius in Canticum canticorum prodit nunc primum ex antiqua versione Latina opera et studio Petri Franc. Foggini.* Romæ typ. Palearini 1750, 4°. In præf. historia libri exponitur. — Antea sub Philonis quoque nomine prodiit *Interpretatio in Canticum canticorum* Lat. ex interpretatione Steph. Salutati. Paris., Christ. Wechel. 1537, 8°.—Paris. in bibl. publ. cod. 3092, n. 2, *Epiphanii Expositio in Canticum canticorum* ex cod. aliquo descripta in cod. Vatic. V. supra, ad IV, n. 1. Anthimus Gazi, archimandrita et sacerdos Græcorum, etc., Viennæ Austr., vidit 1796 Constantinopoli ap. Joasaph. hieromonachum, postea metropolitam Anchiali, Græcum cod. mst. Epiphanii εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων in-4°. In Catena Nicephori, p. 15, numeratur inter τὰ ἐκλελοιπότα, teste Altero in Lips. *A. L. Anz.*, A. 1800, n. 165, p. 1624. HARL.

VII. INEDITA.

19. *Expositio in Nahum prophetam* Græce ms. in bibl. regis Christianiss., teste Labbeo, p. 79 *Bibl. novæ mss.* [s. cod. 1458 init. in *Cat. codd. Paris.*, II, p. 325].

20. *In Psalmos* quædam, et *Περὶ διαιρέσεως ψαλμῶν* ms. habuit Theophilus Galeus, teste Caveo. FABR.—Adde infra, lib. V, c. 17, de Catenis Patrum, vol. VII, p. 749, et in alios libros sacros pag. 736, 775, 781, 788, 790, ed. vet. Universim in Patrum Catenis in varios V. ac N. T. libros aliisque collectionibus Epiphanii loca sæpe citantur. Vel ex Montfauc. *Biblioth. Coislin.* multa possunt colligi. Venet. in bibl. Michael. *Epiph. excerpta in Evang. S. Matthæi*, in cod. 120, qui Catenam Græcam continet, teste Mittarellio in *Bibl. codd. S. Michaelis*, p. 351.—Et sic in aliis variarum bibliothec. codd. — Add. J. Fabric. in *Historia bibl. suæ*, tom. VI, p. 150 sqq. — Sed temporis ratio et brevitatis studium uberiorem non permittit expositionem. Vid. quoque Matthæi *Notit. codd. Mosquens.*, p. 29. — In cod. Syriaco 5 Paris. inesse dicuntur nonnullæ in version. libror. IV Regum ac Daniel Syriacam observationes, quarum auctores esse feruntur Eusebius Pamphili et Epiphanius. V. *Catal. codd. Paris.*, tom. I, p. 51. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

21. Περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ποῦ ἕκαστος ἐκήρυξε, *De SS. apostolis*, ubi quisque eorum prædicavit, mortuus et sepultus est, uti varia exstant sub nominibus Dorothei, Hippolyti, Sophronii, Athanasii, ita etiam sub Epiphanii nomine fertur in codice regis Galliarum, 2951, p. 233. Unde profert nonnulla Cotelerius ad *Constitut. apostol.*, VII, 46, vocans indiculum ἀνέκδοτον pseudo-Epiphanii de apostolis. [V. ad n. 12.]

22. *Liber de ortu divino*, Hebediesu Catalogo librorum Chaldæorum n. 42.

Epiphanii librum *de Hebraicis nominibus* citat Scotus Erigena libro V *De divisione naturæ*, pag. 225. FABR. — In cod. bibl. publ. Paris. 1656, 12, *Epiphanii Lexicon*, quo vocc. Hebraica librorum sacrorum explicantur; superest tantum littera *A*, nec illa integra. Insuper *Epiphanii, quod septem opera fecit Deus die Annuntiationis*, excerptum, in cod. Medic. 50, 11, plut. 57, teste Bandin. *Cat.*, p. 433. HARL.

(a) Vide in Philone Carpathio, hujusce *Patrologiæ* tom. XL. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. FRANCISCO S. R. E. CARDINALI RUPIFUCALDIO,

EPISCOPO SILVANECTENSI,

MAGNO FRANCIÆ ELEEMOSYNARIO, AC SANCTÆ GENOVEFÆ APUD PARISIOS ABBATI.

Meliusne sit, et consultius, cardinalis illustrissime, pestiferarum hæreseon nefaria dogmata consignare litteris, an ea tacere penitus, jure inter sapientes quæritur. Ac nonnullos minus sectarum ipsa descriptio, diligens præsertim et enucleata, delectat. Alii cautione quadam ac delectu opus esse judicant, ut eæ solum prætermittantur, quæ aut vetustate jam obsoleverint, aut insigni fœditate ac spurcitia contaminatæ fuerint. Utrosque movet ea causa potissimum : quod cum universe decretorum ejusmodi recordatio perniciosa sit, tum eorum mortifera contagio, quæ obscenæ voluptatis lenociniis partim incautos alliciunt, partim invitos ac repugnantes afflatu nihilominus quodam turpitudinis et odore perfundunt. Quamobrem quod Epiphanius Gnosticorum, Basilidianorum, Carpocratianorum, Origenianorum arcanas ac detestandas libidines tam diligenter expresserit, non illud quidem viri sanctissimi factum consiliumque reprehendunt, sed eorum omnium memoriam oblivione conteri fuisse satius putant; et Græce, uti scripta sunt, relinqui modo, atque a peritioribus duntaxat legi oportere statuunt. Itaque Latine ut ea nos interpretemur, ac promiscuam flagitiorum conscientiam, communemque faciamus omnibus, probandum minime esse contendunt.

Contra quos omnes tam Epiphanii nostri quam nostra etiam causa disputandum breviter existimo. Ac priores quidem illi, quibus totum istud negotium displicet, hæreseon abstrusa ac recondita mysteria mandare scriptis, summum ac singulare veritati præsidium opinione sua detrahunt. Hoc enim extorquent; quo nascentes identidem ac redivivæ mendaciorum sectæ validissime propulsari a nobis evertique possint. Est quidem ejus, qui in hæresin vel moliendam vel tuendam incubuerit, animus in omnem audaciam sine ullo pudore projectus. Sed nemo est tamen ex illis absurdarum opinionum patronis, quem non utcunque convicti olim erroris ac damnati pudeat. Sint sane, uti sunt, ferrei omnes hæretici : sint pervicaces : iidem se in ipso ardore agitationeque disputandi ad resistendum acrius fingant : tamen qui id didicerit, quique certis veterum testimoniis compererit, ante ab antiquis Patribus et conciliis publicoque Christianorum consensu agnita ac repudiata dogmata illa, quam illi ipsi, quos sequitur, eorum interpolatores exsisterent, vix erit, opinor, ullus, cujus nisi frangi edomarique contumacia potuerit, non languidiores saltem habeat eruptiones et impetus, ac paulatim per seipsam refrigerata atque enervata concidat. Habent igitur hunc fructum commentarii illi qui de hæresibus scribuntur, ut in unaquaque ætate fautores perfidiæ ac satellites suos in illis, quos quidem erubescant, principes auctoresque recognoscant.

Jam qui certas ex hæresibus, easdemque vel oblitteratas, vel turpitudine infames omitti jubent, difficilem quamdam moderationem postulant : cujus ne ipsi quidem usum, rogati a nobis, expediant. Etenim si hoc certo polliceri possent, opinionum illa portenta, postquam oppressa ac sepulta semel essent, nunquam, nisi in libris exstarent, emersura denuo, neque suis ex illis bustis ac cineribus excitanda; nihil consilio huic istorum prævertendum puta-

Digitized by Google Распознавание текста

rem. Sed cum nihilominus statis temporum intervallis eadem illa monstra, amputata totics ac jugulata, reviviscant : cum idem hæresum illarum architectus inventorque diabolus, etiam omni librorum exstincta memoria, perseveret : cum iisdem artibus et machinis, eademque ad illas instaurandas calliditate ac nequitia sit præditus : neque nos istorum ille delectus adjuvat ; et adversus redintegrati morbi periculum pristina illa certissimaque subsidia comparanda sunt. Potuerit sane ante annos aliquot, imo sæcula, designatio illa certarum hæreseon ad scribendum et opportunitas jactari ; cum pauciores adhuc essent, nec tam diversis ac dissimilibus ex formis prodigiisque conflatæ. Hoc quidem tempore, quo emortuas pridem superiorum ætatum hæreses revocatas in lucem ac renovatas cernimus, ne dubitationi quidem illi, ac quæstioni locus amplius est relictus. Quod enim fuit in omni antiquitate genus opinionis ac sectæ tam horrendum, tam inusitatum et obsoletum? Quis tam obscenus et abominandus error? Quod perfidiæ genus tam palam omnium voce condemnatum, quod non parentum nostrorum memoria fautores aliquos ac sectatores habuerit? Parum est de Arianis illis conqueri, aut Macedonianis, Eunomianis, Nestorianis, et iis etiam antiquioribus Manichæis, Sabellianis, Samosatenis : cæterasque veteris Ecclesiæ faces ac tempestates persequi : in quibus præter dogmatis falsitatem nulla aut obscura fœditatis disciplina fuit : quæ omnes in Germania, Polonia, Pannonia, Russia, alibi denique renatæ ad hanc diem grassari et increbrescere dicuntur. Illæ ipsæ sordidissimarum libidinum inventrices hæreses ac magistræ, quæ promiscuos concubitus, ac reliquam corporis turpitudinem ostentabant, quæque uno Gnosticorum vocabulo contineri nonnunquam solent, iisdem in locis in Adamianos, Pikardos, Valdenses, Lugdunenses Pauperes, cæteraque portenta verius quam nomina redundarunt. Veniam ad Galliam nostram, ac novissimam Calviniani labem dogmatis, atque pestem, quæ in illius gremio consedit. De qua verissime hoc mihi videor esse dicturus : velut sentinam illam orbis esse terrarum, in quam veterum et recentium sectarum, errorumque colluvies confluxit : ac quidquid hæreseon hactenus exstitit, de quo legere aliquid vel audire potuimus, ex eo libatum esse ac derivatum aliquid ; atque ex abhorrentibus monstrorum omnium partibus ac figuris, ultimum illud, ac reliquis horribilius esse concretum.

Quamobrem cum et ubique terrarum, et hic apud nos priscarum sese hæreseon ac sectarum venena diffundant, ad illa, quæ supra dixi, præsidia confugiamus, et medicorum imitemur industriam. Quorum majores cum eosdem humanis ingruere corporibus ac recurrere morbos intelligerent, eorum origines, progressiones, proprietates, casuum atque eventorum exempla, tum remedia diligenter in libris notarunt : quæ dum posteri legunt, contra illos ipsos alieno se usu experientiaque confirmant. Ita nobis, quibus assiduum est iisdem cum erroribus, velut morbis ex intervallo recrudescentibus, ac jam ante cognitis, certamen ineundum, utiles sunt commentarii antiquarum hæresum : ex quibus non earum modo notitiam adipiscimur ; sed ad illas etiam, ubi renatæ fuerint, profligandas, eadem paramus auxilia, quibus, cum primum nascerentur, exstinctæ sunt.

Quo in genere cum multorum Patrum egregie sit labor, ac cum aliae versatus ; quem tu tamen, sive diligentia, sive ubertate eruditionis ac copia, cum Epiphanio conferas, reperies ex omni antiquitate neminem. Non enim ille brevem duntaxat hæreseon indicem cæterorum more conscripsit : quemadmodum Augustinus, Philastrius, Hieronymus, Damascenus, copiosius etiam Theodoretus, atque alii complures instituerunt : nec illorum tantummodo opiniones ac dogmata, res etiam ab earum auctoribus ac principibus gestas accuratissime proposuit. Sed quibus armis insuper aut illarum petitiones depelli, aut vicissim illæ peti, expugnarique possent, uberrime doctissimeque monstravit. Quibus etiam de causis Πανάριον, *sive, ut Anastasius Sinaita in* Quæstionibus, *ac Photius cum Græcis aliis habet,* Πανάρια, *id est,* medicam arcam, *sive* capsulam, *ac* thecam, *opus illud inscripsit : ut in eo sciremus contra mortiferos ac venenatos serpentium morsus, adeoque morbos omnes hæresum, saluberrima remedia contineri.*

Quocirca persæpe sum equidem Augustinum vehementerque miratus : qui in libro De hæresibus ad Quodvultdeum, *cum Epiphanii meminit, hæc de illo in Præfatione posuit :* Noster vero Epiphanius, Cyprius episcopus, abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens, sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemo-

Digitized by Google Распознавание текста

rans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt hi libelli : et si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris, vel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus. Hujus brevitatem si fuero in commemorandis hæresibus imitatus, quid a me brevius postulare, vel exspectare debeas, non habebis. *Hæccine, quæso, de Epiphanii* Panario *Augustinum scribere? Affirmare opus esse perbreve; et, si in unum libellum redigatur, tam mediocri mole et amplitudine futurum? Negare denique aliud iis in libris, præter simplicem hæreseon historiam, sine ulla mendacii oppugnatione tractari? Atqui et uberrimi sunt de hæresibus Epiphanii libri : et adversus singulas fuse accurateque disputat : nec illud ipsum postremo, quod omissum ab Epiphanio, a se vero factum iri dixerat, ut adversus singulas hæreses dissereret, aut in illo* De hæresibus *libello, aut in alio Augustinus ipse præstitit. Nihil enim præter sectarum omnium summam errorumque capita complexus est. Quod postremum ut admirationem auget, ita prius illud non levem suspicionem facit, Epiphanii* Panarium *ipsum, opusque* Adversus hæreses *integrum Augustinum nondum, illa cum scriptis proderet, vidisse : sed illius duntaxat epitomen, atque ejusdem fortassis Anacephalæosin, sive Breviarium ex singulorum tomorum et hæreseon argumentis et capitibus collectum. Quanquam illud etiam movet, quod in sex libros asserit Epiphanii opus esse partitum. At id secus se habet. Nam in tres duntaxat libros tribuitur. Libri omnes in tomos septem. Quare illud Augustini singulare est, quod* LVII *hæresi, quam Psallianorum vocat, Massalianorum Epiphanius, subtexuit :* Proinde ille de octoginta hæresibus separatis viginti, quas ante Domini adventum exstitisse, sicut ei visum est, computavit, reliquas post Domini ascensum natas sexaginta, brevissimis libris quinque comprehendit, atque omnes in sex libros totius ejusdem sui operis fecit concludi. *Tres in libros* Panarium *omne dividitur. Primus tomos continet tres, quorum in priore viginti illæ sunt Christo antiquiores hæreses. Alter earum, quæ post Christum exortæ sunt, tredecim colligit. Totidem postremus. Ac si librorum nomine tomos Augustinus intelligit, dempto superiore illo, qui viginti ex hæresibus constat, reliqui sex erunt, non septem. Quare fuerit illius operis, sive epitomes alia ratio partitioque necesse est, quod se Augustinus legisse, et imitari voluisse demonstrat.*

Sed a minuta illa et angusta disquisitione ad id redeo, quod de Panarii *commendatione ac fructu disputare cœperam. Nam ad illud, de quo agebatur, catholicæ religionis patrocinium, et hodiernarum eversionem hæresum opportunitates innumeras, et adjumenta suppeditat. Primum quod de ejus auctoritate, propter et scriptoris vetustatem, et illustrem inter Patres dignitatis locum, ne ipsi quidem obtrectatores antiquitatis, ac bonorum hostes omnium dubitant. Deinde quod præcipua quæque decreta fidei, quæ opinosissimi homines his temporibus inficiari audent, tam expressis ab illo testimoniis approbantur; quæ autem iis illi contraria defendunt, suos ad auctores, hoc est hæreticos revocata veteres, tam graviter ac crebro refutantur; ut quem adhuc falsitatis istius non pudeat, communem ante sensum quam modestiam verecundiamque perdiderit.*

Hæc de Epiphanio nostro adeo magnifice splendideque jactata quam vera sint, planum in singulis Lutheranorum et Calvinistarum erroribus facerem, si id aut epistolæ brevitas sineret, aut alium, quam te, cardinalis illustr., oratio hæc a nobis instituta respiceret. Sed id aut alio fortasse loco præstabimus, aut ad certos hodiernis e scriptoribus remittemus, qui in eam partem studiose ac sane utiliter incubuerunt. Tibi vero nota magis illa quam mihi sunt, qui quantus vir Epiphanius fuerit, quantumque Panarii *istius momentum sit, non aliena commendatione, sed studio ipse tuo experientiaque didicisti. Ac quidquid hactenus vel de auctoris hujus præstantia, vel de hæreseon labefactandarum ratione paulo verbosius explicavi, non id tua causa, neque ut quod abs te discere debeo, hoc te ipse docerem, pertractare volui : sed ut consilium de hac editione meum expositum tibi, a teque probatum, manaret ad cæteros, tuoque se judicio et auctoritate defenderet. Quam ego prærogativam voluntatis humanitatisque tuæ dignitate ipsa muneris ac pretio impetrare malui, quam, quæ trita et pervagata Præfationum seges est, ornandis tuis laudibus ac virtutum tuarum præconio colligere. Nam apud te de te ut verba faciam, singularis, quæ in te est, gravitas ac modestia non patitur. Neque te ambitiuncula ista, et, quod esse jucundissimum omnium acroama dicitur,*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ornamentorum tuorum atque insignium prædicatio delectat. Itaque non alio sequestre ac conciliatore gratiæ tuæ usus, quam Epiphanio ipso, ad tutelam nominis tui patrociniumque confugi. Quod ut mihi defuturum non esse confidam; facit amor in primis erga litteras tuus, tum pietatis religionisque cognitus omnibus ac perspectus ardor, quibus ex ambobus studiis nostræ illæ in Epiphanium collatæ operæ vigiliæque proficiscuntur. Faciunt excellentes ingenii artes virtutesque cæteræ : quibus Ecclesiæ principatum jamdudum publica omnium vota ac suffragia despondent. Facit postremo prolixus tuus in Societatem nostram, ac multis indiciis perspectus atque exploratus animus; tum nonnullus quoque tenuitati nostræ patefactus jamdiu ad benignitatem tuam aditus ac receptus. Quorum omnium summam brevissima hac certissimaque voce complectar : Neque te dignius quam quod a me modo defertur, offerri tibi munus posse, neque digniorem, cui illud offerrem, te uno reperiri potuisse. Vale.

Lutetiæ Parisiorum, anno ineunte MDCXXII, XVIII *Kal. Febr.*

Ill. A. T. deditissimus

Dionysius Petavius
Societatis Jesu presbyter.

AD CATHOLICUM ET CANDIDUM LECTOREM.

—

Cum assiduis eruditorum ac piorum hominum querelis flagitari jamdudum Epiphanium nostrum intelligam; a quibusdam etiam tarditatem accusari meam, quod cujus editionis spem ante complures annos ostenderim, ea nondum in lucem tam longo intervallo prodierit, nonnulla nostra excusatione muniendus ad æquitatem tuam aditus videtur. Erit illa vero perfacilis, si hoc cum animo tuo æstimare volueris, quantum ad id, quod initio prævideram, et ad quod paratus veneram, pensi ac laboris accesserit. Nam cum primum illud opus amicorum rogatu, et eorum qui auctoritate poterant apud me plurimum, hortatu recepi; unum illud designabam animo, ut et Græcis diligenter emendatis, et Latina Cornarii interpretatione castigata, adnotarem ea breviter, quibus ad auctoris mentem assequendam adjuvari non imperiti hominis industria posset. Ut autem Latine interpretarer ipse, neque constitueram equidem, neque fore necessarium arbitrabar. Hac ego spe, conditioneque cum ultro oneri illi successissem, cumque istud et amicorum prædicatione, et mea quoque denuntiatione manasset longius, quam ut vadimonium honeste possem deserere, mox ubi tractari cœpta res est, plus in ea negotii quam mihi pollicebar, esse situm animadverti. Postquam enim Cornarii Latina emendare sum ingressus; periculumque recensendis aliquot paginis feci, ecquid mediocri aliqua tractatione nitescere ac perpoliri posset, plena non solum fastidii visa res est, sed etiam molestiæ, et illiberalis cujusdam operæ ac laboris. Ita multa tum demenda, commutanda, interpolanda fuerunt; ut ego tolerabilius esse statuerem, aliam de integro, ac novam struere, quam alienæ, præsertim barbaræ, insulsæque tectorium inducere. Cessi igitur invitus, atque hæsitans licet, et in hoc me pistrinum detrudi, compingique sum passus : ut eum scriptorem, quem castigandum, ut dixi, atque ornandum tantummodo susceperam, Latino insuper sermone converterem.

Est illud profecto genus interpretandorum librorum utile bonis artibus; et quod major pars Græce aut omnino nescit, aut non ita scit, ut iis adjumentis carere possit, hac ætate necessarium. Sed idem tamen non solum insuave per sese; verum etiam, propter summam hoc tempore obtrectandi impunitatem, ac licentiam, sollicitum ac lubricum. Quoniam quidem recte facto, mediocris approbatio; errato, sine ulla venia, vehemens, et atrox reprehensio proponitur. Id adeo certorum hominum importunitate et inhumanitate fit : qui cum ipsi sine errore nihil scribant, neque se a quoquam redargui patiuntur, et hoc ipsum tamen tyrannico sibi jure in cæteros usurpant. Est autem in Græcis Latinam in linguam transferendis lapsum ac reprehensionem evitare difficile, propterea quod nemo est ita necessariis ad id munus præsidiis instructus; qui aut Græcos omnes auctores legerit, aut immensam vim artium omnium, et materiam; quarum ex scientia efflorescere, ac redundare debet interpretatio, usu et memoria comprehendat. Quis est enim qui divinas humanasque disciplinas, qui theologiæ, philosophiæ ac mathematum partes omnes; qui juris ac medicinæ, qui minutas denique artes vel unus exhaurire potuerit, vel infinitam vocabulorum, quæ cuique propria sunt, silvam varietatemque scrutari? Atqui cum illa passim Græcorum mo-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

nimentis aspersa sunt : tum eorumdem inscitia nonnunquam hallucinari interpretem par est, et ab illius a tis peritis, contra quam commissum aliquid fuerit, vitia ipsa deprehendi. Sed mutua ista castigatio erroris, et animadversio maximam affert communibus litteris utilitatem : ac ne ei quidem, qui erraverit, si se hominem natum esse recordetur, odiosa videri vel iniqua debet. Movet vero plerosque, atque ab hac publice commodandi ratione deterret, non reprehensio erroris ipsa, sed insultandi in aliena culpa libido quædam petulans ac procax, quæ utcunque vel levissima in re titubatum erit ; si unius voculæ vis ac potestas interpretem fugerit, sic quasi reip. salus agatur, rem ab honesta contentione ad illiberales rixas et sordidas, ad fœdissimas simultates, atque ad personarum injurias contumeliasque transferunt. Hæc igitur ipsa famæ honorisque proposita dimicatio quietos et moderatos homines, qui nonnullum tamen in publica sibi commendatione laborum fructum constituunt, defugere operam illam admonet potius, quam cum acribus et pugnacibus adversariis, et ad quævis dicenda audiendaque paratissimis in puerile certamen descendere. Mihi vero, quem ad sublimius quiddam et divinius cogitata omnia consiliaque referre, susceptæ vitæ rationes hortantur, atque hæc vanissimorum et ineptissimorum hominum judicia contemnere, cur Epiphanii interpretationem vererer attingere, causa in primis ista fuit : quod cum lentum ac diuturnum fore negotium illud animadverterem, tantumdem præstantioribus studiis detractum iri temporis cernerem, quantum in eam occupationem esset insumptum. Accedebat ad communem interpretandi molestiam præcipua quædam in illo scriptore difficultas : quod incompta et salebrosa est illius oratio, et in qua frequentissime occurrunt illa, quæ Græci ἀναπόδοτα, et ἀνακόλουθα nominant : pedestre ac populare dicendi genus. Quod sive pari sermonis simplicitate consequi volueris, subagreste quiddam exsistet ac putidum : cujusmodi sunt Latina fere Cornarii, cujus nos utique similes esse nolimus. Sin ornatum atque cultum adhibeas, id sine magna sententiarum commutatione obtinere vix possis. Altera causa est quod iidem illi Epiphanii libri mendis ac maculis scatent innumeris : quæ non modo infringunt interpretis conatum, sed ad divinationes ac temerarias interdum conjecturas adigunt : dum ne suspensa ac mutila sententia relinquatur, supplere multa de suo, aut aliter atque edita sunt, conformare cogitur. In quo ut acute non pauca et solerter inveniat, aberret tamen interdum, seque criminationibus istorum, quos dixi, et calumniis objiciat. Vicit nihilominus privatas rationes bene de te, catholice Lector, deque Ecclesiæ causa merendi studium. Vicit novæ, jampridem a me data fides editionis, ac promissi religio. Nam et tua atque Ecclesiæ communis intererat, opus illud, quod ad diluendas hæreses a gravissimo et sanctissimo Patre Græcis est editum, quemlibet potius interpretem habere quam hæreticum : et ad recentis editionis splendorem attinebat, commodius aliquanto, minus certe barbare et iniquitate loquentem Epiphanium, Latinis auribus non suspecto ab auctore committi.

Habes quæ mihi causæ tarditatis fuerint : cognosce nunc cætera. Epiphanium tibi damus integra primum fide ex vetustis codicibus, quoad licuit, castigatum ac recensitum. Horum princeps Vaticanus fuit : cujus diversas lectiones Romæ olim a se collectas R. P. Andreas Schottus, pari vir humanitate atque eruditione præditus ad me sponte misit. Ex quo permulta sunt a nobis opportune restituta. Accessit ex bibliotheca regis Christianissimi depromptus alter, quo cum Basileensem ipsi contulimus. Ex amborum auctoritate, si quid in contextu ipso mutatum reperies, scito esse profectum. Reliqua, quæ ex judicio emendare facile potuimus, utut erant in Basileensi, reliquimus : atque ad oram fere paginarum conjecturam nostram ascripsimus, quædam in animadversiones conjecimus. Nam et animadversionibus nostris, hoc est plenioribus notis ac prope commentariis, Epiphanium illustriorem reddidimus. In quibus quantum a me sit elaboratum, quantum ex melioribus derivatum studiis, ex re ipsa facilius quam mea oratione perspicies. Illud quidem providendum duximus, ut ne aridæ ac jejunæ nimis essent, et variarum lectionum exiles quædam notæ : sed si quod uberius apud Epiphanium esset argumentum ; si qua paululum insignis quæstio, cujus difficultas cum utilitate certaret, ea nos pro usu captuque nostro liberius ac diffusius tractavimus. Quo in genere multa illic habes de Natalis Christi et Passionis anno ac die : de Paschali mense, de Judæorum cyclo, de antiquo pœnitentiæ ritu, de Sirmiensi et Ancyrano conciliis, de nonnullis veteris Ecclesiæ moribus, de Romanorum imperat. chronologia, et id genus aliis explicata. Quæ si longiora videbuntur, licet disputationibus iisce præteritis, quarum ideirco titulum paginarum initiis ascripsimus, ea deligere, quæ ad Epiphanium sine offensione percurrendum necessario præcipienda sunt. Quanquam ejusmodi fere illa esse cognosces, ut supervacanea aut alieno posita loco videri nequeant. Ita plerumque perplexum atque anceps est, quod ab Epiphanio proponitur, argumentum, ut ad intelligentiam sui aliquanto etiam plura quam a nobis sunt allata desideret.

Illud vero postremo ad Epiphanii tractationem commodum accessit, ut, quoniam longiores singularum hæresum disputationes sunt, ac perpetuo cursu orationis, sine ulla interspiratione ac distinctione contextæ, certas in partes, ac veluti capita hæresim unamquamque tribueremus : quibus numerales ad eram notas apposuimus. Quæ res non legentium solum fastidium sublevabit, sed ad citanda testimonia cumprimis erit expedita. Nam quoties ex aliqua Epiphanii Hæresi auctoritas producitur, si illam, uti fit, recognoscere volueris, tota tibi, quæ nonnunquam est immensa, pervolvenda disputatio est. Nunc notarum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

illarum capitumque compendio licet, non tantum qua ex hæresi locum illum adduxeris, sed etiam quoto ex hæresis numero, vel ascribere ipsum vel ascriptum ab aliis nullo negotio reperire. Quod si mihi id occurrisset initio, de quo, affecto jam opere, venit in mentem, etiam Basileensis editionis paginas ad marginem nostræ hujus addidissem, propter eos videlicet auctores, qui cum Epiphanii locum aliquem proferunt, paginarum eadem ex editione numerum utiliter adnotant. Quare istud in alia, si res tulerit, editione faciendum suaserim.

Tu velim, catholice ac candide Lector (neque enim pluribus te detineo), ad hanc lucubrationem nostram sic accedas, ut intelligas, neque nihil a nobis esse peccatum : et si quæ in illa commissa deprehenderis, ea pluribus cum bonis : si modo plura mihi bona sunt : aut æqualibus, paucioribusve compenses : atque his fruare, illis veniam tribuas : pro æquitate tua denique majora et utiliora deinceps a nobis exspectes.

DE EPIPHANIO VETERUM ELOGIA QUÆDAM.

Hieronymus libro De scriptoribus ecclesiasticis.

Epiphanius, Cypri Salaminæ episcopus, scripsit adversum omnes hæreses libros, et multa alia, quæ ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur. Superest usque hodie, et in extrema senectute varia cudit opera.

Idem apologia secunda Contra Rufinum.

Non tibi sufficit passim contra omnes detractio, nisi specialiter contra beatum et insignem Ecclesiæ sacerdotem styli tui lanceam dirigas? Quis ille, qui velut necessitatem evangelizandi per omnes gentes, et per omnes linguas habere se putat de Origene male loquendi : qui sex millia librorum ejus se legisse, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est?

Mox. Crimini ei dandum est, quare Græcam, Syram, et Hebræam, et Ægyptiacam linguam, ex parte et Latinam noverit, etc

Meminit et passim, ut in Epistola 61 *contra Joannem Hierosol., in* Epitaphio Paulæ, *in* Vita Hilarionis, *et aliis in locis.*

Augustinus libro De hæresibus, ad Quodvultdeum.

Usque ad istos ergo *De hæresibus* opus suum perduxit supradictus Epiphanius, episcopus Cyprius, apud Græcos inter magnos habitus, et a multis in catholicæ fidei sanitate laudatus.

Cætera quæ de Epiphanii opere eodem in libro commemorat Augustinus, in Epistola supra a nobis allata et excussa sunt.

Sozomenus lib. VII, *c.* 26.

Per idem tempus Epiphanius metropolitanæ Cypriorum Ecclesiæ præerat. Quem non modo vitæ institutum, ac præclaræ virtutes insignem reddiderunt; sed et miracula ipsa, quæ partim vivo adhuc ipso, partim post ejus obitum Deus in ipsius honorem edidit. Mortuo enim illo, quod adhuc superstite non contigerat, fama est hodieque dæmones ad ejus sepulcrum fugari, ac nonnullas curationes fieri. Sed et viventi etiamnum multa prodigia tribuuntur. *Vide ibidem reliqua.*

Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Ἐπιφάνιος τῆς Κυπρίων ἐπεσκόπει μητροπόλεως· ὃν οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐπίσημον ἐπὶ ἀρεταῖς ἀπέδειξεν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παράδοξα ζῶντος αὐτοῦ, καὶ μετὰ τελευτὴν, τιμῶν τὸν ἄνδρα ὁ Θεὸς ἐπετέλεσεν. Ἀποθανόντι γὰρ, ὃ μὴ περιόντι ὑπῆρξε, λόγος ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ εἰσέτι νῦν δαίμονας ἀπελαύνεσθαι, καὶ ἰάσεις τινὰς γίνεσθαι. Ἐν ᾧ καὶ ζῶν ἐτύγχανε, πολλὰ θαυμάσια αὐτῷ ἀνατιθέασι.

Mentionem ejusdem facit et Socrates, lib. VI, *cap.* 10, 11, *in historia Chrysostomi. Sozomenus quoque lib.* VIII, *cap.* 14, *et ex illis Nicephorus lib.* XIII, *cap.* 12. *Sed cavendi iidem illi scriptores, dum Epiphanium referunt Anthropomorphitarum initio dogmati inhærentem, et a Theophilo errorem dedoctum, eidem propterea favisse, atque Origenem damnasse. Fallunt enim, aut falluntur historici illi Origeni plus æquo dediti, et eam viro sanctissimo ac doctissimo calumniam aspergunt, quam Catholicis imponere vulgo Origenistæ consueverant; uti nimirum Deum ab illis corporeum, ac membris suis humano more constantem fingi, impudenter assererent. Nam ab omni hac invidia Epiphanium sublevat Hieronymus epistola* 61 ad Pammachium *contra Joannem Hierosol. Vide* Annales *Baron. anno præsertim* 392 *et* 393. *Sed et alios deinceps, in quibus Epiphanii gesta prosequitur.*

[*Meminerunt ejus præterea et Nicænæ synodi secundæ Acta.*]

Digitized by Google Распознавание текста

Ex Bibliotheca *Photii*, cod. CXXIV.

Ἀνεγνώσθη Ἐπιφανίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τὰ *Πανάρια* ἐν τεύχεσι μὲν τρισὶ, τόμοις δὲ ἑπτὰ, κατὰ αἱρέσεων δὲ ὀγδοήκοντα. Ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Βαρβαρισμοῦ, κάτεισι δὲ μέχρι τῶν Μεσσαλιανῶν. Πάντων δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ κατὰ αἱρέσεων καταβεβληκότων πόνους πλατύτερός τε καὶ χρησιμώτερος· ὅτι ἅπερ τε ἐκείνοις ἐρρήθη τὸ χρήσιμον ἔχοντα, οὗτος οὐ παραλέλοιπε, καὶ εἴ τι προσεξευρεῖν ἠδυνήθη, προσέθηκε. Τὴν δὲ φράσιν ταπεινός τε καὶ οἷα εἰκὸς Ἀττικῆς παιδείας ἀμελέτητος. Ἀσθενὴς δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεως συμπλοκαῖς. Ἐνιαχοῦ μέντοι ἀριστεύει ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτῷ, καὶ τῆς συντάξεως οὐδὲν τὸ ἰδίωμα συμβελτιοῦται. A

Lecta sunt sanctissimi Epiphanii *Panaria* tribus comprehensa voluminibus, tomis septem, adversus hæreses LXXX. Initium duxit a Barbarismo, et ad Messalianos usque pervenit. Hic omnibus, qui ante ipsum adversus hæreses lucubrationes ediderunt, uberior atque utilior est. Nam nec ea prætermisit, quæcunque ab aliis prodita utilitatis aliquid continent : et ipse quæ potuit a se excogitata illis addidit. Genus dicendi humile, et cujusmodi ejus esse potest, qui Atticæ doctrinæ rudis exstiterit. Sed et in confutandis hæresibus plerumque nervos non habet. Quanquam interdum præstantissimis illas rationibus ac sententiis aggreditur : etsi nihilo dictio sit atque orationis structura, aut stylus ipse commodior.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ ὁ Ἀγκυρωτὸς, σύνοψις ὥσπερ τῶν *Παναρίων* ὑπάρχουσα. B

Legimus et ejusdem *Ancoratum*, quæ est summa quædam *Panariorum*.

—

Ἐκ τοῦ Μηνολογίου, μηνὸς Μαΐου. — Τῷ αὐτῷ ιβ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντίας Κύπρου.

Ex Menologio Græcorum. — Eodem mense Maio, die XII, *sancti Patris nostri Epiphanii archiepiscopi Constantiæ in Cypro.*

Στίχος.

Versus.

Φανεὶς Ἐπιφάνιος ἐν Κύπρῳ μέγας,
Κλέος παρ' αὐτῇ καὶ θανὼν ἔχει μέγα.
Τῇ δυοκαιδεκάτῃ Ἐπιφάνιον μόρος εἶλεν.

Epiphanius in Cypro magni nominis dum viveret,
Etiam fatis functus apud ipsam magnus habetur.
Die duodecima mors Epiphanium tulit.

Οὗτος ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς Ἐπιφάνιος χώρας γέγονε Φοινίκης, ἐκ περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως, γονέων αὐτουργῶν. Τραφεὶς δὲ ἐν οἰκίᾳ μικρᾷ, καὶ οἵαν ἔχοιεν πένητες ἄνθρωποι, καὶ γηπόνοι, αὐτὸς τῇ κατὰ Θεὸν διέλαμψεν ἀρετῇ, καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς κατ' εὐσέβειαν προήχθη πολιτείας. Τῶν γὰρ γονέων αὐτοῦ τῇ τοῦ νόμου ἐναπομεινάντων λατρείᾳ καὶ σκιᾷ, καὶ μὴ δυνηθέντων ἰδεῖν τὸ φῶς τῆς χάριτος, αὐτὸς πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ ἀλήθειαν ἔδραμεν, C μικρᾶς δραξάμενος ἀφορμῆς. Κλεοβίου γάρ τινος ἐλαυνομένου αὐτοῦ τὴν πληγὴν, ἣν ὑπέστη κατὰ τοῦ μηροῦ, ἀτάκτως πεσόντος ἀπὸ ὑποζυγίου, οὗ ἐπωχεῖτο, κατασκιρτήσαντος, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ ὑποζυγίου θανατωθέντος, τότε μὲν ἀμφίδοξον ἐν διαλογισμοῖς ἔσχε τὴν γνώμην, καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάνυ τῇ τοῦ νόμου προσεῖχε δουλείᾳ. Ὕστερον δὲ Λουκιανῷ τινι μονάζοντι ἐντυχὼν, οἷδεν αὐτὸν πένητι ἐντυγχάνοντα, ζητοῦντι αὐτῷ βρῶσιν φαγεῖν· ὁ δὲ καὶ τριβώνιον ἀπέδωκε, καὶ αὐτίκα ἄνωθεν ἐκείνῳ στολὴ τῷ Λουκιανῷ ἐνεδύετο. Καὶ ταῦτα θεασάμενος Ἐπιφάνιος, τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσέρχεται, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα παρὰ τοῦ ἐπισκόπου δέχεται. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν δυσέφικτον ἐν ἐπιτόμῳ πάντα περιλαβεῖν, ἃ εἰργάσατο. Τοσοῦτον δὲ εἰπεῖν μόνον ἐστὶν ἀναγκαῖον, ὅτι κομιδῇ νέος ὢν τῇ ἡλικίᾳ, τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν ὑποδεξάμενος, εὐθὺς μονάσας ὁσίως, πάντας τοὺς κατ' αὐτὸν ὑπερήλασεν ἐγκρατείᾳ, καὶ πόνοις ἀσκητικοῖς· καὶ εἰς τὸ τέλειον τῆς ἀρχιερωσύνης γενόμενος, κατάλληλον ἔσχεν τὴν πρᾶξιν τοῖς προβεβιωμένοις. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς παρελθοῦσιν ἀσκητικὴν διαγωγὴν, πλήθη θαυμάτων, καὶ θεραπείαν πολλῶν ἀσθενούντων εἰργάσατο. Ἐν δὲ τοῖς μετὰ τὴν ἱερωσύνην, αὐτά τε ταῦτα, καὶ διδασκαλίαν ὀρθὴν, καὶ D

Magnus iste atque admirabilis Epiphanius e Phœnicia oriundus, in agro Eleutheropolitano, parentibus pauperibus, et manibus victum sibi quærentibus, humili in domo, et cujusmodi pauperum atque agricolarum esse potest, educatus; splendore ipse virtutis claruit, et ad summum piæ religiosæ vitæ fastigium provectus est. Nam cum ejus parentes in Judaicæ cultu legis atque umbra perseverassent, neque gratiæ lucem aspicere potuissent, ipse, levissimam occasionem nactus, Christianam ad veritatem confugit. Postquam enim Cleobius quidam illum equi indomiti, ac contumacis insultu prostratum, et in femore sauciatum curavit, atque equus ipse interfectus est : statim quidem vario cogitationum æstu mens illius agitari cœpit : ita ut deinceps erga legis servitutem non adeo esset affectus. Postea vero in Lucianum quemdam monachum incidens, cum eum vidisset a mendico stipem rogatum, ubi pallium suum largitus esset, veste de cœlo missa protinus indutum, Christianæ religioni nomen dedit, atque ab episcopo baptizatus est. Quæ vero postea gesserit, paucis complecti omnia difficile est. Unum illud, et quidem necessarium, affirmare possumus : cum is ætate admodum esset adolescens, simulatque Christi fidem amplexus est, monasticæ professionis instituto suscepto, æquales illum suos omnes continentia, et asceticæ vitæ laboribus antecessisse. Posteaquam autem summum ad sacerdotium pervenit, consentanea vitæ anteactæ virtutum officiis præ se tulit. Etenim cum antea monasticam vivendi rationem crebris miraculis, atque ægrotorum plurimorum curationibus exornasset; suscepto pontificatu, præter hæc omnia, sanam ac

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sinceram doctrinam adjungens, etiam scriptorum suorum copia universos erudiit. Quibus dum intentus est, multos ab infidelibus et hæreticis labores pertulit. Postremo cum centum quinque annos, ac menses præterea tres explesset, quemadmodum Arcadio imperatori interroganti responderat, spiritum Domino reddidit, peregre, et extra sedem suam : pro eo ac Chrysostomus petierat ; quoniam relegationi hujus Epiphanius subscripserat. Vicissim autem Epiphanium rescripsisse memorant ; neque illum locum eum, in quem deportari jussus erat, esse visurum. Jam synaxis, quæ in illius honorem fit, in sanctissima illius æde celebratur, quæ est ad sancti Philemonis. Per hujus preces, Deus, miserere nobis.

A συγγραμμάτων πλήθει πάντας ἐπαίδευσεν. Ὑπὲρ οὗ πολλοὺς ἐξεῦρε τοὺς πειρασμοὺς παρὰ τῶν κακοδόξων. Ζήσας δὲ ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ἐπὶ μησὶ τρισὶν, ὡς αὐτὸς Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ ἐρωτήσαντι ἀπεκρίνατο, τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα παρέθετο· οὐκ ἐν τῷ οἰκείῳ θρόνῳ, κατὰ τὴν τοῦ Χρυσοστόμου αἴτησιν, ἐπεὶ τῇ καὶ ἐκείνου ἐξορίᾳ συνῄνεσεν. Τὸν δέ φασιν ἀντιγράψαι, μηδὲ αὐτὸν τὸν τόπον, πρὸς ὃν ἀπέσταλτο ὑπερόριος, φθᾶσαι κατιδεῖν. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ οἴκῳ τῷ ὄντι ἐντὸς τοῦ ἁγίου Φιλήμονος. Ταῖς αὐτοῦ πρεσβείαις, ὁ Θεὸς, ἐλέησον ἡμᾶς.

SUIDAS.

Ἐπιφάνιος Κωνσταντείας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπος, τῆς πρότερον Σαλαμῖνος, ἔγραψε κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων λόγους, ἃ *Πανάρια* λέγονται, καὶ ἕτερα πολλά· ἅτινα παρὰ μὲν τῶν πεπαιδευμένων διὰ τὰ πράγματα, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ τὰ ῥήματα ἀναγινώσκεται. Τελευτᾷ ἑσχατόγηρως.

Quæ totidem fere verbis ex Hieronymo Sophronius expressit.

MONITUM.

Subjecta Epiphanii Vita, Latine olim a Surio edita, Græce nunc primum prodit, multis in locis recognita. Quæ quanquam in plerisque fabulæ est quam historiæ propior, ut jamdudum monuit Baronius in *Annalibus* (*a*), erit tamen in lutulenta illa narratione fortasse quod tollere possis. Et alioqui multa continet quæ cum vera receptaque ab omnibus historia consentanea sunt, sed eadem admista falsis. In quibus discernendis si nihil aliud, tuum, Lector humanissime, judicium, ac κριτικὴ τῆς ἱστορίας δύναμις exerceri possit.

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ.

VITA SANCTI EPIPHANII

CONSTANTIÆ IN CYPRO EPISCOPI

Excerpta ex voce Joannis unius ex ejus discipulis.

1. Epiphanius erat quidem genere Phœnix, ex ea regione, quæ est circa Eleutheropolim ; distat vero a civitate ad tria milliaria. Fuit autem pater ejus agricola ; matris vero ejus studium erat se in lino exercere. Iis autem fuere duo filii, Epiphanius, et una filia Callitropos. Accidit autem ut eorum pater e vita excederet ; mansit vero Epiphanius decem annos natus matri suæ, quando mortuus est pater ejus. Cruciabatur autem animo ejus mater, dum

B Α'. Ἐπιφάνιος γένος μὲν ἦν Φοινίκων τῆς περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως, ἀπὸ σημείων τριῶν τῆς αὐτῆς ὑπάρχων ἀποστήματος. Ὁ δὲ τούτου πατὴρ γαιηπόνος ὑπῆρχεν· τὸ δὲ ἐπιτήδευμα τῆς μητρὸς αὐτοῦ, λινυφαρία ὑπῆρχεν. Ἦν οὖν τούτοις δύο παιδία, ὅ τε Ἐπιφάνιος καὶ θυγάτηρ μία Καλλίτροπος. Ἔτυχεν οὖν τὸν τούτου πατέρα τελευτῆσαι· ἔμεινεν δὲ Ἐπιφάνιος δέκα ἐτῶν τῇ μητρὶ αὐτοῦ, μετὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ. Συνείχετο δὲ ἡ μήτηρ

(*a*) Ad an. 372.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

αὐτοῦ τὸ πῶς διαθρέψαι Ἐπιφάνιον, καὶ τὴν τούτου ἀδελφήν, ἐπειδὴ συμμέτρως διῆγον τὰ σωματικά. Τῶν δὲ ἐχόντων ὑποζύγιον ἄτακτον πρὸς ὑπηρεσίαν, εἶπεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ πρὸς Ἐπιφάνιον· Τέκνον, ἐπειδὴ στένωσιν ἡμῖν παρέχει ὁ οἶκος περὶ τὰς σωματικὰς χρείας, καὶ χρῄζομεν ἐδωδίμων, λάβε τὸ ὑποζύγιον τὸ ὂν ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν· καὶ ἄπελθε ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ πώλησον αὐτό· καὶ ποιήσωμεν τὴν ἡμῶν πρὸς διατροφὴν χρείαν. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα· Μῆτερ, σὺ γινώσκεις, ὅτι ἄτακτόν ἐστιν τὸ ὑποζύγιον ἡμῶν· καὶ ἔσται, ἐὰν ἀπέλθω ἐπὶ τὸ διαπωλῆσαι αὐτό, εἰδότες οἱ συναχθέντες ἄνδρες ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τὴν ἀταξίαν αὐτοῦ, τιμωρήσονταί με λέγοντες, ὅτι Κακὸν ἔχων, κακῶς ὑπομένῃς κατὰ τὸν νόμον. Εἶπεν δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· Ἄπελθε, τέκνον· καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ δώσει σύνεσιν τῷ ὑποζυγίῳ, ὅπως διὰ τοῦ τιμήματος αὐτοῦ ἡμεῖς διακονηθῶμεν. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐπικαλεσάμενος τὸν Θεὸν, τὸν δόντα χάριν τῷ Μωϋσεῖ ἐπιτελεῖν κατὰ πρόσωπον Φαραὼ τὰ σημεῖα τὰ μέγιστα, ἐπορεύθη, βουλόμενος τὴν ὑπακοὴν τῆς ἰδίας μητρὸς πληρῶσαι.

A sollicita esset, quomodo Epiphanium aleret, et ejus sororem, quandoquidem erant modicæ eorum facultates. Cum unum vero jumentum haberent indomitum, dixit mater Epiphanio : Fili, quoniam familia nostra, in iis quæ ad corporis usum pertinent, nobis præbet angustias, et cibo indigemus, accipe jumentum, quod est intra domum nostram, et vade ad nundinas, et vende : et ita id quod erit ad nos alendos usui, suppeditabimus. Epiphanius autem dixit matri suæ : Scis jumentum nostrum adhuc esse indomitum, fietque ut si eam ad id vendendum, qui in illo loco congregati erunt, videntes ejus insolentiam, me pœna afficiant, dicentes : Cum malum habeas, male patieris ex lege. Dixit ei mater : Abi, fili; Deus patrum nostrorum B Abrahæ, Isaac et Jacob, jumento dabit intelligentiam, ut per ejus pretium nos nostro usui serviamus. Epiphanius autem, Deo invocato, qui dedit Mosi gratiam, ut maxima signa faceret coram Pharaone, profectus est, volens obedire matri suæ.

Β'. Καὶ δὴ εἰσελθὼν εἰς τὴν πανήγυριν, ἐγένετο τὸ ὑποζύγιον τὸ ἄτακτον, εὔτακτον, καὶ πολλῇ πραότητι κεκοσμημένον. Παρεγένετο δέ τις Ἰουδαῖος ἀνὴρ πραγματευτὴς, ὀνόματι Ἰακώβ· καὶ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Βούλει, παιδίον, τὸ ὑποζύγιον τοῦτο πωλῆσαι; Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ναὶ, πάτερ· διὰ τοῦτο ἐνήνοχα αὐτὸ ἐνταῦθα. Ὁ δὲ Ἰακὼβ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Ποίας θρησκείας ὑπάρχεις; Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν· Ἰουδαῖος. Εἶπεν δὲ Ἰακώβ· Σύνεθνοι ὄντες, μὴ ἁμαρτίαν μεσίτην λάβωμεν καθ' ἑαυτῶν, τέκνον· ἀλλὰ δικαίου Θεοῦ ὄντες δικαιώσωμεν τὴν τοῦ ὑποζυγίου τιμήν. Ὡς μήτε σὺ ἀδικηθῇς, μήτε ἐγὼ ζημιωθῶ· μὴ καὶ κατάρας ἑαυτοῖς ἐπενέγκωμεν μετὰ ταῦτα, καὶ ἀγανακτήσει ὁ Θεὸς καθ' ἡμῶν· ἀλλὰ μᾶλλον εὐλογίας· ὅτι εἶπεν· *Ὁ εὐλογῶν εὐλογεῖται, καὶ ὁ καταρώμενος καταρᾶται.* Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἐπιφάνιος, σφόδρα ἐφοβήθη τὴν κατάκρισιν τοῦ Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν· Οὐκέτι βούλομαί σοι πιπράσκειν τὸ ὑποζύγιον τοῦτο. Ὁ δὲ Ἰακὼβ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Διὰ ποίαν αἰτίαν, ὦ τέκνον; Ὁ Ἐπιφάνιος εἶπε πρὸς αὐτόν· Τὸ ὑποζύγιον τοῦτο, πάτερ, ἄτακτόν ἐστιν, καὶ στένωσις πικροτάτου λιμοῦ ἐπεισῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ μου· ὑπάρχει γάρ μοι μήτηρ, καὶ ἀδελφή. Ὁ γὰρ πατήρ μου ἐξῆλθεν τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον. Ἧς οὖν μητρός μου ἐγένετο κέλευσις τοῦ πωλῆσαι τὸ ὑποζύγιον διὰ τὴν χρείαν τῶν ἐδωδίμων. Νῦν δὲ ἤκουσα παρὰ σοῦ, πάτερ, ὅτι κακὸν τὸ καταβλάπτειν, καὶ ἐφοβήθην τὸν Θεὸν, μήποτε καταράσῃ με, καὶ τιμωρήσεταί με ὁ Θεὸς διὰ τῆς κατάρας τῆς γενομένης εἰς ἐμέ.

II. Cum ad nundinas autem esset ingressus, accidit ut jumentum indomitum fieret placidum, et valde mansuetum. Adfuit autem quidam Judæus negotiator, nomine Jacob, qui dixit Epiphanio : Vis, o fili, vendere hoc jumentum? Dixit Epiphanius : Maxime, pater, ea enim de causa id adduxi. Respondens autem, dixit Epiphanio : Cujusnam es religionis? Dixit Epiphanius : Judæus. Dixit ei C Jacob : Cum simus ejusdem gentis, non debet inter nos peccatum intercedere : sed cum sit Deus noster justus, constituamus justum jumenti pretium, ut neque tu injuria afficiaris, nec ego damnum patiar : ne maledicta postea nobis inferamus, et Deus nobis irascatur; sed potius benedictiones, quoniam dixit [1] : *Qui benedicit, benedicetur; et qui maledicit, est maledictus.* His autem auditis, Epiphanius valde timuit condemnationem Jacob, et dixit ei : Nolo tibi amplius vendere hoc jumentum. Jacob vero dixit Epiphanio : Quanam de causa, o fili? Epiphanius dixit ei : Hoc jumentum, o pater, est insolens et indomitum; acerbissimæ vero famis angustiæ subiere domum meam. Est autem mihi ma- D ter et soror; pater enim meus excessit e vita humana. Mater mea jussit, ut venderem hoc jumentum, propterea quod cibo indigeremus. Nunc autem audivi ex te, pater, quod malum sit damnum afferre; et Deum timui, ne forte tu mihi maledicas, et ille me puniat propter tuam in me maledictionem.

Γ'. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰακὼβ, ἐθαύμασεν ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει τοῦ παιδός· καὶ λαβὼν τρία νομίσματα, ἔδωκεν Ἐπιφανίῳ, ἅμα καὶ τοιούτοις λόγοις διδάσκων αὐτόν· Τέκνον, λάβε ταύτην τὴν εὐλογίαν, καὶ πορεύου πρὸς τὴν σὴν μητέρα· καὶ εἰσοίσεις ἐν τῷ

III. Cum hæc autem audiisset Jacob, miratus est responsum pueri; accepitque tres nummos, et dedit Epiphanio, simul etiam eum docens verbis hujusmodi : Fili, hanc accipe benedictionem, et vade ad matrem tuam, et inferes panes in domum

[1] Gen. XXVII, 29.

Digitized by Google Распознавание текста

tuam. Tecum quoque accipe hoc jumentum ; et si suum quidem mutet vitium, et mores insolentes ac protervos, maneat domi tuæ ; sin autem in hac perseveret insolentia, ejice e tuis ædibus, ne alicui ex tuis mortem afferat. Cum hæc audiisset Epiphanius, et a Jacobo tres nummos accepisset, accepto jumento, profectus est in vicum ad matrem suam. Priusquam autem ipse ingrederetur in vicum, circiter mille passus, occurrit ei homo Christianus, nomine Cleobius, qui ei dixit : Vis vendere jumentum, o fili? Respondens dixit Epiphanius : Nolo, pater. Dixit autem Cleobius : Si vis eum vendere, cape ejus pretium, et ipsum mihi relinque. Cum hæc autem Epiphanio diceret Cleobius, animal insolenter irruens et impetum faciens, Epiphanium excussit, humique allisit, et abiit extra semitam. Epiphanius autem ex jumenti insolentia gravem accepit dolorem, humique jacebat, flens amare et non valens surgere. Cleobius vero accedens ad Epiphanium et femur ejus tenens in eo loco, in quo affectus fuerat ab insolenti bestia, cum eum ter signasset, statim erexit nihil mali in se habentem. Cleobius autem dixit jumento pleno omni insolentia : Tibi dico, quoniam voluisti tuum dominum occidere, in nomine Jesu Christi crucifixi, non amplius excedas ex hoc loco. Quod postquam dixisset Cleobius, jumentum statim cecidit in terram mortuum. Cleobium autem interrogavit Epiphanius, dicens : Quis est, o pater, Jesus crucifixus, quod talia fiunt per ejus nomen? Respondit Cleobius, et dixit Epiphanio : Hic Jesus est Filius Dei, quem crucifixerunt Judæi. Epiphanius vero timuit significare Cleobio se esse Judæum. Cleobius autem perrexit suum iter ingredi, et Epiphanius in vicum venit ad matrem suam. Quem videns mater, excepit eum cum gaudio. Matri vero suæ exposuit Epiphanius omnia, quæ sibi evenerant propter insolentem et pessimam bestiam. Aliquanto autem post tempore dixit mater Epiphanio : Ecce, fili, terra inculta nihil producit, neque nobis ex ea est aliquid solatii. Erat autem eis quoddam prædiolum, quod pater ejus diligenter colens, ex eo habebat aliquid solatii. Dixit ergo ei mater : Vendamus prædiolum nostrum homini agricolæ : et tu vade ad aliquem hominem Deum timentem, et disce artem, qua possis te alere, mihique et tuæ sorori panem suppeditare.

IV. Erat autem quidam Judæus legisperitus in civitate Eleutheropoli, vir admirandus et religiosus congruenter legi Moysis. Is habebat possessionem in vico, in quo natus erat Epiphanius, qui jam cognoscebat ejus patrem et matrem, similiter autem Epiphanium et ejus sororem. Is cum venisset ad visendas suas possessiones, dixit matri Epiphanii : Mulier, vis dare mihi filium tuum in filium? tuque et tua filia parabitis e domo nostra, quæ erunt vobis usui. Mater autem Epiphanii, cum hæc

οἴκῳ σου ἄρτους. Λάβε δὲ καὶ τὸ ὑποζύγιον τοῦτο μετὰ σεαυτοῦ· καὶ εἰ μὲν διαλλάσσῃ τὴν κακὴν αὐτοῦ καὶ ἄτακτον προαίρεσιν, μενέτω ἐν τῷ σῷ οἴκῳ· εἰ δὲ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, ἔκβαλε αὐτὸ ἐκ τῶν οἴκου σου, μήποτε καὶ θανατώσῃ τινὰ τῶν σῶν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἐπιφάνιος, καὶ λαβὼν τὰ τρία νομίσματα παρὰ τοῦ Ἰακὼβ, λαβὼν τὸ ὑποζύγιον ἐπορεύθη εἰς τὴν αὐτοῦ κώμην. Ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς, ἀπήντησεν αὐτῷ ἄνθρωπος Χριστιανὸς, ὀνόματι Κλεόβιος, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν· Πιπράσκεις τὸ ὑποζύγιον, ὦ τέκνον; Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἀποκριθεὶς εἶπεν· Οὐχί, πάτερ. Ὁ δὲ Κλεόβιος· Ἐὰν πιπράσκεις αὐτὸ, λάβε τὸ τίμημα αὐτοῦ, καὶ ἔασόν μοι αὐτό. Ὡς δὲ ταῦτα ἐλάλει ὁ Κλεόβιος πρὸς Ἐπιφάνιον, τὸ ζῶον ἀτάκτως ἐνεχθὲν, καὶ ἐπιπεσὸν Ἐπιφανίῳ διεσπάραξεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αὐτὸ ἐξῆλθεν ἔξω τῆς τρίβου. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἀπὸ τῆς βίας τῆς ἀταξίας τοῦ ὑποζυγίου ἔπαθεν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, καὶ ἔκειτο ἐπὶ τῆς γῆς, κλαίων καὶ μὴ δυνάμενος ἀναστῆναι. Ὁ οὖν Κλεόβιος προσελθὼν Ἐπιφανίῳ, κρατήσας αὐτοῦ τὸν μηρὸν ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ πέπονθεν ὑπὸ τοῦ ἀτάκτου ζώου, καὶ σφραγίσας αὐτὸν τρίτον, εὐθέως ἀνέστη, μηδὲν κακὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ. Ὁ δὲ Κλεόβιος εἶπεν πρὸς τὸ ὑποζύγιον πάσης ἀταξίας πεπληρωμένον· Ἐπειδὴ ἠβουλήθης θανατῶσαι τὸν ἴδιον δεσπότην, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐσταυρωμένου, μηκέτι μετέλθῃς ἐκ τοῦ τόπου τούτου. Καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ Κλεοβίου εὐθέως ἔπεσεν τὸ ὑποζύγιον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπέθανεν. Καὶ ἐπεζήτησεν Ἐπιφάνιος τὸν Κλεόβιον, λέγων· Τίς ἐστιν, πάτερ, Ἰησοῦς ὁ ἐσταυρωμένος, ὅτι τοιαῦτα σημεῖα γίνεται δι' αὐτοῦ; Ἀπεκρίθη Κλεόβιος, καὶ εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐφοβήθη ἀναγγεῖλαι τῷ Κλεοβίῳ, ὅτι Ἰουδαῖός ἐστιν. Ὁ οὖν Κλεόβιος ἐπορεύθη τὴν ἑαυτοῦ ὁδὸν, καὶ Ἐπιφάνιος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κώμην πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἀπεδέξατο αὐτὸν μετὰ χαρᾶς, καὶ ἐξηγήσατο ὅσα συνέβη αὐτῷ διὰ τοῦ ἀτάκτου ζώου. Χρόνου δὲ παρελθόντος εἶπεν ἡ μήτηρ Ἐπιφανίου πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ δὴ, τέκνον, ἡ γῆ ἀμελεῖται, καὶ παραμύθιον ἡμῖν οὐδέν ἐστιν ἐξ αὐτῆς. Ἦν γὰρ αὐτοῖς γῆ ἰδία μικρά· ἣν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐμπόνως ταύτην γεωργῶν, εἶχέν τινα παραμυθίαν ἐξ αὐτῆς. Εἶπεν οὖν ἡ αὐτοῦ μήτηρ· Ἀποδώμεθα τὸ γηίδιον ἡμῶν ἀνθρώπῳ γεωργῷ· καὶ σὺ εἴσελθε πρὸς θεόφοβον ἄνθρωπον, καὶ ἔσο διδασκόμενος τέχνην, δι' ἧς δύνασαι καὶ ἑαυτὸν τρέφειν, καὶ ἐμοὶ, καὶ τῇ ἀδελφῇ σου ἄρτον χορηγεῖν.

Δ'. Ἦν δέ τις Ἰουδαῖος νομοδιδάσκαλος ἐν Ἐλευθεροπόλει, ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ θεοσεβὴς, κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως. Οὗτος εἶχεν κτήσεις ἐν τῇ κώμῃ, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἐπιφάνιος· ὃς καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ᾔδει, καὶ τὴν μητέρα ἐγίνωσκεν, ὁμοίως καὶ Ἐπιφάνιον καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφήν. Οὗτος εἰσελθὼν εἰς ἐπίσκεψιν τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων, εἶπεν πρὸς τὴν μητέρα Ἐπιφανίου· Γύναι, βούλῃ μοι δοῦναι τὸν υἱόν σου εἰς υἱόν; καὶ ἔσῃ καὶ σὺ καὶ ἡ θυγάτηρ σου τὰς χρείας ὑμῶν ποριζόμεναι ἐκ τοῦ ἡμετέρου οἴκου.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Ἡ δὲ μήτηρ Ἐπιφανίου ἀκούσασα παρὰ τοῦ νομικοῦ ταῦτα, ἐχάρη πολὺ, καὶ λαβοῦσα Ἐπιφάνιον, παρέδωκεν αὐτὸν παραχρῆμα εἰς υἱόν. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ νομικοῦ ἐκαλεῖτο Τρύφων. Οὗτος εἶχεν θυγατέρα μονογενῆ· ἐβούλετο δὲ ταύτην συζεῦξαι Ἐπιφανίῳ.

Ε'. Ὁ οὖν Τρύφων λαβὼν Ἐπιφάνιον εἰς υἱὸν, ἐπαίδευσεν αὐτὸν ἐμπόνως τὰ τοῦ νόμου, καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ Ἑβραϊκὰ μετὰ ἀκριβείας. Ἐτελεύτησεν δὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ Τρύφωνος, καὶ μόνος Ἐπιφάνιος ἦν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ προκόπτων καὶ τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τῇ σοφίᾳ τῇ Ἑβραϊκῇ. Συνέβη δὲ καὶ τὸν Τρύφωνα τελευτῆσαι· καὶ πᾶσαν τὴν ὑπόληψιν αὐτοῦ κατέλειψεν Ἐπιφανίῳ. Ἐτελεύτησεν δὲ καὶ ἡ μήτηρ Ἐπιφανίου. Ἔλαβεν δὲ Ἐπιφάνιος τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος καταλειφθέντι αὐτῷ· καὶ ἦσαν οἱ δύο ἅμα ἐν τῷ οἴκῳ ἐν πολλῇ καταστάσει βίου κατὰ τὴν διδαχὴν Τρύφωνος. Ἐξελθὼν δὲ Ἐπιφάνιος ἐν τῇ κώμῃ, ἐν ᾗ ἐγεννήθη, ἐν ᾗ καὶ τὴν κτῆσιν εἶχεν τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ Τρύφωνος, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις Χριστιανὸς ὀνόματι Λουκιανὸς, θαυμαστὸς καὶ λόγιος, τὸν μονήρη βίον διερχόμενος, τέχνην ἔχων τὴν τοῦ καλλιγράφου, ταύτῃ τε προσχαρτερῶν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄρτον ἐπορίζετο, καὶ τὸ περισσεῦον ἐπεδίδου τοῖς δεομένοις. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἦν ἐπιδεδηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον. Ὁ δὲ μακαρίτης Λουκιανὸς ἦν περιπατῶν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ συνήντησαν ἀμφότεροι ἀλλήλοις. Συνέβη δὲ, πένητά τινα ἐπιλαβέσθαι τῶν ποδῶν Λουκιανοῦ· καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με, ὅτι τρεῖς ἡμέρας ἔχω ἄσιτος διατελῶν, μὴ ἔχων ἐμαυτῷ μηδέν. Ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς, μὴ ἔχων τί ἀποδοῦναι τῷ πένητι, τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ ἀποσκεπάσας ἐπεδίδου, λέγων· Εἴσελθε ἐν τῇ πόλει, καὶ πίπρασον τοῦτο, καὶ ὤνησαι ἄρτους.

Ϛ'. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος προσέσχεν, ὅτι ὡς ἀπεσκέπασεν ἑαυτὸν Λουκιανὸς, καὶ ἔδωκεν τῷ πένητι, θεωρεῖ λευκὴν στολὴν ἀπ' οὐρανοῦ κατελθοῦσαν καὶ σκεπάσασαν αὐτόν. Καὶ ἐφοβήθη Ἐπιφάνιος φόβον μέγαν· καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ῥίψας ἑαυτὸν ἀπὸ ὑποζυγίου, εἶπεν πρὸς Λουκιανόν· Δέομαί σου, ἄνθρωπε, εἰπόν μοι· τίς εἶ; Ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Εἰπόν μοι σὺ, ποίας θρησκείας ὑπάρχεις, κἀγὼ ἀναγγελῶ σοι τὰ κατ' ἐμέ. Ἀπεκρίθη Ἐπιφάνιος, καὶ εἶπεν· Ἰουδαῖός εἰμι. Ἔγνω οὖν Λουκιανὸς, ὅτι χάρις Θεοῦ ἐπέπεσεν πρὸς Ἐπιφάνιον· ἦν γὰρ καὶ πρόγνωσιν ἔχων Λουκιανός. Ἀπεκρίθη Λουκιανὸς πρὸς Ἐπιφάνιον· Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὤν, ἐπερωτᾷς Χριστιανὸν μαθεῖν τίς εἰμι; ὅτι βδέλυγμα οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ οἱ Χριστιανοὶ τοῖς Ἰουδαίοις. Ἰδοὺ δὴ ἤκουσας, ὅτι Χριστιανός εἰμι· οὐκ ἔξεστίν σοι ἄλλο τι ἀκοῦσαι παρ' ἐμοῦ. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἶπεν πρὸς Λουκιανόν· Καὶ τί κωλύει τοῦ καὶ ἐμὲ γενέσθαι Χριστιανόν; Ἀπεκρίθη Λουκιανὸς καὶ εἶπεν· Τὸ μὴ θέλειν κωλύει· τὸ γὰρ θέλειν (a) πάρεστιν. Κατανυχθέντος δὲ Ἐπιφανίου ἐπὶ τοῖς λόγοις Λουκιανοῦ, οὐκέτι ἐπορεύθη πρὸς ἐπίσκεψιν τῆς ἑαυτοῦ κτήσεως· ἀλλὰ λαβὼν Λουκιανὸν, εἰσήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐ-

(a) Fortasse δύνασθαι.

A audiisset a legisperito, va.de lætata est : et cum accepisset Epiphanium, eum legisperito statim dedit in filium. Erat legisperito illi nomen Tryphon, qui habuit filiam unigenitam, volebatque eam jungere Epiphanio.

V. Cum itaque Tryphon Epiphanium accepisset in filium, quæcunque sunt legis eum diligenter docuit, et elementa Hebraica accurate. Mortua est autem filia Tryphonis, solusque Epiphanius erat in domo ejus, proficiens ætate et sapientia Hebraica. Accidit vero, ut Tryphon quoque decederet : omnesque facultates suas reliquit Epiphanio. Mortua est autem mater quoque Epiphanii. Qui accepit sororem suam in domo, quæ a Tryphone sibi relicta fuerat. Erantque ambo domi in magna vitæ B tranquillitate, convenienter doctrinæ, quam acceperant a Tryphone. Egresso autem Epiphanio in vicum in quo natus fuerat, in quo etiam habebat possessiones relictas a Tryphone, occurrit ei vir quidam Christianus, nomine Lucianus, admirandus et eruditus, qui vitam exercebat monasticam, et elegantis librarii artem apprime tenebat, eique strenue navans operam, ex ea panem quærebat quotidianum ; et quod supererat, impertiebat egentibus. Atque Epiphanius quidem jumentum conscenderat : beatus autem Lucianus in via ambulabat, et ambo sibi invicem occurrerunt. Accidit vero, ut pauper quidam pedes Luciani prehenderet, et ei diceret : Homo Dei, miserere mei ; jam enim C tres dies permaneo jejunus, ut qui nihil habeam. Beatus autem Lucianus, cum nihil aliud posset dare pauperi, se amictu exuens, eum illi donat, dicens : Ingredere civitatem, et vende, et eme tibi panes.

VI. Advertit autem Epiphanius, quod cum se exuisset Lucianus, et dedisset pauperi, vestis candida de cœlo descendens eum texerat. Magno itaque timore fuit affectus Epiphanius, pronusque in faciem cadens e jumento, dixit Luciano : Rogo te, o homo, dic mihi : quisnam es? Beatus autem Lucianus dixit Epiphanio : Dic mihi tu, cujusnam sis religionis, et ego meam tibi referam. Respondit Epiphanius, et dixit : Sum Judæus. Novit itaque Lucianus gratiam Dei cecidisse super Epiphanium. D Nam præscientiam quoque habebat Lucianus. Respondit ergo Lucianus, et dixit Epiphanio : Et quomodo tu cum sis Judæus, rogas Christianum, quisnam sit? Abhorrent enim Christiani Judæos, et Judæi Christianos. Ecce audivisti me esse Christianum : non licet tibi audire ex me aliquid aliud. Epiphanius autem dixit Luciano : Et quid obstat, quo minus ego quoque sim Christianus? Respondit Lucianus, et dixit : Id unum obstat, quod nolis : licet enim, si velis. Luciani autem verbis compunctus Epiphanius, non perrexit amplius ad videndam suam possessionem : sed accepit Lucianum, et introduxit in domum suam, quæ ei relicta fuerat, et ostendit ei omnia, quæ domi erant, dicens :

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Hæ sunt meæ facultates, o pater. Volo autem fieri Christianus, et vitam exigere monasticam. Est vero mihi quoque hæc soror : Quid de his jubes? Beatus autem Lucianus dixit Epiphanio : Non potes, o fili, si has habeas terrenas divitias, vitam exigere monasticam : sed prius sororem quidem tuam da nuptum, et da ei quæ sunt necessaria. Deinde sic pulchre poteris esse monachus. Dixit Epiphanius Luciano : Primum, pater, fac me Christianum : deinde sic faciam, quæcunque tu me jusseris. Dixit autem ei Lucianus : Non licet mihi absque episcopo facere te Christianum : [sed esto in iis, quæ ad Deum pertinent, et ego annuntiabo episcopo, qui te faciet Christianum.]

A τοῦ τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, λέγων· Ταῦτά μοι ὑπάρχει, πάτερ· θέλω δὲ Χριστιανὸς γενέσθαι, καὶ τὸν μονήρη βίον μετελθεῖν. Ἔστιν δέ μοι αὕτη ἡ ἀδελφή. Τί κελεύεις περὶ τούτων; Ὁ δὲ μακάριος Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Οὐ δύνασαι, τέκνον, τὴν ὕλην πᾶσαν ταύτην ἔχων, τὸν μονήρη βίον μετελθεῖν· ἀλλ' ἔκδος μὲν τὴν ἀδελφήν σου ἀνδρὶ, καὶ δὸς αὐτῇ τὰ πρὸς τὴν χρείαν· καὶ τὰ λοιπὰ δὸς τοῖς χρείαν ἔχουσιν· εἶθ' οὕτως δυνήσει μονάσαι καλῶς. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Λουκιανόν· Πρῶτον, πάτερ, ποίησόν με Χριστιανόν· εἶθ' οὕτως ποιήσω πάντα τὰ προσταχθέντα μοι ὑπὸ σοῦ. Ὁ δὲ Λουκιανὸς εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Οὐκ ἔξεστίν μοι, παρεκτὸς τοῦ ἐπισκόπου, ποιῆσαί σε Χριστιανόν.

VII. Cumque hæc dixisset Lucianus, egressus est e domo Epiphanii, et ivit ad episcopum. Epiphanius autem non cunctatus, statim dixit suæ sorori : Volo fieri Christianus, et vitam agere monasticam. Cui dixit soror ejus : Volo quod tu vis, et faciam ut tu facis. Lucianus autem renuntiavit episcopo de Epiphanio. Episcopus vero dixit Luciano : Vade, et eum catechiza [hoc est, institue]. Cumque nos ingrediemur in ecclesiam, fac ut ipse procidat benigno et misericordi Deo. Ivit Lucianus in domum Epiphanii. Eum autem videntes Epiphanius et ejus soror, ceciderunt proni in faciem, et Luciani pedes prehenderunt, clamantes et dicentes : Rogamus te, pater, fac nos fieri Christianos. Divinis autem acceptis Scripturis, Lucianus eos satis instituit. Et ipsi instabant, rogantes et dicentes : Fac nos Christianos. Cum autem Lucianus ambos simul accepisset, ivit una cum ipsis in ecclesiam. Et cum ingrederetur episcopus, ceciderunt proni in faciem et rogaverunt confidenter, ut ipsi illuminarentur. [Qui jussit ipsos surgere.] Ingrediente vero episcopo in ecclesiam, ambulabant ipsi quoque post Lucianum, ut audirent divinas Scripturas.

B Ζ'. Καὶ τοῦτο εἰπὼν Λουκιανὸς, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ οἴκου Ἐπιφανίου, καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος μηδὲν μελλήσας, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ἔφη· Βούλομαι Χριστιανὸς γενέσθαι, καὶ τὸν μονήρη βίον μετελθεῖν. Εἶπεν δὲ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· Ὡς θέλεις θελήσω, ὡς ποιεῖς ποιήσω. Ὁ δὲ Λουκιανὸς ἀπήγγειλεν τῷ ἐπισκόπῳ τὰ περὶ Ἐπιφανίου. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος εἶπεν πρὸς Λουκιανόν· Πορεύθητι καὶ κατήχησον αὐτόν· καὶ ἐν τῷ εἰσιέναι ἡμᾶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ποίησον αὐτὸν προσπεσεῖν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. Ἐπορεύθη δὲ Λουκιανὸς ἐν τῷ οἴκῳ Ἐπιφανίου. Εἰδότες δὲ αὐτὸν, ὅ τε Ἐπιφάνιος καὶ ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ, ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπελάβοντο τῶν ποδῶν Λουκιανοῦ, κλαίοντες καὶ λέγοντες· Ἀξιοῦμέν σε, πάτερ, ποίησον ἡμᾶς Χριστιανοὺς γενέσθαι. Λαβόμενος οὖν Λουκιανὸς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, κατήχησεν αὐτοὺς ἱκανῶς. Καὶ αὐτοὶ ἐπέμενον τῇ παρακλήσει, λέγοντες· Ποίησον ἡμᾶς Χριστιανοὺς γενέσθαι. Παραλαβὼν οὖν Λουκιανὸς τοὺς δύο ἅμα, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπορεύθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Καὶ ἐν τῷ εἰσιέναι τὸν ἐπίσκοπον, ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ παρεκάλουν, ὥστε φωτίσαι αὐτούς. Τοῦ οὖν ἐπισκόπου εἰσερχομένου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐπορεύοντο καὶ αὐτοὶ ὄπισθεν μετὰ Λουκιανοῦ ἀκοῦσαι τῶν θείων Γραφῶν.

C

VIII. Cum autem appropinquasset Epiphanius portis, quæ sunt extra ecclesiam, ubi ædis primum gradum ascendit, cecidit ei calceus sinistri pedis. Qui cum sinistro institisset, ut figeret dexterum, cecidit quoque dexter calceus; et inventi sunt ambo extra gradus ecclesiæ; et ea de causa miratus est Lucianus. Non amplius itaque proposuit Epiphanius apprehendere calceos, qui ei e pedibus ceciderant, sed neque ullos alios calceos sustinuit induere suis pedibus toto vitæ tempore. Cum ergo starent, et divinas audirent Scripturas, advertit episcopus, ita ut in throno sedebat, glorificatum esse vultum Epiphanii, et coronam esse ejus capiti impositam. Post absolutum itaque Evangelium, ingressus est episcopus in baptisterium, et jussit Epiphanium ingredi, et ejus sororem, et cum ipsis Lucianum : qui etiam fuit pater ejus in sancto baptismate. Episcopus autem cum eos totam docuisset consequentiam, baptizavit. Cum ii vero es-

D Η'. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ὡς ἤγγισεν ἐπὶ τῶν ἔξω θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἐπέβη ἐπὶ τοῦ πρώτου βαθμοῦ τοῦ οἴκου, ἐξέπεσεν τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς αὐτοῦ ἐπ' αὐτοῦ τὸ ὑπόδημα. Τοῦ δὲ ἐπιβάντος τῷ ἀριστερῷ, ὅπως ἐπιπήξει καὶ τὸν δεξιὸν πόδα, ἐξέπεσεν καὶ τὸ τοῦ δεξιοῦ· καὶ ηὑρέθησαν τὰ ἀμφότερα ἔξω τοῦ ἀναβαθμοῦ τῆς ἐκκλησίας· καὶ ἐθαύμασεν ὁ Λουκιανὸς ἐπὶ τοῦτο. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος οὐκέτι προθέσεως ἔσχεν ἐπιλαβέσθαι τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, ἐκπεσόντων ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ἀλλ' οὔτε ἄλλα ὑποδήματα ἠνέσχετο ἐπενεγκεῖν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἔστησαν, καὶ ἤκουον τῶν ὁσίων Γραφῶν, ὅ τε Ἐπιφάνιος καὶ ἡ αὐτοῦ ἀδελφὴ, προσεῖχεν ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἦν καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, ὅτι ἦν τὸ πρόσωπον Ἐπιφανίου δεδοξασμένον, καὶ στέφανος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπιτεθειμένος. Μετὰ οὖν τὴν ἀπόλυσιν τοῦ Εὐαγγελίου εἰσῆλθεν ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῷ φωτιστηρίῳ καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν Ἐπιφάνιον καὶ τὴν ἑαυτοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΛΕ'. Ἐμοῦ δὲ ἑαυτὸν καθείρξαντος ἐν ὀσπιτίῳ, παρεκάλουν τὸν Σωτῆρα περὶ τοῦ τοιούτου· ἀστραπὴ δὲ ἔλαμψεν ἐν τῷ κελλίῳ· ἤκουσα δὲ καὶ φωνὴν διδομένην πρὸς μὲ τὸν ἁμαρτωλόν· Πάππε, Πάππε, φησὶν, ἄκουε. Ἐγὼ δὲ ἔμφοβος γενόμενος εἶπον· Τί ἐπιτρέπει ὁ Κύριός μου; Εἶπεν δὲ πρὸς μὲ μετ' εὐμενείας· Ἀνάστα, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἕνα τῶν διακόνων, καὶ ἐπικάτελθε ἐν τῷ ἐμπορίῳ. Καὶ ἰδοὺ δὴ μοναχὸς ἐκεῖ παρὰ τῷ πράτῃ ὠνεῖται σταφυλάς· δύο μοναχοὺς ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, Ἐλισσαίου τὴν κεφαλὴν τὸ ἐκτύπωμα· τοῦτον χειροτόνησον εἰς ἐπίσκοπον. Ἀλλὰ μὴ ἀναγγείλῃς αὐτῷ, μήποτε ἀποδράσει. Τὸ δὲ ὄνομα αὐτοῦ καλεῖται Ἐπιφάνιος. Γέγονα ἄφρων, τέκνον· αὐτός με ἠνάγκασας. Βλέπε τί ποιεῖς, καὶ πρόσεχε σεαυτῷ. Ἐγὼ γὰρ ἀπεστάλην, ὃ ὤφειλα ποιῆσαι ἐποίησα. Ἀθῷός εἰμι. Σὺ ὄψῃ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἐπιφάνιος, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσεκύνησεν Πάππῳ εἰπών· Μὴ ὀργίζου, Πάτερ, φησίν· ἁμαρτωλὸς γὰρ ἄνθρωπός εἰμι, καὶ οὐκ ἐπαρκῶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς ἱερωσύνης, καὶ προσκυνήσας ἅπαντας προετρέπετο αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἄριστον. Καὶ ἀριστησάντων αὐτῶν ἐπορεύθησαν ἕκαστος ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ.

A XXXV. Cum ego autem me in hospitio inclusissem, et de eo Salvatorem rogarem, fulgur in cella resplenduit; audivi vero vocem dicentem mihi peccatori : Pappe, Pappe, audi. Ego autem dixi timore perterritus : Quid jubet Dominus meus? Dixit mihi benigne : Surge, accipe unum ex diaconis, et descende in forum. Ecce illic apud venditorem monachus emit uvas, qui duos secum habet monachos, et Elisei caput illius habet effigiem. Eum ordina episcopum. Sed ne ei renunties, ne forte effugiat. Est autem ei nomen Epiphanius. Factus sum insipiens, fili : ipse me coegisti. Vide quid facias, et attende tibi ipsi. Ego enim missus sum, et feci quod debui facere. Sum insons, et post hæc omnia videbis. Cum hæc autem audiisset Epiphanius, ce-
B cidit in faciem, et adoravit Pappum, dicens : Ne irascaris, Pater. Sum enim homo, nec sufficio implendæ mensuræ sacerdotii. Cumque omnes adorasset, invitavit eos ad prandium. Et cum prandissent, ivit unusquisque in suam Ecclesiam.

ΛΣ'. Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας ἀνήρ τις αἰδέσιμος, ὀνόματι Εὐγνώμων, ὑπό τινος λαμπροτάτου τῆς πόλεως ἐβλήθη ἐν τῇ φυλακῇ εἰς ὀλκὴν νομισμάτων ρ'. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ βαλόντος ἐκαλεῖτο Δράκων. Οὗτος ὁ Εὐγνώμων, Ῥωμαῖος ὤν, οὐκ εἶχεν τὸν ῥυόμενον αὐτὸν ἀπὸ τῆς φυλακῆς. Ἤκουσεν δὲ Ἐπιφάνιος, καὶ
C ἐπορεύθη πρὸς τὸν Δράκοντα, τοῦ παρακαλέσαι αὐτὸν, ὅπως ἀπολύσει Εὐγνώμονα τὸν Ῥωμαῖον ἀπὸ τῆς φυλακῆς. Εἶπεν δὲ ὁ Δράκων Ἐπιφανίῳ· Βάδιζε, φησὶ, παρείσακτε τῆς πόλεως ἡμῶν, ρ' νομίσματα ἃ κεχρεώστηκέν μοι ὁ σὸς ἑταῖρος, δός μοι αὐτὰ, καὶ λάβε τοῦτον. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Δράκων πλούσιος σφόδρα, ἀνήμερος τοῖς τρόποις. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἐπορεύθη ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ. Ἦσαν δὲ ρ' νομίσματα κείμενα ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, εἰς διακονίαν τῆς Ἐκκλησίας. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος λαβὼν αὐτὰ, ἐπορεύθη, καὶ ἔδωκεν τῷ Δράκοντι, καὶ ἀπέλυσε τὸν ξένον. Εἷς δέ τις διάκονος, ὀνόματι Χαρῖνος· οὗτος ὑπὸ πολλῶν ἐμαρτυρεῖτο ἄτακτος εἶναι· διήγειρεν ἅπαντας τοὺς κληρικοὺς κατὰ Ἐπιφανίου, λέγων· Δεῦτε καὶ διώξομεν τὸν ξένον τοῦτον, μήποτε καταφάγῃ πάντα τὰ
D τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐσόμεθα ἡμεῖς ἔνοχοι τῆς ἁμαρτίας. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Χαρῖνος πλούσιος σφόδρα, καὶ ἐζήτει διῶξαι τὸν Ἐπιφάνιον, ὅπως αὐτὸς καθίσει ἐπὶ τοῦ θρόνου. Ἐπέστησαν οὖν Ἐπιφανίῳ, λέγοντος τοῦ Χαρίνου τοὺς λόγους τούτους· Οὐκ ἠρκέσθη σοι, φησὶν, ὦ Ἐπιφάνιε, ἐλθὼν ἐνθάδε μὴ ἔχων ἐπενδύτην, καὶ ἀπέλαβες τὴν Ἐκκλησίαν, ἀλλὰ διασκορπίζεις ὡς ξένος τὰ τῆς Ἐκκλησίας· καὶ τίς οὕτως βαστάσει; Ἢ δὸς τὰ ρ' νομίσματα τῆς Ἐκκλησίας, ἢ πορεύθητι ἐπὶ σὴν πατρίδα. Ἐπορεύθη οὖν ὁ Ῥωμαῖος ὁ ἀπολυθεὶς ὑπὸ Ἐπιφάνιου ἐπὶ τῆς Ῥώμης, καὶ ἅπαντα καταπωλήσας τὰ αὐτοῦ, ἤνεγκεν τὰ χρήματα Ἐπιφανίῳ. Λαβὼν οὖν ταῦτα Ἐπιφάνιος, διαἐδωκεν τοῖς χρείαν ἔχουσιν. Ἔμεινεν δὲ ὁ Ῥωμαῖος

XXXVI. Tribus autem post diebus vir quidam venerandus, nomine Eugnomon, a quodam clarissimo illius civitatis conjectus fuerat in custodiam pro summa centum nummorum. Nomen ejus, qui ipsum conjecerat, erat Draco. Is cum esset Roma-
C nus, nullum habebat, qui eum liberaret a custodia. Cum audiisset Epiphanius, et isset ad Draconem, et eum rogaret, ut Eugnomonem Romanum liberaret a custodia : Vade, Draco inquit, tu in hanc introduc te civitatem, et affer centum nummos, quos tuus mihi debet amicus, et da mihi eos, et eum recipe. Erat autem hic Draco [gentilis, et] dives admodum, sævisque moribus. Epiphanius autem ivit in episcopatum. Erantque centum nummi repositi in episcopatu ad ministerium Ecclesiæ. Iis acceptis, ivit Epiphanius, et eos dedit Draconi, et liberavit hospitem. Quidam autem diaconus, nomine Charinus (multi vero in eum testimonium ferebant, quod esset insolens), incitabat omnes clericos adversus Epiphanium, dicens : Agite persequamur hunc ho-
D spitem, ne comedat quæcunque sunt Ecclesiæ, et simus nos peccato obnoxii. Erat autem hic Charinus valde dives, et quærebat persequi Epiphanium, ut ipse sederet in throno. Surrexeruntque omnes clerici adversus Epiphanium, dicente hæc verba Charino : Non satis est, o Epiphani, quod huc veneris, cum non haberes indumentum, et acceperis Ecclesiam; sed etiam tanquam hospes, dispergis res Ecclesiæ; et quis hoc ferre poterit? Aut da centum nummos, aut vade in tuam patriam. Ivit autem Romam Romanus, liberatus ab Epiphanio : et omnibus suis venditis, ei attulit pecunias. Quas cum accepisset Epiphanius, distribuit iis, qui opus habebant. Mansit vero Romanus cum Epiphanio usque ad mortem suam. Accepit autem Epiphanius cen-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tam nummos, et dedit Charino, dicens ei : Accipe centum nummos, quos dedi pro hospite. Is vero canina fronte præditus, centum nummos accepit ab Epiphanio. Omnibus autem accersitis clericis, Charinus dixit eis : Agite, accipite centum nummos, quos disperserat Epiphanius ; eos enim ab eo exegi. Clerici vero non approbarunt malum animum Charini, sed ei dixerunt : Abi, eos redde ei, a quo accepisti. Ita is eos non reddidit Epiphanio. Atque is quidem multa gravia et indigna fecit Epiphanio. Epiphanius autem nunquam omnino meminit acceptæ a Charino injuriæ.

A μετὰ Ἐπιφανίου ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ. Ἔλαβεν δὲ Ἐπιφάνιος τὰ ρ' νομίσματα, καὶ ἔδωκεν τῷ Χαρίνῳ, λέγων πρὸς αὐτόν· Δέξαι τὰ ρ' νομίσματα, ἃ ἔδωκα ὑπὲρ τοῦ ξένου. Οὗτος δὲ, κυνὸς ὄμματα ἔχων, ἔλαβεν τὰ νομίσματα παρὰ Ἐπιφανίου· καὶ προσκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς κληρικούς, ἔλεγεν αὐτοῖς· Δεῦτε, λάβετε τὰ ρ' νομίσματα, ἃ ἦν διασκορπίσας Ἐπιφάνιος· ἀπῄτησα γὰρ αὐτὸν πάντα. Οἱ κληρικὰ οὖν οὐ συνευδόκησαν τῇ κακῇ γνώμῃ τῷ Χαρίνῳ, ἀλλ' εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἄπελθε, παρ' οὗ ἔλαβες, ἀπόδος αὐτά. Οὗτος δὲ οὔτε οὕτως ἀπέδωκεν αὐτὰ Ἐπιφανίῳ. Πάμπολλα οὖν δεινὰ ἐχρήσατο ὁ Χαρῖνος Ἐπιφανίῳ· αὐτὸς δὲ ἐν οὐδενὶ ὅλως ἐμηνίαται αὐτῷ.

XXXVII. Cum aliquando quidem esset prandium in episcopatu, habebat Epiphanius omnes clericos B in mensa. Mos autem erat Epiphanio nocte et die habere in manibus sancta Evangelia, et docere verbum divinum. Cumque in mensa doceret prandentes Epiphanius, avis, quæ dicitur corvus, intense vocem emisit. Dixit autem Charinus prandentibus : Quisnam ex vobis novit quid locutus sit corvus? Verbum autem divinum exponebat Epiphanius. Eamdem vocem rursus emittit corvus. Dixit autem rursus Charinus : Quis ex vobis novit quid dicat corvus? Epiphanius vero rursus omnes docebat in prandio. Porro autem rursus quoque tertiam vocem emittit corvus. Dixitque rursus Charinus iis, qui erant in prandio : Dixi vobis, Quisnam vestrum novit quid dicat corvus? Epiphanius nihil sollicitus, sed placido vultu dixit Charino : Ego novi quid dicat corvus. Tum Charinus Epiphanio : Annuntia mihi, et eris omnium meorum dominus. Cui respondit Epiphanius : Dixit corvus, te non futurum amplius diaconum. Post sermonem hunc autem tremor invasit Charinum ; nec locutus est amplius, aut comedit, aut bibit : sed eum portantes ejus pueri tulerunt in domum suam, et posuerunt in lecto. Mane vero mortuus est in lecto suo. Habebat autem uxorem fidelissimam, nec erat eis filius. Ea obtulit omnia Epiphanio : quam etiam fecit diaconissam Ecclesiæ. Laboraverat autem ejus manus paralysi tempore decem annorum. Postquam ergo eam tenuit Epiphanius, ut eam signaret, statim convaluit, et liberata fuit a doloribus. Ab illo ergo die, quo D Charino sermonem locutus est Epiphanius, et una eum sermone ipse accepit sententiam a Domino, omnes clerici timore et tremore subjecti erant Epiphanio.

ΑΖ'. Ποτὲ οὖν ἀρίστου ὄντος ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, εἶχεν Ἐπιφάνιος ἅπαντας τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τραπέζης. Ἦν δὲ ἔθος Ἐπιφανίῳ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ κρατεῖν τὰ ἅγια Εὐαγγέλια, νυκτὸς καὶ ἡμέρας διδάσκειν τὸν θεῖον λόγον. Τοῦ οὖν Ἐπιφανίου διδάσκοντος ἐπὶ τραπέζης τοὺς ἀριστοῦντας ὄρνεον τὸ καλούμενον κόραξ ἀποδίδωσι φωνὴν εὐτόνως. Εἶπεν δὲ Χαρῖνος τοῖς ἀριστοῦσιν· Τίς ἐξ ὑμῶν γινώσκει τί ἀπεφθέγξατο ὁ κόραξ; Ἦν δὲ Ἐπιφάνιος λαλῶν τὸν θεῖον λόγον. Πάλιν οὖν ὁ κόραξ ἀποδίδωσι τὴν αὐτὴν φωνήν· εἶπεν δὲ πάλιν ὁ Χαρῖνος· Τίς ἐξ ὑμῶν γινώσκει τί λέγει ὁ κόραξ; Ἦν δὲ πάλιν Ἐπιφάνιος διδάσκων ἅπαντας ἐπὶ ἀρίστου· πάλιν οὖν ἀποδίδωσι τρίτην φωνὴν ὁ κόραξ. Εἶπεν δὲ πάλιν ὁ Χαρῖνος τοῖς ἐπὶ ἀρίστου· Εἶπον ὑμῖν, Τίς ἐξ ὑμῶν οἶδεν τί λαλεῖ ὁ κόραξ; Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος μηδὲν ἀδημονήσας, C ἀλλ' ἐν πολλῇ καταστάσει εἶπεν τῷ Χαρίνῳ· Ἐγὼ γινώσκω τί εἶπεν ὁ κόραξ. Εἶπεν δὲ Χαρῖνος· Ἀνάγγειλόν μοι, καὶ ἔσῃ πάντων τῶν ἐμοῦ ἄρχων. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς τὸν Χαρῖνον· Εἶπεν ὁ κόραξ, ὅπως μὴ ᾖς διάκονος. Ἐπὶ τῷ λόγῳ οὖν Ἐπιφανίου ἔπεσεν τρόμος ἐπὶ Χαρίνῳ, καὶ οὐκέτι ἐλάλησε, οὐδὲ ἔφαγέν τι ἢ ἔπιεν· ἀλλὰ βαστάσαντες αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἀπήνεικαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἔθηκαν ἐπὶ κλίνης· καὶ τῇ ἑωθεν ἀπέθανεν ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ. Εἶχεν δὲ γυναῖκα πιστοτάτην· τέκνον δὲ αὐτῆς (a) οὐχ ὑπῆρχεν. Αὕτη προσήνεγκεν Ἐπιφανίῳ πάντα· ἣν καὶ ἐποίησεν διάκονον τῆς Ἐκκλησίας. Ἡ δὲ χεὶρ αὐτῆς ἦν παρειμένη δεκαετῆ χρόνον. Ὡς οὖν ἐκράτησεν αὐτὴν Ἐπιφάνιος, ὅπως σφραγίσει αὐτὴν, εὐθέως D ὑγίανεν, καὶ ἐκουφίσθη τοῦ πόνου. Ἀπὸ τῆς ἡμέρας οὖν, ἧς Ἐπιφάνιος ἐλάλησεν Χαρίνῳ, καὶ σὺν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ἔλαβεν τὴν ἀπόφασιν ἀπὸ Κυρίου, φόβῳ καὶ τρόμῳ ἅπαντες οἱ κληρικοὶ ὑπετάσσοντο Ἐπιφανίῳ.

XXXVIII. Porro autem hoc quoque servabat Epiphanius : Tempore oblationis nunquam perficiebat oblationem, donec vidisset visionem. Consueveratque beatus præfari verba quædam, et ei statim revelabatur. Cum itaque aliquando ter dixisset sermonem, nulla ei se obtulit visio. Cum is autem lugeret et oraret, ut sibi causa significaretur, primum observat diaconum, qui a sinistris tenebat ventila-

ΛΗ'. Ἦν γὰρ καὶ τοῦτο πεφυλαγμένον τῷ μακαρίῳ· ἐν γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς προσενέξεως οὐδέποτε ἐτελείωσεν τὴν προσένεξιν, ἕως οὗ ἴδεν τὴν ὀπτασίαν· εἰώθει ὁ μακάριος λέγειν τοὺς λόγους, καὶ εὐθέως ἀπεκαλύπτετο αὐτῷ. Ποτὲ οὖν εἰπὼν τρίτον τὸν λόγον, οὐκ ἐγένετο τὰ τῆς ὀπτασίας. Τούτου δὲ πενθοῦντος, καὶ δεομένου ὥστε μηνυθῆναι τὴν αἰτίαν Ἐπιφανίῳ, πρῶτον ἐπέχει τῷ ἐξ ἀριστερῶν διακόνῳ

(a) Interpres legit αὐτοῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὸ ῥιπιστήριον διακρατοῦντι τὸ λειτουργικόν. Ὡς δὲ ἐπέσχεν τούτῳ, θεωρεῖ Ἐπιφάνιος, ὅτι ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτοῦ ἐφέρετο ἡ λέπρα. Ἦν δὲ τοῦτο κατάδηλον πᾶσιν, ὅτι ἀναίτιος οὐκ ἦν. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἐξέτεινε τὴν χεῖρα· καὶ τὸ λειτουργικὸν σκεῦος ἐκούφισεν, λέγων πρὸς αὐτὸν μετ' εὐμενείας· Ἄπελθε, φησὶ, τέκνον, ἐν τῷ σῷ οἴκῳ, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μὴ μεταλάβῃς ἄρτι. Εὐθέως δὲ αὐτὸς ἐξῆλθεν, καὶ ἐπορεύθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Δίδωσι δὲ Ἐπιφάνιος ἄλλῳ διακόνῳ τὸ ῥιπιστήριον. Καὶ ἀρξάμενος τῶν θείων λόγων μετὰ φόβου καὶ δακρύων, ὡς ἐτελείωσεν, εὐθέως ἶδεν τὴν ὀπτασίαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκκλησίας, προσκαλεσάμενος Ἐπιφάνιος τὸν διάκονον, ἠρώτα μαθεῖν θέλων τὴν αἰτίαν· τοῦ δὲ λέγοντος, ὅτι τὴν νύκτα ἐκείνην μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἐκοιμήθη, προσκαλεσάμενος Ἐπιφάνιος ἅπαν τὸ ἱερατεῖον, εἶπεν πρὸς αὐτοὺς μετ' εὐμενείας· Ὅσοι, φησὶ, τέκνα, κατηξιώθητε τοῦ κλήρου, λύσατε τὰ διαβήματα ὑμῶν, τοῦ μὴ βαίνειν ἐπὶ τούτοις, ὅπως θεραπεύσητε ὅσιον ἄνδρα τὸν ἐπ' ἐκκλησίαις κηρύττοντα, καὶ λέγοντα· *Καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες*. Ἐκ τότε οὖν οὐκέτι ἐχειροτόνει Ἐπιφάνιος ἔχοντα γυναῖκα, ἀλλὰ ἄνδρας ὁσίους, τὸν μονήρη βίον μετερχομένους, καὶ ἄνδρας γήρους δεδοκιμασμένους. Ἦν γὰρ ἀληθῶς ἰδεῖν τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς νύμφην καλὴν περικεκοσμημένην ἀπὸ τῆς ἱερωσύνης.

A brum ministratorium. Quem cum observaret, considerat Epiphanius in ejus fronte apparere lepram. Nulli autem non erat manifestum, diaconum eo morbo laborare. Epiphanius itaque manum extendit, et instrumentum levavit ministratorium, ei benigne dicens : Vade, fili, in domum tuam, et ne modo sumas divina mysteria. Ipse autem statim egressus est, et ivit in domum suam. Datque Epiphanius ventilabrum alii diacono. Cumque divina verba incepisset cum metu et lacrymis, ubi perfecit, statim vidit visionem. Post ecclesiæ autem dimissionem, accersito diacono, ex eo sciscitatur causam. Cumque is diceret, quod illa nocte dormierat cum uxore, accersito toto ordine sacrato, eis benigne dixit Epiphanius : Quicunque, o filii, clero digni estis habiti, solvite calceamenta vestra, ut non in iis ingrediamini, et ut colatis virum sanctum, qui in Ecclesia prædicat et dicit : *Et habentes uxores, tanquam non habentes*[8]. Ex hoc ergo non amplius ordinabat Epiphanius eos, qui haberent uxorem, sed viros sanctos, qui vitam exercebant monasticam, et viduos viros probatos. Licebat enim vere videre Ecclesiam, tanquam pulchram sponsam ornatam sacerdotio.

B

[8] I Cor. VII, 29.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΛΕΩΣ ΡΙΝΟΚΟΡΟΥΡΩΝ

ΕΙΣ ΤΑ ΥΠΟΛΟΙΠΑ

ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΛΕΩΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΑΣ.

—

POLYBII EPISCOPI RHINOCORURORUM

RELIQUA

Vitæ S. Epiphanii Constantiensis episcopi.

—

ΛΘ'. Δόξα τῷ παρέχοντι ἡμῖν τὸ ζῆν, Θεῷ τῶν ὅλων, καὶ δοξάζοντι τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν, καθὼς φησιν ὁ θεῖος λόγος· *Ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω· καὶ ὁ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται*. Ἐγένετο, Ἰωάννην, τὸν ὅσιον Πατέρα, ἀῤῥωστῆσαι ἀῤῥωστίαν, δι' ἧς καὶ ἀπέθανεν. Καὶ δὴ συσχεθεὶς ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ, προσκαλεσάμενός με, εἶπεν πρός με· Τέκνον Ἡολύβιε. Εἶπον δὲ πρὸς αὐτόν· Τί θέλεις, Πάτερ; Εἶπεν δέ μοι· Ἐπειδὴ Ἐπιφάνιος διακωλύει ἅπερ ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ ἀπετέλει γράφεσθαι· λάβε δὴ ταῦτα τὰ χαρτία· ἕως γὰρ σήμερον ἅπερ ἶδον Ἐπι-

C XXXIX. Gloria Deo, qui nobis præbet ut vivamus, et glorificat eos qui ipsum glorificant, quemadmodum dicit verbum divinum : *Glorificantes me glorificabo; et qui me spernit, spernetur*[9]. Accidit ut Joannes sanctus Pater laboraret morbo, quo etiam est mortuus. Cumque ægrotus jaceret in lecto, accersito mihi dixit : Fili Polybi. Ego vero ei dixi : Quid jubes, Pater? Dixit autem mihi : Quoniam prohibet Epiphanius, ne nos litterarum monimentis mandemus, quæ Deus per ipsum peragit miracula, accipe has chartas. Nam in hodier-

[9] I Reg. II, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

num usque diem, quæ ipsum vidi facientem, conscripsi, eo insciente. Tu quoque, o fili, quæ consequentur ab hodierno die, manda litteris. Deus enim tibi annos adjiciet, ut toto tempore vitæ permaneas apud Epiphanium. Sed vide, ne negligas. Nam ego quoque a Deo motus hæc conscripsi. Ego enim vado ea via, qua omnes, qui sunt super terram. Post hæc autem dixit Joannes : Voca mihi sanctum Patrem nostrum Epiphanium. Ivique, et vocavi ipsum. Eo autem ingresso, dixit Joanni Epiphanius : Non curas, inquit, o Pater, Deum precari pro misero peccatore Epiphanio ? Dixit vero Joannes Epiphanio : Fac orationem, o Pater; est enim quod tecum loquar. Epiphanius itaque fecit orationem. Cum nos autem dixissemus, Amen, dixit Joannes Epiphanio : Accede propius ad me, Pater. Et accessit propius. Dixitque Joannes Epiphanio : Impone manus tuas oculis meis. Et vale ei dixit Joannes, et tradidit spiritum. In Joannis autem collum cadens Epiphanius flevit, et eum est osculatus, et magno dolore affectus est Epiphanius propter mortem Joannis.

XL. Cum autem Epiphanius aliquando cecidisset in faciem, ut Deum oraret, ut eum adjuvaret ad ædificandum domum nomini ejus (erat enim prima ecclesia parva pro multitudine eorum qui ingrediebantur); cum pronus, inquam, jaceret in faciem Deum orans, vox ad eum facta est, Epiphani, inquiens. Eam autem vocem sæpe erat solitus audire Epiphanius. Dixit itaque non conturbatus : Quid est, Deus mi ? Rursusque dixit vox eadem : Incipe ædificare ædem. Epiphanius autem protinus id non negligens exiit, et fecit orationem, et totam loci consequentiam designavit, et adhibuit artifices. Ædis vero ædificationi præerant sexaginta, et magna multitudo, quæ ei rei ministraret. Erant autem tunc in civitate gentiles viri, divites et pecuniis et possessionibus.

XLI. Erat autem quidam, qui vocabatur Draco, qui a plurimis dicebatur Magnus Draco. Is habebat filium. Vocabatur vero ipse quoque Draco. Is in dextero latere laborabat gravi æstu. Cumque pater ejus multa consumpsisset in medicos, id ad sanitatem nihil ei profuerat. Magnus ergo ille Draco se male gerebat in Epiphanium et verbis et factis. Epiphanius autem si quando eum videbat, primus salutabat. Cumque aliquando transiret Epiphanius per locum, ubi in sedibus sedebant omnes divites, erat Magnus quoque Draco, et ejus filius ægrotus in eo loco. Cum autem Epiphanium vidissent, eum irridebant. Cum vero appropinquasset Epiphanius, et eos salutasset, manu tenuit ægrotum Draconem, sic dicens : Draco, tu quoque esto sanus. Et statim cum oratione Epiphanii factus est sanus. Draco autem, et qui viderunt, omnes obstupuerunt. Cum

(a) Deest aliquid.

A φάνιον ποιοῦντα, συνεγραφομην, μὴ εἰδότος αὐτοῦ. Καὶ σὺ οὖν, τέκνον, τὰ ἀκόλουθα ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας ὑπομνημάτιζε. Ἔχει γάρ σοι ὁ Θεὸς προστεθεῖναι χρόνον τῆς ζωῆς (a) Ἐπιφανίου, τοῦτο προσπαραμένεις. Ἀλλὰ βλέπε μὴ ἀμελήσῃς, κἀγὼ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ κινούμενος ταῦτα συνεγραφόμην. Ἐγὼ γὰρ πορεύομαι τὴν ὁδὸν, καθὼς καὶ πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς. Ταῦτα δὲ εἰπὼν Ἰωάννης εἶπεν πρός με Κάλεσόν μοι τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Ἐπιφάνιον. Καὶ ἐπορεύθην, καὶ ἐκάλεσα αὐτόν. Εἰσελθόντος δὲ αὐτοῦ, εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Ἀμελεῖς, φησὶν, Πάτερ Ἰωάννης, τοῦ εὔχεσθαι ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Ἐπιφανίου. Εἶπεν δὲ Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον· Ποίησον εὐχὴν, ὦ Πάτερ, ἔχω γὰρ λαλῆσαί τι πρὸς σέ. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἐποίησεν τὴν εὐχήν. Εἰ-
B πόντων δὲ πάντων τὸ Ἀμὴν, εἶπεν Ἰωάννης Ἐπιφανίῳ· Ἔγγισόν μοι, Πάτερ. Καὶ ἤγγισεν αὐτῷ. Εἶπεν δὲ Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον· Ἐπίθες τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἄσπασαί με, Πάτερ· ἰδοὺ γὰρ ἐκλείπω. Καὶ ἐπέθηκεν Ἐπιφάνιος ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἠσπάσατο αὐτόν. Καὶ Ἰωάννης παρέδωκεν τὸ πνεῦμα· καὶ ἐπιπεσὼν Ἐπιφάνιος ἐπὶ τοῦ τραχήλου Ἰωάννου ἔκλαυσεν αὐτὸν, καὶ ἐλυπήθη Ἐπιφάνιος ἐπὶ τῇ τελευτῇ Ἰωάννου.

Μ'. Ποτὲ οὖν Ἐπιφάνιος πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον τοῦ παρακαλέσαι τὸν Θεὸν, ὅπως ἀντιλήψεται αὐτῷ, οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ ὀνόματι αὐτοῦ (ἦν γὰρ ἡ πρώτη ἐκκλησία μικρὰ πρὸς τοὺς εἰσερχομένους)· ὡς δὲ ἦν ἐπὶ πρόσωπον δεόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ τῆς χρείας τοῦ ναοῦ, τοῦ Θεοῦ φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτόν· Ἐπιφάνε,
C φησίν. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἰώθει πολλάκις ἀκούειν τοιαύτης φωνῆς· μὴ ταραχθεὶς οὖν εἶπεν· Τί ἐστιν, ὁ Θεός μου; Καὶ πάλιν· Ἄρξαι τοῦ οἰκοδομεῖν τὸν οἶκον. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εὐθέως μὴ μελλήσας ἐξῆλθεν, καὶ ἐποίησεν τὴν εὐχὴν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀκολουθείαν τοῦ τόπου, καὶ παρέστησεν τεχνίτας. Ἦσαν δὲ οἱ ἄρχοντες τῆς οἰκοδομῆς τοῦ οἴκου ξ', καὶ πλήθη πολλὰ εἰς τὴν τούτων ὑπηρεσίαν. Ἦσαν δὲ τότε Ἕλληνες ἐν τῇ πόλει πλούσιοι ἄνδρες, ἐπὶ κυριεύσει χρημάτων τε καὶ κτημάτων.

ΜΑ'. Ἦν δέ τις καλούμενος Δράκων· παρὰ δὲ
D πλείστοις ἐλέγετο ὁ Μέγας Δράκων. Οὗτος εἶχεν υἱόν· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ οὗτος Δράκων. Οὗτος ἀπὸ καύσωνος δεινοῦ ἔπαθεν τὴν δεξιὰν πλευράν. Καὶ πολλὰ ὁ πατὴρ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἰατροὺς καταδαπανήσας, οὐδὲν ὠνήσατο τῆς ὑγείας. Ὁ οὖν Μέγας Δράκων πολλὰ ἐπεδείκνυεν κακὰ πρὸς Ἐπιφάνιον διὰ λόγων καὶ ἔργων. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος εἴ ποτε τοῦτον ἐώρα, πρῶτος προσεκύνει. Ποτὲ οὖν Ἐπιφάνιος παριὼν διὰ τόπου, ὡς ἦσαν ἅπαντες οἱ πλούσιοι ἐν τῷ τόπῳ καθήμενοι ἐπὶ σελλίων. Ἦν δὲ καὶ ὁ Μέγας Δράκων, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἀσθενῶν ἐν τῷ τόπῳ. Ὡς οὖν ἴδον Ἐπιφάνιον, κατεγέλων αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ἐγγίσας καὶ προσκυνήσας τούτους, ἐκράτησεν τὸν μικρὸν Δράκοντα ἀπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ οὕτως λέγων· Δράκων, φησὶ, γενοῦ καὶ αὐτὸς ὑγιαίνων. Καὶ εὐθέως σὺν τῷ λόγῳ Ἐπιφανίου ἐγένετο ὑγιὴς ὁ Δράκων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Καὶ ἰδόντες ἅπαντες ἐξέστησαν. Ἰδὼν δὲ ὁ Δράκων ὃ ἐποίησεν Ἐπιφάνιος, ἀπὸ φόβου καὶ τρόμου οὐκέτι ἠδυνήθη περιπατεῖν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τοῖς αὐτοῦ ποσὶν ὡς εἰώθει· ἀλλὰ βαστάσαντες αὐτὸν ἔθηκαν ἐπὶ κλίνης. Καὶ τῇ ἑωθεν ἔρχεται ἡ γυνὴ τοῦ Δράκοντος, καὶ δέεται Ἐπιφανίου, ὅπως ἐλθὼν καὶ ποιήσας εὐχὴν τοῦτον ἐγείρει. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἐπορεύθη ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Δράκοντος· καὶ εὐξάμενος, εὐθέως ἀνέστη ὁ Δράκων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ. Τῇ οὖν ἑωθεν λαβὼν πεντακισχίλια νομίσματα, ἤνεγκεν Ἐπιφανίῳ. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιός φησιν· Ἐμοὶ, τέκνον, ἀρκέσει εἷς χειτωνίσκος ἐπὶ τοῦ σωματίου, καὶ ἄρτοι χυδαῖοι μετὰ ὕδατος πινομένου. Τί μοι, φησὶ, προσάγεις βάρος, ἐμοῦ μὴ θέλοντός σε βαρεῖσθαι; Ἀλλ' εἰ θέλεις δοξασθῆναι, ἄπελθε καὶ προσπαράμεινον τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ πάρεχε ταῦτα τοῖς κάμνουσι καὶ κοπιῶσιν. Ἐποίησεν δὲ ὁ Δράκων οὕτως, καὶ παρεκάλεσεν Ἐπιφάνιον, καὶ ἐβάπτισεν αὐτὸν καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

A autem vidisset Draco quod fecerat Epiphanius, præ timore et tremore non potuit amplius, ut solebat, ire domum, ambulans suis pedibus, sed portatus. Fuitque positus supra lectum. Mane vero venit uxor Draconis, et rogat Epiphanium, ut veniens et emittens orationem, eum faciat surgere. Epiphanius itaque ivit in ædes Draconis. Cumque ipse esset precatus, Draco surrexit protinus. Qui accepit quinque millia nummorum, et eos obtulit Epiphanio. Dicit autem Epiphanius : Mihi, fili, una sufficit tunicella super hoc corpusculum, et panes vulgares cum potu aquæ. Cur mihi, inquit, onus imponis, cum ego nolim te gravari? Sed si velis gloriam consequi, vade, et mane in templo Dei, et præbe illos laborantibus. Sic autem fecit Draco, rogavitque B Epiphanium, et baptizavit ipsum, et uxorem ejus, et filium.

ΜΒ'. Ἄλλος δέ τις, Συνέσιος ὀνόματι, καὶ αὐτὸς πλούσιος ὢν, Ἕλλην δὲ ὑπῆρχεν· οὗτος εἶχεν υἱὸν μονογενῆ ἐτῶν ιγ'. Τούτῳ πάθος ἀνῆλθεν, καὶ περιεκύλωσεν αὐτοῦ τὸν αὐχένα, καὶ ἀπέπνιξεν αὐτὸν, καὶ ἀπέθανεν· καὶ ἦν πένθος καὶ κοπετὸς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Εἷς δέ τις, Ἑρμείας ὀνόματι, Χριστιανὸς, εἶπεν τῇ μητρὶ τοῦ παιδός· Κυρία, δυσώπησον παραγενέσθαι τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον, καὶ ἤγειρεν ἂν τὸν παῖδα. Τῆς δὲ πιστευσάσης, εὐθέως ἀποστέλλει τὸν Ἑρμείαν πρὸς Ἐπιφάνιον. Ἦν γὰρ ὁ Ἑρμείας οἰκεῖος αὐτοῦ. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἑρμείας εἶπεν πρὸς Ἐπιφάνιον· Κύριε, ὁ κύριός μου Συνέσιος ἀπέστειλέν με πρὸς σὲ, ὅπως ἄγω σε ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ δεηθῇς τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἀπέθανεν, ὅπως ἀναστῇ. Τότε δὲ Ἐπιφάνιος ἔλαβέν με, καὶ ἐπορεύθημεν ἐν τῷ οἴκῳ Συνεσίου. Καὶ ὡς ἦλθεν Ἐπιφάνιος ἐν τῷ οἴκῳ, ἔπεσεν ἡ γυνὴ Συνεσίου ἐπὶ τὴν γῆν, τοιούτους λόγους λέγουσα πρὸς Ἐπιφάνιον· Ἦλθες ἐνθάδε, ὁ μέγας ἰατρὸς τῶν Χριστιανῶν· ἰδῶμεν τέχνην, ἴδομεν, λάβομεν (a) πεῖραν ἰατρευθέντες, καὶ οὕτω προσέλθωμεν τῷ Χριστῷ σου. Ταῦτα δὲ εἰπούσης τῆς γυναικὸς, εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς αὐτήν· Ἐὰν πιστεύεις τῷ ἐσταυρωμένῳ, ὄψῃ τὸν παῖδα περιπατοῦντα. Εἶπεν δὲ τὸ γύναιον· Ἄλλο οὐδὲν εὑρίσκεται ἐν λογισμῷ μου, ἢ τὸ μόνον προσέχειν με τῷ ἐσταυρωμένῳ. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος προσεγγίσας ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ ἁψάμενος τοῦ τραχήλου τοῦ παιδαρίου, καὶ διατρίψας αὐτοῦ τὸν αὐχένα, εἶπεν πρὸς αὐτὸν ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ· Εὐστόργιε. Ὁ δὲ παῖς εὐθέως ἀνέῳξεν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἀνεκάθισεν ἐπὶ τῆς κλίνης· καὶ ἐθαμβήθησαν οἱ ἐν τῷ οἴκῳ. Ἰδοῦσα οὖν ἡ μήτηρ Εὐστοργίου τὸ γινόμενον ὑπὸ Ἐπιφανίου ἐπὶ τὸ παιδίον, λαβομένη τρισχίλια νομίσματα, ἤνεγκεν Ἐπιφανίῳ. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς αὐτήν· Τούτοις, φησὶν, ἐγὼ οὐ χρῶμαι, ὦ ἐλευθέρα. Ἀλλὰ λαβὼν αὐτὰ, φησὶ, Συνέσιος ὁ σύμβιός σου, ἀπελεύσεται ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ ἐγείραντος τὸν υἱόν σου, καὶ ἀποδώσει τοῖς κοπιῶσιν. Ἐποίησεν

XLII. Quidam autem alius, nomine Synesius, qui ipse quoque erat dives, sed gentilis, habebat filium unigenam, tredecim annos natum. Eum morbus invasit, et collum ejus circumdedit, et eum suffocavit, et est mortuus. Eratque magnus luctus et planctus in domo ejus. Quidam vero Hermeas nomine, Christianus, dixit matri pueri : Domina, utinam adesset magnus Epiphanius! is puerum suscitaret. Ea autem credens, statim Hermeam misit ad Epiphanium. Erat enim Hermeas ei familiaris. Cumque venisset Hermeas, dixit Epiphanio : C Domine mi, dominus meus Synesius misit me ad te, ut te ducam in domum suam, et roges Deum pro filio ejus, qui est mortuus, ut resurgat. Tunc me accepit Epiphanius, et ivimus in domum Synesii. Cumque domum esset ingressus Epiphanius, cecidit humi uxor Synesii, hæc verba dicens Epiphanio : Venisti huc, qui es magnus medicus Christianorum ; videamus artem tuam in filium, et accipiamus curati experientiam ; et sic ad tuum Christum accedamus. Cum hæc dixisset mulier, dixit ei Epiphanius : Si credideris Crucifixo, videbis filium tuum ambulantem. Dixit autem muliercula : Sed nihil aliud cogito in animo, nisi mentem adhibere Crucifixo. Cum itaque Epiphanius ad lectum accessisset, et collum pueri contrectasset, et ejus D cervicem fricasset, dixit ei vultu hilari : Eustorgi. Is autem protinus aperuit oculos, et sedit super lectum : et admiratione perculsi sunt, qui erant in domo. Cum vero vidisset mater Eustorgii id quod factum fuerat per Epiphanium in puero, accepit tria millia nummorum et obtulit Epiphanio. Dixit autem ei Epiphanius : Eis ego non utor, o mulier ingenua ; sed maritus tuus eos accipiet, et ibit ad domum ejus, qui tuum excitavit filium, et dabit iis qui laborant. Sic autem fecit Synesius. Fuitque illuminatus ipse, et uxor ejus, et filius, quem mortuum suscitarat Epiphanius.

(a) *Ἴδομεν, λάβομεν.* Formas dialecti Alexandrinæ libenter agnoscerem, nisi rescribendum esse ἴδωμεν, λάβωμεν, sequens προσέλθωμεν persuaderet. EDIT. PATROL.

Digitized by Google Распознавание текста АВВҚ/FR

δὲ Συνέσιος οὕτως. Ἐφωτίσθη δὲ αὐτὸς, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃν ἤγειρεν τεθνεῶτα ὁ Ἐπιφάνιος.

XLIII. Cum aliquando essemus in æde, et nullus esset alius, dixit mihi Epiphanius : Fili Polybi, quoniam opus habet Ecclesia presbytero in locum Patris nostri Joannis, volo, o fili, ut sis in illius ordine. Cum ego autem ea quæ dicebantur ægre ferrem, et verbis plurimis recusarem, venit tempus ecclesiæ, ut divinum faceremus officium. Ingredientibus vero nobis omnibus cum Epiphanio in ecclesiam, in animo habui aufugere, presbyteri onus grave esse existimans. Quando autem pervenimus ad suggestum, Epiphanius me manu tenens, dixit mihi : Mane in hoc loco usque ad tempus. Admirati sunt, qui hunc sermonem audierunt. Ego certe non potui amplius ex eo loco pedem levare, sed eram veluti ferreis clavis confixus. Quando autem fuit completa tota consequentia, tunc misit unum ex diaconis, et me duxit ad altare, et ordinavit presbyterum. Post ecclesiæ vero dimissionem, præ metu cecidi in lectum, et valde in grabato comprimebar, donec Epiphanius ingressus est, et oravit; et statim surrexi.

XLIV. Aliquando autem venit quidam diaconus Hierosolymis, et renuntiavit Epiphanio de Joanne episcopo Hierosolymitano, quod esset avarus, et includeret pecunias, et non suppeditaret indigentibus. Habitaverat autem hic Joannes in monasterio magni Hilarionis : quo factum est, ut una quoque cum eo habitarit Epiphanius. Epiphanius itaque scripsit epistolam ad Joannem de misericordia in eos, qui indigent. Joannes autem epistolæ nullam habuit rationem. Non ita multo post tempore dixit mihi Epiphanius : Age, fili, eamus Hierusalem, et cum adoraverimus, revertemur. Cum e Cypro autem solvissemus, navigavimus Cæsaream Philippi; et illinc ascendimus Hierusalem. Cumque egressi essemus et orassemus, ascendimus in episcopatum. Viditque Joannes Epiphanium, et magno fuit affectus gaudio. Joanni autem dixit Epiphanius : Da mihi, Pater, domum ad manendum. Deditque nobis domum pulcherrimam. Quotidie autem vocabat Joannes Epiphanium ad mensam, sumptuososque cibos et potus nobis in mensam ferebat [multumque argenti commutando afferebat in mensam]; quo fiebat, ut pauperes non essent participes. Aliquando vero dixit Joanni Epiphanius : Da mihi, o Pater Joannes, argentum ad usum meum. Sunt mihi alendi viri Cyprii; eis exhibebo magnificam tui argenti speciem. Præbe servo tuo, quæ sunt pulcherrima in domo tua, ad tuam gloriam, et de tuis factis gloriabor, ut qui sim perpetuo monstrandus digito. Memineris tantum eorum quæ dantur; et quod oportet, postea tibi reddetur. Joannes autem produxit multum argenti in conspectum.

(a) Interp. legit ποτέ.

ΜΓ'. Ποτὲ οὖν ὄντων ἡμῶν ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ μηδενὸς ὄντος ἑτέρου, εἶπεν πρὸς μὲ ὁ Ἐπιφάνιος· Τέκνον Πολύβιε, ἐπειδὴ χρείαν ἔχει ἡ Ἐκκλησία πρεσβυτέρου εἰς τὸν τόπον τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, θέλω σε, τέκνον, εἶναι ἐν τῇ τάξει ἐκείνου. Ἐμοῦ δὲ βαρέως φέροντος ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις, καὶ παραιτουμένου ἐπὶ πλείστοις λόγοις, ἔφθασεν ὁ καιρὸς τῆς ἐκκλησίας, τοῦ ποιῆσαι τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου. Ἡμῶν δὲ ἁπάντων εἰσερχομένων μετὰ Ἐπιφανίου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἔσχον λογισμὸν τοῦ ἀποδρᾶσαι, βάρος ἡγούμενος τὸ φορτίον τοῦ πρεσβυτέρου. Ὅτε οὖν ἔφθασεν ἐπὶ τὸ βῆμα, κρατήσας με Ἐπιφάνιος τῆς χειρὸς, εἶπεν πρὸς μέ· Μένε ἐπὶ τῷ τόπῳ ἕως καιροῦ. Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦτον. Ἐγὼ οὖν οὐκέτι ἠδυνήθην κουφίσαι μου τὸν πόδα ἐκ τοῦ τόπου· ἀλλ' ἤμην ὡς καθηλωμένος μετὰ σιδήρων. Ὅτε δὲ ἐπληρώθη πᾶσα ἡ ἀκολουθία, τότε ἀπέστειλεν ἕνα τῶν διακόνων, καὶ ἤγαγέν με ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐχειροτόνησέ με πρεσβύτερον· καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκκλησίας, ἀπὸ φόβου ἔπεσα ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ ἤμην συνεχόμενος ἐπὶ κραβάτου, ἕως οὗ ἦλθεν Ἐπιφάνιος, καὶ ἠύξατο, καὶ εὐθέως ἀνέστην.

ΜΔ'. Τότε οὖν (a) παρεγένετό τις ἀπὸ Ἱεροσολύμων διάκονος, καὶ ἀπήγγειλεν Ἐπιφανίῳ τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων, ὅτι φιλάργυρος, φησὶν, ἐστὶν, καὶ τὰ χρήματα ἐναποκλείων ἐνδεομένοις οὐ παρέχει. Ἦν δὲ ὁ Ἰωάννης οὗτος οἰκήσας ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ μεγάλου Ἱλαρίωνος, ὡς Ἐπιφάνιος συνῴκησεν αὐτῷ. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἔγραψεν ἐπιστολὴν τῷ Ἰωάννῃ, περὶ τοῦ ἐλεεῖν τοὺς χρείαν ἔχοντας. Ὁ δὲ Ἰωάννης οὐδὲν τῆς ἐπιστολῆς ἐποίησεν. Μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς μέ· Δεῦρο δὴ, τέκνον, πορευσώμεθα εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσκυνήσαντες ἀναλύσωμεν Ἀπάραντες δὲ ἀπὸ Κύπρου ἀπεπλεύσαμεν ἐν Καισαρείᾳ τῇ Φιλίππου· κἀκεῖθεν ἀνέβημεν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐλθόντες καὶ εὐξάμενοι ἀνέβημεν εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον· καὶ ἰδὲν Ἰωάννης τὸν Ἐπιφάνιον, καὶ ἐχάρη χαρὰν μεγάλην. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος τῷ Ἰωάννῃ· Δός μοι, φησὶν, οἶκον, τέκνον, ἐπὶ τὸ μεῖναι. Ἔδωκεν δὲ ἡμῖν κάλλιστον οἶκον. Καθ' ἡμέραν οὖν ὁ Ἰωάννης ἐκάλει τὸν Ἐπιφάνιον ἐπὶ τραπέζης, καὶ πολυτέλειαν βρωμάτων καὶ πομάτων ἔφερεν ἡμῖν ἐν τῇ τραπέζῃ, τῶν δὲ πενήτων ἀμοίρων ὄντων, καὶ ἀπὸ τούτων. Ποτὲ οὖν εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Δός μοι, φησὶν, ὦ Πάτερ Ἰωάννης, ἄργυρον πρὸς ὑπηρεσίαν· ἔχω γὰρ θρέψαι Κυπρίους ἄνδρας· φαντάσω, φησὶ, τούτους τῷ σῷ ἀργυρίῳ. Τὰ γὰρ καλλιστεύοντα ἐν τῷ σῷ οἴκῳ πάρεχε τῷ δούλῳ σου πρὸς δόξαν τὴν σὴν, καὶ ἔσομαι κομψεύων ἐπὶ σοῖς ἔργοις· μόνον μνήμην ἄπεχε τῶν διδομένων, καὶ ὕστερον ἀποδῶ τὸ πρέπον. Ὁ δὲ Ἰωάννης παρήγαγεν κατὰ πρόσωπον Ἐπιφανίου πολὺν ἄργυρον. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Ἔστιν σοι, φησὶν, ἀποκείμενος καὶ ἄλλος

Digitized by Google Распознавание текста

ἄργυρος, ὦ Πάτερ; Εἶπεν δὲ Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον· Ἀρκεῖ σοι τέως οὗτος πρὸς σὴν ὑπηρεσίαν, Πάτερ. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Ἄγαγε κἀκεῖνον, Πάτερ, ὅπως ξενισθῶμεν. Τοῦ δὲ προσενέγκαντος καὶ τὸν λοιπὸν, εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Δός μοι τὰ φαντάζοντα τοὺς ἐλευθέρους. Εἶπεν δὲ Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον· Ἅπαντα τὰ τέρποντα τοὺς σοὺς ἀνθρώπους δέξαι, καὶ διακόνησον τοὺς (a) ἐπ' ἀρίστου.

ΜΕ'. Λαβὼν δὲ Ἐπιφάνιος ἀργυρίου ὁλκὴν ὡς χιλίων πενταχοσίων λιτρῶν, ἐπορεύθημεν ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν δοθέντα ἡμῖν παρὰ Ἰωάννου ἐπὶ τὸ καταμένειν. Ἦν δέ τις ἀργυροπράτης, Ἀστέριος ὀνόματι. Οὗτος δὲ ἦν ἀπὸ τῆς Ῥώμης διὰ πραγμάτων εἰς Ἱερουσαλήμ. Τοῦτον προσκαλεσάμενος Ἐπιφάνιος, καὶ δείξας αὐτῷ τὸν ἄργυρον, συμφωνήσας τε καὶ ποιήσας μετ' αὐτοῦ, ἐπίπρασεν αὐτῷ λαβὼν παρ' αὐτοῦ τὸ χρυσίον. Καὶ δὴ λαβὼν Ἐπιφάνιος τὸ χρυσίον, νύκτα τε καὶ ἡμέραν διεδίδου τοῖς χρείαν ἔχουσιν. Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων, εἶπεν Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον· Ἀπόδος μοι τὸν ἄργυρον, ὃν ἔχρησά σοι πρὸς ὑπηρεσίαν. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, τέκνον, ὅτι ἔχω θρέψαι, καὶ πάντα ἀποδώσω. Πάλιν οὖν ἡμερῶν διαγενομένων, εἶπεν Ἰωάννης πρὸς Ἐπιφάνιον, ἑστώτων ἡμῶν ἐν τῷ ναῷ, ὅπου τὸ σωτήριον ξύλον ἀπόκειται· Καὶ ἤδη εἶπόν σοι, ὅτι, Ἀπόδος μοι τὸν ἄργυρον, ὃν ἔχρησά σοι. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος εἶπεν τῷ Ἰωάννῃ μετὰ ἡσυχίας· Εἶπόν σοι, Πάτερ, ὅτι ἀποδώσω σοι. Ὁ οὖν Ἰωάννης θυμοῦ πολλοῦ πλησθεὶς ἐπελάβετο καὶ ἐκράτησεν τῆς διπλοΐδος Ἐπιφανίου, συσφίγξας αὐτὸν ἐν αὐτῇ, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Οὐκ ἐξέρχῃ, οὐ καθέζῃ, οὐκ εἰρηνεύεις, ἕως οὗ τὸν ἄργυρον δῷς, ὃν ἐχρήσω παρ' ἐμοῦ, ἐπιθέτα Ἐπιφάνιε· ἀπόδος τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις οὐκ ἐταράχθη Ἐπιφάνιος, ἀλλ' ἦν ἡ αὐτὴ κατάστασις ἐν αὐτῷ. Ἔμεινεν δὲ Ἰωάννης δύο ὡρῶν διάστημα κρατῶν, καὶ ἐνυβρίζων τὸν Ἐπιφάνιον. Ἅπαντες δὲ οἱ παρεστῶτες ἐρρᾳθύμησαν ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι, καὶ ἀκούειν τῶν σκληρῶν λόγων τοῦ Ἰωάννου. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος μηδὲν ἀδημονήσας ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον Ἰωάννου, καὶ παραχρῆμα ἐτυφλώθη, καὶ φόβος ἔπεσεν ἐπὶ πάντας τοὺς παρεστῶτας. Ὁ οὖν Ἰωάννης ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον Ἐπιφανίου, ὅπως εὔξηται ἵνα ἀναβλέψῃ. Τοῦ δὲ λέγοντος· Ἄπελθε, φησὶ, καὶ προσκύνησον τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ παρέξει σοι τοῦτο· αὐτὸς ἐπέμενεν δεόμενος Ἐπιφανίου. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος διδάξας τοῦτον, ἐπέθηκεν αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἠνεῴχθη αὐτοῦ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμός. Ὁ οὖν Ἰωάννης παρεκάλει καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀριστεροῦ. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰωάννην· Οὐκ ἐμὸν, φησὶ, τέκνον, ἔστι τοῦτο. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔκλεισεν, ὁ Θεὸς ἠνέῳξεν· ἐποίησεν ὡς ἠθέλησεν, ὅπως σωφρονισθῶμεν. Ὁ δὲ Ἰωάννης παιδευθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς ὑπὸ δικαίου, ἐγένετο ὅσιος ἐν πᾶσιν.

ΜΖ'. Ἐξερχομένων δὲ ἡμῶν τὴν πόλιν, τοῦ ἀποπλεῦσαι ἡμᾶς ἐν Κύπρῳ, δύο ἐμπαῖκται ἦσαν ἐν τόπῳ. Τοῦ δὲ Ἐπιφανίου παράγοντος τὸν τόπον, εἶπεν

A Qui dixit ei : Habesne aliquid aliud argenti repositum, o Pater ? Dixit autem Joannes Epiphanio : Hoc utique ad tuum usum tibi sufficiet, o Pater. Dixitque Joanni Epiphanius : Adduc illud quoque, Pater, ut magnifice accipiantur. Cum is autem aliud quoque attulisset, dixit Joanni Epiphanius : Da mihi, quæ ingenuis pulchram præbent speciem. Dixit ei Joannes : Accipe quæcunque sunt tuis hominibus delectationi, et eis utere in prandio.

XLV. Accepit itaque Epiphanius argenti pondus circiter librarum mille quingentarum, et ivimus in domum, quæ data nobis fuerat a Joanne ad manendum. Erat autem quidam argentarius, nomine Asterius. Is Roma venerat Hierusalem negotii obeundi gratia. Eum cum accersivisset Epiphanius, et ei ostendisset argentum, cum eo convenit, et pactum iniit, vendiditque, auro ab eo accepto, quod nocte et die distribuit egentibus. Interjectis autem aliquot diebus, dixit Joannes Epiphanio : Redde mihi meum argentum, quod tibi ad usum commodavi. Dixit Joanni Epiphanius : Patientiam in me habe, o Pater. Sunt enim adhuc, quos alam, et omnia reddam. Cum ergo dies aliquot rursus intercessissent, dixit Joannes Epiphanio, cum essemus in templo, ubi repositum est lignum salutare : Jam dixi tibi, Redde mihi argentum, quod tibi accommodavi. Epiphanius autem leniter et placide dixit Joanni : Dixi tibi, Pater, me esse redditurum. Joannes vero ira plenus apprehendit, et tenuit diploidem Epiphanii, ipsum in ea constringens, eique dixit : Non exibis, non sedebis, non ages in pace, donec reddideris argentum, impostor Epiphani. Da argentum, quod a me accepisti commodato ; Ecclesiæ redde, quæ sunt Ecclesiæ. Epiphanius vero post hæc omnia conturbatus non fuit, sed erat idem in eo status. Mansit autem Joannes spatio duarum horarum tenens et injuria afficiens Epiphanium. Quotquot vero aderant, tristitia sunt affecti, eo quod adessent, et audirent aspera verba Joannis. Epiphanius autem nihil commotus, exspuit in ejus faciem, et statim fuit excæcatus. Ceciditque metus super omnes, qui aderant. Joannes vero pronus cecidit ad pedes Epiphanii, orans, ut visum reciperet. Eo autem dicente : Vade, et crucem adora venerandam, eaque id tibi præbebit ; perseverabat ipse rogans Epiphanium. Epiphanius vero cum eum docuisset, manum ei imposuit, et apertus fuit dexter ejus oculus. Oravit autem Joannes etiam pro sinistro. Dixitque Epiphanius Joanni : Non est meum, o fili. Deus enim occlusit, Deus aperuit ; fecit, ut voluit, ut simus modesti. Joannes autem castigatus et convictus a viro justo, fuit sanctus in omnibus.

XLVI. Nobis vero aliquando exeuntibus e civitate ut navigaremus in Cyprum, erant duo illusores in eo loco. Cum autem per locum transiret Epipha-

(a) *Τούς*. Forte legendum αὐτοῖς, ut sensus sit : *Et ministra illis in prandio*. EDIT. PATROL.

Digitized by Google Распознавание текста

nius, ei dixit unus ex duobus : Sancte pater, vise mortuum, et super eum injice tegumentum. Cum hæc ergo audiisset Epiphanius, stetit ad orientem, pro mortuo offerens orationem. Cumque se suo exuisset indumento, projecit ad induendum mortuum. Iter autem faciente Epiphanio, is qui ea verba dixerat, dixit ei, qui se mortuum simulabat : Surge, præteriit vir rudis et indoctus. Cum is autem non responderet, rursus eum vocabat. Postquam vero animadvertit eum esse mortuum, dicit apud se : Curram, et hospiti meam dicam culpam, ut eum excitet. Qui nos assecutus, in terram cecidit, rogans Epiphanium, et ei dicens verba hujusmodi : Rogo, et supplico tuæ paternitati : fer opem, et parce nostræ insipientiæ. Quando enim te sum allocutus dicens : Indue mortuum, ejus consensu sum locutus : cumque tu non longe præteriisses, allocutus sum meum amicum, et in eo non erat vox, nec auditus. Sed age, inquit, Pater, suscita mortuum, et quam a te accepimus tunicam, eam accipe. Dixit autem Epiphanius ei, qui loquebatur : Vade, fili, et sepeli eum. Primum enim est mortuus, et tunc ipsi petiisti indumentum. Cum autem rursus venissemus Cæsaream, in Cyprum navigavimus. Fratres vero nos cum magno gaudio exceperunt.

πρὸς αὐτὸν ὁ εἷς· Ὅσιε, φησὶ, Πάτερ Ἐπιφάνιε, ἐπίσκεψαι τὸν νεκρὸν, καὶ τὸ κάλυμμα ῥῖψον πρὸς τοῦτον. Ὁ οὖν Ἐπιφάνιος ἀκούσας ταῦτα, ἔστη πρὸς ἀνατολὰς ὑπὲρ νεκροῦ τὴν δέησιν προσφέρων· καὶ ὃ ἀποδυσάμενος τὸν ἐπενδύτην, ἔῤῥιψεν πρὸς ἔνδυσιν τοῦ τεθνεῶτος. Τοῦ δὲ Ἐπιφανίου τὴν πορείαν ποιουμένου, φησὶν ὁ τοὺς λόγους λαλήσας πρὸς τὸν πλασθέντα τὸν θάνατον· Ἀνάστα, φησὶν, ἀντιπαρῆλθεν ὁ ἰδιώτης. Τοῦ δὲ ἀπόκρισιν μὴ διδόντος, πάλιν προσεκαλεῖτο. Ὡς δὲ προσέσχεν τοῦτον νεκρὸν, φησὶν πρὸς ἑαυτόν· Δράμω, καὶ ἀπαγγείλω τῷ ξένῳ τὴν αἰτίαν, ὅπως τοῦτον ἀναστήσει. Ὁ δὲ καταδιώξας ὀπίσω ἡμῶν, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν δεόμενος Ἐπιφανίου, λέγων· Δέομαι καὶ ἱκετεύω τὴν σὴν πατρωσύνην, βοήθησον, καὶ φεῖσαι τῆς ἡμῶν ἀφροσύνης. Ὅτι γὰρ ἐφθεγξάμην πρὸς σὲ λέγων, Ἐπένδυσον τὸν τεθνεῶτα, κατὰ σύνεσιν ἐκείνου ἐφθεγξάμην τοὺς λόγους, καὶ ἀντιπαρῆλθες ἡμᾶς, ὦ Πάτερ, οὐ πολὺ, κἀγὼ λόγους ἐλάλησα πρὸς ἐμὸν ἑταῖρον· καὶ οὐκ ἦν φωνὴ, καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις. Ἀλλὰ δεῦρο, Πάτερ, ἀνάστησον τὸν τεθνηκότα, καὶ τὸν χιτῶνα, ὃν εἰλήφαμεν παρὰ σοῦ, λάβε. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς τὸν λαλοῦντα· Ἄπελθε, τέκνον, καὶ θάψον τοῦτον· πρῶτον γὰρ ἀπέθανεν, καὶ τότε ᾔτησας τὸν ἐπενδύτην. Κατελθόντων δὲ ἡμῶν πάλιν ἐν Καισαρείᾳ ἀπεπλεύσαμεν ἐν Κύπρῳ, καὶ ἀπεδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοὶ μετὰ χαρᾶς μεγάλης.

XLVII. Erat autem quidam legisperitus Judæus, Isaac nomine, vir pius, et qui accurate legem servabat Mosaicam. Is cum sectatus esset Epiphanium, et catechesi fuisset institutus, est ab eo illuminatus. Eramus autem tres domi manentes.

ΜΖ'. Ἦν δέ τις νομικὸς Ἰουδαῖος, Ἰσαὰκ ὀνόματι, ἀνὴρ εὐλαβὴς, καὶ φυλάττων τὸν νόμον τὸν Μωσαϊκὸν μετὰ ἀκριβείας. Οὗτος προσκολληθεὶς Ἐπιφανίῳ, καὶ κατηχηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἐφωτίσθη. Ἤμεθα οὖν οἱ τρεῖς μένοντες ἐν οἴκῳ ἑνί.

XLVIII. Aliquando vero cum soror Arcadii et Honorii imperatorum ægrotaret, esset autem Romæ, audiit de Epiphanio, quod Deus per eum sanaret ægrotos. Ea ergo misit in Cyprum, qui Romam adducerent Epiphanium. Qui autem missi fuerant, cum in Cyprum pervenissent, ostenderunt litteras Epiphanio. Erat vero quidam gentilis vir dives, linguæ admodum impeditæ, nomine Faustinianus. Is exceperat viros missos ad Epiphanium, qui adversabatur admodum illi. His autem dicebat Faustinianus : Quid huic impostori, tanquam Deo, adhibetis animum? Frigida enim verba loquitur, et nihil aliud : est autem pessimis moribus. Quodam vero die cum adesset Epiphanius, essentque opifices operantes in ecclesia, erant etiam illic viri, qui missi fuerant, prope Epiphanium. Erat autem Faustinianus quoque stans in eo loco. Cum ex alto ergo cecidisset unus ex ædificatoribus, et descendisset supra caput Faustiniani : qui ceciderat quidem, nihil mali est passus : Faustinianus vero in faciem cecidit, et mansit mortuus. Epiphanius autem appropinquans Faustiniano, eum tenuit manu, dicens : Surge, fili, in nomine Domini, vade sanus in domum tuam. Statim autem surrexit, et ivit in domum suam. Cum autem audivisset uxor

ΜΗ'. Ποτὲ οὖν ἡ ἀδελφὴ Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων πάθος ἔχουσα (ἦν δὲ αὕτη ἐπὶ τῆς Ῥώμης) ἤκουσεν περὶ Ἐπιφανίου, ὅτι θεραπεύει ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ τοὺς ἀσθενοῦντας. Αὕτη οὖν ἀπέστειλεν ἐν τῇ Κυπρίων, ἀγαγεῖν Ἐπιφάνιον ἐπὶ τῆς Ῥώμης. Τῶν δὲ ἀπεσταλμένων καταντησάντων ἐπὶ Κύπρῳ, ἀπέδειξαν τὰ γράμματα ἐπισκοπείῳ (a). Ἦν δέ τις ἀνὴρ Ἕλλην πλούσιος, σφόδρα μογιλάλος, καὶ ὄνομα αὐτοῦ Φαυστινιανός. Οὗτος ἐδεξιώσατο τοὺς ἄνδρας τοὺς πεμφθέντας πρὸς Ἐπιφάνιον· ἦν δὲ καὶ σφόδρα ἀντικείμενος Ἐπιφανίῳ. Τούτοις ἔλεγεν ὁ Φαυστινιανός· Τί, φησὶν, προσέχετε, ὡς Θεῷ, τῷ ἐπιθέτῃ; Λόγους γὰρ ψυχροὺς λαλεῖ, καὶ οὐδὲν ἕτερον· κάκιστός ἐστι περὶ τοὺς λόγους. Ἐν μιᾷ οὖν ἡμέρᾳ ἐπιστήκοντος Ἐπιφανίου, ὡς ἦσαν οἱ τεχνῖται ἐργαζόμενοι ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἦσαν καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἐγγὺς ἑστῶτες Ἐπιφανίου. Ἦν δὲ καὶ Φαυστινιανὸς ἑστὼς ἐπὶ τοῦ τόπου. Εἷς οὖν τῶν οἰκοδόμων πεσὼν ἀπὸ ὕψους μεγάλου, καὶ ἐρχόμενος κατὰ κεφαλῆς Φαυστινιανοῦ, ὁ μὲν πεσὼν οὐδὲν κακὸν ἔπαθεν· ὁ δὲ Φαυστινιανὸς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἔμεινε νεκρός. Ἐγγίσας δὲ Ἐπιφάνιος Φαυστινιανῷ, ἐκράτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς χειρὸς λέγων· Ἀνάστα, τέκνον, φησὶν, ἐν ὀνόματι Κυρίου, καὶ ἀπελθὲ ὑγιαίνων ἐν τῷ σῷ οἴκῳ. Εὐθέως δὲ ἀνέστη ὁ Φαυ-

(a) Legit interpres Ἐπιφανίῳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

στινιανὸς, καὶ ἐπορεύθη εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἀκούσασα δὲ ἡ τούτου γυνὴ τὸ γεγονὸς, λαβοῦσα χίλια νομίσματα προσήνεγκεν Ἐπιφανίῳ. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος πρὸς τὴν γυναῖκα· Ἄπελθε, τέκνον, ὃς αὐτὰ τοῖς κοπιῶσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἕξεις θησαυρὸν παρὰ τῷ Ὑψίστῳ. Καὶ οὕτως ἐποίησεν ἡ γυνή.

A ejus quod factum fuerat, accepit mille nummos, et obtulit Epiphanio. Qui ei dixit : Vade, filia, da eos iis qui laborant in ecclesia, et habebis thesaurum apud Altissimum. Sic autem fecit mulier.

ΜΘ'. Οἱ οὖν ἀπεσταλμένοι παρὰ τῶν βασιλέων, ἐπῆγον τὸν Ἐπιφάνιον ἐπὶ τὸ πλέειν ἐπὶ τὴν Ῥώμην. Ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, τοὔνομα Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος. Χρεία δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τοῦ Καρπασίου καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τοῦ θρόνου. Ἦν δὲ οὗτος διάκονος. Τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως Θεοῦ χειροτονεῖ ἐπίσκοπον ὁ Ἐπιφάνιος ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς πόλεως, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Καρπασίου. Ὅτε οὖν εἶχεν Ἐπιφάνιος ἐπιδημῆσαι ἐπὶ τῆς Ῥώμης, μεταστέλλεται τὸν προειρημένον Φίλωνα τὸν ἐπίσκοπον, καὶ αὐτῷ ἀποδίδωσιν τὴν αὐθεντίαν τῆς Ἐκκλησίας τῆς Κωνσταντίας, ὅπως ἂν χρεία γένηται κληρικῶν, αὐτὸς χειροτονήσει. Λαβὼν οὖν ὁ Ἐπιφάνιος ἐμὲ, καὶ Ἰσαὰκ, ἀπεπλεύσαμεν εἰς τὴν Ῥώμην. Εἰσελθόντων δὲ ἡμῶν ἐν τῇ πόλει, ἦν πένθος καὶ κοπετὸς μέγας ἐν τῷ ταμιείῳ τῷ βασιλικῷ. Τῆς γὰρ ἀδελφῆς τῶν βασιλέων Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου πάθος ἐχούσης ἐπὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα, πολλὰ ποιήσαντες οἱ ἰατροὶ οὐδὲν ὠφέλησαν ταύτην. Ἦν δὲ λοιπὸν πάθος κατανεμόμενον τὰς σάρκας αὐτῆς. Ἀπὸ πολλῆς οὖν θλίψεως ἐπῆγεν τοὺς βασιλεῖς, λέγω δὴ Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον, ὅπως ἐπιτρέψωσιν ἰατρῷ δοῦναι δηλητήριον αὐτῇ, ὅπως διὰ συντόμου παρέλθῃ τὸν βίον τοῦτον. Οἱ οὖν ἀπαγαγόντες ἡμᾶς ἐπὶ τὴν Ῥώμην εἰσῆλθον, καὶ ἀπήγγειλαν τοῖς βασιλεῦσιν. Αὐτοὶ δὲ ἐπιτρέπουσιν εἰσιέναι τὸν Ἐπιφάνιον. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος, ὡς μὴ τοιούτοις ἀνθρώποις συντυγχάνων, οὕτως ἀτρόμως εἶσιν ἐν τῷ ταμιείῳ τῷ βασιλικῷ, ἐγγίσας δὲ τοῖς βασιλεῦσιν. Ἦν δὲ καὶ ἡ ἀδελφὴ τούτων κατακειμένη ἐπὶ τῆς κλίνης.

B

C

" XLIX. Qui vero missi fuerant ab imperatoribus, urgebant Epiphanium, ut navigaret Romam. Erat autem quidam ex oratoribus clericus, Philo nomine, vir sanctus. Opus autem erat, in civitate Carpasii in sede collocare episcopum. Eratque is diaconus. Hunc ergo Dei revelatione episcopum ordinat Epiphanius in sede civitatis et Ecclesiæ Carpasii. Cum ergo esset Romam profecturus Epiphanius, accersit prius dictum Philonem episcopum, datque ei auctoritatem Ecclesiæ Constantiæ, ut si fuerit opus clericis, ipse ordinaret. Accepit autem Epiphanius me et Isaac, et Romam navigavimus. Erat vero magnus luctus et planctus in aula regia. Cum enim soror imperatorum Arcadii et Honorii laboraret in manu dextera, multa fecerant medici, nec ei quidquam profuerant. Morbus autem jam de cætero depascebat ejus carnes. Præ multa vero afflictione instabat imperatoribus, Arcadio, inquam, et Honorio, ut permitterent medico ei dare venenum, ut breviter vitam finiret. Qui ergo nos Romam deduxerant, ingressi sunt, et renuntiarunt imperatoribus. Ipsi autem jubent, ut ingrediatur Epiphanius. Nobis vero in aulam regiam intrantibus, omnes qui aderant salutarunt Epiphanium. Qui perinde ac si non tales conveniret homines, intrepide ingressus est in aulam regiam, et appropinquavit imperatoribus. Erat autem eorum soror in lecto recubans.

N'. Τῶν δὲ βασιλέων ἰδόντων τὸν Ἐπιφάνιον, ἀνέστησαν εὐθέως ἀπὸ τῶν θρόνων. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος τοῖς βασιλεῦσιν· Ταύτην τὴν τιμὴν δίδοτε, τέκνα, τῷ εὐεργέτῃ, καὶ ὄψεσθε τὴν ἀδελφὴν ὑμῶν ἐν καλλίστῃ ὑγείᾳ· μὴ πεποίθετε, τέκνα, ἐπὶ τὴν αὐθεντίαν, καὶ ἔσεσθε φυλαττόμενοι ἀπὸ Κυρίου. Ἐπὶ δὲ τοῖς λόγοις Ἐπιφανίου ἐδίσταζον καὶ ἐταράττοντο οἱ βασιλεῖς. Εἶπεν δὲ Ἐπιφάνιος τοῖς βασιλεῦσιν· Τί διστάζετε, τέκνα, ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις; Ὄψεσθε Θεοῦ χάριν διὰ τῶν λαλουμένων. Ἐγγίσας δὲ Ἐπιφάνιος ἐπὶ τῆς κλίνης, ἔνθα κατέκειτο ἡ ἀδελφὴ τῶν βασιλέων, εἶπεν πρὸς αὐτὴν εὐμενεῖ τῷ προσώπῳ· Μὴ δίσταζε, τέκνον, ἐπὶ τῷ πάθει· ἔχε τὰς ἐλπίδας ἐπὶ Θεὸν ζῶντα, καὶ ὄψῃ τὴν ὑγίειαν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ· πίστευσον τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τῷ ἐσταυρωμένῳ, καὶ ἔσῃ περιπατοῦσα ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ. Πέπαυται, φησὶ, τέκνον, ὁ πόνος τοῦ σώματός σου. Δόξαζε Θεὸν τὸν δι-δόντα τὴν χάριν· ἔχε τοῦτον κατὰ νοῦν ἀδιαλείπτως, καὶ ἔσται σοι τεῖχος τὸν ἅπαντα χρόνον. Ταῦτα εἰπὼν Ἐπιφάνιος ἐκράτησεν τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ σφραγίσας αὐτὴν τρίτον, εὐθέως ἐκουφίσθη τῶν πόνων. Ἰδόντες δὲ οἱ βασιλεῖς, ὃ ἐποίησεν Ἐπιφάνιος, προσεκλίθη ἡ ψυχὴ αὐτῶν τοῦ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καὶ

D

L. Cum vero imperatores vidissent Epiphanium, et protinus e sedibus ei assurrexissent, dixit Epiphanius imperatoribus : Hunc honorem, inquit, o filii, date benefactori Deo, et videbitis sororem vestram in optima sanitate. Ne confidatis, filii, in majestate, et conservabimini a Domino. Quoniam autem propter verba Epiphanii dubitabant et conturbabantur imperatores, dixit illis Epiphanius : Quid dubitatis, filii, de iis quæ dico? Videbitis Dei gratiam per ea quæ dicuntur. Cum autem Epiphanius appropinquasset lecto, in quo jacebat soror imperatorum, dixit ei vultu leni et placido : Ne de morbo dubites, o filia : spera in Deum vivum, et hac hora videbis sanitatem. Crede Filio Dei, qui fuit crucifixus, et statim ambulabis. Cessavit, inquit, o filia, dolor tui corpusculi. Redde gloriam Deo, qui dat gratiam; eum habe perpetuo in memoria, et erit tibi murus omni tempore. Cum hæc diceret Epiphanius, tenuit manum mulierculæ, et eam ter signavit, et illico levata est doloribus. Cum autem vidissent imperatores, quod fecerat Epiphanius, inclinatum est cor eorum, ut ipsum diligerent, audirentque, et crederent iis omnibus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quæ ab ipso dicebantur. Rogaruntque Epiphanium, ut Romæ cum eis versaretur, et esset eis in patrem. Epiphanius autem totum diem imperatores docebat assidue.

LI. Aliquando cum filium haberet soror eorum, quæ laborarat, et curata fuerat ab Epiphanio, accidit ut cum is ægrotasset, mortuus in lecto sit repertus. Fuit magnus luctus in aula imperatorum. Epiphanio autem dixerunt imperatores : Ora, Pater, pro infante, ut eum reddas sanum matri. Dixit Epiphanius : Creditis, filii, me hoc posse facere ? Dixerunt autem imperatores : Credimus, quod sicut matris ejus morbum fugasti, ita etiam infantem ei vivum præbebis. Dixit vero Epiphanius imperatoribus : Si surrexerit filius sororis vestræ, credetisne, et baptizabimini in nomine Crucifixi? Dixerunt imperatores Epiphanio : Si suscitaveris infantem, nos credemus, et baptizabimur. Accedens autem Epiphanius ad lectum, in quo infans jacebat mortuus, cum totum ejus corpus contrectasset, et eum orasset qui mortificat et vivificat, dixit puero : In nomine Domini nostri Jesu Christi crucifixi surge; et statim puer sedit in lecto. Cum autem vidissent imperatores, quod Epiphanius per orationem suscitarat puerum, rogarunt Epiphanium, ut illuminarentur. Tunc dixit Epiphanius imperatoribus : Ecce pietatem vestram in omnibus suscipio : Deus est enim, qui vos ad hoc excitat. Sed hoc non possum facere injussu episcopi Romanæ Ecclesiæ, ne nobis irascatur. Accersunt itaque imperatores episcopum, et ei omnia exposuerunt. Episcopus autem magno fuit affectus gaudio, cum hæc audiisset ab imperatoribus, et permisit Epiphanio, ut baptizaret et imperatores, et eorum sororem, et filium ejus, quem suscitavit Epiphanius, cum esset mortuus.

LII. Cum ingressi autem essent in baptisterium, ut illuminarentur ab Epiphanio, eis omni exhibito ministerio, ingressus est primus Arcadius : qui quidem ante se habuit tres viros vestes gestantes candidas, et tenentes Epiphanium, unum quidem a dextris, et unum a sinistris, et alterum pone. Is autem magno timore est affectus. Cognovitque Epiphanius ex vultu Arcadii, quod viderat visionem, et dixit imperatori : Attende tibi, o fili, et cave. Solebat enim Epiphanius neminem mittere in piscinam, donec aqua turbaretur. Postquam vero fuit illuminatus Arcadius, illuminatus fuit etiam Honorius, et eamdem quoque vidit visionem. Similiter etiam filius sororis eorum. [Jussu autem Epiphanii, suscepi ego Arcadium ex baptismate ; Isaac vero Honorium, et quidam eunuchus Christianus et pius, filium sororis eorum. Ipsam vero sororem Procliana, quæ erat uxor unius ex patriciis.] Postquam autem ii fuerunt illuminati, septem dies ibi peregit Epiphanius post illuminationem, eos docens de baptismate. Postquam vero vestes candidatas deposuerunt, duobus imperatoribus dixit Epi-

A patienter tuum Patrem. Dixit autem imperatrix Epiphanio : An tua paternitas aliquid jubeat, enuntia, et ego colam et observabo meum Patrem. Dixit Epiphanius imperatrici : Si ejus, quam dicis, hæresis reus est, et convincitur Joannes, nec se fatetur peccasse, indignus est sacerdotio : et si quid jubet vestrum imperium, faciet vester servus. Si autem pro vestra injuria quæris Joannem expellere ex Ecclesia, servus tuus Epiphanius in hoc non assentietur. Est certe maxime imperatorum, injuria affici et ignoscere : quandoquidem vos quoque habetis imperatorem in cœlis, cui assidue peccatis, et is vobis remittit : qui quidem dicit in Evangeliis : *Estote misericordes, sicut Pater vester, qui est in cœlis* [11]. Dixit autem imperatrix Epiphanio : Si fueris impedimento, Pater Epiphani, quominus mittatur Joannes in exsilium, aperiam templa idolorum, et faciam ut homines ea adorent, et faciam ultima pejora prioribus. Cumque hæc acerbe diceret, ex ejus oculis fluebant lacrymæ. Ei vero dixit Epiphanius : Ego quidem, o filia, sum innocens ab hoc judicio.

LXIII. Cum hæc dixisset Epiphanius, accepit me, et egressi sumus ex aula imperatoria. Ægrotabat autem Isaac, et non ingressus est nobiscum ad imperatricem. Pervasit vero fama per totam civitatem, dicentium : Magnus sacerdos Epiphanius, episcopus Cypriorum, ingressus est ad imperatricem, et fecit, ut in exsilium mitteretur magnus Joannes. Cum hoc autem audivisset Isaac, aufugit ab Epiphanio, et ingressus est monasterium, nobis inscientibus. Ægre vero ferebat Epiphanius, et Deum rogabat, ut ei significaret, ubinam mansisset Isaac. Quod ei significavit, et ivimus ad ipsum. Aversabatur autem Isaac Epiphanium, dicens : Nolo amplius esse tecum, propter peccatum, quod fecisti in Joannem. Cum nos autem in monasterio fuissemus tres dies, vix persuasit Isaac. Quo accepto, egressi sumus. Sibi quoque persuasit Joannes, quod ejus exsilio fuisset assensus Epiphanius. Accepta igitur charta, scripsit ad Epiphanium : Sapiens Epiphani, assensus es meo exsilio. In tuo throno non sedebis amplius. Ad Joannem autem rescripsit Epiphanius : Athleta Christi, verberare et vince. Quod autem credidisti, me exsilio tuo fuisse assensum, in locum ad quem fuisti relegatus, non venies. Hæc scripsi, o fratres, ne quis hoc probrum conferat in Epiphanium. Qui enim tot et tanta bona fecerat, erat in tantum malorum profundum descensurus? Ingressis autem nobis in aulam imperatoriam, jussit Epiphanius valere imperatores, ut navigaremus in Cyprum. Interrogatus vero Epiphanius ab Arcadio imperatore, quot annos esset natus, dixit : Centum et quindecim, et tres menses. Sic autem dixit : Fui episcopus, cum essem sexaginta annos natus. Fui

[11] Luc. VI, 30

(*a*) Forte οὕτως.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

vero in episcopatu quinquaginta quinque annos et tres menses. Eo vero die, quo fuit nobis ascendendum in navem, tunc eum interrogavit. Cum autem in navem ascendissemus, et navigaremus in Cyprum, sedit Epiphanius in concavo navis, et nos cum eo. Eratque mos Epiphanio sancta Evangelia assidue tenere in manibus. Cumque ter ingemuisset et flevisset, explicatis Evangeliis, et iis rursus plicatis, lacrymatus est. Cumque surrexisset, oravit; et post preces rursus sedit in concavo navis : cœpitque flere et nobis dicere :

LXIV. Si me diligitis, o filii, mandata mea servate, et dilectio Dei manebit in vobis. Scitis per quot afflictiones transivi in hac vita, et non reputavi esse ullam afflictionem : sed eram semper lætus in iis, quæ ad Deum pertinent, et Deus non me dereliquit, sed ipse me servavit ab omnibus maligni insidiis. *Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum* [12]. Aliquando autem, o filii mihi desiderati, cum ego essem in loco deserto, et Christo preces peragerem, ut liberarer ab omnibus insidiis adversarii, me invasit multitudo dæmonum : qui cum me dilacerassent, et pedibus arripuissent, attraxerunt in terram. Nonnulli autem ex ipsis mihi plagas quoque intulerunt. Hoc vero fecerunt mihi decem diebus. Nec amplius vidi dæmonem in propria persona omnibus diebus vitæ meæ, sed per homines in me suam exercuere malitiam : cujusmodi mihi mala evenerunt in Phœnicia ab insolentibus Simonianis, qualia in Ægypto ab immundis Gnosticis, qualia in Cypro ab iniquis Valentinianis et aliis hæresibus. Advertite ergo animum, o filii mei, et audite verba Epiphanii peccatoris. Pecunias ne concupiscatis, et multæ pecuniæ adjicientur vobis. Nullum hominem odio habeatis, et a Deo diligemini. Nolite loqui adversus fratrem, et affectio diaboli vobis non dominabitur. Aversemini omnes hæreses, tanquam feras plenas veneno mortifero. De quibus etiam vobis tradidi in libris, qui appellantur *Panaria*. Aversemini, et cavete a mundi voluptate, quæ corpus et mentem semper titillat. Experimini eam esse Satanæ accessionem. Sæpe autem vel carne quiescente, mens incautorum turpia apprehendit visione. Quando vero mens nostra est sobria, et Dei semper habet memoriam, tunc facile inimicum possumus prosternere. Cum hæc et his plura dixisset Epiphanius, omnibus qui erant in navi accersitis, dixit eis : Oportet nos, o fratres, totis viribus rogare benignum et clementem Deum, ut nos conservet, et nemo pereat ex iis, qui sunt in nave. Est enim futura in mari magna tempestas. Sed estote bono animo : nulla enim afflictio labore opprimet ullum ex iis, qui sunt in navi. Quæ cum dixisset, dixit mihi : Fil. Polybi. Dixi ei : Quid est, Pater? Dixit ille mihi : Si navigaverimus usque

[12] Rom. VIII, 28.

ἐγινόμην ἐπίσκοπος· καὶ ἔχω ἐν τῇ ἐπισκοπῇ πεντήκοντα πέντε ἔτη παρὰ τρεῖς μῆνας. Αὐτῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ εἴχαμεν ἀνελθεῖν ἐν τῷ πλοίῳ, τότε αὐτὸν ἐπηρώτησεν. Ἀνελθόντων δὲ ἡμῶν ἐν τῷ πλοίῳ ἐκαθέσθη Ἐπιφάνιος ἐν τῇ κοίλῃ τοῦ πλοίου, καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτοῦ. Ἔθος δὲ ἦν Ἐπιφανίῳ τὰ ἅγια Εὐαγγέλια κρατεῖν ἀδιαλείπτως ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ δὴ τρίτον στενάξας καὶ δακρύσας, ἀναπτύξας τε τὰ ἅγια Εὐαγγέλια, καὶ πάλιν πτύξας ἔκλαυσεν, καὶ ἐποίησεν εὐχήν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς κοίλης τοῦ πλοίου, καὶ ἤρξατο κλαίειν καὶ λέγειν πρὸς ἡμᾶς·

ΞΔ'. Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, φησὶν, ὦ τέκνα, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε· καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν ὑμῖν. Ὑμεῖς, φησὶν, ἐπίστασθε διὰ πόσων θλίψεων διῆλθον ἐν τῷδε τῷ βίῳ, καὶ οὐχ ἡγησάμην οὐδεμίαν θλῖψιν, ἀλλὰ πάντοτε ἦμην χαίρων πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέπων, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἐγκατέλειπέν με· ἀλλ' αὐτός με ἦν διαφυλάττων ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ πονηροῦ. *Τοῖς γὰρ ἀγαπῶσιν τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.* Ποτὲ οὖν, τέκνα ἐμοὶ πεποθημένα, ὄντος μου ἐν τόπῳ ἐρημικῷ, καὶ ἐπιτελοῦντός μου τὴν δέησιν τῷ Χριστῷ, ὅπως ῥυσθῶ ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου, ἐπέστη μοι πλῆθος δαιμόνων, καὶ διασπαράξαντές με ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ λαβόντες ἀπὸ τῶν ποδῶν, διέσυρον ἐπὶ τὴν γῆν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ πληγὰς προσήνεγκάν μοι. Τοῦτο δὲ ἐποίησάν μοι ἐπὶ δεκάτην ἡμέραν· καὶ ἔκτοτε οὐκέτι αὐτοπροσώπως ἐθεασάμην δαίμονα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, ἀλλὰ τὰ πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπετέλεσαν τὴν ἰδίαν αὐτῶν κακίαν εἰς ἐμέ. Οἷά μοι κακὰ συνέβη ἐν Φοινίκῃ παρὰ τῶν ἀτάκτων Σιμωνιανῶν· ἐν Αἰγύπτῳ, παρὰ τῶν ἀκαθάρτων Γνωστικῶν· οἷα ἐν Κύπρῳ παρὰ τῶν ἀνόμων Οὐαλεντινιανῶν καὶ τῶν λοιπῶν αἱρέσεων. Ἐπιστήσατε τὸν νοῦν ὑμῶν, ὦ τέκνα, καὶ ἀκούσατε τὸν λόγον Ἐπιφανίου τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Μὴ ἐπιθυμηταὶ γένησθε χρημάτων, καὶ πολλὰ χρήματα προστεθήσεται ὑμῖν. Μὴ μισήσητε πάντα ἄνθρωπον, καὶ ἔσεσθε ἀγαπώμενοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Μὴ καταλαλήσητε ἀδελφὸν, καὶ πάθος διαβολικὸν οὐ κυριεύσῃ ὑμῖν. Ἀποστρέφεσθε πάσας τὰς αἱρέσεις, ὡς θηρία μετὰ ἰοῦ θανασίμου. Περὶ ὧν καὶ ἐγγράφως *παρέδωκα* ὑμῖν ἐν τοῖς βίβλοις τοῖς ἐπιλεγομένοις *Παναρίοις*. Ἀποστρέφεσθε καὶ παραφυλάττεσθε ἀπὸ τῆς ἡδονῆς τοῦ κόσμου, τῆς ὑπογαργαλιζούσης ἀεὶ τὸ σῶμα καὶ τὸν λογισμόν. Ἔχετε πεῖραν, ὅτι προσθήκη ἐστὶ τοῦ Σατανᾶ. Πολλάκις γὰρ καὶ τῆς σαρκὸς ἡσυχαζούσης, ὁ λογισμὸς τῶν ἀνασφαλίστων πεφάνταται περὶ τὰ αἰσχρά. Ὅταν δὲ ὁ νοῦς ἡμῶν νήφει, καὶ μνήμην ἔχει ἀεὶ τοῦ Θεοῦ, εὐχερῶς καταπαλαῖσαι δυνάμεθα τοῦ ἐχθροῦ. Ταῦτα εἰπὼν Ἐπιφάνιος, καὶ πλείονα τούτων, προσκαλεσάμενος ἅπαντας τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ, εἶπεν πρὸς αὐτούς· Χρὴ ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, ἐξ ὅλης ἰσχύος δεηθῆναι τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ὅπως διασώσει ἡμᾶς, καὶ μηδεὶς τῶν ἐν τῷ πλοίῳ ἀπολεῖται. Μέλλει γὰρ κλύδων γίνεσθαι μέγας. Ἀλλ' εὐθυμεῖτε·

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АБР

οὐδεμία γὰρ θλῖψις καθάψηται πάντων ἐν τῷ πλοίῳ. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, εἶπεν πρὸς μέ· Τέκνον Πολύβιε. Εἶπον δὲ πρὸς αὐτόν· Τί ἐστι, Πάτερ; Εἶπεν δὲ πρὸς μέ· Ἐὰν ἀποπλεύσωμεν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίαν, ἐπτὰ ἡμέρας ποίησον ἐπὶ τῆς πόλεως, καὶ πλεῦσον εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀνελθε εἰς τὴν ἄνω Θηβαΐδα, καὶ ποίμαινε τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ πρόσεχε σεαυτῷ, τέκνον. Διαμαρτύρομαί σοι τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, μὴ ποίησαι ἄλλως· ἐπεὶ ἐὰν τοὺς ἐμοὺς λόγους παραποιήσῃ καὶ μὴ πορευθῇς, ἀπωλείᾳ ἀπολεῖ, καὶ εἰς μάτην γενήσονταί σοι πάντα ὅσα ᾠκοδόμησας, καὶ ἔσῃ ἀχρεῖος ἔναντι πάντων ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς τῶν ἐμῶν λόγων, καὶ φυλάξῃς τὴν ἐντολὴν Κυρίου, ἣν ἐνετείλατό μοι Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἔσῃ εὐλογημένος ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας. Καὶ ταῦτα εἰπὼν πρὸς μὲ, ἠσπάσατό με. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς Ἰσαὰκ εἶπεν αὐτῷ· Τέκνον Ἰσαάκ.

A Constantiam, mane septem dies in civitate, et naviga in Ægyptum, et ascende in superiorem Thebaidem, et pasce oves Christi. Sed attende tibi, fili. Testor tibi cœlum et terram, ne aliter facias. Nam si mea verba neglexeris, et non perrexeris in superiorem Thebaidem, peribis : et frustra a te fient, quæcunque ædificaveris : et eris inutilis coram quovis homine. Sed si mea verba audieris, et Domini mandatum custodieris, quod mihi mandavit Jesus Christus, Filius Dei, eris benedictus coram ipso omnibus diebus. Quæ cum dixisset, me est amplexus : convertitque sermonem ad Isaac, et ait : Isaac fili.

ΞΕ'. Ὁ δὲ εἶπεν· Τί ἐστι, Πάτερ; Καὶ εἶπεν Ἐπιφάνιος· Καὶ σὺ, τέκνον, μένε ἐπὶ τῆς Κωνσταντίας, ἕως ἂν ἐπιτραπῇ σοι βαδίζειν τὴν ὁδὸν τῶν (*a*) δικαίων. Ταῦτα εἰπὼν Ἐπιφάνιος πρὸς Ἰσαὰκ, ἠσπάσατο καὶ αὐτόν· καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ναυτικοὺς ἅπαντας, εἶπεν αὐτοῖς· Μὴ θροεῖσθε, τέκνα. Κίνησιν γὰρ ἡ θάλασσα ποιήσει πολλήν. Ἀλλ' εὔχεσθε τῷ Θεῷ, καὶ αὐτὸς βοηθήσει ὑμῖν. Ἦν δὲ ἑνδεκάτη ὥρα τῆς ἡμέρας, ὅτε ταῦτα ἐδίδαξεν ἡμᾶς Ἐπιφάνιος. Εἶπεν δὲ ἑνὶ τῶν ναυτῶν· Μὴ πείραζε, ἵνα μὴ πειρασθῇς. Περὶ δὲ δυσμοὺς ἡλίου γίνεται λαῖλαψ μέγας ἐν τῇ θαλάσσῃ. Καὶ ἦν Ἐπιφάνιος ἐν τῇ κοίλῃ τοῦ πλοίου ἁπλώσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ τὰ Εὐαγγέλια ἔκειτο ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνεῳγμένοι, καὶ φωνὴ αὐτοῦ οὐκ ἠκούετο. Ἡμεῖς δὲ πάντες φόβῳ μεγάλῳ συνεχόμενοι ὑπενοοῦμεν, ὅτι διὰ τὸν σάλον τῆς θαλάσσης ὁ Ἐπιφάνιος προσεύχεται τῷ Θεῷ. Ἔμεινεν δὲ ὁ κλύδων δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. Καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς μέ· Τέκνον Πολύβιε, λάλησον πρὸς τοὺς ναυτικοὺς, καὶ ἀψάτωσαν ξύλα, καὶ ποιησάτωσαν ἀνθρακίαν. Καὶ λάβε θυμίαμα, καὶ προσάγαγε ὧδε. Καὶ ἐποίησα οὕτως· καὶ προσήγαγον αὐτῷ. Καὶ εἶπεν πρὸς μέ· Βάλε τὸ θυμίαμα ἐπὶ τὴν ἀνθρακίαν. Καὶ ἔβαλα. Καὶ εἶπεν· Εὔξασθε, τέκνα. Καὶ ἐποίησεν εὐχὴν ὡς ἀνέκειτο. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἠσπάσατο ἡμᾶς, καὶ εἶπεν· Σώζεσθε, τέκνα· ὁ γὰρ Ἐπιφάνιος οὐκέτι ὑμᾶς ὄψεται ἐν τῷδε τῷ βίῳ. Καὶ εὐθέως παρέδωκεν τὸ πνεῦμα· καὶ παραχρῆμα ἔπαυσεν ὁ κλύδων τῆς θαλάσσης.

B LXV. Is autem dixit ei : Quid est, Pater? Et dixit Epiphanius : Tu quoque, fili, mane in civitate Constantiensi, donec jubearis inire viam Cittiensium. Quæ cum Epiphanius dixisset Isaac, eum est similiter complexus. Nautas quoque omnes accersens, dixit eis : Nolite conturbari, o filii. Magnum enim motum faciet mare : sed attendite Deo, et ipse vobis feret opem. Erat autem hora diei undecima, quando hæc nos docuit Epiphanius. Dixit vero uni ex nautis : Noli tentare, ne tu tenteris. Circa occasum autem solis fuit magna venti procella in mari. Epiphanius vero erat in infima parte navis passis manibus; et ejus pectori imposita erant Evangelia, et erant aperti ejus oculi, et vox ejus non audiebatur. Nos autem omnes magno metu affecti, existimabamus Epiphanium Deum orare propter tempestatem maris. Mansit autem illa tempestas duos dies et duas noctes. Tertio vero die dixit mihi Epiphanius : Fili Polybi. Respondi ego : Quid est, Pater? Et dixit mihi : Dic nautis, ut accendant ligna, et faciant carbones, et accipe suffitum, et affer huc. Et sic feci. Qui dixit : Fili, admove propius. Et admovi. Et dixit mihi : Jace suffitum super carbonem. Et jeci. Et dixit : Orate, filii. Et fecit orationem ita ut recumbebat. Et post orationem nos est complexus, dicens : Salvi estote, filii. Epiphanius enim non vos amplius videbit in hac vita. Et statim tradidit spiritum. Statimque cessavit tempestas maris.

C

D

ΞΣ'. Καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐγώ τε καὶ Ἰσαὰκ ἐκλαύσαμεν πικρῶς, καὶ σκότος ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Εἷς δὲ τῶν ναυτῶν, ᾧ εἶπεν Ἐπιφάνιος ἔτι ζῶν, ὅτι· Μὴ πείραζε, ἵνα μὴ πειρασθῇς, ἔδραμεν παρὰ τοὺς πόδας Ἐπιφανίου, καὶ ἠβουλήθη ἀποκαλύψαι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἰδεῖν εἰ ἐμπερίτομός ἐστιν. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος, ὡς ἦν νεκρὸς κείμενος, κουφίσας τὸν δεξιὸν πόδα, ἔδωκεν αὐτῷ εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίλης τοῦ πλοίου ἐπὶ τὴν πρύμνην, καὶ ἔμεινε νεκρός. Ἐποίησεν δὲ δύο ἡμέρας κείμενος νεκρός. Τῇ

LXVI. Cadentes autem super collum ejus ego et Isaac, amare flevimus. Ceciderunt que tenebræ in nostros oculos illo die. Unus vero ex nautis, cui dixerat Epiphanius adhuc vivus : Noli tentare, ne tenteris; currens ad pedes Epiphanii, voluit aperire vestem Epiphanii, et videre an esset circumcisus. Epiphanius autem, ut jacebat mortuus, dextero pede sublato, eum impegit in faciem, et jecit eum usque ad puppem navis, et mansit biduo mortuus. Tertio vero die, nautæ qui eum portabant, tulerunt eum prope Epiphanium. Postquam autem posuerunt eum

(*a*) Interp. legit Κιττιέων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ad pedes ejus, et tetigit eos, statim surrexit. Et cecidit timor super omnes, qui erant in navi. Cum nos autem navigassemus Constantiam ad locum, qui dicitur Dianeuterium, egressi sunt nautæ e navi, et circuierunt totam civitatem, et clamaverunt cum magnis vocibus: Viri fratres, qui viris frequentem habitatis Constantiensium civitatem, descendite ad mare in locum, qui dicitur Dianeuterium, et accipite reliquias sancti et longe beatissimi Patris nostri Epiphanii. Finiit enim vitam humanam. Tunc quidem ceciderunt tenebræ super universam civitatem, et se manibus tenentes descendunt ad mare, magnum planctum afferentes. Sed omnes quoque rustici veniebant in civitatem, per totam viam fluentes lacrymis. Quocirca tres quoque cæci, qui erant in parœcia, quæ appellatur Torti, se sic in viam conjecerunt; nec ullus dabat eis manum, ut citius venirent in civitatem. Dixit autem unus ex eis nomine Prosechius: Digne Dei sancte Epiphani, fac nos aspicere, ut nos quoque adoremus tuas venerabiles reliquias. Et statim aspexerunt; et ingressi in civitatem, adorarunt venerandas sancti Patris reliquias: et annuntiarunt id quod eis in via evenerat. Quicunque autem audierunt, Deum laudarunt, qui iis qui se sunt digni, præbet talia.

A οὖν τρίτῃ ἡμέρᾳ ἤνεγκαν αὐτὸν βαστάσαντες οἱ ναῦται ἐγγὺς Ἐπιφανίου. Ὡς δὲ ἔθηκαν αὐτὸν παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἥψατο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ εὐθέως ἀνέστη· καὶ φόβος ἔπεσεν ἐπὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ. Καταπλευσάντων δὲ ἡμῶν ἐν Κωνσταντίᾳ ἐπὶ τῷ τόπῳ καλουμένῳ Διανευτηρίῳ, ἐξῆλθον οἱ ναῦται ἀπὸ τοῦ πλοίου, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν πόλιν καὶ μετὰ φωνῶν μεγάλων ἔκραζον· Ἄνδρες ἀδελφοί, οἱ τὴν πολύανδρον μητρόπολιν Κωνσταντίαν κατοικοῦντες, κατέλθετε, φησίν, ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Διανευτηρίῳ, καὶ λάβετε τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου. Κατέλυσεν γὰρ τὸν ἀνθρώπινον βίον. Τότε δὴ σκότος ἐπέπεσεν ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, καὶ ἑαυτοὺς χειραγωγοῦντες κατήρχοντο ἐπὶ τῆς θαλάσσης, κοπετὸν μέγαν ποιούμενοι. Ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ ἀγροικία κατεσύρετο ἐν τῇ πόλει, τὰ δάκρυα καθ' ὁδὸν ἐπιχέοντες· ὥστε καὶ, τριῶν τυφλῶν ὄντων ἐν παροικίᾳ ἐπιλεγομένῃ Στορτυκῇ, ἐν τῇ ὁδῷ ἑαυτοὺς ἐμβαλόντων, οὐδεὶς ἐπιδίδου τούτοις χεῖρα, ὅπως τάχιον συμφθάσωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν· εἶπεν δὲ ἐκ τῶν τριῶν ὁ εἷς ὀνόματι Προσέχιος· Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, ὅσιε Ἐπιφάνιε, ποίησον ἀναβλέψαι, ὅπως καὶ ἡμεῖς προσκυνήσωμεν τὸ τίμιόν σου λείψανον. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν, καὶ εἰσελθόντες ἐν τῇ πόλει προσεκύνησαν τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ὁσίου Πατρός· ἀπήγγειλαν δὲ τὸ συμβὰν αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁδόν. Ἀκούσαντες δὲ ἅπαντες, ἐδόξαζον τὸν Θεὸν τὸν τοιαῦτα παρέχοντα τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ.

B

LXVII. Honorifice ergo e navi tollentes reliquias, introduxerunt in ecclesiam. Ibique mansit tres dies, neque sepeliebatur propter magnam contentionem. C Quarto autem die ipsum in loculo, melle superfuso, composuerunt. [Cogitabant enim eum sepelire in ecclesia.] Mansi vero septem dies in ecclesia prope reliquias: et ne sic quidem est sepultus. Octavo itaque die, cum, ut jusserat sanctus Pater, navem invenissem, quæ trajiciebat in Ægyptum, ascendi in superiorem Thebaidem, et mansi anno uno. Cum autem descenderet magnus Heracleon, præses totius Ægypti, Rhinocurura (eam enim urbem habitabat), et audiisset me fuisse discipulum magni Epiphanii, me nolentem rapuit per milites, impositumque camelo dromadi detulit Rhinocurura. Accidit autem, ut episcopus illorum decederet. Fecitque ut ordinarer episcopus Rhinocururorum.

ΞΖ'. Ἄραντες οὖν ἀπὸ τοῦ πλοίου τὸ λείψανον, μετὰ πολλῆς τιμῆς εἰσήνεγκαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἔμεινε δὲ τρεῖς ἡμέρας, καὶ οὐκ ἐθάπτετο, διὰ τὴν πολλὴν φιλονεικίαν αὐτῶν. Τῇ οὖν τετάρτῃ ἡμέρᾳ μέλῃ βαλόντες ἐν Σκυρίῳ (*a*) ἔβαλον αὐτόν. Ἐποίησα δὲ ἐγὼ τὰς ζ' ἡμέρας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρὰ τὸ λείψανον· καὶ οὐδὲ οὕτως ἐτάφη. Τῇ οὖν ὀγδόῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὴν (*b*) τοῦ ὁσίου Πατρὸς εὗρον πλοῖον διαπερῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀνελθὼν ἀπέπλευσα, καὶ ἀνῆλθον εἰς τὴν ἄνω Θηβαΐδα, καὶ ἐποίησα ἐνιαυτόν. Καὶ κατερχόμενος ὁ μέγας Ἡρακλείων ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ Ῥινοκουρούρων τὴν πόλιν (ἦν γὰρ καὶ οἰκήτωρ αὐτῆς), ἀκούσας ὅτι μαθητὴς ἐγενόμην τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου, μὴ θέλοντός μου, διὰ στρατιωτῶν ἥρπασέν με, καὶ ἐπὶ δρομοκαμήλῳ ἐπικαθίσας, κατήνεγκέν με εἰς Ῥινοκούρουρα. Συνέβη δὲ τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ τελευτῆσαι, καὶ ἐποίησέν με χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον τῆς Ἐκκλησίας Ῥινοκουρούρων.

D

Epistola Polybii episcopi, civitatis Rhinocururum ad Sabinum episcopum Constantiensem.

Domino in Deo venerando, digno sacerdotio, sancto Patro Sabino episcopo civitatis Constantiæ Cypri, Polybius peccator in Domino salutem. Magi singularis gratiæ, vel antequam stella eis Dominum significasset, participes facti, vadunt Hierusalem, atque Bethlehem, ad adorandum cœlestem regem Christum Dominum nostrum. Nisi enim ii fuissent prius participes divinæ cognitionis, Dei visionem

Ἐπιστολὴ Πολυβίου ἐπισκόπου πόλεως Ῥινοκουρούρων πρὸς Σαβῖνον ἐπίσκοπον Κωνσταντίας.

Κυρίῳ θεοτιμήτῳ ἀξίῳ τῆς ἱερωσύνης, ἁγίῳ Πατρὶ ἐπισκόπῳ Σαβίνῳ πόλεως Κωνσταντίας τῆς Κύπρου, Πολύβιος ἁμαρτωλὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Οἱ μάγοι τῆς χάριτος μετεῖχον, λέγω δὴ πρὸ τοῦ τὸν ἀστέρα αὐτοῖς καταμηνῦσαι τὴν βαδίαν ποιεῖσθαι ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν Βηθλεὲμ ἐπὶ προσκυνήσει τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Εἰ μὴ γὰρ εἶχον αὐτοὶ θεογνωσίαν τὸ πρίν,

(*a*) Vertit interpres quasi legerit μέλι βαλόντες ἐν σορῷ. Quæ autem in textu Latino uncis inclusimus, in Græco desunt. Edit. Patrol.

(*b*) *Κατὰ τήν.* Supple ἐντολήν. Id.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

οὐκ ἂν θεοπτίας ἐπέτυχον. Ἀλλ' ἐκεῖνοι (a) μὲν περὶ A minime fuissent assecuti. Sed illa quidem de Deo,
Θεοῦ τοῦ ζητουμένου ὑπὸ μάγων, καὶ μηνυομένου qui quærebatur a magis, et significabatur per stel-
διὰ τοῦ ἀστέρος τοῖς αὐτοῖς μάγοις ἐν Βηθλεέμ. Ἐγὼ lam ipsis magis in Bethlehem. Ego autem nunc
δὲ ἐπιζητῶ περὶ ὁσίου ἀνδρὸς τοῦ τὸν Θεὸν τὸν ὑπὸ quæro de sancto Patre, qui Deum quæsitum a ma-
μάγων ζητούμενον, καὶ ἐπὶ τῆς Βηθλεὲμ εὑρισκόμε- gis, et inventum in Bethlehem, et adoratum, co-
νον καὶ προσκυνούμενον θεραπεύσαντος· λέγω δὴ luit : de Epiphanio magno sacerdote, muro et pro-
Ἐπιφάνιον, τὸν μέγαν ἀρχιερέα, τὸ τεῖχος τῶν Κυ- pugnaculo Cypriorum. Quoniam ergo, sancte Pa-
πρίων. Ἐπειδὴ οὖν, ὅσιε Πάτερ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ter, propter meorum peccatorum multitudinem, non
ἁμαρτιῶν μου οὐκ ἐγενήθην ἄξιος ἰδεῖν τὸν τόπον fui dignus, qui viderem locum illorum honorum,
τὸν ἀγαθὸν ἐκεῖνον, ἔνθα τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ὁσίου ubi sunt sepultæ pretiosæ reliquiæ sancti Patris
Πατρὸς ἡμῶν ἐπισκόπου ἐτάφη, καὶ μνήμη μοι ἀδιά- nostri episcopi Epiphanii, et perpetua hujus rei
λειπτός ἐστι, καὶ λύπη μεγάλη· τούτου χάριν παρα- memoria et dolor gravis meo insidet animo : ea de
καλῶ τὴν σὴν ὁσίαν πατρωσύνην διὰ γραμμάτων causa rogo tuam sanctam paternitatem, ut nobis
ἡμῖν σημᾶναι τὸ, ποίᾳ ἡμέρᾳ καὶ ποίῳ τόπῳ ἐτάφη. significet per litteras quonam die, et quomodo sit
Ἀπέστειλα δὲ ἄνδρα προορατικὸν καὶ χάριτος κατ- sepultus. Misi autem ad te virum providum, et di-
B
αξιωθέντα Θεοῦ· λέγω δὴ τὸν τίμιον διάκονον Κάλιπ- vina gratia dignum habitum : dico vero venerandum diaconum Calippum, qui mihi quoque significavit de vestra sanctitate, quod ipse sederis super thronum Ecclesiæ Constantiæ. Nam cum ego flerem, et quererer de sepultura sancti Patris, nec nossem quisnam sedisset super thronum, idque scire per litteras cuperem, prædictus dixit Calippus, quod Sabinus præfectus monasterii successit nostro sanctæ memoriæ Patri et episcopo Epiphanio. Quocirca eum misimus per tantum ac tam difficile iter et mare, ut ea, quæ prius dicta sunt, consequamur per tuam sanctitatem. Piurissimum autem clerum meo nomine digneris salutare, et omnes, qui sunt sub vestra sanctitate. Ora pro me, digne sacerdotio, sancte Pater.

C

[LXIX. Deo ago gratias, et vestræ alacritati animi, serve Dei, et digne sacerdotio, sancte Pater Polybi, quod per te excitor ad pulchram memoriam. Sanctitatis enim vestræ litteris, quas secundum Deum scripias accepi, ita vivificata est anima mea, quemadmodum si terra ob longam siccitatem arefacta fuerit, morientes herbæ pluvia cœlitus demissa revirescunt. Quis tuam habens memoriam, sancte Pater, unquam dolore afficitur? Quis autem, sancte Pater, non emisit lacrymas propter tuum discessum? Fuit enim multus planctus et luctus intolerandus propter te, sancte Pater. Non solum enim Cypriorum insulam obibant Cyprii, requirentes tuam sanctitatem, ut sederes in throno Ecclesiæ, sed etiam per mare multi navigantes in Phœniciam te quærebant, adeo ut quatuor mensibus vidua manserit Ecclesia tui inquisitione.

LXX. De die autem, et loco, in quo sepultus est sanctæ memoriæ Pater noster episcopus Epiphanius, per has meas litteras significo Patri meo. Decem diebus fuerunt ejus pretiosæ reliquiæ in ecclesia, in melle jacentes in loculo; multique qui ægrotabant, et tangebant reliquias, a morbo statim sunt liberati. Longinus autem et Petronius diaconi, qui ab hæresi Valentiniana specie tantum conversi erant, ipsi prohibebant, ne Pater sanctus sepeliretur, dicentes non licere mortuum in civitate poni in ecclesia, ne forte per ipsum quoque veniret civitas in periculum. Venit autem fama, et vehemens quædam in civitate perturbatio, quod sint nonnulli ablaturi reliquias. Fuitque magnus strepitus in tota civitate. Eramus vero omnes quoque monasteriorum præfecti in civitate. Decimo autem die cum accepisset ligonem maxime venerandus Sabinus diaconus, cœperunt fodere locum, in quo erant reponendæ pretiosæ sancti Patris reliquiæ. Cumque hoc vidisset reverendus Draco, ipse quoque consensit. Rursus autem dixerunt Longinus et Petronius : Non licet eum sepeliri in ecclesia. Accepto vero ligone, venerandus quoque Draco fodiebat una cum Sabino, dicens : Sepeliantur sancti Patris reliquiæ in hoc loco; ego de eo precabor imperatorem. Venerunt autem artifices, et fecerunt thecam pretiosarum reliquiarum sancti Patris nostri et episcopi Epiphanii diligentissime et accuratissime : maxime quod dicebatur a multis, fore, ut furto auferretur a Romanis, aut a Constantinopolitanis, aut a Phœnicibus. Facta vero theca a dexteris sanctæ ecclesiæ, ubi ceciderat ædificator supra Faustinianum, acceperunt pretiosas reliquias sancti Patris nostri viri pii, ut eas in theca deponerent. Impii autem et indigni, Longinus, inquam, et Petronius, apprehenderunt reliquias; alios quoque, qui male sentiebant, commoventes, et non sinebant eas sepeliri. Cum ergo esset magna contentio, venerandus diaconus Sabinus dixit cum magna voce et luctu amarissimo : Sancte Pater Epiphani, scio et credo, quod sicut cum in hac vita degeres, Deum exorabas, ita etiam nunc quoque potes, et aliquid amplius. Percute Longinum et Petronium, qui defecerunt, quod propter injustum zelum non sinant te sepeliri in hoc loco. Hoc cum dixisset diaconus Sabinus, factum est a Deo judicium. Nam Longinus quidem, qui in terram ceciderat, mansit mortuus; Petronio autem manus fuere dissolutæ, et mansit mutus in eo loco. Et cum Longinum quidem composuissent, sepelierunt : Petronium autem portantes, domum tulerunt, et posuerunt supra lectum : quarto vero die vitam finiit. Acceperunt itaque pretiosas

(a) Legit interpres ἐκεῖνα. EDIT. PATROL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

reliquias sancti et beati Patris nostri et episcopi Epiphanii, et cum omni honore eas in eo loco deposuere. LXXI. Mane autem statim venerandus Draco, accersitis omnibus clericis cum multis patribusfamilias civitatis, obtulit preces imperatori. Missi vero sunt tres clerici, et tres patresfamilias. Ex clericis in primis honorandus Sabinus diaconus, et maxime honorandus diaconus Paulus consobrinus Draconis, et honorandus diaconus Athanasius. Ex patribus autem familias reverendus Marianus frater Synesii, et reverendus Joannes ejus consobrinus, et filius Draconis, qui ipse quoque vocabatur Draco, et quem Dei gratia curavit Epiphanius a morbo gravissimo. Hi autem iverunt in civitatem regiam, et obtulerunt preces imperatori. Imperator vero Arcadius, cum preces accepisset et legisset, valde magno dolore est affectus, quod e vita excessisset Epiphanius : et dixit eis qui preces sibi obtulerant : Sedete in hac urbe regia quadraginta dies, ut lugeam meum Patrem, et vos mittam in pace. Illi autem sic fecerunt. Et luxit Arcadius imperator sanctæ memoriæ patrem nostrum et episcopum Epiphanium quadraginta dies. Post luctum autem fecit constitutionem, et misit cum eis virum pium militantem, nomine Maximum. Is habebat spiritum immundum. Cum ii autem pervenissent Constantiam, statim Maximus accepta constitutione, ingressus est in locum, ubi sunt positæ reliquiæ sancti Patris nostri. Cumque pronus cecidisset in faciem, et preces posuisset supra thecam, dixit : Deo digne sancte Epiphani, expelle a me malignum spiritum, et tunc aperiam hanc formatam scripturam cum magna gratiarum actione. Statimque exiit immundus spiritus a Maximo. Maneque patefacta fuit scriptura formata in loco publico, et omnes propterea magna sunt affecti lætitia. Formatæ autem scripturæ vim insero in mea epistola, quam ad vestram mitto pietatem : quæ in versu secundo sic continet. Sic enim dicit imperator Arcadius de sancto Patre : Eum, qui vixit supra nostras leges, nolumus jacere convenienter nostris legibus. Ecce ergo, o sancte Pater Polybi, universam consequentiam, quæ fuit tam verbis quam factis, exposui vestræ apud Deum honoratæ et sanctæ animæ per litteras, quæ a nobis missæ sunt per venerandum diaconum Calippum. Habe autem perpetuam mei memoriam in tuis ad Deum orationibus, sancte Pater. Tuum vero sanctum clerum meo nomine salutare digneris, o digne sacerdotio, sancte Pater. Ora pro me, o vir maxime pie.]

ACTA S. EPIPHANII

AUCTORE R. P. DAN. PAPEBROCHIO.

(*Acta sanctorum Bolland.*, Maii tom. III, die 12, p. 36. Venetiis, 1738.)

CAPUT PRIMUM.

Cultus apud Græcos et Latinos. Vita sub ementito discipulorum nomine compilata.

1. Salamis Cypri (nam alia hujus nominis est insula et urbs circa Atticam) Constantia dicebatur Hieronymi ætate, ut ait ipse in *epitaphio Paulæ* epist. 27. Nunc utrumque nomen desiit, et duntaxat oppidulum fere dirutum superest, quod Veterem Famagustam vocant incolæ, postquam ex ejus ruinis nova surrexit, quæ adhuc regia est, regno licet exstincto sub Turcarum tyrannide. Eadem metropolis insulæ totius fuit, et sæculo Christi quarto episcopum habuit « S. Epiphanium, quem non solum vitæ conversatio illustrem ob virtutes reddidit; verum etiam miracula, quæ Deus, honore illum afficere volens, ipso adhuc superstite et post obitum ejus edidit. Mortuo enim illo, id quod viventi non contigerat, ad sepulcrum ejus dæmones etiamnum fugari, et morbi quidam curari dicuntur. » Ita lib. VI *Hist. eccles.*, cap. 27, Hermias Sozomenus, ipso cujus principio ille obiit sæculo quinto florens. Hinc factum, sicut synodus Nicæna II sæculo Christi octavo celebrata, act. 6 docet, quod « templum dedicaverunt in Cypriorum insula ejus discipuli, nuncupantes illud ejusdem Patris vocabulo, et cum multis aliis titularibus picturis imaginem ejus in ipso collocarunt, » qualem scilicet videre licet ante opera, Petavio nostro curante edita « ex pervetusto quodam exemplari, quod exstat in Constantinopolitano antiquissimo monasterio, Sula dicto (vulgo τὰ ἐξ μάρ- A μαρα appellant) quod olim patriarchium fuit.

2. Etenim etiam Constantinopolitanæ Ecclesiæ, æque ac toti Orienti fuit in maxima veneratione Epiphanius; cujus synaxis (ut habent Menæa ad hunc 12 Maii) in regia illa urbe « celebrabatur in sanctissima ejus æde » seu sacello, « quæ est intra templum Sancti Philemonis, » quod, Codino in *Originibus Constantinopolitanis* attestante, « Eudoxius Constantini Magni patricius et præfectus condidit. » Colitur autem ibi et alibi S. Epiphanius solemni totius diei Officio, communi quidem cum S. Germano patriarcha Constantinopolitano; sed principaliori loco : quomodo etiam notatur in figuratis Ruthenorum seu Moscorum Kalendariis. Solum autem illum spectat canon sacer, hoc die præ- B scriptus sub hac acrostichide :

Ἐπιφανίου τὸ κῦδος ἔπλησε χθόνα.
Terram replevit Epiphanii decus.

Solus etiam hic in Ephemeride metrica nominatur, et quidem tanquam hac die mortuus :

Τῇ δύο καὶ δεκάτῃ Ἐπιφάνιον μόρος εἷλεν.
Statæ lex mortis duodena Epiphanion aufert.

Certe vel tunc fato suo functus est, vel in sua ecclesia post mortem sepultus, haud diu antequam S. Joannes Chrysostomus, de quo infra, a synodo ad Quercum deponeretur, quod factum esse circa mensem Julium anni 403 ex Palladio, Chrysostomi actus scribente, constat.

3. Græcos cito imitati sunt Latini, quorum antiquissimus Beda in suo quod ex octo mss. dedimus genuino *Martyrologio*, post commemorationem

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

SS. Nerei et Achillei, primo loco nominatorum, mox addit, « S. P. N. Epiphanii episcopi Cypri. » Secuti Ado et Usuardus, ultimum eumdem, post cæteros scilicet ejus diei martyres, locaverunt hac fere phrasi, « Apud Cyprum S. P. N. Epiphanii, » additque Ado « Salaminæ episcopi. » Horum aliorumque posteriorum vestigiis inhærens hodiernum Martyrologium Romanum sequentia verba recitanda proponit : « Salaminæ in Cypro S. Epiphanii episcopi, qui multiplici eruditione et sacrarum litterarum scientia excellens, vitæ quoque sanctitate, zelo catholicæ fidei, munificentia in pauperes et virtute miraculorum exstitit admirandus. »

4. Sitne adhuc aliquis ejus cultus Salaminæ super, aut vestigia sepulcri olim tam famosi, haud facile dixero : credibile est cum fortuna loci cætera quoque esse partim abolita, partim Famagustam translata ; ubi etiam hoc tempore a Christianis festum ejus solemniter agi, indicio est, quod Thomas Porcaccius, in suo *De insulis mundi famosioribus* Italico opere, ante annos circiter centum primum edito, scribat pag. 150 editionis Patavinæ, « speluncam ibi haberi, in quam S. Epiphanius pœnitentiæ causa solitus sese fuerit recipere : quæ eadem in pervigilio festi stillare incipit aquam claram limpidamque, neque ea stillatio finem habet ante finem diei sequentis : hanc autem aquam magna cum devotione a multis excipi, adhiberique utiliter ad morborum curationes divinitus impetrandas per merita Epiphanii. » Sub cujus nomine, in boreali parte insulæ, inter Nicosiam et Ceraunias, hodieque habetur vicus vulgo *Sancti Piphani* dictus ; quo loco fuisse templum, in Nicæna synodo nominatum, mihi persuadeo, propter ejus celebritatem olim tantam ut promontorium ad Ceraunias, vulgo *Cerines* excurrens, nomen idem teneat in *Insulario* Benedicti Bordoni, excuso Venetiis anno 1547.

5. Atque hinc verosimiliter conjicere possit aliquis, vel corpus vel partem notabilem corporis eo translatam fuisse aliquando, idque celebritatem loco dedisse : et vel hinc vel ex ruinis Salaminæ deportatum fuisse Beneventum, quemadmodum asserit Marius de Vipera de sanctis Beneventanis ad hunc diem, Officio duplici propterea notatum, allegans « Martyrologium ms. antiquum in bibliotheca Beneventana exsistens, signatum n. 178 sub prædicta die : quo vero tempore allatum sit non adverti, » significans. Plura de reliquiarum tantarum qualitate et veneratione hodierna cupientes discere, litteras ad collegii istic nostri rectorem dedimus, cujus responsum, hactenus frustra exspectatum, si aliquando accipiamus, notitiam inde haustam non invidebimus pio lectori. Interim ex epistola Thomæ de Czechorod episcopi Samandriensis ejusdemque Pragensis decani, ad me sub finem anni 1677 datæ suggero ; quod « aliquæ » ejusdem « S. Epiphanii reliquæ, una cum brachio S. Theclæ et capite unius ex Innocentibus Bethlehemiticis, anno 1554 allatæ fuerint in Bohemiam, et Carolo IV imperatori præsentatæ a Protiwa Swihowski Segniensi, viro apud Bohemos illustri ac regii sanguinis : » quæ notitia nunc primum reperta, in Diario Pragensis Ecclesiæ adhuc desideratur.

6. Vitam ejus, jam olim conscriptam, in mss. Vaticanis Græcis reperimus, unde eam Latine redditam primus edidit Lipomanus, deinde Surius, ac denique Petavius, ad calcem tomi II, addito etiam contextu Græco, qualis in Medicæo regis Franciæ ms. inveniebatur, quem et nos inde transcriptum acceperamus. Ea testes et auctores præfert duos ejus discipulos ; primo Joannem, quasi hic inter ejus discipulos in monasterio unus, ac peregrinationum variarum comes individuus usque in Cyprum scripserit ea quæ sanctum viderat facientem miracula, usque in diem quo cœpit extremum ipsemet ægrotare : deinde Polybium, cui idem Joannes moriturus conscriptas a se chartas tradiderit, præcipiens ut quæ consequerentur mandaret litteris ; promittensque adjiciendos ei annos vitæ, ut toto tempore permaneret apud Epiphanium : qui etiam Polybius loco Joannis ab Epiphanio ordinatus presbyter, eumque, et Romam et bis Constantinopolim et aliorsum comitatus, mortuum revexerit in Cyprum ; et quia corpore ejus adhuc insepulto ex suprema ejus voluntate profectus in Thebaidem ibi coactus fuerit subsistere factus Rhinocoruris episcopus, post annum unum aut amplius scripserit ad Epiphanii successorem Sabinum, ab eoque petierit de modo et tempore sepulturæ prædictæ per litteras instrui : atque ita cum Sabini responso finitur ea *Vita*.

Utinam ea sic ut præferuntur, Acta essent ac scripta. Non doleremus in tali *Vita* nihil omnino esse, quod tuto credi possit, sed omni fide dignissima forent singula, neque facile uspiam aut ab ipsomet Epiphanio aut a coævorum auctorum aliorum scriptis invenirentur discrepare. Nunc vero plurimis Acta ea esse conferta mendaciis judicare cogetur cum Baronio, ad an. 372 num. 108, quisquis eam contulerit cum infra proponendis censuris seu observationibus ; nam ipsam, jam sæpius Latine, semel etiam Græce excusam, recudere, tantum ut refellatur, operæ pretium non est. Toleramus quidem *Vitas* in hoc opere multas, dum meliores non suppetunt, nævis quandoque gravibus aspersas : quarum auctores credimus, bona quamvis, nimium tamen simplici fide mandasse litteris, quæ plura post sæcula partim ex vetustioribus monumentis, partim ex popularium traditionibus compilarunt. Sed eas amplius ferre non possumus, quæ mala fide nominibus alienis suppositæ, tanto gravius offendunt ad veri falsique discrimen exercitatum lectorem, quanto turpius imponunt simplicioribus. Cum enim illis eatenus pia aptetur credulitas, quatenus nulla in contrarium obstat auctoritas certior vel ratio dubitandi prægnantior : istis

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

nihil tuto creditur, nisi quod aliunde invenitur testimonio magis idoneo confirmatum. Itaque iis quæ dixi Actis omissis, ea colligere aggredior quæ ipse de se pauca satis, plura quæ alii indubitati scriptores suggerent.

CAPUT II.

Casti adolescentis monachatus, vitæ ætas et quædam in episcopatu gesta.

7. Epiphanii patriam institutionemque adolescentis Sozomenus explicat lib. VI cap. 32, ubi de monachis Palæstinæ loquens, « Ex eorum, inquit, numero fuit Hesychius, Hilarionis sodalis; et Epiphanius, qui postea Salaminis in Cypro episcopus fuit. Et Hesychius quidem in eodem quo magister loco philosophatus est; Epiphanius vero juxta Besanducem vicum, in territorio Eleutheropolitano situm, ex quo ortus fuerat. Qui cum ab ineunte adolescentia a præstantissimis monachis institutus fuisset, ejusque rei causa diu moratus esset in Ægypto, in monastica philosophia celeberrimus exstitit. » Ac primum quidem disciplinarum litterariarum causa petitam ab eo Ægyptum, atque adeo in fortuna minime tenui natum, mihi persuadet ipse, in libro *De hæresibus*, hæresi 26 ubi de Gnosticis agens, inquit : « Et nos, charissimi, in hanc hæresim incidimus, et ex ipsomet eorum, qui hanc proprie et ex instituto tractant, ore ac magisterio didicimus; » utique priusquam monachus esset; et cum adhuc alia omnia, quorum scilicet causa in Ægyptum venerat, studia tractaret : quæ autem alia quam litteraria? cum Gnosticorum libros, priusquam perniciosos esse nosset, studiose a se lectos fateatur. Qui vero ad hoc peregrinari juvenis extra patriam potuit, consequens est ut in patria credatur habuisse parentes satis opulentos ad alendum peregre filium, probeque Christianos, ex quorum institutione eam traxit castimoniæ tenendæ constantiam, quæ ipsum servavit impollutum inter illecebras et sordes Gnosticorum. Ipse quomodo eas evaserit loco jam citato sic explicat :

8. « Ad magisterium hæreseos illius comparatæ deceptæque mulieres, non solum istiusmodi nobis sermones injecerunt, sed insuper, Ægyptiæ illius perditæ ac nequissimæ feminæ instar, quæ coquorum principis uxor erat, petulanti nos conatu pertrahere, tum cum florenti adhuc ætate essemus, aggressæ sunt. Verum is qui sanctissimo Josepho tum astitit, nobis quoque præsto fuit; et hunc ipsum, qui illum eo in periculo liberavit, implorantes, licet indigni ac tanto beneficio impares essemus, ejusdem benignitate ac misericordia perniciosas illarum manus effugimus, ac sanctissimo Deo gratulatorium carmen cecinimus, ut id usurpare merito possemus: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare* (*Exod.* XI, 1). Neque enim similiter ut ille patriarcha vi quadam virtutis ac justitiæ nostræ, sed fuso ad Deum gemitu ejus sumus miseratione servati. Cum etiam mihi pestes illæ per ludibrium exprobrarent, ac secum invicem illudentes ita loquerentur : Hunc juvenem servare non potuimus, sed in manibus principis perire sivimus. Nam quæ forma inter illas liberaliore est, semetipsam velut escam atque illecebram objicit, ut quos in fraudem ipsa pellexerit, non eos profligare ac perdere, sed eripere dicatur... Et erant sane, quæ tum his verborum blandimentis ac lenociniis utebantur, corporis, quo ad peccandum abutebantur, venusta cum primis specie; sed misericors Deus ab illarum improbitate nos eripuit, adeo ut (postquam illorum libros perlegimus et ad veritatis cognitionem animum adjecimus, nec abducti vel earum illecebris capti sumus; sed effugimus tandem) mox ad episcopos, qui in illo loco erant, deferre studuerimus, et eorum hactenus ignota nomina in Ecclesia detegere. Ex quo factum est, ut octoginta fere capita exsulare jussa a lolio spinisque suis repurgatam urbem reliquerint. »

9. Cæterum spurcitias illius hæreseos lectione et sermone, non autem et usu cognitas, iterum iterumque testatur Epiphanius ita prosequens : « Ostendimus unam illam ex iis hæresibus esse, de qua certi exploratique aliquid afferre possemus; non ex eo quod gesserimus ipsi (avertat hoc a nobis Deus!), sed ex eo quod ab iis accurate didicimus, qui illam nobis persuadere frustra voluerunt, et conceptam de nostro exitio spem penitus abjecerunt; cum insidiæ omnes ac fraudes, quas ad infelicis animæ nostræ perniciem tam ipsi quam qui in ipsis inest diabolus machinati fuerant, irritæ atque inanes exstitissent; ut hoc a Davide dictum accommodatissime usurpare possimus, *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum* (*Psal.* LXIII, 8), etc.; tum illud, *Convertetur labor eorum in caput ipsorum, et iniquitas eorum in verticem ipsorum descendet* (*Psal.* VII, 17). Igitur quemadmodum sic nos in illum errorem incurrimus, ut illius noxam effugeremus; eumque simulac legimus damnantes, salvi atque incolumes prætergressi sumus : ita te, quisquis es qui ista legis, hortamur, ut lecta pariter ac damnata transilias, ne in serpentum ejusmodi velut improbitatis quoddam virus incidas; ac si quando forsitan ex hac serpentum schola quempiam offenderis, subito lignum illud, quod nobis a Domino comparatum est et in quo Christus affixus est, arripias. » Hactenus Epiphanius, ex quibus satis verosimile reddi putamus, quod initio dixi, eum, cum in periculum istud incidit, Christianum fuisse, caste ac pudice a Christianis parentibus educatum : apparet etiam necdum sæculo renuntiasse, de quo talem spem sibi finxerant Gnostici; contra quam eum nobis commentitia Acta repræsentant, Judæum ex Judæis, iisque rusticanis et pauperibus, et prius in patria sua monachum, quam inde pedem efferret.

10. Eadem asserunt, ipsum inter valedicendum interrogatum ab imperatore Arcadio « quot annos esset natus, respondisse, centum et quindecim, et

Digitized by Google Распознавание текста

tres menses. » Sic autem dixisse : « Fui episcopus, cum essem annos sexaginta natus ; fui vero in episcopatu quinquaginta quinque annos et tres menses. » Sed in annorum numero vitium esse aliquod nemo dubitaverit, primo quia Hieronymus anno 392 de Epiphanio scribens, id est, decimo ante ejus mortem anno, asserit « in extrema ætate varia adhuc cudere opuscula ; » quod nemo apte intellexerit de homine centum et quinque annos nato. Secundo quia annorum centum et quindecim senem, nemo credet ejus fuisse vigoris, ut ei libuerit Constantinopolim navigare. Tertio quia in Dialogo, qui de Vita S. Joannis Chrysostomi exstat sub nomine Palladii, quasi ex sermone habito Sozimi Papæ tempore, id est anno 418, inter Palladium Helenopolitanum episcopum Chrysostomi discipulum et Theodorum Romanæ Ecclesiæ diaconum, dicitur, quod Epiphanius « triginta sex annos Ecclesiæ præfuit, sub Damaso et Syricio, » quorum prior anno 358 cœpit, alter anno 398 desiit. Numerum autem annorum 35 integre expletorum cum initio anni 36 si teneas, cætera haud incommode cum veritate consistent ; ita ut ætatis suæ anno 96 obierit sanctus, solumque ex levi unius litteræ errore, quo νε′ scripserit aliquis pro λε′ perductus fuerit Actorum auctor in calculum adeo exorbitantem. Sic vero dici poterit Epiphanius, anno 368 ineunte, factus episcopus, et anno 308 natus. De quo dum in Synopsi ad *Ancoratum* ejus legitur, quod « primam monastici instituti exercitationem in Ægypto suscepit, ibique ad vicesimum usque ætatis annum permansit, donec ad Eleutheropolitanam regionem reversus monasterium in ea condidit, » datur intelligi anno 329 excessisse ex Ægypto, adeoque non valde longum fuisse tempus, quo ibi inter monachos vixisse potuerit : et denuntiationem illam Gnosticorum, episcopis Alexandriæ congregatis factam, apte referri posse in Januarium anni 326, quando mortuo S. Alexandro episcopo, ad successorem S. Athanasium substituendum convenerunt episcopi. Nec enim videtur convenire ut biennio citius id fecisse dicatur, puta anno 324, quando præsidente Hosio Cordubensi celebrata est synodus Alexandrina, tunc enim annorum duntaxat sedecim adolescens fuisset.

11. Ut ut sit, statim post illam denuntiationem, dimissa Alexandria, eremum petitam ab Epiphanio nullus dubito : cum autem is rediit in Syriam junxisse se potuit S. Hilarioni, de quo circa annum 311, illuc similiter ab Ægyptia sub Antonio exercitatione reverso, scribit Hieronymus in ejus *Vita*, quod post 22 solitudinis annum, id est annum Christi 323, « de Syria et Ægypto ad eum certatim populi confluebant, ita ut multi in Christum crederent, et se monachos profiterentur. » Horum autem crescenti numero potuit se junxisse Epiphanius ; potuit etiam, mox ut rediit in patriam vicum recepisse se, similem acturus vitam, et nihilominus Hilarioni frequenti conversatione fuisse familiaris ; quod usque ille, nimiæ suæ celebritatis pertæsus, circa annum 360 profugit in Ægyptum, ac denique in Cyprum an. 364 ubi cum mori contigisset Salaminis episcopum, haud mirabor si ex Hilarionis consilio postulatus e Palæstina fuerit Epiphanius : qui libentius onus istud admiserit, ne Arianorum grassantem sub Valente tyrannidem spectare et sustinere cogeretur, et quia veterem spiritualis vitæ magistrum aut socium ibi esset reperturus, et eo quoad viveret fruiturus. Vixit autem Hilarion usque ad annum ætatis 80, Christi 372, quando « de ejus laudibus brevem epistolam » idem Epiphanius « scripsit, » sicut in *Vita Hilarionis* testatur S. Hieronymus : ex cujus etiam epistola 61, *ad Pammachium* discimus, quod eo « tempore quo totum Orientem, excepto papa Athanasio atque Paulino, Arianorum atque Eunomianorum hæresis possidebat, quando Joannes » adhuc privatus (contra quem postea Hierosolymitanum episcopum scripta Epistola) in fide dissimulans vel vacillans, « Occidentalibus et in medio exsilio confessoribus SS. Dionysio Mediolanensi, Eusebio Vercellensi, et Lucifero Calaritano, non communicabat ; Epiphanius vel presbyter in monasterio ab Eutychio audiebatur (magni utique nominis aliquo, cum epistola sub annum 396 scriberetur, episcopo aut abbate, necdum tamen aliunde noto) vel postea episcopus Cypri, a Valente non tangebatur : tantæ enim venerationis semper fuit, ut regnantes hæretici ignominiam suam putarent si talem virum persequerentur. » Exsules autem vixerunt in Oriente confessores prædicti ab anno 355 ad 362, et Valens orthodoxos est persecutus ab anno 366 ad 375. Unde intelligi datur, non tantum quam integra toto illo tempore fuerit Epiphanii fama et veneratio ; sed etiam quod jam inde ab initio persecutionis, a Constantio suscitatæ, presbyter fuerit consecratus.

12. Porro de mutua inter sanctos Hilarionem et Epiphanium familiaritate habetur insignis locus in libellis *De Vita et doctrina et perfectione sanctorum Patrum*, quos teste Sigeberto Pelagius diaconus Romanæ Ecclesiæ transtulit de Græco in Latinum, quique in *Vitis Patrum* editis a nostro Heriberto Rosweido lib. v constituunt : ibi enim libello III num. 15 sic legitur : « Misit aliquando Epiphanius episcopus Cyprius ad abbatem Hilarionem, rogans eum et dicens, Veni ut nos videamus, antequam de corpore exeamus. Qui cum venissent ad invicem, manducantibus eis allatum est de avibus quiddam, quod tenens episcopus dedit abbati Hilarioni. Et dicit illi senex : Ignosce mihi, Pater, quia ex quo accepi habitum istum non manducavi quidquam occisum. Et dixit ei Epiphanius : Ego autem, ex quo accepi habitum istum, non dimisi aliquem dormire, qui habebat aliquid adversum me ; neque ego dormivi habens aliquid adversus aliquem. Et dicit ei senex, Ignosce mihi, quia tua conversatio major est mea. » Atque ad hanc mitigatæ ab Epi-

Digitized by Google Распознавание текста

phanio austeritatis excusationem etiam spectat, quod in ms. Ultrajectino, ex *Vitis Patrum*, nescio unde sumptum, reperi sic annotatum : « Factus episcopus voluit uti eadem duritia, sicut in eremo, sed non potuit : et orans quæsivit a Deo, si propter episcopatum recessisset ab eo gratia Dei. Responsum est autem ei quod non, quia pia intentione curam suscepit; sed quia tunc quando in solitudine fuit, Deus erat sibi proprius adjutor, in sæculo autem etiam homines auxiliabantur. Sic filii Israel receperunt manna in deserto, quousque venirent in terram promissionis. »

13. Colitur S. Hilarion 21 Octobris : ut vero ad eum identidem recurrebat discipulus suus Hesychius, eumque de statu tum monasterii sui in Palæstina tum discipulorum ibidem relictorum curabat edocere : ita nec segnes fuerunt discipuli Epiphanii in fovenda mutua cum suo magistro communicatione, cum hic abesset. Itaque in libello XII dicti Operis n. 6 tale quid invenitur : « Mandatum est sanctæ memoriæ Epiphanio episcopo Cyprio, ab abbate monasterii sui quod habuit in Palæstina : Quia orationibus tuis non negleximus regulam, sed cum sollicitudine Tertiam, Sextam, Nonam, atque Vesperam celebramus. Ille autem, reprehendens eum, mandavit ei : Constat vos vacare ab oratione cæteris horis; eum autem qui verus est monachus, oportet sine intermissione orare aut certe psallere in corde suo. » Revisit haud dubie monasterium illud suum aliquando Epiphanius, quando ecclesiasticorum negotiorum causa in Palæstinam excurrit : sed ejus rei nulla est apud probatos scriptores memoria. Quantam autem tum ita excurrens, tum antea in Palæstina vivens, collegerit absolutæ perfectionis famam, intelligi potest ex epistola Acacii et Pauli presbyterorum et archimandritarum in Cœlesyria, quæ præfigitur *Panario* et sic incipit : « Pietatis quidem tuæ, Pater, aspectus ipse satis esse poterat, qui nos spiritualibus sermonibus implevit, ac tam vehemens tui nobis desiderium indidit, postquam tuo semel frui conspectu licuit. Verum quoniam prævia discipuli Christi fama verborum ejus factorumque fragrantiam ubique prædicat, angit nos et sollicitat, ut illius nos sermonibus et sensis explere studeamus. Coram igitur adeuntes, par erat ejus, quæ in te perinde atque in apostolis est, gratiæ communione perfundi. Sed cum iter illud nobis corporis ægritudo et languor intercluserit..... pietatem tuam vehementer exoramus, ut eorum nobis communionem ne invideas, quæ in te sunt a Salvatore collata. Etenim non nos ipsi solum, sed et universi qui audierunt, novum te apostolum præconemque confitentur, a Christo nobis hac ætate productum, velut alterum quemdam Joannem, ut ea præciperes quæ servanda sunt iis, qui in illud quod arripuimus sanctioris vitæ curriculum se commiserunt. »

14. Ut autem illa monasteria in Cœlesyria invisit Epiphanius, sic et de suo Bethlehemico testatur Hieronymus, illuc eum accessisse, « cum » ibi ab ardore febris « respirasset » S. Paula, « et medici persuaderent ob refectionem corporis vino opus esse tenui et parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur; et ego clam beatum papam Epiphanium rogarem, ut eam moneret, imo compelleret vinum bibere. » Aderat ergo ibi tum Epiphanius : quo autem successu commendatum sibi officium apud Paulam egerit, prosequitur idem Hieronymus, continuans epistolam 27 *ad filiam Paulæ Eustochium* : « Illa, inquit, ut erat prudens et solertis ingenii, sensit insidias, et subridens, meum esse quod ille diceret, intimavit. Quid plura? cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quærenti mihi quid egisset, respondit : Tantum profeci, ut seni homini pene persuaserit, ne vinum bibam. » Eadem in epistola iterum Epiphanii meminit Hieronymus, nec sine commendatione monastici status ab eo in Cypro propagati. Cum enim dixisset, quod sancta illa vidua Hierosolymam navigans, « post Rhodum et Lyciam tandem vidit Cyprum, ubi sancti et venerabilis Epiphanii pedibus provoluta, decem ab eo diebus retenta est; non in refectionem, ut ille arbitrabatur, sed in opus Dei : » ut hoc reipsa comprobet, « omnia, inquit, illius loci monasteria lustrans, prout potuit, refrigeria sumptuum fratribus dereliquit, quos amor sancti viri de toto illuc orbe conduxerat. » Erat autem annus 384 quando hoc contigit, uti 26 Januarii ad *Vitam S. Paulæ* diximus : apud quam idem S. Epiphanius Romæ erat hospitatus anno 382, quando eum, cum sanctis Paulino Antiocheno et Hieronymo, « Romam ecclesiastica traxit necessitas, » uti etiam scribit Hieronymus in eadem *Vita S. Paulæ*; addens quod hæc « eorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat; non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alicujus rei quæ ad sæculum pertinet memor; solaque si dici potest et incomitata, ad eremum Paulorum atque Antoniorum pergere gestiebat : tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, et ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit. » Tam efficax apud eam fuit hospitis sanctissimi pia conversatio.

CAPUT III.

Liberalitas Epiphanii erga pauperes : mutuæ inter eum et Joannem Hierosolymitanum querelæ.

15. Si qua fides esset pseudepigraphis S. Epiphanii Actis, dicendum foret, ordinatum fuisse episcopum, propter revelationem de eo factam S. Pappo, episcopo Cytriæ, quinto a Salamina milliario, annorum quinquaginta episcopatu et confessionis cum Gelasio Salaminiorum episcopo obitæ gloria præcellenti, cui metropolitæ novi designationem episcopi cæteri provinciales commiserant. De S. Pappo quidem satis constat, eum hodie quoque apud Cyprios coli pro sancto, sub ejusque nomine adhuc manere oppidum quod ejus olim fuit episcopatus :

Digitized by Google Распознавание текста

diem annui cultus adhuc ignoramus et optamus discere : de Gelasio alibi nihil legimus; neque ut vere Salaminiorum episcopus fuerit, ei credimus successisse Epiphanium; sed potius Auxibio, qui inter Cyprios episcopos duodecim (habuit autem insula universim episcopales sedes quindecim) nominatur a S. Athanasio primus, eorum qui synodicam Sardicensis concilii anno 347 subsignando postea approbarunt; aut illius, si alius quis intercessit, successori. Eo tempore cœperat insula cum S. Hilarione monachos etiam nosse : credibile tamen est ab Epiphanii institutione et cura pleraque eorum monasteriorum erecta directaque fuisse, quorum supra meminimus; adeo ut merito scripserit Sozomenus de Epiphanio lib. VI, cap. 32, quod « in monastica disciplina celeberrimus exstitit et Ægyptiis et Palæstiniis, et denique Cypriis apud quos electus est ut in metropoli totius insulæ episcopatum administraret.

16. Dum hunc gereret, « multa illi miracula tribuuntur, ex quibus illud ad notitiam nostram pervenit, » inquit idem Sozomenus lib. VII, cap. 27. « Cum liberalis esset erga pauperes, qui vel naufragio vel alio quopiam casu ad inopiam redacti essent, quoniam facultates suas jam pridem omnes absumpserat, ecclesiæ bonis ubi opus erat prolixe usus est : erat autem opulentissima ejus ecclesia. Multi enim ex variis partibus orbis, qui opes suas in pios usus impendere studebant, et superstites ejus ecclesiæ eas impendebant, et morientes eidem relinquebant. Confidebant enim illum, utpote qui probus dispensator Deique amantissimus esset, res ab ipsis donatas ex ipsorum sententia ac voluntate erogaturum. Quodam igitur tempore cum paucæ admodum pecuniæ superessent, aiunt ecclesiæ œconomum succensuisse, eumque tanquam prodigum reprehendisse : illum vero, ne tum quidem, de solita erga pauperes munificentia remisisse. Omnibus autem consumptis, repente nescio quis ad cubiculum, in quo degebat œconomus, accedens, saccum in quo multi erant aurei nummi in manus ei tradidit. Cumque nec is qui dederat nec is qui miserat nosceretur, videreturque merito insolens quemquam in tanta pecuniæ largitione latere velle, tum vero universi id Dei opus esse judicarunt. »

17. Ita Sozomenus, tanquam hoc alterumque mox subjiciendum solum distincte cognitum habens; proinde nihil sciens de commentitiis illis ac mendacissimis Actis, in quibus tum alia multa valde singularia continentur, tum illa ipsa duo longe aliter narrantur; quod idem accidisse videtur alteri S. Epiphanii facto, cujus in *Vita S. Joannis Eleemosynarii*, a nobis data 23 Januarii, ita meminit coævus Joanni Leontius, Neapoleos Cypri episcopus sæculo VII, n. 35, narrans, quod S. Joannes « dicebat semper, quod posset aliquis, intentione dandi pauperibus, exspoliare divites, et ipsum etiam hypocamisium ab eis benevole auferre, et maxime si sunt aliqui immisericordes et avari. Duo enim ex hoc lucratur, unum quidem quia animas illorum salvat, alterum autem, quia et ipse non modicam inde mercedem habet. Attulit autem ad credulitatem verbi et testimonium verax, quod circa S. Epiphanium et Joannem episcopum Hierosolymorum factum est : quomodo S. Epiphanius per artem tulit argentum patriarchæ, videlicet Joannis ejusdem, et dedit egentibus. » Alia certe arte utebatur S. Joannes Eleemosynarius, dum identidem donatas ultro ad suos usus vel etiam petitas vestes novas, vendendo ac pretium distribuendo in pauperes, « suaviter quasi vindemiabat opulentos homines » erga se beneficos : quam qua usus fingitur Epiphanius, qui argenteorum vasorum, velut ad hospitum quorumdam tractationem mutuo acceptorum, « pondus librarum mille quingentarum, » inscio domino vendiderit erogaveritque, ac postea in episcopi de injuria sibi facta querentis faciem exspuens, eum excæcaverit.

18. Tam enim circumstantiæ eæ falsæ esse videntur, quam quod idem Joannes, recepto deinde ad preces Epiphanii visu unius solius oculi, « castigatus et convictus a viro justo fuit deinceps sanctus in omnibus. » Hoc sane de eo non sensit Epiphanius, quando ad eumdem, de Origenianis erroribus apud se suspectum, et immerito indignantem quia S. Hieronymi fratrem, Paulinianum monachum ipse presbyterum ordinarat, epistolam scripsit, quam ab ipsomet S. Hieronymo habemus Latinitate donatam, hoc principio : « Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti ob superbiam, sed custodia mandatorum Dei et observatione dignissima hoc esse quod dicimur... Audivi enim quod tumeas contra nos, et irascaris, et miniteris scribere in extremos fines terræ... Nihil tibi nocuimus, nihil injuriæ fecimus, nihil violenter extorsimus. In monasterio fratrum, et fratrum peregrinorum, qui provinciæ tuæ nihil deberent, et propter nostram parvitatem et litteras, quas ad eos crebro direximus, ne viderentur quadam duritia et conscientia nostra antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinavimus diaconum, et postquam ministravit rursus presbyterum : super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi.....

19. « Cum enim vidissem quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret, et sancti presbyteri Hieronymus ac Vincentius, propter verecundiam et humilitatem, nolens debita nomini suo exercere sacrificia, et laborare in hac parte ministerii quæ Christianorum præcipua salus est; invenire autem et comprehendere, qui te (eo quod grave onus sacerdotii nollet suscipere) sæpe fugiebat, nec alius quis episcoporum facile eum reperiret (unde et satis miratus sum quomodo dispensatione Dei ad nos venerit cum diaconis monasterii et cæteris fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid adversus eos habebam tristitiæ) cum, inquam, celebraretur collecta in ecclesia villæ quæ est juxta monasterium nostrum; ignorantem eum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et nullam penitus habentem suspicionem per multos diaconos apprehendi jussimus, et teneri os ejus, ne forte liberari se cupiens adjuraret nos per nomen Christi : et primum diaconum ordinavimus, proponentes ei timorem Dei : valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum et persuadere potuimus testimoniis Scripturarum et mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum, ingenti difficultate tento ore ejus, ordinavimus presbyterum, et iisdem verbis, quibus antea suaseramus, impulimus ut sederet in ordine presbyteri. Post hæc scripsimus ad sanctos presbyteros monasterii et cæteros fratres, et increpavimus eos, quare non scripsissent super eo (cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent qui sibi Domini sacramenta conficerent, et illum omnes suo poscerent testimonio, et grandem utilitatem in communi monasterii testarentur) quare, inquam, tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione ejus aliquid poposcissent. Hæc ita acta sunt, ut locutus sum, in charitate Christi, quam te erga parvitatem meam habere credebam : quanquam in monasterio ordinaverim, et non in parochia quæ tibi subjecta sit..... Quid ergo tibi visum est sic graviter intumescere et jactari contra nos pro opere Dei, quod in ædificationem, et non in destructionem fratrum factum est? »

20. Hactenus Epiphanius, ipsis his verbis satis indicans, jam tum receptum in Ecclesia fuisse, ut monasteria saltem aliqua (quale erat monasterium S. Epiphanii « juxta Besanducem vicum, in territorio Eleutheropolitano, » quod ab inopia aquarum, « Spanydrion » appellatum scribit pseudo-Joannes, ubi facta ordinatio, et alterum « peregrinorum » monachorum in Bethlehem, unde Paulinianus ad Epiphanium venerat) exempta censerentur ab ordinarii jurisdictione : ita ut quicunque episcopus in iis posset, si rogaretur, ipsis monachis sacros conferre ordines. Pergit porro Epiphanius excusare se Joanni his verbis : « Sed et illud vehementer admiratus sum quod meis locutus es clericis; asserens te per sanctum presbyterum et abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem; et ego pollicitus sim dicens: Nunquid juvenis sum aut canones ignoro? Audi igitur veritatem in sermone Dei, me nec hoc audisse, nec nosse, nec istius sermonis penitus recordari. Suspicatus sum ne forsitan inter multa, quasi homo, oblitus essem; et ob hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus sum, et Zenonem presbyterum qui cum eo est. E quibus abbas Gregorius respondit, se hoc penitus ignorare. Zenon autem dixit, quia cum ei presbyter Ruffinus nescio quæ alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit : Putasne aliquos ordinaturus est sanctus episcopus? et hujusce stetisse sermonem : ego autem Epiphanius nec audivi quidquam, nec respondi. Unde, dilectissime, non te præveniat furor, nec occupet indignatio, nec frustra movearis : et aliud dolens non te vertas ad alia, ut peccandi occasionem invenisse videaris, quod Propheta devitans Dominum precatur, dicens : *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis* (*Psal.* CXL, 4). » Nempe dolebat Joannem, quod pro Origenianæ hæresis defensione fuisset ab Epiphanio correptus; et ea de causa dissidentes ab eo qui Hieronymo adhærebant monachos, ipse suis epistolis monitisque roboraret ad constantiam in repudiando Origene; eaque de causa vexatos a Joanne consolaretur atque juvaret.

21. Et hoc est, quo stylum vertit Epiphanius, ita prosequens cœptam epistolam : « Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam, qui solent ultro citroque portare rumusculos, et his quæ audierunt semper addere, ut tristitias et rixas inter fratres concitent, te quoque turbaverunt et dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere, Domine, præsta Joanni ut recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos, ut hoc tam aperte dicere potuerimus. Quanquam enim hoc in corde meo semper orem; tamen, ut simpliciter fatear, nunquam in alienas aures protuli, ne te viderer parvi pendere, dilectissime. Quando autem complevimus orationem, secundum ritum mysteriorum, et pro omnibus et pro te quoque dicimus, Custodi illum qui prædicat veritatem; vel certe, Tu præsta, Domine, et custodi, ut ille verbum prædicet veritatis : sicut occasio sermonis se tulerit, et habuerit oratio consequentiam. Quapropter obsecro te, dilectissime, et advolutus pedibus tuis precor, præsta mihi et tibi, ut salveris, sicuti scriptum est, a generatione perversa (*Matth.* XVII, 16), et recede ab hæresi Origenis et a cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerimus vobis, Arii patrem, Origenem scilicet, et aliarum hæreseon radicem et parentem laudare non debetis. Et cum vos orarem ne ita erraretis, et monerem; contradixistis, et me ad tristitiam atque ad lacrymas adduxistis, non solum autem me, sed et alios plurimos catholicos qui intererant. Inde ut intelligo, hæc est omnis indignatio et iste furor : et idcirco comminamini quod mittatis adversum me epistolas, ut huc illucque sermo vester discurrat; et propter defensionem hæreseos adversum me odia suscitantes, rumpitis charitatem quam in vobis habuimus, in tantum ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobiscum communicaverimus, ita Origenis errores et dogmata defendentes. Simpliciter loquor: nos secundum quod scriptum est (*Matth.* v, 29 sqq.), nec oculo nostro parcimus, ut non effodiamus eum, si nos scandalizaverit; nec manui, neque pedi si nobis scandalum fecerit. Et vos ergo, sive oculi, sive manus, sive pedes fueritis, similia sustinebitis. »

22. Pergit deinde ex libris *Περὶ ἀρχῶν* expli-

Digitized by Google Распознавание текста

care, quam minime ferendæ catholicis auribus sint propositiones quædam Origenis, istic contentæ; quamvis inquit, « nihil mihi subripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi aut hæreditatem odium adversus eum pugnasque suscepi; sed (ut simpliciter fatear) doleo, et valde doleo, videns plurimos fratrum, et eorum præcipue qui professionem habent non minimam, et in gradum quoque sacerdotii maximum pervenerunt, ejus persuasionibus deceptos, et perversissima doctrina cibos factos esse diaboli. » Conatur igitur a sequendo et defendendo Origene, monendo, hortando, increpando Joannem quantum in se erat abducere : tum ad sui excusationem iterum relabitur, exponitque factum, quod et insignem ejus zelum ostendit, in cavendo eo omni quod rectæ religionis puritati quantulumcunque videbatur adversari. Sed idem ab iconomachis hodiernis pessime intellectum arripitur contra expositionem imaginum. In hoc autem apparet eos magis esse insanos veteribus iconomachis, adversus quos Nicænum II concilium egit. Nam hi, ad suam hæresim Epiphanii nomine obarmandam, non sunt abusi eo quod sequitur facto, sed affinxerunt sancto quamdam ad Theodosium imperatorem epistolam, in cujus fine sic ei scripsisset : « Quia multoties locutus sum cum comministris meis, ut auferrentur imagines, receptus non sum ab eis, neque audire vocem meam saltem paululum passi sunt. » Hanc vero epistolam « falso suprascriptam dici quidem, sed non esse Epiphanii, » æque ac aliam in qua scripsisset, « Ne inducatis imagines in ecclesias, neque in cœmeteria sanctorum, sed neque in domum communem; » cum multis ostendisset synodus act. 6, se quidem « sanctum Patrem doctorem Ecclesiæ catholicæ nosse, conscriptionem vero » abjicere iterum profitetur : quia « hæc mendacis assertionis conscripta, quæ contra venerabiles imagines sunt, dicuntur quidem a quibusdam S. Epiphanii esse, sed nullo modo sunt. »

23. Ipsum porro factum, cujus occasione hæc dicta, audiamus propriis ejus verbis. « Præterea, inquit, audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, et venissem ad villam quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, et interrogassem quis locus esset, didicissemque esse ecclesiam, et intrassem ut orarem; inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem ecclesiæ, tinctum atque depictum, et habens imaginem, quasi Christi vel sancti cujusdam : nec enim satis memini cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem, in ecclesia Christi, contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem; scidi illud et magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent et efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt, Si scindere voluerat, justum erat, ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum : paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire; et precor ut jubeas presbyteros ejusdem loci suscipere velum a latore quod a nobis missum est; et deinceps præcipere in Ecclesia Christi ejusmodi vela, quæ contra religionem nostram sunt, non appendi. » Hactenus epistola, cujus si recte expendantur verba, velum istud discissum fuisse apparebit, non quia vere « habebat imaginem Christi vel sancti cujusdam; » sed quia, cum haberet effigiem hominis cujuspiam profani, aut forte adhuc viventis, appensum istic erat « quasi Christi aut sancti cujusdam : » quæ exceptio orthodoxæ fidei regulam ex contrario firmat.

CAPUT IV.

Prophetiæ donum; Ancoratus et liber De hæresibus scriptus.

24. Plurima S. Epiphanii, ante et post susceptum episcopatum, miracula continentur in Actis, sub nomine Joannis et Polybii productis; sed talia, ut eorum plerisque fidem deroget Sozomenus, negans viventi contigisse ut dæmones fugaret et morbos curaret. His ergo prætermissis, quod solum in dicto auctore nobis superest, referamus, narratione haud parum diversa, ab ea qua idem miraculum in Actis prædictis recensetur. Verba Sozomeni lib. VII, cap. 27, hæc sunt : « Aliud præterea quod de illo refertur commemorare libet. Id quidem ab admirando Gregorio, qui Neocæsariensem etiam rexit Ecclesiam, gestum esse accepi et libenter credo; sed non idcirco incredibile videri debet idem quoque factum ab Epiphanio; neque enim solus Petrus apostolus mortuum ab inferis resuscitavit; verum etiam Joannes in urbe Epheso, et Philippi filiæ Hierapoli; multosque, tam ex antiquis quam ex nostræ memoriæ piis hominibus, eadem sæpenumero gessisse comperimus. Id autem, quod dicere proposui, hujusmodi est.

25. « Duo quidam mendici, cum Epiphanium venientem observassent, ut plus pecuniæ ab eo emungerent, alter quidem eorum, super solum extensus, mortuo similis jacuit; alter vero prope stans plorabat, simul sodalis sui mortem lamentans, simul egestatem suam querens, quod illum sepelire non posset. Epiphanius vero, jacenti requiem apprecatus, quæ ad sepulturam necessaria erant mendicanti donavit, flentique dixit : Cura sepulturam et plorare desine, fili; neque enim in præsenti resurget : quod vero accidit inevitabile ac prorsus necessarium, id forti animo ferendum est. Et Epiphanius quidem his dictis abscessit. Cum autem nemo jam in conspectu esset, mendicus stans jacentem pede pulsare cœpit, laudans quod mortuum egregie simulasset : et, Surge, inquit; ex labore tuo hunc lætum transigemus diem. Sed cum ille perpetuo jaceret, et nihilo plus nec clamantem audiret, nec

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

totis viribus monentem sentiret; concito cursu episcopum assecutus, fraudem amborum confessus, ploransque et crines vellicans orabat, ut socius ad vitam revocaretur. Verum Epiphanius hominem dimisit, hortatus ut id quod acciderat æquo animo ferret : non enim dissolvere voluit Deus id quod factum fuerat, persuadere omnino volens hominibus, eos qui se tales præbent erga famulos ipsius, ipsi qui omnia audit ac videt fraudem struere. »

26. Prophetiæ porro donum in Epiphanio, quo occulta et arcana pervidere divinitus ei sæpe dabatur, indicat illa significatio veræ mortis ejus, qui eam simulare duntaxat credebatur a socio, cum ei dixit : « Neque enim in præsenti resurget. » Idem donum primo ex communi fama, deinde propria experientia agnoverunt duo illi, de quibus narravit senex quidam in *Vitis Patrum*, libello XV, num. 88, interprete Pelagio, his verbis : « Duo quidam erant sæculares religiosi; et colloquentes secum, egressi sunt, et facti sunt monachi. Æmulationem autem habentes vocis evangelicæ, sed non secundum scientiam, castraverunt se quasi propter regna cœlorum. Audiens autem archiepiscopus excommunicavit eos. Illi autem, putantes quia bene fecissent, indignati sunt contra eum, dicentes : Nos propter regna cœlorum castravimus nos, et hic excommunicavit nos? Eamus et interpellemus adversus eum Hierosolymitanorum archiepiscopum. Abeuntes ergo indicaverunt ei omnia. Et dixit eis archiepiscopus Hierosolymitanus : Et ego vos excommunico. Ex quo iterum contristati abierunt in Antiochiam ad archiepiscopum, et dixerunt ei omnia quæ facta fuerant circa se; et ille similiter excommunicavit eos. Et dixerunt ad seipsos : Eamus Romam ad patriarcham, et ipse nos vindicabit de omnibus istis. Abierunt ergo ad summum archiepiscopum Romanæ civitatis, et suggesserunt ei quæ fecerant eis memorati archiepiscopi, dicentes : Venimus ad te, quia tu es caput omnium. Dicit autem et eis ipse : Ego vos excommunico et segregati estis.

27. « Tunc defecerunt excommunicati totius rationis et dixerunt ad semetipsos : Isti episcopi sibi invicem deferunt et consentiunt, propter quod in synodis congregantur; sed eamus ad illum virum Dei S. Epiphanium, archiepiscopum de Cypro, quia propheta est, et personam hominis non accipit. Cum autem appropinquarent civitatis ejus, revelatum est ei de ipsis : et mittens in occursum eorum dixit : Ne intretis in civitatem istam. Tunc illi in se reversi, dixerunt : Pro veritate nos culpabiles sumus, ut quid ergo nos ipsos justificamus? Fac etiam quia illi injuste nos excommunicaverunt, nunquidet iste propheta? ecce enim Deus revelavit illi de nobis. Et reprehenderunt semetipsos valde de culpa quam fecerunt. Tunc videns qui corda novit, quia pro veritate se culpabiles fecerant, revelavit episcopo Epiphanio; et ultro misit et adduxit eos, et consolatus eos suscepit in communionem. Scripsit itaque de his archiepiscopo Alexandriæ dicens : Suscipe filios tuos, quoniam in veritate pœnitentiam egerunt, et addidit senex, qui hoc exemplum narraverat, dicens : Hæc est sanitas hominis, et hoc est quod vult Deus, ut homo culpam suam projiciat ante Deum. »

28. Illis aliisque spiritualibus gratiis ævo suo celebris Epiphanius, toti deinceps posteritati innotuit scriptis libris quorum primus fuit quem appellant *Ancoratum*, propterea quod animum, de vita ac salute sollicitum, instar ancoræ firmat. Ejus scribendi data ipsi occasio est per « epistolam scriptam e Pamphilia, ex oppido Suedris a Tarsino, Maditio et aliis presbyteris anno 90 Diocletiani, Valentis vero X et Gratiani VI, » qui fuit Christi 373. Ipsam epistolam ante opus videre est, una cum epistola Palladii cujusdam, ut ex rescripto apparet monachi, τῆς αὐτῆς πόλεως Σουέδρων πολιτευομένου, quod mallem « in eadem Suedrorum urbe habitantem, quam inibi magistratu aliquo perfunctum aut fungentem » vertere. Moverant autem eos, qui antea suorum multos ab errore abductos gaudebant, « acceptis a beato ac felicis memoriæ episcopo Athanasio et ab religiosissimo Epiphanii collega Procliano litteris, » ut ad ipsum Epiphanium nunc recurrerent, mortuo ante biennium Athanasio, et Procliano aliter impedito : moverant, inquam, eos « conscelerati dogmatis reliquiæ, apud nonnullos adhuc superstites, » compulerantque rogare ut et ipse « ad eorum Ecclesiam litteras dare non gravaretur, » ac rectam fidem uberius explicare. Dogma autem illud, ut ex epistola Palladii intelligitur, Eunomianorum fuit, « inanes et absurdas quæstiones de Spiritu sancto moventium, negantiumque eum cum divinitate dominatuque gloria simul affici ac prædicari oportere; sed in ministri nuntiive haberi loco, imo etiam humilius aliquod abjectiusque de ipso sentientium. Quibus de causis, » inquit Palladius, « sic tanquam inconstanti jactatione ac difficili tempestate fluctuantes; cum neminem hic ad eas dissolvendas quæstiones ac sanam fidem exponendam idoneum reperire possimus; ad pietatem tuam de hoc negotio referre coacti sumus, ut merito et illam vocem usurpare possimus : Præceptor, serva nos. Quamobrem id pro sincera tua ac recta fide a te petimus, quam secunda jam dudum fama et idoneorum virorum testimonia passim celebrant; ut ad quod munus obeundum a Salvatore constitutus es, hanc nostram hortationem humaniter admittere, et quid de Trinitate sit credendum, uberius velis apertiusque disserere. » Hæc et alia illi.

29. Epiphanius vero respondens tum illis, tum Numerio presbytero et Severino monacho, quorum nomina vel exciderunt e titulis epistolarum, vel aliunde nota amoris honorisque ergo adjunguntur ultro, primo excusans « ingenium » suum, « quod abjectum et humile, in quiete otioque versari perpetuo studebat, neque sese ultra quam par est extendere » eorum tamen stimulis impulsum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

se fatetur, « ut ad id quod utile ac fructuosum est excitatum animum transferret..... Auditis » enim, inquit, « precibus, quas non paucas pertulerunt Conops frater atque compresbyter, aliique ipsum secuti, vosque charissimi filii, nec non Hypatius filius noster, qui ad me propterea ex Ægypto venit; cum tot in idem suffragia consensisse cernerem; mente animoque commotus reputare mecum ipse cœpi, ac tandem istud mihi prompte et alacriter faciendum esse decrevi, ut pro eo ac per litteras postulastis, ad hanc vobis pro vestro desiderio scribendam epistolam, tenuis licet et imbecillus, sine ulla tergiversatione me conferrem. » Ut autem dicitur in prævia Synopsi, « complures opus hoc, » quod justius librum quam epistolam dixeris, « fidei partes continet, ut puta de Patris, Filii ac Spiritus sancti una eademque substantia, de perfecta Christi Incarnatione, de mortuorum resurrectione, de æterna vita ac judicio animæ pariter et corporis; tum adversus idola hæresesque sigillatim, ac contra Judæos cæterosque disputat; octoginta porro hæreseon nomina complectitur; denique varias de Scripturis sacris quæstiones exponit. »

30. Verum hoc quod de hæresibus dicitur in Synopsi Ancorati, nunc in ipso *Ancorato* non reperitur: fuisse tamen in eo verisimile facit, quod « Acacius et Paulus, presbyteri et archimandritæ monasteriorum in partibus Carchedonis et Berœæ in Cœlesyria, » grandius de eodem argumento opus ab eo postulantes, « anno Diocletiani 92, Valentiniani et Valentis 12, Gratiani 8, » qui est annus Christi 375 dicant, « Nomina quidem ipsa quæ a te sunt hæresibus imposita jam audivimus; nunc uniuscujusque sectæ dogma perspicue declarari a tua pietate cupimus. » Hoc autem posito quod nomina illa primitus fuerint in *Ancorato*, consequens foret ipsummet Epiphanium, hunc librum post annos sex vel octo recognoscentem, inde sustulisse, quod jam alibi plenius ordinatiusque tractarat. Manet nihilominus mihi scrupulus, ne synopseos auctor postremas duas lineas, de hæreseon nominibus et quæstionibus variis, non retulerit ad argumentum *Ancorati*, sed ad ejus auctorem Epiphanium, quem indicare voluerit etiam ista tractasse.

31. Ut ut sit, sive in *Ancorato*, sive extra eum (quamvis verosimilius mihi sit quod extra eum) priusquam ad preces Acacii et Pauli *Panarium* conderet, de quo infra, composuit aliquid, de quo ipsi audierint, quodque jam excidit, et fuit præludium ac veluti rudimentum operis postea ab eodem compilati. Et hoc habuisse solumque novisse videtur Augustinus, cum ejus materiam et formam descripsit in libro *De hæresibus* ad QuodvultDeum, quem circa extremum vitæ suæ annum, Christi 430, composuit, ita præfatus: « Noster vero Epiphanius, Cyprius episcopus, abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens, sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt hi libelli, et si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorum quorumdam libris longitudine comparandus. Hujus brevitatem si fuero in hæresibus commemorandis imitatus, quid a me brevius postulare vel exspectare debeas non habebis. » Et rursum ipso in contextu hæresi LVII: « Proinde Epiphanius de octuaginta hæresibus, viginti, quas ante Domini adventum exstitisse, sicut ei visum est, computavit: reliquas post Domini ascensum natas sexaginta, brevissimis libris quinque comprehendit, atque omnes in sex libris totius ejusdem sui operis fecit concludi. » Miratur Petavius, et merito miratur, talia de Epiphanio scribere Augustinum, « qui nec illud ipsum, quod omissum ab eo, a se vero factum iri dixerat, ut adversus singulas hæreses dissereret, aut in illo de hæresibus libello, aut in alio præstitit. » Magis etiam mirum, quod in *Bibliotheca* sua Photius, post laudatum a se *Panarium* dicat, num. 124, « legimus et *Ancoratum* ejusdem, quæ est summa quædam *Panariorum*: » quandoquidem tanto prius *Ancoratum* quam *Panarium* fuisse compositum indubitabile sit. Legerit fortasse Photius *Anakephalæosin*, serius quidem compositam, sed in eodem fortassis volumine scriptam cum *Ancorato*, citra novi tituli distinctionem, atque ita unum esse opus crediderit: Augustinus autem eam legisse non potuit, cum divisionem longe aliam invenerit, quam in ipsa sit, utpote eadem quæ in *Panario*.

32. Sed ipsummet Epiphanium de suo opere, quod solum Græco-Latine editum grande implet volumen, audiamus loquentem in epistola ad Acacium et Paulum: « Quoniam hæreseon nomina omnia declaranda vobis hoc in libro suscepimus, nec non exsecranda ac nefaria illarum flagitia, sic tanquam præsentissima quædam venena, patefacere volumus; atque his velut antidota quædam opponentes, quæ vel iis qui morsu petiti sunt remedio esse possint, vel eos, quibus ne incidant periculum est, præmuniant et conservent, honestarum rerum studiosis conscribere; *Panarium* sive arculam medicam, ad eorum qui a serpentibus icti sunt remedium, jure opus illud ac librum appellabimus: qui in tres partes divisus, hæreses octoginta complectitur, quæ serpentum ac reptilium similes sunt: secundum quas veritatis firmamentum et salutaris doctrina fideique formula subjecta est, ac Christi sponsa, sancta videlicet Ecclesia, declarata: quæ cum jam tum ab orbe condito esse cœperit, postea tamen per Christi Domini incarnationem, temporum successione, ante commemoratas omnes hæreses, vulgata atque patefacta, eademque a nobis in Commentarios ex Christi prædicatione relata (ad *Ancoratum* forsitan hæc respiciunt) ac rursum post explicatam omnem istarum hæreseon improbitatem, ex apostolorum doctrina accurate ac perspicue brevi quodam est compendio subjecta; uti ea re eorum recreentur ac reficiantur animi, qui hunc hæ-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АЕР

reseon percurrendarum laborem susceperint. »

35. Prædicti autem tres libri sic dividuntur, ut secundus et tertius in tres singuli tomos dispartiantur; atque ita cum primo, qui indivisus est, exsistant tomi septem. Et alia quidem Epiphanii opera, ut Hieronymus in libro *De scriptoribus* ait, « ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur. » Photius autem de *Panario* nominatim, sive (ut ipse cum Anastasio Sinaita pluraliter appellat) « Panariis, » ait quod auctor, « præ aliis qui ante ipsum adversus hæreses lucubrationes ediderunt, uberior atque utilior est; nam nec ea prætermisit quæcunque ab aliis prodita utilitatis aliquid continent, et ipse quæ potuit a se excogitata aliis addidit, initium ducens a Barbarismo et ad Messalianos usque perveniens. Genus porro « dicendi, » inquit Photius, « humile, et cujusmodi esse potest qui Atticæ doctrinæ rudis exstiterit. Sed et in confutandis hæresibus plerumque parum nervosus est, quanquam interdum præstantissimis illas rationibus ac sententiis aggreditur; etsi nihilo dictio sit atque orationis structura aut stylus ipse commodior. » Nempe perparum temporis studiique in excolenda Græci sermonis eloquentia, cui bonam vitæ partem cultiores alii Patres Basilius, Nazianzenus, Chrysostomus impenderunt, Alexandriæ posuit Epiphanius, ut supra vidimus; moxque ad spiritus, non sermonis exercitationes transgressus in eremum, multas potius linguas scire, quam unam perficere eligebat; laudatus ideo ab Hieronymo in *Apologia 2 contra Ruffinum*, « quod Græcam, Syram et Hebræam, et Ægyptiacam linguam, ex parte etiam et Latinam noverit : » unde de eo querebatur Ruffinus, quod « velut necessitatem evangelizandi per omnes linguas habere se putaret, de Origene male loquendi. »

34. Per hanc autem sermonis cultioris incuriam seu imperitiam factum est, ut in eo Latine reddendo, majorem opinione sua laborem senserit Petavius : « Accedebat » enim, inquit in præfatione ad lectorem, « ad communem interpretandi molestiam præcipua quædam in illo scriptore difficultas, quod incompta et salebrosa est illius oratio, et in qua frequentissime occurrunt illa quæ Græci ἀναπόδοτα et ἀνακόλουθα nominant : pedestre ac populare dicendi genus : quod sive plani sermonis simplicitate consequi volueris, subagreste quiddam exsistet ac putidum, cujusmodi fere sunt Latina » prioris interpretis « Cornarii, cujus nos utique similes esse nolimus; sin ornatum atque cultum adhibeas, id sine magna sententiarum commutatione obtinere vix possis. » Magnam igitur Petavio debemus gratiam, quod ejus beneficio sic Latine loquentem audiamus Epiphanium, ut styli nitorem in eo non desideremus; multo tamen majorem ipsi sancto, quod suæ sibi in eo genere tenuitatis conscius, contempserit judicia fastidiosorum philologorum, modo prodesset publico; eaque protulerit, quorum semper maxima et fuit et erit utilitas, cum « in unaquaque ætate, » ut idem Petavius in epistola dedicatoria notat, « redivivæ mendaciorum sectæ, evulgatis veterum hæreseon abstrusis reconditisque mysteriis, validissime propulsari evertique possint; et auctores perfidiæ atque satellites, suos in illis, quos quidem erubescant, principes auctoresque recognoscant. Est quidem ejus, qui in hæresim vel moliendam vel tuendam incubuerit, animus in omnem audaciam sine ullo pudore projectus : sed nemo est tamen ex illis absurdarum opinionum patronis, quem non utcunque convicti olim erroris atque damnati pudeat. Sint sane, ut sunt, ferrei omnes hæretici, sint pervicaces; iidemque se in ipso ardore agitationeque disputandi ad resistendum acrius fingant, tamen qui id didicerit, quique certis veterum testimoniis compererit, ante ab antiquis Patribus et conciliis publicoque Christianorum consensu agnita ac repudiata dogmata illa, quam illi ipsi (quos sequitur) interpolatores exsisterent; vix erit, opinor, ullus, cujus, nisi frangi edomarique contumacia potuerit, non languidiores habeat eruptiones et impetus, ac paulatim per seipsam refrigerata atque enervata concidat. » Joannes Baptista, etc. Vide append. pag. 684, col. 2.

CAPUT V.

Extrema sancti acta Constantinopoli; mors in reditu obita.

35. Quid de Origenis libris Περὶ ἀρχῶν sentiret Epiphanius, satis declaravit per *Epistolam ad Joannem Hierosolymitanum*, cujus supra fecimus mentionem. Dum autem hac ex causa disputationes in Palæstina ferverent, contigit etiam Alexandriæ simultates nasci inter Theophilum Alexandriæ et Dioscorum Hermopoleos episcopum, atque hujus fratres Ammonium et Eusebium cognomento Longos, totidem monasteriorum præfectos, quos cum primum charos habuisset Theophilus, haud immerito deinde a se aversos atque ad solitudinem regressos, persequi modis omnibus statuit; et quo simpliciores monachos ab iisdem abstraheret, culpare in eis præsumpsit, quod Deum humana forma præditum negarent, Origenis præsertim auctoritate suffulti. Cum autem eos Constantinopolim ad S. Joannem Chrysostomum confugisse intellexisset, atque ab hoc susceptos; cogitare cœpit, inquit Sozomenus lib. VIII, cap. 23 et deinceps, « qua ratione Joannem quoque ipsum ab episcopatu dejiceret. Verum hæc in intimo pectoris sui recessu occultans ac moliens, scripsit interim ad omnes ubique locorum episcopos litteras, quibus libros Origenis reprehendebat. Cumque consideraret magno sibi emolumento fore, si Epiphanium, Salaminis in Cypro episcopum, participem et consortem consiliorum suorum haberet, virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum; eum sibi amicum adjunxit...

36. « Porro Epiphanius, qui Origenis libros jam pridem aversabatur, Theophili litteris facile asseu-

Digitized by Google Распознавание текста

sum præbuit : collectoque Cypriorum episcoporum concilio, Origenis libros legi prohibuit. Datis deinde litteris, tum ad alios, tum ad episcopum Constantinopolitanum, ea quæ a synodo decreta fuerant insinuantibus, hortatus est illos ut synodum convocarent eademque decernerent. Animadvertens igitur Theophilus se Epiphanium absque periculo sequi posse, utpote quem multi laudarent, et cujus sententiam ob vitæ sanctitatem suspicerent, ipse quoque, cum episcopis qui sub ipso erant, idem quod Epiphanius decrevit. Verum Joannes studium illorum haud magni ponderis esse existimavit, et Epiphanii ac Theophili litteras neglexit : ex potentioribus vero hi, qui Joanni privatim infensi erant, cum intellexissent Theophilum id agere, ut Joannem episcopatu exueret, ipsi quoque operam suam ac studium contulerunt, utque Constantinopoli maxima synodus fieret procurarunt. Quibus cognitis Theophilus adhuc magis incubuit, et episcopos quidem Ægypti navigare jussit Constantinopolim, Epiphanio vero et aliis per Orientem episcopis scripsit, ut quam primum in unum convenirent : ipse pedestri itinere proficiscitur.

37. « Nec multo post Epiphanius, cum primus ex insula Cypro solvisset, ad locum haud procul ab urbe Constantinopolitana, quem Septimum vocant, applicuit ; factaque oratione in ecclesia quæ illic est, in urbem introivit. Eum ingredientem Joannes occursu cleri totius honoravit : at Epiphanius perspicue declaravit, quod calumniis adversus Joannem concinnatis fidem habuisset. Invitatus enim ut in ædibus ecclesiasticis manere vellet, neutiquam acquievit : et cum Joanne quidem congredi penitus detrectavit : privatim vero convocatis episcopis qui tum Constantinopoli morabantur, ea quæ adversus libros Origenis decreta fuerant iis ostendit : ac nonnullis quidem persuasit ut decretis subscriberent ; plures vero id facere recusarunt..... Porro Joannes adhuc nihilominus reverentiam exhibebat Epiphanio, eumque hortabatur ut collectas secum celebrare, et contubernalem ipsum habere vellet. Verum Epiphanius, se neque ejus domo usurum, nec cum eo oraturum esse respondit, nisi Origenis libros prius damnasset, et Dioscorum una cum sociis expulisset. Sed cum ille ante causæ cognitionem hæc facere haudquaquam justum esse diceret et procrastinaretur, die quo collecta agenda erat in ecclesia Apostolorum, procurarunt Joannis inimici ut Epiphanius in ecclesiam veniret, et publice coram populo tum Origenis libros, tum Dioscorum et eos qui cum illo erant, tanquam idem sentientes cum Origene, anathemate damnaret ; eademque opera episcopum urbis perstringeret, ut qui illis addictus esset ; existimabant enim se hac ratione plebem ab illo esse alienaturos.

38. « Postero igitur die, cum ad id agendum progressus Epiphanius jam ecclesiæ appropinquaret, obviam ei occurrit Serapio, missus a Joanne (præsenserat enim Joannes ea quæ pridie fuerant constituta), palamque denuntiavit Epiphanio, illum ea gerere quæ nec justa essent, nec ipsi privatim utilia : siquidem tumultu populi excitato, ipse tanquam hujus rei auctor periculum subiturus esset. Hac ratione cohibitus est impetus Epiphanii. Interea accidit ut imperatoris filius, admodum puer, morbo corriperetur ; mater vero sollicita ne quid tristius puero contingeret, misso ad Epiphanium nuntio, ut pro eo Deum precaretur, postulavit. Ille puerum victurum esse respondit, si Augusta hæreticos, qui cum Dioscoro erant, aversaretur. Verum Augusta : Si Deus, inquit, filium meum eripere mihi voluerit, ita fiat ; Dominus enim qui dedit, idem et aufert. Quod si tu mortuos ad vitam revocare posses, non esset mortuus archidiaconus tuus. Etenim haud multo ante e vivis excesserat Crispio..... quem Epiphanius cum contubernalem haberet, archidiaconum suum constituerat.

39. « Ammonius vero et qui cum illo erant Epiphanium adierunt ; id enim ipsi quoque Augustæ placuerat. Cumque Epiphanius interrogasset quinam essent, respondit Ammonius : Longi sumus, o Pater ; libenter autem disceremus, utrum aliquando in discipulos aut in libros nostros incideris. Illo negante, iterum quæsivit Ammonius : Unde ergo hæreticos illos esse judicasti, qui nullum habes argumentum, quo sententiam illorum possis convincere? Et cum Epiphanius diceret, id se auditu accepisse : Nos vero, ait Ammonius, plane contrarium fecimus ; nam et discipulos tuos sæpe numero vidimus, et libros perlegimus ; ex quibus unus est qui *Ancoratus* inscribitur. Cumque multi vituperare et tanquam hæreticum calumniari vellent, nos pro Patre, uti par erat, pugnavimus, et causæ tuæ defensionem suscepimus. Proinde nec tu ex solo auditu absentes damnare debuisti, quos nequaquam tu ipse certis argumentis inductus conviceras, nec ejusmodi gratiam referre laudatoribus tuis. Posthæc Epiphanius lenius eum allocutus, tum quidem ab se dimisit, brevi autem interjecto tempore Cyprum navigavit, seu quod Constantinopolitanæ profectionis ipsum pœniteret, seu quod Deus oraculo ipsum admonuisset, mortemque ipsi suam (ut verisimile est) prænuntiasset. Cæterum cum navem conscensurus esset, episcopis, qui ipsum ad littus usque prosecuti fuerant, dixisse fertur : Urbem vobis et palatium et scenam relinquo ; ego vero abscédo : festino enim, et quidem valde.

40. « Aliud præterea quidpiam audivi, quod multorum sermonibus etiamnum circumfertur, Joannem quidem Epiphanio prædixisse illum in navigatione esse moriturum, Epiphanium autem prænuntiasse Joanni abdicationem episcopatus. Nam dum inter se dissiderent, Epiphanius quidem Joanni scripsisse dicitur : Spero te nequaquam episcopum moriturum. Joannes vero rescripsit Epiphanio : Nec ego spero te in urbem tuam rediturum esse. » Hæc Sozomenus, *Historiam* suam annis circiter triginta post Epiphanii obitum scribens ; cui

Digitized by Google Распознавание текста

:eseon percurrendaru

33. Prædicti autem
secundus et tertius
tiantur; atque ita
exsistant tomi sept
opera, ut Hieronyn
« ab eruditis propt
verba lectitantur.
minatim, sive (ut
raliter appellat)
«præ aliis qui a
brationes edider
nec ea præterm
litatis aliquid
excogitata alii
rismo et ad
porro « dicer
jusmodi esse
terit. Sed
parum nerv
tissimis ill
etsi nihilo
stylus ips
poris stu
quentia,
tres Bas
runt,
vidimus
citatio
lingua
tus i
num,
ptia
rit
«
gu

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

» ejus esse agnovisset, idem se cum illo sen- A
ipsit, et Origenis libros calumniari instituit, »
reprobando, si haberet adjutorem Epipha-
facilem sibi spondebat de monachis illis
m, qui dum Deo incorporeo corporis hu-
formam non esse defendebant auctoritate
is, sub invidia hujus nominis videbantur
pprimi. Quod cum agere Theophilum vide-
ysostomus, monachos illos non nisi recta de
tenus sentire comperiens, merebatur extra
haberi in eo quem ipsis præstabat favore.
m uti Epiphanium de Anthropomorphoseos
suspectum Theophilus immerito habuit,
eticum et schismatis auctorem » in epistola
m priori vocans, uti scribit Palladius in Dia-
de S. Joanne Chrysostomo; sic merito potuit B
apud se excusatum probatumque significare,
ut Anthropomorphitam (quod revera etiam
phius non fuit), sed ut commode jam intel-
m, prout intelligi posse etiam Ammonius com-
rat.

6. Multa sunt alia haud magni momenti, quæ in
meni de Epiphanio narratione sugillat Baro-
, quibus non est operæ pretium immorari :
n tamen non prætermiserim, quod attinet con-
onem Epiphanii cum imperatrice, quasi lon-
ime « aberret a vero, ut Eudoxia, perinfensa
ysostomo, faverit monachis illis, et Epipha-
n fuerit aversata, » eos damnari sic postulan-
. Nam et illi absque Joanne potuerunt sese im- C
liate in ejus gratiam insinuasse, et post primas
agrum viduæ ablatum rixas, usque adeo rese-
at imperatricis indignatio, ut in gratiam cum
nne debeat rediisse censeri; quippe quæ haud
post inter Joannem et Severianum concordiæ
diatrix, « in ecclesia Apostolorum filium suum
eodosium, tunc admodum puerum, ad genua
annis abjiciens, et per illius caput crebro obte-
ans, ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam
am admitteret, » uti scribit Socrates lib. VI, cap.
1. Quæ autem deinde secutæ sunt graviores que-
elæ, eæ primum cœperunt postquam Constantino-
oli discessisset Epiphanius. Sed nihil in hac Ba-
onii censura admiror magis, quam quod Acta
Epiphanii, quæ sunt apud Lipomanum et Surium D
sub nomine Metaphrastis, mendaciis scatere dicens,
uti revera scatere mox ostendam; ex iis prorsus
veritati contrariam proferat narrationem de con-
gressu et contentione Epiphanii atque Eudoxiæ.
Nec refert quod eadem eodem fere modo in S.
Joannis Chrysostomi encomio scripsit Leo imperator : hic enim, quinque post rem gestam sæculis,
deceptus fuit spuriis illis Actis; eaque transcripsit quatenus ad suum argumentum facere videbantur.

CAPUT VI.

Examinantur Acta edita, quatenus a Joanne conscripta finguntur.

45. *Vitam* Græcam S. Epiphanii, quæ olim Latine edita habebatur in II tomo Operum ejus, etiam multis in locis a se recognitam dare voluit Dionysius Petavius, « ne quid, quod Epiphanii nomine utcunque est inscriptum, desideraret lector. » Quanquam enim ipse quoque judicaret, quod ea « in plerisque fabulæ est quam historiæ propior, jamdudum in *Annalibus* Baronius admonuit, » sperabat tamen « fore » ut « in lutulenta illa narratione » esset « fortassis quod tollere possis : nam « alioqui, » inquit, « multa continet, quæ cum vera receptaque ab omnibus historia consentanea sunt, sed eadem admista falsis : in quibus discernendis, si nihil aliud, tuum, lector humanissime, judicium ac κριτικὴ τῆς ἱστορίας δύναμις exerceri possit. » Quæ et quatenus vera credi debeant, satis ex capitibus præcedentibus lector intelliget : quam multa sint manifeste falsa, nunc aggrediar explicare. Hoc autem facto, apparebit, cætera inter hæc media ejusmodi esse, ut licet per seipsa fidem non excludant, eam tamen prudens nemo dari ipsis possit, quandiu non alium auctorem sciuntur habere a mendacissimo istius *Vitæ* compilatore. Hunc tu cave ne Metaphrastem esse ex vulgi errore eredas, cum stylus passim concisus a stylo Metaphrastis periodico et fluido diversissimus sit. Præfert illa *Vita* duorum discipulorum Joannis et Polybii, ut dixi, nomina : qui et in prima persona ubique loquuntur, licet unus idemque sit a principio usque ad finem stylus, proinde non nisi unum auctorem referat; non tamen omnino rejiciendum, si vera duorum istorum scripta præ oculis habens, suo illa duntaxat exornasset sermone, sensu servato. Qua autem ætate ille scripserit, quis divinando consequetur? Hoc certum, decimo sæculo priorem fuisse, quando et Leo imperator, cognomento Sapiens, sub quo etiam Metaphrastes floruit, *Vitam* illam secutus est in laudando Chrysostomo; et elogium ex ea sumptum invenitur in *Synaxario* Basilii imperatoris Porphyrogeniti, ut de *Menæis* excusis nihil dicam.

46. In hac vita Epiphanius patre agricola, matre linifica, ambobus Judæis, natus dicitur cum sorore Callitrope; cumque decennis esset amisso patre, jussus ad alendam familiam unicum quod suppetebat vendere jumentum, tanta negotium sinceritate egisse, ut quamvis indomitum alias, in ipso foro placidum se præberet præter morem, vitium tamen indicarit licitanti Jacobo, quod religioni sibi duceret fallere ejusdem religionis hominem : quare tribus ab eo donatus nummis, domum reverterit cum ipso jumento : a quo deinde excussus in via graviterque læsus, per supervenientem quemdam Cleobium Christianum, sanatus virtute crucis fuerit. Postea cum agellum paternum Eleutheropolitano cuidam legis perito ac diviti Judæo, cui Tryphon nomen, offerret venalem, ab eo adoptatum, ut matrimonio filiæ unicæ jungendum, nisi hæc cito mortua fuisset; atque ita mortuo etiam Thryphone, ejus et doctrinæ et opulentiæ mansisse

Digitized by Google Распознавание текста

similia iisdem fere verbis habet Socrates lib. VI, cap. 14; paris plane cum Sozomeno ætatis scriptor, et ex quo suam fere *Historiam* mutuatus Sozomenus creditur. Sozomeno tamen libentius usus hic sum, non quia Salaminium eum fuisse credo, sicut opinatur Nicephorus aliique post eum; cum ipse lib. V, cap. 15, haud obscure indicet se Palæstinium, ex vico quodam juxta Gazam cui nomen Bethelia; sed quia jam inde ab adolescentia familiariter cum monachis ibi celebribus, Hilarionis discipulis suisque ut videtur consanguineis, versatus; Salamane scilicet, cum quo commune nomen habuit (dicebatur enim, uti Photius notat, « Salamanet Hermias Sozomenus, » quod alios decepit, ut Salaminium crederent) ejusque fratribus Fuscone, Machione et Crispione, quorum postremus S. Epiphanio adhærens, in munere archidiaconi Constantinopoli ante ipsum obiit, ut supra vidimus. Accedit quod Socrati nonnulla etiam hic addiderit Sozomenus, et accuratius aliqua videatur edidisse. Notabile est tamen quod relata Epiphanii et Joannis mutua de se invicem prædictione, addat Socrates: « Utrum porro vera mihi dixerint qui ista narrarunt, equidem non possum affirmare; utrique tamen illorum hujusmodi exitus contigit. Nam neque Epiphanius navem appulit Cyprum, post discessum enim mortuus est in navigio : et Joannes haud multo post ex episcopatu dijectus est. »

41. Potuit sane hujusmodi exitus utriusque occasionem dedisse hominibus, mutuæ inter illos dissensionis consciis, virosque sanctos suo pede metientibus, ut altercationem verborum utrique parum dignam affingerent, quemadmodum judicavit Baronius, et post eum Socratis atque Sozomeni illustrator et interpres novissimus Henricus Valesius. Dubitat etiam Baronius, verene Epiphanius, uti scribit Socrates, « Cum ad Basilicam S. Joannis appulisset, quæ septem passuum millibus ab urbe distat, nave egressus, collectam ibi celebrarit et diaconum ordinarit, priusquam civitatem ingrederetur. » Veretur namque ne querelam Joannis Hierosolymitani de Epiphanio, ad Joannem Constantinopolitanum perperam transtulerit Socrates, quamvis tunc cum res ageretur Constantinopoli vivens. Neque enim apparet hic tam justa quam ibi excusandi Epiphanii ratio, cum Ecclesia S. Joannis citra controversiam esset sub dispositione Constantinopolitani episcopi, ubi nec hujus injussu licuisset Epiphanio Missarum solemnia, nedum ordinationes celebrare : de utroque tamen querentem Chrysostomum Socrates inducit; quin etiam de iis quæ in Apostolorum templo facturus erat Epiphanius, nisi denuntiatione Joannis per Serapionem sibi facta fuisset absterritus, de iis, inquam, quæ solum constituta dicit Sozomenus, tanquam de reipsa factis minus verosimiliter loquitur Socrates, ac tum demum Joannem ait, ne eadem postridie iterarentur, ingresso rursus in ecclesiam Epiphanio misisse Serapionem.

42. Ut ut sit, apparet, optimum alias sanctissimumque senem, deceptum fuisse a Theophilo, tam in causa eorum quos Joannes tolerabat monachorum, quam ipsius Joannis; et ex abundantia zeli passum esse humanum aliquid, cujus ipsum cito pœnituerit, magisque potuisset pœnitere, si quæ post discessum suum sunt consecuta, vidisset. Interim hoc machinationum suarum successu elatus Theophilus, priusquam Constantinopolim proficisceretur ad synodum, qua Joannis depositio decreta est, ita de eo ad S. Hieronymum scripsit, « Origenistas in suam recipiens familiaritatem et ex his plurimos ad sacerdotium provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter episcopos clarum in orbe sidus effulsit, haud parvo mœrore contristans, meruit audire : *Cecidit Babylon* (*Isa.* XXI, 9). » Quem locum ideo hic adductum volui, ut intelligatur nequaquam ambigendum, quin statim post suum a Constantinopoli discessum, uti Sozomenus scribit, obierit Epiphanius, de quo ut jam mortuo Theophilus loquitur; cumque 12 Maii saltem sit dies depositionis in Cypro, neque diu antea obiisse potuerit, cujus navis, ut præter ejus voluntatem procederet lente, mensem tamen vel sesquimensem itineri vix potuit impendisse; consequens est eum obiisse mense saltem Aprili anni 403, Maium certe ægre attigisse. Unde mirari subit, qua ratione dixerit Baronius, « ignorari quoto Domini anno obierit. » Sicut enim ex *Apologiis* Hieronymi ad Ruffinum, scriptis anno 402, recte probat eum non obiisse eodem anno mense Maio; ita ex jam dictis colligitur, isto quidem anno non obiisse, sed nec ultra primos dies Maii anni sequentis vitam prorogasse.

43. Excusat idem Baronius Epiphanium, et merito excusat, in iis quæ de Ammonio et sociis credidit; eo quod « Theophilus non privatis tantum litteris, sed synodalibus ex concilio Alexandrino scriptis, hæresis eos convictos atque damnatos significaverat; » sed non ideo Sozomenum arguerim injuriæ adversus Epiphanium, aut nimis erga Origenem favoris, dum inducit illum fatentem, quod solo auditu de iis cognoverit. Nam neque temere credidit illis Theophili litteris Epiphanius, utpote « quæ scirentur in orbem divulgatæ atque receptæ ab Anastasio Romano pontifice : » neque tamen ad quæstionem Ammonii aliter debebat respondere, qui ejus ac sociorum causam per se non cognoverat; et audiens quanto illi erga se egissent circumspectius, non poterat non aliquo humanitatis sensu commoveri. Quod vero dicat Ammonius, tutatum se famam Epiphanii adversus eos qui illum hæreseos insimulabant, sciendum est in his, Sozomeno teste lib. VIII, cap. 14, fuisse ipsummet Theophilum, nondum Ammonii et fratrum ejus inimicum; qui « antea Epiphanium reprehendit quasi Deum humana specie præditum opinaretur; postea vero, quasi resipiscens veram tandem sen-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tentiam ejus esse agnovisset, idem se cum illo sentire scripsit, et Origenis libros calumniari instituit, » in quo reprobando, si haberet adjutorem Epiphanium, facilem sibi spondebat de monachis illis victoriam, qui dum Deo incorporeo corporis humani formam non esse defendebant auctoritate Origenis, sub invidia hujus nominis videbantur posse opprimi. Quod cum agere Theophilum videret Chrysostomus, monachos illos non nisi recta de Deo eatenus sentire comperiens, merebatur extra culpam haberi in eo quem ipsis præstabat favore. Cæterum uti Epiphanium de Anthropomorphoseos hæresi suspectum Theophilus immerito habuit, « hæreticum et schismatis auctorem » in epistola quadam priori vocans, uti scribit Palladius in Dialogo de S. Joanne Chrysostomo; sic merito potuit eum apud se excusatum probatumque significare, non ut Anthropomorphitam (quod revera etiam Theophilus non fuit), sed ut commode jam intellectum, prout intelligi posse etiam Ammonius comprobarat.

44. Multa sunt alia haud magni momenti, quæ in Sozomeni de Epiphanio narratione sugillat Baronius, quibus non est operæ pretium immorari: unum tamen non prætermiserim, quod attinet contentionem Epiphanii cum imperatrice, quasi longissime « aberret a vero, ut Eudoxia, perinfensa Chrysostomo, faverit monachis illis, et Epiphanium fuerit aversata, » eos damnari sic postulantem. Nam et illi absque Joanne potuerunt sese immediate in ejus gratiam insinuasse, et post primas ob agrum viduæ ablatum rixas, usque adeo resederat imperatricis indignatio, ut in gratiam cum Joanne debeat rediisse censeri, quippe quæ haud diu post inter Joannem et Severianum concordiæ mediatrix, « in ecclesia Apostolorum filium suum Theodosium, tunc admodum puerum, ad genua Joannis abjiciens, et per illius caput crebro obtestans, ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam suam admitteret, » uti scribit Socrates lib. VI, cap. 11. Quæ autem deinde secutæ sunt graviores querelæ, eæ primum cœperunt postquam Constantinopoli discessisset Epiphanius. Sed nihil in hac Baronii censura admiror magis, quam quod Acta Epiphanii, quæ sunt apud Lipomanum et Surium sub nomine Metaphrastis, mendaciis scatere dicens, uti revera scatere mox ostendam; ex iis prorsus veritati contrariam proferat narrationem de congressu et contentione Epiphanii atque Eudoxiæ. Nec refert quod eadem eodem fere modo in S. Joannis Chrysostomi encomio scripsit Leo imperator: hic enim, quinque post rem gestam sæculis, deceptus fuit spuriis illis Actis; eaque transcripsit quatenus ad suum argumentum facere videbantur.

CAPUT VI.

Examinantur Acta edita, quatenus a Joanne conscripta finguntur.

45. *Vitam* Græcam S. Epiphanii, quæ olim Latine edita habebatur in II tomo Operum ejus, etiam multis in locis a se recognitam dare voluit Dionysius Petavius, « ne quid, quod Epiphanii nomine utcunque est inscriptum, desideraret lector. » Quanquam enim ipse quoque judicaret, quod ea « in plerisque fabulæ est quam historiæ propior, jamdudum in *Annalibus* Baronius admonuit, » sperabat tamen « fore » ut « in lutulenta illa narratione » esset « fortassis quod tollere possis: nam « alioqui, » inquit, « multa continet, quæ cum vera receptaque ab omnibus historia consentanea sunt, sed eadem admista falsis: in quibus discernendis, si nihil aliud, tuum, lector humanissime, judicium ac κριτικὴ τῆς ἱστορίας δύναμις exerceri possit. » Quæ et quatenus vera credi debeant, satis ex capitibus præcedentibus lector intelliget: quam multa sint manifeste falsa, nunc aggrediar explicare. Hoc autem facto, apparebit, cætera inter hæc media ejusmodi esse, ut licet per seipsa fidem non excludant, eam tamen prudens nemo dari ipsis possit, quandiu non alium auctorem sciuntur habere a mendacissimo istius *Vitæ* compilatore. Hunc tu cave ne Metaphrastem esse ex vulgi errore eredas, cum stylus passim concisus a stylo Metaphrastis periodico et fluido diversissimus sit. Præfert illa *Vita* duorum discipulorum Joannis et Polybii, ut dixi, nomina: qui et in prima persona ubique loquuntur, licet unus idemque sit a principio usque ad finem stylus, proinde non nisi unum auctorem referat; non tamen omnino rejiciendum, si vera duorum istorum scripta præ oculis habens, suo illa duntaxat exornasset sermone, sensu servato. Qua autem ætate ille scripserit, quis divinando consequetur? Hoc certum, decimo sæculo priorem fuisse, quando et Leo imperator, cognomento Sapiens, sub quo etiam Metaphrastes floruit, *Vitam* illam secutus est in laudando Chrysostomo; et elogium ex ea sumptum invenitur in *Synaxario* Basilii imperatoris Porphyrogeniti, ut de *Menæis* excusis nihil dicam.

46. In hac vita Epiphanius patre agricola, matre linifica, ambobus Judæis, natus dicitur cum sorore Callitrope; cumque decennis esset amisso patre, jussus ad alendam familiam unicum quod suppetebat vendere jumentum, tanta negotium sinceritate egisse, ut quamvis indomitum alias, in ipso foro placidum se præberet præter morem, vitium tamen indicarit licitanti Jacobo, quod religioni sibi duceret fallere ejusdem religionis hominem: quare tribus ab eo donatus nummis, domum reverterit cum ipso jumento: a quo deinde excussus in via graviterque læsus, per supervenientem quemdam Cleobium Christianum, sanatus virtute crucis fuerit. Postea cum agellum paternum Eleutheropolitano cuidam legis perito ac diviti Judæo, cui Tryphon nomen, offerret venalem, ab eo adoptatum, ut matrimonio filiæ unicæ jungendum, nisi hæc cito mortua fuisset; atque ita mortuo etiam Thryphone, ejus et doctrinæ et opulentiæ mansisse

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

hæredem. Tum vero incidisse in monachum Lucianum : quem cum vidisset donata pauperi veste, candida alia cœlitus indui, petierit et Christianus et monachus fieri : congrueque instructus cum sorore, et ad ingressum ecclesiæ decidentibus ultro calceis nudipes, baptizatus fuerit ab episcopo ; acceptisque mille aureis, Veronicæ materteræ suæ eidemque sanctimoniali, sororem commendans, in Luciani monasterio factus sit monachus, annos natus sedecim, et S. Hilarioni ejusdem Luciani discipulo commendatus, ipsum post mortem communis magistri habuerit cum cætera fraternitate hegumenum seu abbatem.

47. Sed jam aliunde constare vidimus, monasticæ vitæ tirocinia in Ægypto posuisse Epiphanium, ea forte quæ hic notatur ætate, quamvis mallem biennio majorem credere. Ad Lucianum et Hilarionem quod attinet, patet mendacii evidentia ex ipsius Hilarionis *Vita*, qui annos quindecim natus ad Antonium abiisse in Ægyptum dicitur ab Hieronymo, indeque post biennium revertens primus monasticæ vitæ exemplum retulisse in patriam, quod anno ejus ætatis 22 multi cœperint imitari, eatenus autem « necdum fuerant monasteria in Palæstina, nec quisquam monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat. » Fingitur præterea monasterium ejus quod prope Gazam fuisse scitur, eo fuisse loco ut ad quinque milliaria petenda esset aqua : qua occasione cum contigisset vinum ab Epiphanio in aquam converti ad refectionem transeuntium : ille gloriæ fugitans alio se subduxerit, ubi cum Saracenorum prætereuntium quidam eum ferire volens, miratus esset aperiri sibi oculum alterum, quem semper clausum habuerat ; ea re motum unum e turba, suscepisse fidem ; qui baptizatus ab Hilarione et Joannes dictus, adhæserit Epiphanio, atque hæc omnia scripserit : ac primo, ab energumeno pulsum dæmonem comminatum esse, quod in Persidem venire faceret Epiphanium. Occupata igitur regis filia indicasse, quod nisi veniret Epiphanius, exiturus a puella non esset. Quæsitum ergo et in *Spanydrio* suo repertum, post aridam manum uni missorum restitutam, venisse in regiam, quæ dicebatur Urion, dæmonem a filiola regis ipsa spectante expulisse, blandienti sibi ineptius mago loquelam abstulisse et pœnitenti reddidisse, regia munera epulasque recusasse solo pane contentum : et resuscitato, qui mortuus efferebatur, adolescente, ab rege honorifice dimissum fuisse. Nescio an Ur Chaldæorum, Abrahami patriam, intellexerit hoc loco fabulator (nam Urion alias nullum novi) : ad miracula quod attinet, audivimus Sozomenum expresse negantem, quod viventi contigerit fugare dæmones morbosque curare.

48. Pergit interim pseudo-Joannes narrare, quomodo ad *Spanydrion* reversus secum Epiphanius fontem ibi elicuerit, feras prohibuerit ab oleribus, et in novas mansiones sibi a Saracenis, prioris tugurii conditoribus exstructas, receperit fratres quinquaginta, leonem multis noxium sua præsentia occiderit, synonymum sibi ab Edessa philosophum exceperit, cum eoque integrum annum disputarit coram « Calisto Aetii magnæ Romæ præfecti filio, » quem a dæmone liberatum habebat discipulum ; et quomodo theogoniam Hesiodi pertinaciter defendentem, opposita veriori Geneseos historia flectere nequiens, provocarit ad energumeni liberationem, quam qui effecisset ejus fides vera censeretur : atque ita conversum Epiphanium philosophum, monachumque factum et presbyterum ordinatum ab Eleutheropolitano episcopo : quem deinde in Ægyptum recedens Epiphanius sanctus monasterio suo præpositum reliquerit. Sed præterquam quod ea disputandi mora et ratio ridicula omnino videatur, et de altero isto Epiphanio alibi legatur nihil ; unum hic Aetii Romanæ urbis præfecti velim nomen notatum, quod ex cerebro suo commentum auctorem patet ex accuratissimo eo *Catalogo*, quem Bucherius a Bollando nostro acceptum edidit ad Canonem Paschalem Victorii c. 13, p. 236, ubi « ex temporibus Gallieni, » ab anno 254, usque 354 indicatur, « quis quantum temporis præfecturam Urbis administrarit, » quandoque præfectis successive quatuor intra eumdem annum positis ; nec sola nomina, sed et prænomina exprimuntur. Interim ex ipsius fabulatoris calculo, annorum quinquaginta sex episcopatum Epiphanio tribuentis, acta hæc essent ut minimum ante decennium ordinationem prægressum, adeoque ante annum 338.

49. Post hæc demum sanctum, quem nos admodum juvenem fuisse in Egypto diximus, celebritatis nimiæ fugientem, illuc secum navigare ex Joppe facit pseudo-Joannes, post energumenam in egressu Hierusalem liberatam ; et Alexandriam appulsum Judæum, Aquilam nomine disputando convertere, ac S. Athanasio episcopo sistere baptizandum ; deinde cum S. Paphnutio, magni Antonii discipulo, in Thebaide congredi, eo consilio ut in Nitriæ eremo habitare permitteretur ; sed ab hoc prophetice jussum, collecto apud Patres æstivo feno, abire in Cyprum atque oves pascere. Tum prope Leontopolim fingitur sanctus accedere ad Hieracis celeberrimum monasterium, istumque publice docentem errores multos mutum imperio reddere, ac pœnitentem sanare ; denique curato in superiori Thebaide energumeno, venire ad loca quæ dicuntur Bucolia ibique septennio habitasse, ubi Eudæmonem philosophum converterit sanato pueri ejus oculo ; seque ad episcopatum quæri cognoscens, reverterit in Syriam, primum quadraginta dies conversatus in monasterio S. Hilarionis, postquam ille in Cyprum se receperat, id est post annum 363, juxta Hieronymum ; cum tamen in calculo ipsius fabulatoris, diu ante Hilarionis adventum in Cyprum, ibi episcopus fuisse Epiphanius debuerit. In Hierace autem insignem parachronismum etiam notavit Baronius ad ann. 372, num. 110, observans

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

plane hic eumdem describi, de quo ipse Epiphanius fuse tractat hæresi LXVII, tanquam a Manete proximo, et ante Meletianum schisma atque Arii hæresim apud Ægyptios noto; quanquam in *Ancorato* dicat n. 83, se comperisse « nonnullos nuper excitatos, » id est circa annum 370, « quibus plerique omnium monasticam in Ægypto, Thebaide, cæterisque regionibus exercentium facile primas deferunt, qui in eodem cum Hieracitis errore versantur, ac perinde ut illi non resurrectionem carnis, non hujus quam habemus modo, sed alterius in hujus locum substituendæ prædicant. » Quod ad Paphnutium attinet, inter celebres Nitriæ monachos, quos S. Paula Romana adivit, numerat Palladius *Hist. Lausiacæ* c. 117, Paphnutium Scetioten, qui utcunque reduci posset ad hujus fictæ in Ægypto peregrinationis tempus : cæteri ejus nominis celebres alii juniores sunt; nam de episcopo confessore sub Maximino, qui concilio Nicæno interfuit, non est hoc loco cogitandum.

50. Porro manente juxta Spanhydrion Epiphanio, fames valida incubuisse Phœniciæ dicitur, eamque impetrata triduana pluvia curasse sanctus; quare pro eo ad episcopatum evehendo collecti episcopi, cum ad eumdem quærendum juvenem monachum Polybium submisissent; ipse adventus causa divinitus cognita, cum eodem Polybio secum retento, et cum Joanne fugerit in Cyprum ad S. Hilarionem : a quo jussus Salaminam habitatum adire, et invitus ac tempestate compulsus illuc appellens navim, quam navigaturus Ascalonem ascenderat, comprehensus in foro fuerit a S. Pappo, de quo supra n. 15, cum forte uvas licitaretur, tractusque ad ecclesiam ordinatus fuerit per vim episcopus; quo in munere habuerit diaconum Charinum, a quo calumniam passus propter aureos centum ad dissolvendum captivi Eugnomonis debitum de bonis Ecclesiæ expensos, quamvis eidem restitutos; eidem Charino, sibi ad ter repetitam prandii tempore cervi vocem illudenti, mortem ab hoc prænuntiatam significarit; uxorem autem ejus a paralysi liberatam ordinarit diaconissam, non sine utili ad reliquum clerum in officio continendum exemplo; quin etiam solitus non perficere oblationem, donec visionem vidisset; cum ea præter morem differretur, orasse et cognovisse, in causa moræ esse præsentiam diaconi, eadem nocte usi conjuge sua; quare solos cælibes deinceps ad ministerium altaris ordinarit.

CAPUT VII.

Cætera, ut a Polybio adjuncta obtruduntur, exposa.

51. Capite superiori relata omnia scripsisse, inscio invitoque sancto, fingitur jam sæpe nominatus Joannes, Epiphanii presbyter et itinerum omnium socius; qui moriturus advocato ad se Polybio lampada tradiderit. Hic ergo inducitur narrans, quomodo sanctus episcopus, divinitus monitus pro cætenus parva maguam ecclesiam a fundamentis exstruere, variis miraculis obtinuerit sumptus ad opus necessarios. Nam primo cum Draconis cujusdam divitis, sed gentilis, sibi illudentis filium ægrotum sanasset; morbo in patrem translato, rursumque ad suam benedictionem ablato impetrasse ab eodem, converso, cum familia et baptizato, quinque millia nummorum : deinde cum Eustorgium Synesii similiter gentilis filium, rogante matre, suscitasset a mortuis, ab eo oblata tria millia nummum remisisse ad fabricam. Postea cum Polybio jam presbytero narratur Epiphanius ivisse Hierosolymam ad Joannis episcopi, sui sub Hilarionis disciplina condiscipuli, castigandam avaritiam, ut dictum n. 17, indeque regrediens offendisse mendicos duos, quorum alter se mortuum simulabat, quod in Cypro factum videtur indicare Sozomenus (*lib.* VII, *cap.* 27). Huc porro reversus Isaacum Judæum legis peritum sibi adjunxerit, et coram Romanis nuntiis, ab Arcadio et Honorio imperatoribus ad ipsum Romam adducendum missis, calumniatorem suum Faustinianum, innoxio alias fabri alicujus lapsu oppressum, suscitans, mille nummos ab ejus uxore oblatos dicitur fabricæ applicasse, atque ita Romam navigasse, cum Isaaco atque Polybio, relicto ad ecclesiæ Constantiensis vicariam curam Philone, uno ex legatis, quem provincia Carpasii episcopum nominarat. Carpasii civitas quam norim nulla est : Carpathus insula, Cycladum extima inter Cretam et Rhodum, longo maris tractu distat a Cypro, ad cujus metropolitam nequaquam spectabat ei providere.

52. Sed hæc leviora sunt : quæ sequuntur quam possunt speciem habere vel tolerabilis mendacii? Arcadius natus erat anno 374 decennio post Honorius, utrumque de baptismo suscepit vir in Palatio sublimis nomine Arsenius, et utriusque juventuti informandæ præfuit; simul illi Romæ fuerunt nunquam, sed nec Epiphanius, quod quidem sciatur nisi semel tantum anno 382. Illorum soror unica Galla Placidia (sed ex secundo Theodosii imperatoris conjugio, sub annum duntaxat 387 contracto), quo quidem anno præcise sit nata ignoratur; sed quandiu Arcadius vixit, Romæ non fuit. Eo autem sub annum 408 mortuo, ad fratrem Honorium in Italiam profecta, dum Romæ secure agit adhuc virgo, anno 409 a Gothis, ad Urbem ante annum captam ex improviso regressis, etiam ipsa capitur, ab eorum rege Ataulpho in uxorem sumitur, et in Hispaniam abducitur; fratri autem reddita et Constantio desponsa, Valentinianum Juniorem peperit anno 418, nec alium scitur filium habuisse, nisi forsan ex rege barbaro in Hispania SS. Theodulphum ac Theodoricum peperit, de quibus apud Treviros mortuis actum a nobis 1 Maii. Quamvis autem hæc omnia certissima sint, fingitur tamen Epiphanius ab Arcadio et Honorio, ut dixi, vocatus Romam ad eorum ægram sororem curandam : idque non tantum præstitisse, sed etiam ejus filium mortuum suscitasse, tali lege, ut imperatores

Digitized by Google Распознавание текста

cum sorore atque nepote fidem susciperent Christianam : quod et fecerint, baptizati omnes ab Epiphanio, suscipientibus « Arcadium Polybio, Honorium Isaaco, » eorum « sororem Proclisia Patricia, et filium hujus quodam eunucho, » non sine prodigiis. Et hæc quidem omnia vivente adhuc Theodosio Seniore Augusto, atque adeo ante annum 395, quo hic e vita migravit.

53. Roma in Cyprum reversus, ut fingitur, Epiphanius non diuturnam ibi quietem habuit, sed postquam fami publicæ, coemptis Faustiniani frugibus prudenter consuluisset, et insidias vitæ suæ a Rufino diacono suo, ex ejusdem Faustiniani suggestione, paratas divina prænotione evasisset, evocatur Constantinopolim, ad prædictum imperatorem Theodosium; quem pedibus laborantem sanaverit, lætitiam faciens non tantum ipsi, sed et filiis Arcadio atque Honorio, per eosdem dies Roma Constantinopolim reversis. Prius autem quam ab iis discederet sanctus, Faustinianus eodem adductus in vinculis male dicitur periisse; rediisseque Epiphanius in Cyprum cum mandatis, ut quæcunque illius fuerant retineret pia uxor quæ omnia ad usus ecclesiæ consignarit ordinata diaconissa. Deinde Aetium Valentinianorum episcopum obmutescere fecerit; sed et contra Ophitas, Sabellianos, Nicolaitas, Simonianos, Carpocratianos hæreticos, in Cypro nidulantes, rescriptum Theodosii acceperit, ut pellerentur ab insula. Quorum quam ægre quidquam possit cum veritate consistere, partim liquet ex dictis, partim quoad Sabellianos revinci potest ex Epiphanio qui hæresi LXII agnoscens hujus tunc novæ adhuc sectæ plurimos tum in Mesopotamia, tum Romæ versari, non præteriisset Cyprum, si ad eam ipsorum pertigisset venenum, sicut id de Valentinianis dixerat hæresi XXXI, Ophitas, Nicolaitas, Simonianos, Carpocratianos, sub his nominibus adhuc superfuisse sæculo IV, exeunte quis credat?

54. Restat ultima, aut verius unica, Epiphanii ad urbem Constantinopolitanam profectio, anno 402 ad finem vergente, aut sequenti jam inito. Hanc ab ovo exordiens fabulator noster, primo narrat Theophili dissidium cum fratribus Longis, tribus scilicet filiis Heracleonis imperantis Alexandriæ, quod alibi non legitur; et eorum causa exortam inter Theophilum et Joannem discordiam; tum longam de agro viduæ, per Eudoxiam usurpato per Chrysostomum reddi jusso, relationem texit; quam veram in substantia esse dubitare non sinit Marcus diaconus, in *Vita S. Porphyrii Gazensis* 26 Febr. n. 37, sed prætextum ejus agri usurpandi eum adducit fabulator noster, qui non possit non esse de falsitate suspectus; quod scilicet « mos est imperatoribus et imperatricibus, si vel pedem intulerit in terram alienam, et si fructum acceperit ex aliquo eorum quæ fructum ferunt, ut nullus alius in ea potestatem habeat nisi imperator. » Itaque factum ait, ut cum casu illuc ingressa imperatrix botrum sibi resecuisset, hoc ipso cogi videretur ad fundum eum sibi vindicandum. Addit imperatricem obtulisse viduæ pretium illius; quod sane ut illa acceptaret aut oblatum alibi prædium, consultius fuisset suadere læsæ, quam pro summo jure tantas turbas movere, quantas consequi necesse erat, si per excommunicationis rigorem excluderetur ab ecclesia imperatrix. Itaque existimo neque tale quidquam ab hac oblatum, prætextum autem illius agri usurpandi alium non fuisse, quam quod mortuus esset in exsilio viduæ ejus maritus et bona olim fisco addicta. Neque me movet quod eamdem rem in encomio Chrysostomi narret Leo imperator; apparet enim eum inhæsisse, sine ullo examine, huic tam portentosæ *Vitæ S. Epiphanii*.

55. Utut sit, fingitur eo usque irata imperatrix ut de Joanne deponendo cœperit agitare consilia. Quo cognito Theophilus persuaserit Epiphanio navigare Constantinopolim. Huc appulsum cum Polybio et Isaaco (nulla facta mentione Crispionis, de quo mox) sollicitaverit imperatrix, ut in Joannis, tanquam perturbatoris et hæretici, depositionem consentiens, seipsum in ejus locum pateretur substitui; molliora vero suadenti Epiphanio minata sit dicens : « Si fueris impedimento quominus mittatur Joannes in exsilium, aperiam templa idolorum, etc. » Cumque ad hæc ingemiscens Epiphanius se ab hoc judicio innocentem protestaretur, non tamen effugisse, quominus diceretur consensisse; itaque Joannem accepta charta ei scripsisse : « Sapiens Epiphani, assensus es meo exsilio? In throno tuo non sedebis amplius; » Epiphanium vero rescripsisse : « Athleta Christi, verberare, et vince : in locum autem, ad quem fuisti relegatus, non venies. » Potuitne postrema hæc pro falsis, ut necessario sunt falsissima, habere Baronius; et non videre colloquium Epiphanii cum imperatrice, ejusdem ut auctoris sic et fidei esse? Cur igitur ipsum opposuit auctoritati Sozomeni tanquam in favorem Origenistarum propter Joannem propensioris? Utrumque sane velim æqualiter rejectum, quando priorem Eudoxiæ cum Chrysostomo rixam, quæ Theodosii junioris nativitatem ac forte etiam an. 391, antecessit, constat fuisse compositam : et posteriores querelas primum esse subortas, quando « digresso ab urbe Epiphanio, Joannes in ecclesia verba faciens, communem adversus mulieres vituperationem instituit, quam populus ita accepit, quasi adversus imperatoris conjugem figurate composita fuisset, » uti scribit Sozomenus, in hoc conformis Socrati. Tum scilicet Theophilus, qui solus fuerat vocatus in urbem, judicandus a Joanne in causa monachorum, agentibus Joannis æmulis et suadente imperatrice, atque synodum contra eam convocandam poscente, permissus est Ægyptios episcopos secum ducere : qui in suburbio Chalcedonis ad Quercum congregati Joannem depositum declararunt; sed frustra, populo eum vel invitum restituente. Cum autem propter « argenteam statuam » denuo accensa esset indignatio

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

imperatricis, in altera postea synodo decretum sancti exsilium est, eo solum prætextu, quod damnatus in synodo, absque numerosioris quam illa ad Quercum fuerat synodi sententia, sedem suam recepisset.

56. Ad extremum in Actis, tanto jure reprobandis, dicitur Epiphanius adhortatus in navi suos, sedasse precibus tempestatem triduanam, atque exspirasse. Cujus demortui corpus, circumcisumne esset, explorare volens navarchus, ictu pedis retro actus exstinctusque ad eosdem pedes positus revixerit. Cumque Constantiam appulisset navis, tenebræ quidem toti incubuerint civitati; tres tamen cæci obviam progressi, cum reliquis sese manu tenentibus, visum receperint; corpus autem conditum melle prostiterit in ecclesia diebus multis, eo quod Longinus et Petronius diaconi, hæresi Valentiniana clam infecti, nefas esse dicerent intra civitatem in ecclesia sepeliri mortuum; quia autem sepelire eum nihilominus volentibus illi se opponebant, ad venerandi diaconi Sabini, Epiphanium invocantis, preces; Longinus quidem conciderit ipso loco mortuus, Petronius vero, elatus inde paralyticus ac mutus, quarto die obierit. Tum vero missos Constantinopolim legatos sex, qui Arcadii imperatoris voluntatem exquirerent; hic vero eos detinuerit, donec suum, ut appellabat, patrem luxisset diebus quadraginta; iisque expletis eosdem remiserit cum quodam Maximo, molestum sibi dæmonem circumferente. Ab hoc autem, ante sacrum corpus prostrato ac liberato, lectam imperialem epistolam, versu secundo sic continentem: « Eum qui vixit supra nostras leges, nolumus jacere convenienter nostris legibus; » atque ita demum depositus fuerit sanctus in theca ad id fabricata, « ipso loco ubi supra Faustinianum ceciderat fabricator, » utique mensibus tribus aut quatuor, juxta hanc fabulam, post sancti mortem. Hæc autem, ut indicavi n. 5, fingitur scribere Epiphanii successor Sabinus ad Polybium octavo die durantis pro sepultura contentionis digressum ab insula, et post unius anni moram in Thebaide, raptum ab Heracleone, totius Ægypti præside, Rhinocoruris tunc habitante, ut esset ejus urbis episcopus; cum petiisset de illius controversiæ exitu doceri a Sabino, quia ex Calippo diacono audierit illum Constantiæ episcopum ordinatum.

57. Habes, Lector, his duobus capitibus comprehensam totius prolixæ alias fabulæ summam, eo fine, ut si quid alibi reperias a nobis præteritum in primis quinque capitibus quod hic etiam attingatur; discernere possis, utrum id hinc acceptum æstimari non debeat; an vero, ut ex meliori auctore huc translatum, fidem mercatur cum prioribus obtinere. Similiter arbitrio tuo relinquo, velisne pro genuino S. Epiphanii fetu habere cum Bellarmino librum *De vita prophetarum eorumque sepultura*, quamvis ignotum Photio n. 122 et seqq. ejus opera recensenti; an cum novissimo ejus interprete Petavio, ψευδεπίγραφον credere, « propter sexcentas mendaciorum nugas, quibus liber ille refertus est. » Petavio Sirmundus et Labbæus subscripsere, sancti Patris honori faventes; et horum sententiam ex eodem motivo libentius teneo, licet satis intelligam cum Labbæo, esse qui censeant, « non omnia, veteribus Patribus subtrahenda, in quibus Thalmudica commenta et Hebraicæ quædam deuteroses continentur.

58. Sic liber *De Vita et morte justorum*, Baronio in notis ad Romanum Martyrologium 1 Maii et 25 « cujuspiam alterius potius quam S. Isidori esse videtur, eo quod in eo complura reperiantur, Isidoro indigna, coagmentata mendacia: » de eo tamen non sinit nos dubitare S. Braulio in prænotatione librorum ejus: ita ut huic excusando aliud non suppetat, quam cum Labbæo vel agnoscere « ab aliquo interpolatore corruptum, » vel ingenue fateri, quod « nimis credulus, quæ ab aliis scripta reperit, minus discussa, non tam sua quam aliena protulerit fide. » Quandiu tamen alterutrum dicere pro tuendo qui sub Epiphanii nomine controvertitur libro, similis ponderis non cogit auctoritas, bene de illo omnes mereri existimo, qui id quod ejus gravitate indignum esse rationabiliter censent, ab ipso scriptum esse non libenter credunt; male econtra, qui mordicus id sustinere volunt, ut ejus auctoritate, sicut et S. Isidori fulciri videantur, quæ ibi de Eliæ prophetæ natalibus leguntur. Equidem existimo Patres istos, si talia ipsi revera scripserunt, mere interpretum et collectorum fungi officio voluisse, nullum autem iis ex se pondus adderé: an autem revera operæ pretium fuerit Rabbinorum de sanctis veteribus somnia, quibus illi omnes sacræ Scripturæ historias interpolarunt, vel jam olim collecta Græce Latineque reddidisse, vel in illorum libris pluribus dispersa in unum libellum collegisse, prudentiorum esto judicium; curiositati certe et oblectationi nonnihil serviunt ista, neque alicui nocere possunt qui eis fidem non magnam habuerit, intelligens cum Theophilo Raynaudo nostro, de bonis et malis libris n. 352, eorum « multam mendacitatem et fabulositatem, » quodque (ut idem n. 348 notat) « Rabbinis proprium quarto modo est fabulari, et quæ nunquam fuerunt eruntve unquam, tanquam vera proponere, adeo crasse ac stolide, ut ne ingenii quidem mica deprehendatur in comminiscendo dextre et apposite, fingendoque probabiliter et apte ad persuadendum. » Convenit profecto non tam considerare quis quid scripserit, de iis quæ ante longissimas ætates acta feruntur, certis nullis auctorum coævorum monumentis testata; sed quos fuerit duces in scribendo secutus; hi autem, in eo quod tangimus argumento, alii quam Rabbini non fuerunt, iique vero similiter Hierosolymitano excidio posteriores omnes.

59. Cæterum, quia liber vulgatus sub nomine Epiphanii, primum superiori sæculo Latine legi cœpit, merito præsumuntur scriptores Latini præsertim.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ii quos Græcam nescivisse constat, dum aliquid ejusmodi de legis antiquæ prophetis scribendo attigerunt, non illum sub nomine Epiphanii librum, sed alium sub nomine S. Dorothei, Latine duntaxat exstantem, præ oculis habuisse, prout in tractatu de B. Alberto Hierosolymitano ad 8 Aprilis indicavi. Hic autem liber, multo prius et certius, quam alter ille Epiphanio, adjudicatus Dorotheo fuit, statim ac per impressionem factus est magis publici juris : Synopsim intelligo *De vita et morte apostolorum, prophetarum ac discipulorum Domini*, quæ sub Dorothei nomine excusa fuit, tum seorsim tum in Bibliothecis veterum Patrum; hanc enim, ut notavit Labbæus, « jam pridem ut fabulis refertam nulliusque apud doctos auctoritatis, obelo fixerunt Molanus, Baronius, Bellarminus et alii Catholici, quibus heterodoxi subscripserunt : » ut de Theophilo Raynaudo taceam, cujus judicio liber est « infantilis, scatens fabulosis narrationibus. » Quibus cum similes sint in duobus jam supra indicatis opusculis, S. Isidorus quidem sic excusatur, ut tamen melius fuerit proprio honori consulturus, si præcautione saltem aliqua usus indicasset non magnam iis a se fidem haberi; Epiphanius autem nec excusatione quidem eget, quandiu nullo veteri et ineluctabili testimonio probatur, hæc vere illius esse scriptio. Adde quod plures Epiphanii fuerint subsequentibus sæculis, etiam in Cypro episcopo quorum aliqua ut fieri vulgo solet, principaliori hujus nominis scriptori tribui potuerunt, sicut « orationes illæ quæ, Epiphanii nomine fucum jam pridem faciunt, Petavio judice, satis cum stylo ipso tum aliis quibusdam indiciis, alterius vel Epiphanii vel auctoris se esse declarant.

DIONYSII PETAVII

E SOCIETATE JESU

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ IN EPIPHANII OPUS QUOD *PANARIUM* INSCRIBITUR.

Si cum exquisita rerum, quæ in hoc Opere tractantur, varietate ac copia adæquare commentationes nostras instituissem, non brevibus notis et animadversionibus, sed ingentibus libris committenda res fuerat. Quoniam autem neque me commentariorum moles illa delectat, et eruditorum lectorum fastidiis occurrendum potius hoc in genere est quam aliorum tarditati consulendum, nulla est obtinendæ a me ratio prætermissa brevitatis. Ea vero visa est in primis ejusmodi, ut diversas ex veterum exemplarium comparatione, aut ex conjectura lectiones ad oram contextus ascriberem : Tum ut leviora quæque, ac faciliora, vel commode ab aliis explicata, ne attingerem omnino, aut carptim breviterque perstringerem. Quamobrem certa potissimum argumenta delegimus, in quibus elaborandis atque illustrandis plusculum operæ disputationisque consumptum est : quæ nimirum talia esse consideremus, at ad eorum minuendam obscuritatem nonnihil opera nostra posset accedere. Fuerat jamdudum animus, omnium hæreseon quæ in hoc opere commemorantur, τὰ ἱστορούμενα primum, deinde opiniones ac dogmata omnia separato libello persequi, et cum iis quæ Epiphanius perscripsit, quæ ab aliis sunt Patribus exposita, conferre : sed ab eo consilio revocavi ipse me, quod eum mihi laborem jamdudum aliorum industria sublevasset. Etenim præter veteres illos, Irenæum, Augustinum, Philastrium, Damascenum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Hieronymum; ac cæteros, qui aut de hæresibus nominatim scripserunt, aut earum in libris suis utcunque meminerunt, recentiores aliquot eodem in argumento summa cum laude versatos memineram; in primis autem Gabrielem Prateolum, atque illustrissimum magnorum Annalium conditorem. Quorum ille hæreseon omnium luculentissimum catalogum litterato ordine contexuit : hic in Annalibus suo quamque tempore consignatam reliquit; uterque uno in conspectu quæ apud veteres illos dispersa erant ac dissipata proposuit. Hac igitur cura et cogitatione solutus, hunc unum ad scopum commentandi laborem istum conferam, ut qui Latine jam, hoc est minus, ut spero, barbare studio nostro loquitur Epiphanius, idem notis et Animadversionibus qua castigatus, qua illustrior factus, dilucide atque intelligenter id faciat, omni obscuritate detersa.

DE INSCRIPTIONE OPERIS, AC XX PRIORUM HÆRESEON PARTITIONE.

Cum adversus LXXX *hæreses, quæ ad suam ætatem exstiterant, susceptum a se hoc opus profiteatur Epiphanius, duo quædam occurrunt in eo negotio consideranda. Alterum, hæresis nomen latissime in quibus-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dam usurpari; nec ad theologorum normam vocabuli usum istius exigi, a quibus quid proprie sit hæresis, et quantum reliquis ab sectis differat, subtilius atque enucleatius declarari solet. Nam neque priores illæ sectæ, Barbarismus, Scythismus, Judaismus, quatenus Christi ortum antecessit, inter hæreses merito recensentur; neque ullæ proprie sectæ Barbarorum, aut Scytharum fuerunt. Atque, ut diligentius in Hellenismi, Judaismi, ac Samaritismi species inquiratur, pleræque forsitan e numero sectarum, sive hæreseon eximendæ erunt; de qua re sparsim, ac suis locis opportunius agetur. In Hellenismo quidem, cum quatuor tantummodo sectas Epiphanius numeret; infinitæ adjungi aliæ potuerunt; quarum plerasque in calce hujus operis, in fidei Catholicæ Compendio prosecutus est. Alterum hoc in negotio considerandum est; quamvis omnes illæ sectæ inter hæreses haud immerito censeantur, nequaquam tamen Epiphanio octogenarium illum constare numerum. Etenim in partitione ipsa contra dividendi præcepta non mediocriter peccatum est: cum principio quinque ante Christum sectarum fastigia proponuntur; Barbarismus, Scythismus, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus: ac deinde posteriora tria genera in alias species tribuuntur. Et nihilominus genera cum subjectis sibi partibus eumdem in numerum summamque conferuntur. Quod est in divisione sitiosissimum. Neque enim genus πρὸς τὰ εἴδη ἀντιδιαιρεῖται. Ut si anima vitaque præditum corpus primum in animal ac plantam partiare: tum animal in terrestre, aquatile, volatile; plantam in herbam, fruticem et arborem: ac deinde collectis omnibus, octo corporis animati partes esse constituas: nimirum animal, plantam; terrestre animal, aquatile, volatile: herbam, fruticem et arborem. Ita enim inter divisionis partes genera ipsa, quæ dividuntur, perperam referas. Quod in illa hæreseon distributione commisit Epiphanius. Quippe tres illæ, quas dixi, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus cum suis partibus conjunctæ summam conficiunt. Unde subductis recte omnibus, XVII *duntaxat ante Christum, universe vero* LXXVII *hæreses, non* LXXX *numerantur. Præterea* XX *priorum hæreseon alium in* Epistola ad Acacium et Paulum presbyteros, *et in* Anacephalæosi, *quam in ipso decursu operis ordinem instituit. Utrumque nos in sequenti tabula proposuimus.*

	XX Priorum hæreseon ordo in *Anacephal.*		XX Priorum hæreseon ordo ex opere *Panarii.*
	1 Barbarismus		1 Barbarismus
	2 Scythismus		2 Scythismus
	3 Hellenismus		3 Hellenismus
	4 Judaismus		4 Judaismus
	5 Samaritismus		5 Stoici
Hellenismi	6 Pythagorei	Hellenismi	6 Platonici
	7 Platonici		7 Pythagorei
	8 Stoici		8 Epicurei
	9 Epicurei		9 Samaritæ.
	10 Gortheni		10 Esseni
Samaritismi	11 Sebuæi		11 Sebuæi
	12 Esseni		12 Gortheni
	13 Dosithei		13 Dosithei
	14 Scribæ		14 Sadducæi
	15 Pharisæi		15 Scribæ
	16 Sadducæi		16 Pharisæi
Judaismi	17 Hemerobaptistæ	Judaismi	17 Hemerobaptistæ
	18 Ossæi		18 Nazaræi
	19 Nazaræi		19 Osseni
	20 Herodiani		20 Herodiani

In posteriori serie Stoici ante cæteras philosophorum sectas collocantur; aliter atque in priori fecerat, quæ longe ac in parte tolerabilior est. Hinc est, quod Stoicorum secta τρίτη ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ sit inscripta. Nam tertium ab Hellenismo locum habet in serie, ut Platonici quartum, atque ita deinceps; non ut in inscriptione Latina est; tertia Hellenismi secta : *pro quo scribe :* Tertia ab Hellenismo secta.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ACACII ET PAULI

PRESBYTERORUM

EPISTOLA AD EPIPHANIUM.

Epistola anno Diocletiani XCII, *Valentiniani et Valentis* XII, *Gratiani* VIII, *ad Epiphanium Palæstinum Eleutheropolitanum scripta, qui cum olim monasterii, quod in Eleutheropolitano agro situm est, Pater fuisset, hoc tempore Constantiæ, quæ urbs est provinciæ Cypri, episcopus est : ab Acacio et Paulo presbyteris et archimandritis, hoc est monasteriorum præpositis, in regione Carchedonis, et Berææ, Cœles Syriæ : qua postulant, ut adversus hæreses scribat : cum jam a multis insuper rogatus, ut hoc susciperet, atque, ut ita dicam, coactus fuisset.*

A Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος ἔτους δωδεκάτου, καὶ Γρατιανοῦ ἔτους ὀγδόου, πρὸς Ἐπιφάνιον Παλαιστηνὸν Ἐλευθεροπολίτην, γερόμενον Πατέρα μοναστηρίου ἐν τῇ τῆς αὐτῆς Ἐλευθερουπόλεως περιοικίᾳ, ἐπίσκοπον ὄντα νυνὶ πόλεως Κωνστάντειας ἐπαρχίας Κύπρου, παρὰ Ἀκακίου καὶ Παύλου πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιμανδριτῶν, τουτέστι πατέρων μοναστηρίων μερῶν Καρχηδόνος καὶ Βερρόης τῆς κοίλης Συρίας, περὶ τοῦ κατὰ αἱρέσεων πασῶν γράψαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολλῶν προτρεψαμένων, καὶ, ὡς ἐλπεῖν, ἀναγκασάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο ἥκειν.

Domino meo honoratissimo, atque in omnibus religiosissimo Patri Epiphanio episcopo, Acacius et Paulus presbyteri, archimandritæ, in Domino salutem.

B Τῷ κυρίῳ μου καὶ τιμιωτάτῳ κατὰ πάντα εὐλαβεστάτῳ Πατρὶ Ἐπιφανίῳ ἐπισκόπῳ Ἀκάκιος πρεσβύτερος καὶ Παῦλος πρεσβύτερος, ἀρχιμανδρῖται, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Pietatis quidem tuæ, Pater, aspectus ipse satis esse poterat; qui nos spiritalibus sermonibus implevit; ac tam vehemens nobis tui desiderium indidit, postquam tuo semel frui conspectu licuit. Verum quoniam prævia discipuli Christi fama verborum ejus, factorumque fragrantiam ubique prædicat, angit nos, et sollicitat, ut illius nos sermonibus ac sensis explere studeamus. Coram igitur adeuntes par erat, ejus quæ in te, perinde atque in apostolis est, gratiæ communione perfundi. Sed cum iter illud nobis corporis ægritudo, et languor C intercluserit; minime ipsi potuimus ad pedes tuos provoluti spiritales sanctosque sermones ex ore tuo manantes audire, ac discere. Hoc enim persuasum habemus, si quidem essemus digni, venientes ad te, et audientes nos, in eo sanctioris vitæ genere, quod arripuimus, confirmatum iri; dummodo extremum illius ac summum mereamur assequi. Quandoquidem igitur adversa valetudine premimur, pietatem tuam vehementer oramus, ut eorum nobis communionem ne invideas, quæ in te revera sunt a Salvatore collata. Etenim non nos ipsi solum; sed et universi, qui audierunt, novum te apostolum præconemque confitentur a Christo nobis hac ætate productum, velut alterum quemdam Joannem, ut ea præciperes, quæ ab iis servanda sunt, qui sese D in illud curriculum commiserint. Quamobrem cum Marcellus communis nostrum omnium frater tantæ

Ἥκει μὲν ἡ θέα τῆς σῆς θεοσεβείας, Πάτερ, ἐμπλήσασα πνευματικῶν ῥημάτων, καὶ ἐμφυτεύσασα τὸν τοσοῦτον πρὸς ἡμᾶς πόθον, γεγονότα τῆς σῆς αὐτοψίας μεταλαβοῦσιν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρόδρομος ἡμῖν μαθητοῦ τοῦ Σωτῆρος κηρύττει τὴν τῆς εὐκοσμίας τῶν ῥημάτων καὶ πράξεων ὁρμὴν, ἄγχει καὶ λέξεων καὶ νοῦ χορεσθῆναι· ἔδει μὲν αὐτοψίᾳ ἐλθόντας μεταλαβεῖν τῆς ἐκ Θεοῦ δοθείσης σοι χάριτος, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ὁδὸς ἐπεσχέθη ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας τῆς σωματικῆς καὶ ταλαιπωρίας, ὡν ἰσχύσαμεν, αὐτοὶ γενόμενοι πρὸς τοὺς πόδας σου προκαλινδούμενοι, ἀκοῦσαί τε καὶ μαθεῖν τὰ ἐκπορευόμενα πνευματικὰ ἅγια ῥήματα ἐκ τοῦ σοῦ στόματος. Πιστεύομεν γὰρ, ὅτι, εἰ ἦμεν ἄξιοι, ἀνελθόντες τε καὶ ἀκούσαντες, ἐστηριζόμεθα τὴν πολιτείαν, ἣν προβεβλήμεθα, εἰ ἐσμεν ἄξιοι τὸ τέρμα ταύτης καταλαβεῖν. Τῆς οὖν ἀῤῥωστίας καταλαβούσης θεόμεθα τῆς τοσαύτης σου θεοσεβείας, μὴ φθονήσῃς μεταδοῦναι ἀπὸ τῶν δεδωρημένων σοι ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος. Ὁμολογοῦμεν γὰρ οὐ μόνοι ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἀκούοντες, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γενεᾷ νέον σε ἀπόστολον ἤγειρεν ἡμῖν καὶ κήρυκα ὁ Χριστὸς, Ἰωάννην νέον, καὶ κηρύσσειν τὰ ὀφειλόμενα φυλάσσεσθαι ὑπὸ τῶν τὸν δρόμον τοῦτον προβαλλομένων. Τοῦ οὖν κοινοῦ ἀδελφοῦ Μαρκέλλου ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ φήμῃ ἀγχομένου, καὶ ἐλκομένου τῇ προθήσει τῆς σῆς θεοσεβείας, ὄντος τε καὶ τῆς ἡμετέρας μάνδρας, αὐτόν τε ὑπηρέτην ἐσχηκότες τῆς τοσαύ-

Digitized by Google Распознавание текста

της ὁδοῦ, καὶ νεοκατηχήτου ὄντος, ἐπετρέψαμεν τὴν τοσαύτην ἡμῶν τόλμαν τῶν ἁμαρτωλῶν πρὸς τὸν μαθητήν σε τοῦ Σωτῆρος. Ὃ δὲ ἀξιοῦμεν τῶν ῥηθέντων σοι πρός τινας ἀδελφούς, εἰς παιδείαν δωρήσασθαι ὅπερ σοὶ μὲν τῷ δικαίῳ ἀβαρὲς, ἡμῖν δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς μεταλαβοῦσιν εὐφρανθῆναι ἐν Κυρίῳ. Ἐμπλησθέντες γάρ σου τῶν πνευματικῶν ῥημάτων, ἐπικουφιζόμεθα τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν. Ἠκούσαμεν δὲ ἐπικληθέντα ὀνόματα ὑπὸ τῆς σῆς τιμιότητος ταῖς αἱρέσεσιν, ὧν ἑκάστης θρησκείας ἀξιοῦμεν τὴν σὴν θεοσέβειαν διαῤῥῆδην ἡμῖν δηλῶσαι τὴν αἵρεσιν. Ἴση γὰρ ἁπάντων ἡ δωρεά. Καὶ σὲ ἀξιοῦμεν εὐχὴν ποιήσασθαι, σὲ τὸν δίκαιον τῷ Κυρίῳ, ὑπὲρ πάντων τῶν σε ποθούντων, καὶ ἐκδεχομένων τὴν παρὰ σοῦ δωρεάν. Ἐν νηστείᾳ καὶ εὐχῇ ἐσμεν τὸν κοινὸν ἡμῶν ἀδελφὸν, δεχθέντα ὑπὸ τῆς σῆς τιμιότητος ἀσμένως, καὶ κομίσαι τὴν ὑπὸ σοῦ δεδωρημένην δωρεὰν, καὶ οὕτως ἀναπέμψαι τὰς ἐξ ἔθους εὐχὰς Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Πάντες ἐλπίζουσιν οἱ ἀδελφοὶ τῇ ὑπὸ σοῦ εὐχῇ ὑπὲρ αὐτῶν γιγνομένῃ στηριχθῆναι. Παρακαλοῦμεν μὴ ὀκνῆσαι μεταδοῦναι χάριν θεῖκὴν ἐσχηκότα ἀποστόλων. Πάντες οἱ μικροὶ ἐν ταῖς μάνδραις ὄντες εὐχὴν τῷ κρείττονι ἀναπέμπουσι μεταλαβεῖν ἀπὸ τῆς σῆς θεοσεβείας πνευματικὴν δωρεάν. Ἐῤῥωμένος ἐν Κυρίῳ, καὶ εὔθυμος ἐν Χριστῷ διατελοίης, καὶ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τὸν δοθέντα σοι θρόνον, καὶ τὴν θεῖκὴν δωρεὰν (1), μέχρι τοῦ σὲ ἐκδεχομένου στεφάνου.

famæ magnitudine stimulatus, ad te pietatis tuæ desiderio traheretur, idemque monasterio nostro esset ascriptus; hominem nacti, qui longinquitate tanta itineris nostra vice fungeretur, rudem adhuc et tironem; huic ipsi peccatorum; omnium videlicet nostrum, postulationem ad te Christi discipulum perferendam; paulo eam quidem audaciorem, mandavimus. Petitionis porro nostræ summa hæc est, ut quæ nonnullis fratribus dixisti, ea ad nostram institutionem impertiri non graveris. Quod ut tibi homini justo molestum non erit: ita nobis peccatoribus, si impetrare potuerimus, ingentem in Domino lætitiam ac voluptatem afferet. Cum enim spiritalibus tuis sermonibus satiamur, iniquitatum nostrarum onere sublevamur. Ac nomina quidem ipsa, quæ a te sunt hæresibus imposita jam audivimus. Nunc uniuscujusque sectæ dogma perspicue declarari a tua pietate cupimus. Hoc enim commune ex æquo donum est omnibus futurum. Tum illud enixe rogamus, ut pro universis, qui tui desiderio tenentur, quique illud a te munus exspectant, tu, qui justus es, Dominum preceris. Interim nos in jejunio et oratione ad illud obtinendum persistimus, ut frater ille noster benigne a te susceptus, acceptum illud munus ad nos reportet: atque ita Deo Patri, Filio ac Spiritui sancto solitas preces offeramus. Omnes nostri fratres valde confidunt, fusis a te pro ipsis precibus sese magnopere confirmatum iri. Oramus te, ut qui divinam apostolorum gratiam consecutus es, quod petimus ne tribuere cuncteris. Pusilli omnes, qui in monasteriis degunt, Deum precantur, ut a te spiritale donum illud obtineant. Valere te in Domino, ac lætum assidue degere optamus plurimum: et commissum tibi thronum, in Spiritu sancto, divinumque tueri munus, donec eam, quæ te manet, coronam in cœlo consequaris.

(1) Deest verbum quod Latino *tueri* respondeat.

RESCRIPTUM EPIPHANII.

Ἡ ἀντιγραφεῖσα πρὸς τοὺς περὶ Ἀκακίον καὶ Παῦλον πρεσβυτέρους ὑπὸ αὐτοῦ Ἐπιφανίου πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν αὐτῷ γραφέντα περὶ τοῦ κατὰ αἱρέσεων γράψαι αὐτόν.

Epiphanii episcopi epistola, quam ad Acacium et Paulum presbyteros ad ea rescripsit, quæ illi de lucubratione illa contra hæreses significaverant.

Κυρίοις τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ συμπρεσβυτέροις Ἀκακίῳ καὶ Παύλῳ Ἐπιφάνιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Προοίμιον, εἴτ' οὖν λαλιὰν ἐπιγραφὴν, ὥσπερ διαγράφοντες παλαιοὶ συγγραφεῖς διὰ τοῦ αἰνίγματος ὑπόφασιν ἐδείκνυον πάσης ὑποκειμένης πραγματείας. Ὅθεν καὶ αὐτοὶ, τῷ αὐτῷ κεχρημένοι χαρακτῆρι, προοιμιαζόμεθα ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, τὰ τῆς κατὰ αἱρέσεων αἰτήσεως ὑμῶν, ἐν ὀλίγῳ τὴν δύναμιν ἀνακεφαλαιούμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλομεν ὑμῖν τά τε ὀνόματα τῶν αἱρέσεων δηλοῦν, τάς τε παρ' αὐτοῖς ἀθεμίτους πράξεις ἀνακαλύπτειν, ὥσπερ ἰοὺς καὶ δηλητήρια ὄντα, σὺν αὐτοῖς δὲ ἅμα καὶ ἀντιδότους ἐφαρμοσάμενοι, ἀλεξητήρια τῶν δεδηγμένων, καὶ προκαταληπτικὰ τῶν μελλόντων εἰς τοῦτο ἐμπίπτειν τοῖς φιλοκάλοις διαγράφομεν· αὐτὸ τοῦτο τὸ [προοίμιον] Πανάριον, εἴτ' οὖν κιβώτιον ἰατρικὸν, καὶ θηριοδηκτικὸν ἑρμηνεύοντες, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἱρέσεις ὀγδοήκοντα, αἵτινές εἰσι θηρίων, εἴτ'

Β'. Ἔστω δὲ ὁ σκοπὸς παντὶ τῷ ἐντυγχάνοντι περὶ παντὸς τοῦ ζητήματος, ὡς τῶν καιρῶν ἐστι καὶ χρόνων τὰ ὑφευρήματα, ὅσα ἠδυνήθη ὁ μικρὸς ἡμῶν νοῦς ἐξασκηθεὶς καταλαβέσθαι. Καὶ οὐ πάντως που ἐπαγγελλόμεθα πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. Ἄφατα γάρ ἐστι καὶ φατὰ (1), ἀμύθητά τε καὶ ἐν ἀριθμῷ μὴ καθιστάμενα, καὶ ὅσον μὲν εἰς ἀνθρώπους ἦκεν ἀνέφικτα, μόνῳ δὲ τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ γινωσκόμενα. Τὸ δὲ ἐπάγγελμα ἔχει περὶ διαφορᾶς δοξῶν τε καὶ γνώσεων, ἐπαγγελμάτων τε πίστεως ἐκ Θεοῦ καὶ ἀπιστίας, αἱρέσεών τε καὶ κακοδόξου γνώμης ἀνθρωπείας ὑπὸ πεπλανημένων ἀνδρῶν ἐν κόσμῳ ἐσπαρμένης, ἐξότε ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς πέπλασται, ἄχρι τοῦ ἡμετέρου χρόνου, τουτέστι βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος (2) ἐνδεκάτου ἔτους, καὶ Γρατιανοῦ. Τῶν δὲ ὑφ' ἡμῶν μελλόντων εἰς γνῶσιν τῶν ἐντυγχανόντων ἥκειν αἱρέσεών τε καὶ τῶν ἀνωτάτω τὰ μὲν ἐκ φιλομαθείας ἴσμεν, τὰ δὲ ἐξ ἀκοῆς κατειλήφαμεν, τοῖς δέ τισιν ἰδίοις ὠσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς παρετύχομεν. Καὶ τῶν μὲν τὰς ῥίζας καὶ τὰ διδάγματα ἐξ ἀκριβοῦς ἐπαγγελίας ἀποδοῦναι πεπιστεύκαμεν, τῶν δὲ μέρος τι τῶν ἀπ' αὐτῆς γινομένων. Ἐξ ὧν τοῦτο μὲν διὰ συνταγμάτων παλαιῶν συγγραφέων, τοῦτο δὲ δι' ἀκοῆς ἀνθρώπων ἀκριβῶς πιστωσαμένων τὴν ἡμῶν ἔννοιαν ἔγνωμεν· τοῦτο δὲ τὸ πᾶν συνηγάγομεν φρόντισμα, οὐ δ' ἑαυτῶν ἐπιβαλλόμενοι, οὐκ ἐπεντριβέντες ἐπαγγελίαις ὑπερβαινούσαις τὴν ἡμῶν βραχυλογίαν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν τοῦτον τὸν λόγον, ὃν συνθεῖναι ηὐδοκήσαμεν Θεοῦ βουλήσει ἐξ ἀνδρῶν φιλοσόφων, ἄλλοθι ἄλλως [b], καὶ ἄλλοτε ἄλλως νυξάντων τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν, καὶ βιασαμένων ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, παρελθεῖν εἰς τοῦτο, ὡς ἡ ὑμῶν τιμιότης γράφουσα διὰ προφητικῶν [c] γραμμάτων ᾔτησεν, ὦ τιμιώτατοί μου ἀδελφοὶ καὶ φιλοκαλότατοι Ἀκάκιε καὶ Παῦλε συμπρεσβύτεροι. Ἐπεὶ οὖν πανταχόθεν οὐκ ἀθεεὶ διασκοπήσαντας (3) ψήφους τῶν αἰτήσεων διὰ τὴν

[a] Jac. III, 15. [b] Forte ἄλλων. [c] L. προσφωνητικῶν.

(1) *Ἄφατα γάρ ἐστι καὶ φατά.* Expungo posteriores hasce voculas, quæ sententiam infuscant, καὶ φατά. Dixit quidem Hesiodus initio *Ἔργων*,

Οὔτε διὰ βροτοῖ ἄνδρες ὁμῶς, ἄφατοί τε φατοί τε,
Ῥητοί τ' ἀῤῥητοί τε·

sed alio sensu, quam ut huic loco congruat. Nam hoc unum Epiphanius significat, se non omnia complecti hoc in opere cupere, cum innumerabilia sint, nec oratione comprehendi possint.

(2) *Τουτέστ βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ.* Est hic annus Christi 374, quo suum opus aggressus est Epiphanius; Gratiano III, et Equitio coss. Valentinianus enim et Valens imperium auspicati sunt anno 364 bisextili; qui Joviani et Varroniani consulatu notatur in Fastis. Ideo annus utriusque XI Christi est 374. Gratiani annos prætermisit, ut opinor, librarius. Quare substituendum est καὶ Γρατιανοῦ ὀγδόου. Gratianus, Lupicino et Jovino coss., ut auctor est Socrates lib. IV, cap. 10, imperator et Augustus a patre renuntiatus est, anno Christi 367. Itaque undecimus Valentiniani et Valentis, est Gratiani octavus: In Manichæorum hæresi LXVI, numero 20, annos Gratiani commemorat. Quem in locum cætera reservamus.

(3) *Οὐκ ἀθεεὶ διασκοπήσαντας.* Hic conjecturæ locus est. Nam de vitio constat. Scribe διασκοπήσας τὰς ψήφους· et εἶσω παρελθεῖν. Vel διεσκόπησα τὰς ψήφους, et retinendum εἰς ὅ. Cum ad susceptum opus aggrediendum consentientia vestrum omnium suffragia viderem.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ὑπερβάλλουσαν τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων ἀγάπην, εἰς ὃ παρελθεῖν κατηξίωμαι, οὐ δι' εὐεπείας λόγων, οὐ στωμύλοις τισὶ φθογγαῖς, ἀλλ' ἁπλῇ τῇ διαλέκτῳ, ἁπλῷ τῷ λόγῳ, ἀκριβείᾳ δὲ τῶν ἐν τῷ λόγῳ δηλουμένων ἄρξομαι τοῦ λέγειν.

numero vos ipsi quoque, Acaci ac Paule venerandi fratres, et honestissimi sacerdotii collegæ, idem a me prophetici litteris postulastis. Igitur quoniam non sine divino Numine, ex immensa Dei servorum charitate tot in unum video collata petitionum suffragia, quod a me tam enixe flagitatum est, nullo neque orationis cultu, neque vocum lenociniis, sed simplicibus verbis, rudique sermone, certissima tamen omnium quæ proponenda sunt fide, initium dicendi faciam.

Γ. Καὶ Νίκανδρος μὲν ὁ συγγραφεὺς θηρῶν τε καὶ ἑρπετῶν ἐποιήσατο τῶν φύσεων τὴν γνῶσιν· ἄλλοι δὲ συγγραφεῖς ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν τὰς ὕλας· ὡς Διοσκουρίδης μὲν ὁ ὑλοτόμος, Πάμφιλός τε (4) καὶ Μιθριδάτης ὁ βασιλεὺς, Καλλισθένης τε καὶ Φίλων, Ἰόλαός τε ὁ Βιθυνὸς, καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντινὸς [7] (5), Κρατεύας ὁ ῥιζοτόμος, Ἀνδρέας τε καὶ Βᾶσσος ὁ Τύλιος (6), Νικήρατος, καὶ Πετρώνιος Νίγερ (7), καὶ Διόδοτος, καὶ ἄλλοι τινές. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἡμεῖς τὰς τῶν αἱρέσεων ῥίζας τε καὶ γνώμας πειρώμενοι ἀποκαλύπτειν, οὐ βλάβης ἕνεκεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ καθάπερ τοῖς προειρημένοις συγγραφεῦσι διὰ σπουδῆς ἐγένετο οὐ τὸ κακὸν σημῆναι, ἀλλὰ πρὸς φόβον καὶ ἀσφάλειαν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, εἰς τὸ γινώσκειν τὰ δεινὰ καὶ ὀλετήρια, καὶ προασφαλίζεσθαι, καὶ διαδιδράσκειν σὺν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, διὰ τοῦ προσέχειν καὶ μὴ συναμιλλᾶσθαι. Τοῖς δὲ καὶ τοιούτοις περιτυχοῦσι, καὶ ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐπιβουλευθεῖσιν, ἢ δι' ἐμφυσήματος, ἢ δήγματος, ἢ θεωρίας, οἱ αὐτοὶ ταῦτα μεριμνήσαντες, καὶ ἀλεξητήρια ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν προετύπωσαν πρὸς ἀθέτησιν τῆς τῶν προειρημένων ἑρπετῶν μοχθηρίας· οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ πόνημα διὰ τῆς τῶν προειρημένων προτροπῆς καὶ ἡμῶν, ποθεινότατοι, εἰς τὸ ἀποκαλύψαι τῶν δεινῶν ἑρπετῶν καὶ θηρίων μορφάς τε ἀναιρὰς καὶ δήγματα ὀλετήρια. Πρὸς ἀντίθεσιν δὲ τούτων, ὅσαπερ δυνάμεθα ἐν συντόμῳ εἴ που ἓν ἢ δύο ῥήματα εἰς τὸ ἀναχρούσασθαι μὲν αὐτῶν τὸν ἰὸν, σῶσαι δὲ τὸν βουλόμενον μετὰ τὸν Κύριον, καὶ κατὰ ἐκουσίαν γνώμην καὶ ἀκουσίαν εἰς τὰ αὐτὰ ἑρπετώδη τῶν αἱρέσεων διδάγματα παραπεπτωκότα ἀντιδότων δίκην παραθησόμεθα.

III. Ac Nicander quidem poeta de serpentium ac reptilium natura disseruit. Alii vero scriptores de radicum herbarumque viribus commentarios ediderunt, ut Dioscorides herbarius, et Pamphilus, ac Mithridates rex, et Callisthenes, ac Philo, necnon et Iolaus Bithynus, et Heraclides Tarentinus, et Cratevas herbarius, et Andreas, ac Bassus Tylius, et Niceratus, ac Petronius Niger, et Diodotus, aliique nonnulli. Quorum exemplo nos hæreseon radices et opiniones patefacere conabimur, non ut fraudi lectoribus ista sint: sed quemadmodum quos proxime commemoravi scriptores, non ut malum indicarent ista tradiderunt, sed ut humanum sibi genus caveret, ac securitati suæ consuleret, dum iis quæ perniciosa ac lethalia forent cognitis, opitulante Deo adversus hæc munire se, ac declinare possent, sibique providerent ipsi, nec cum noxiis iis rebus experiri vellent. Atque ut omnium in gratiam qui in serpentes incurrissent, aut quoquomodo perniciem ab iis contraxissent, sive pestifero quodam afflatu, sive morsu, sive aspectu denique ipso vitiati, iidem illi qui in ejusmodi lucubrationes incubuerant, contra illarum virus quædam ex radicibus atque herbis remedia compararunt: sic nos ejusdem instituti opus istud cum eorum quos ante dixi, tum vestro, fratres charissimi, hortatu suscepimus, ut exitialium serpentum ac bestiarum molestas species ac letiferos morsus explicaremus. In quo quidem hoc una præstabimus, ut adversus illa quidquid in nobis situm erit, paucis, uno scilicet atque altero verbo, velut antidotum opponamus, quo et illorum venena propulsemus, et secundum Deum, quemlibet, qui vel sponte vel invitus in hæretica illa dogmata, velut serpentum virus inciderit, si quidem velit ipse, liberare possimus.

Δ'. Καὶ γὰρ ἀπαρχῆς Ἀδὰμ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πλασθεὶς ἀπὸ γῆς, καὶ λαβὼν τὸ ἐμφύσημα ἐζωογονήθη. Οὐ γὰρ, ὥς τινες οἴονται, ἀπὸ πέμπτης ἤρξατο, καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἐπλάσθη· ἐσφάλται γὰρ ἡ τῶν λεγόντων τοῦτο διάνοια. Ἁπλοῦς [8] τε ἦν καὶ ἄκακος, οὐκ ὀνομά τι κεκτημένος ἕτερον, οὐ δόξης, οὐ γνώμης,

IV. Etenim Adamus initio rerum omnium sexta die de terra formatus, afflatu Dei vitali spiritu perfusus est. Neque enim, ut nonnullis placet, quinta die inchoatus, sexta demum absolutus est: quod qui asserunt, magnopere falluntur. Tum vero simplex atque integer erat, neque altero quopiam nomine,

[7] Vet. Ταραιγινός. [8] *Gr.* ἁπλοῦς οὖν.

(4) *Πάμφιλός τε.* Rei herbariæ scriptores aliquot recenset, quorum plerosque Dioscorides in Præfatione commemorat, et Plin. lib. I. In his Pamphilus ille ipse videtur esse, de quo Suidas; qui inter cætera Georgicorum tres libros edidit, patria Amphipolita, vel Sicyonius, vel Nicopolita. Ex quo nonnulla passim excerpta leguntur in Constantini *Geoponicis*. Meminit et alicubi Photius.

(5) *Καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντινός.* Citatur a Galeno in libris *De compos. medicam. κατὰ τόπους καὶ γένη*, necnon et ab Athenæo lib. III, *Heraclides Tarentinus*. Idem et Andreæ medici meminit.

(6) *Βᾶσσος ὁ Τύλιος.* « Tylus Messeniæ urbs, quam nonnulli Œtylum vocant, » ait Strabo lib. VIII. Sed corrupta hoc loco vox est, legendumque ex Dioscoride Βᾶσσος ὁ Ἰούλιος.

(7) *Καὶ Πετρώνιος Νίγερ.* Dioscorides *Petronius Niger* conjunctim habet. Plinius vero *Petronium Diodotum* copulat, quasi ejusdem sint appellationes ambæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

aut opinione, ac sententia, aut disparis vitæ appellatione censebatur; nec aliud quam Adami vocabulum ei impositum erat, quod *hominem* interpretamur. Ex ipsomet porro similis ei mulier, eodem inquam e corpore, atque ex eodem afflatu procreata; liberi utriusque sexus geniti sunt. Cumque annos vixisset 930 [9], ex hac vita discessit. Adami filius Sethus exstitit, hujus Enos; ac deinceps Cainanus, Malaleelus et Jaredus. Hinc, ut a majoribus accepimus, fraus ac scelus in orbem terrarum grassari cœpit, quod primum ab Adami contumacia natum, inde Caini parricidio corroboratum fuerat. Jaredi vero tempore ac deinceps postea veneficia, malæ artes, petulantia, adulteria, atque improbitas omnis erupit. Necdum tamen diversa ulla erat opinio, neque dogma contrarium, sed una duntaxat lingua, perinde ac genus unum sub idem tempus in terra dissipatum. Post hæc Jaredus Enochum filium habuit, qui Deo gratus fuit; neque inventus est. Hunc enim transtulit Deus, nec mortem obiit. Enochi filius Mathusalas fuit: qui Lamechum genuit; Lamechus Noemum. Sub quo divina tandem justitia eluvione aquarum in mundum immissa, genus animantium omne funditus exstinxit. Unus in arca Noemus Dei jussu servatus est, utpote eidem acceptus, et cum primis apud illum gratiosus: hic inquam, cum tribus liberis, Semo, Chamo, ac Japheto, necnon et uxore tam sua quam filiorum ereptus est; adeo ut octo non amplius capita ab hoc diluvio in arca servata fuerint; itemque ex omni bestiarum et animantium genere, velut pecudum, et aliorum ejusmodi, ad restituenda postmodum in integrum omnia, ex nonnullis duo, ex eliis septena liberata sint. Hoc modo decima transacta generatio est annb ab orbe condito 2262. Inde cessante diluvio penes Noemum cum familia sua resederunt generis humani reliquiæ [10]: cum nulla adhuc esset dogmatum varietas, nec ulla gens ab alia discreparet, nullum hæresis nomen, idololatria nulla uspiam esset. Et quoniam suo quisque arbitrio vitam instituebat (neque enim una lex omnibus adhuc præscripta fuerat, sed unusquisque legis sibi vicem præstabat, atque ex voluntate sua degebat; pro eo ac barbarismi, aliorumque ejusmodi

A οὐ βίου διακρίσεως ἐπίκλησιν κεκτημένος, ἢ Ἀδὰμ μόνον κληθείς, τὸ ἑρμηνευόμενον *ἄνθρωπος*. Τούτῳ πλάσσεται ἐξ αὐτοῦ ὁμοία αὐτῷ γυνή, ἐκ τοῦ αὐτοῦ σώματος, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐμφυσήματος. Παῖδες δὲ γεννῶνται τούτῳ ἄρρενές τε καὶ θήλειαι. Καὶ βιώσας ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, τὸ χρέων ἀπέδωκε. Τούτου παῖς Σήθ. Υἱὸς δὲ τούτου Ἐνώς· καὶ κατὰ διαδοχὴν Καϊνὰν, Μαλαλεὴλ, Ἰάρεδ. Ὡς δὲ ἡ παράδοσις ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα, ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ κακομηχανία ἐν κόσμῳ γίνεσθαι, καὶ ἀπ' ἀρχῆς μὲν διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς, ἔπειτα δὲ διὰ τῆς τοῦ Κάϊν ἀδελφοκτονίας. Νῦν δὲ ἐν χρόνοις τοῦ Ἰάρεδ καὶ ἐπέκεινα φαρμακεία καὶ μαγεία, ἀσέλγεια, μοιχεία τε καὶ ἀδικία. Οὐ γνώμη τις ἑτέρα, οὐ δόξα μετηλλαγμένη, ἀλλὰ μία γλῶσσα καὶ γένος ἓν ἐπὶ γῆς κατ' ἐκεῖνο καιρῷ B ἐσπαρμένον. Τούτῳ δὲ τῷ Ἰάρεδ γίνεται παῖς τοὔνομα Ἐνὼχ, ὃς εὐηρέστησε τῷ Θεῷ, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Μετέθηκε γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ εἶδε θάνατον. Ἐνὼχ δὲ γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα, Μαθουσάλα τὸν Λάμεχ, Λάμεχ τὸν Νῶε. Καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία κατακλυσμὸν ὕδατος ἐπενέγκασα τῇ οἰκουμένῃ, πᾶσαν σάρκα ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ἄλλων ἐξήλειψεν. Ἐφύλαξέ τε ἐν λάρνακι διὰ προστάγματος τὸν Νῶε, εὐαρεστήσαντα ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ εὑρόντα χάριν· αὐτὸν δὲ τὸν προδεδηλωμένον Νῶε, καὶ τοὺς τρεῖς υἱοὺς αὐτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, τήν τε ἰδίαν σύζυγον, καὶ τῶν τριῶν υἱῶν τὰς τρεῖς γυναῖκας· ὥστε ἀνθρώπων ψυχὰς ὀκτὼ ἐν τῇ τότε λάρνακι διασώσασθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ κα- C τακλυσμοῦ, καὶ ἀπὸ παντὸς γένους θηρῶν τε καὶ ζώων, κτηνῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ γῆς, πρὸς σύστασιν πάλιν τῆς ἐν κόσμῳ πάντων ὑποστάσεως, ἀπό τινων μὲν δύο δύο, ἀπὸ δὲ ἄλλων ἑπτὰ ἑπτά. Καὶ οὕτω παρῆλθε δεκάτη γενεὰ δι' ἐτῶν δισχιλίων (8) διακοσίων ἑξηκονταδύο. Καὶ ὁ κατακλυσμὸς πέπαυται, καὶ Νῶε, καὶ ὁ αὐτοῦ οἶκος λείψανον τῷ κόσμῳ γεγέννηται. Οὕπω δὲ ἑτεροδοξία, οὐκ ἔθνος τι διαφερόμενον, οὐκ ὄνομα αἱρέσεως, ἀλλ' οὐδὲ εἰδωλολατρεία. Ἐπειδὴ δὲ ἕκαστος ἀνθρώπων ἰδίᾳ γνώμῃ ἐστοίχει (νόμος γὰρ εἷς οὐδαμοῦ ἐτύγχανεν· ἕκαστος γὰρ ἑαυτῷ νόμος ἐγίνετο, καὶ τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ ἐστοίχει, καθὼς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἡ χρῆσις οὐ μόνον βαρβαρισμοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων. Φησὶ γάρ· *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης*, οὐχ

[9] Gen. v, 3. [10] Gen. viii, 1 sqq.

(8) *Δι' ἐτῶν δισχιλίων.* Non igitur vulgatam in nostris editionibus LXX Seniorum rationem secutus est, annorum 1242, sed castigatam, ac germanam, quæ ad priorem annos addit 20. Magna jam tum olim Græcorum exemplarium non cum Hebræis Latinisque modo, sed secum etiam discordia fuit. De priori disserit Augustinus lib. *De civit. Dei* xv, cap. 13; Hieron. *Quæst. Hebr.*, aliique, maxime recentiores. De posteriori vide Eusebii *Excerpta chronologica;* ubi varie annorum summa concipitur. Ac propter immanem absurditatem, quæ ex Mathusalem annis oritur, animus est ad numerorum emendationem adjectus. Nam si LXX Interpretum communem editionem sequare, quæ annos Mathusalemo ante genitum Lamechum arrogat 167, D Lamecho vero 188, confient, additis Noemi sexcentis, anni ante diluvium 955. Vixit autem Mathusalem in totum annos 969. Igitur 14 annis post diluvium superfuit; quod est ineptum. Quare Africanus Mathusalem annos ante Lamechum susceptum tribuit 185, qui ad Lamechi Noemique totidem, quot proxime numeravimus, adjuncti summam conficiunt annorum 972. Itaque tribus, quatuorve annis diluvium mors illius antecessit. At vero idem Africanus ab orbe condito ad diluvium annos colligit 2267. Quippe Enos 195 confert, cum LXX duntaxat 190 numerent. Subtractis quinque illis superfluis, crediderim in reliquis Epiphanium Africani, sive LXX, apud Africanum Interpretum calculum secutum, annos computasse 2262.

Digitized by Google Распознавание текста

Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος), βαρβαρισμὸς τότε ἐκαλεῖτο ἐν ταῖς δέκα γενεαῖς τοῦ χρόνου τὸ ἐπώνυμον. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ (9), ἀνὰ μέσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυέων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ, ἐκεῖσε πρῶτον κατοίκησις γίνεται μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ἀνθρώπων. Κἀκεῖ φυτεύει ἀμπελῶνα Νῶε ὁ προφήτης, οἰκιστής τε γίνεται τοῦ τόπου. Γίνονται δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶν (οὐ γὰρ ἔτι αὐτὸν ἐμφαίνει [10] γεγεννηκέναι) παῖδες καὶ παίδων παῖδες, ἕως πέμπτης γενεᾶς ἐτῶν ἑξακοσίων πεντηκονταεννέα, πάρεξ τοῦ Σήμ. Κατ' ἀκολουθίαν δὲ τοῦ λόγου, ἔξειμι [11] τὴν γενεαλογίαν τοῦ ἑνὸς υἱοῦ. Σὴμ τοίνυν γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ, Ἀρφαξὰδ τὸν Κηνᾶ, Κηνᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, εὐλαβῆ καὶ θεοσεβῆ· Ἔβερ τὸν Φαλέκ.

A appellationibus usus est Apostolus cum ita loquitur : *In Christo Jesu neque barbarus, neque Scytha, neque Græcus, neque Judæus est* [12]), illorum temporum status, qui sub decem generationibus fuit, barbarismi voce cognominatus est. Post diluvium cum in Ararati montibus, Armeniam inter et Cardyeos in Lubare colle Noemi arca constitisset [13], illic prima hominum secundum diluvium habitatio fuit. Ibidemque Noemus propheta vitem consevit, ac domicilium constituit. Cujus liberis (hunc enim ipsum generare desiisse sacræ Litteræ significant) filii ac nepotes ad quintam usque generationem nati sunt, ad annos scilicet 669, præter Semum. Cujus unius prolem deinceps commemorabimus. Igitur Semus Arphaxadum genuit; iste Cainam, B Cainas Salam; Salas Eberum, pium virum ac Dei cultorem; hic Phalerum.

Ε'. Καὶ οὐδὲν ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐχ αἵρεσις, οὐ γνώμη ἑτέρα καὶ ἑτέρα, ἀλλ' ἢ μόνον ἄνθρωποι ἐκαλοῦντο, ἑνὸς χείλους καὶ μιᾶς γλώττης. Ἦν δὲ μόνον ἀσέβεια καὶ εὐσέβεια ὁ κατὰ φύσιν νόμος, καὶ ἡ κατὰ φύσιν ἑνὸς ἑκάστου προαίρεσις τοῦ θελήματος, καὶ οὐκ ἀπὸ διδασκαλίας, οὔτε ἀπὸ συγγραμμάτων συγγραφέων πλάνη· οὐκ Ἰουδαϊσμὸς, οὐχ αἵρεσίς τις ἑτέρα, ἀλλ', ὡς εἰπεῖν, ἡ νῦν πίστις ἐμπολιτευομένη ἐν τῇ ἄρτι ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀπ' ἀρχῆς οὖσα, καὶ ὕστερον πάλιν ἀποκαλυφθεῖσα. Τῷ γὰρ βουλομένῳ φιλαλήθως ἰδεῖν ἀρχὴ πάντων ἐστὶν ἡ καθολικὴ καὶ ἁγία Ἐκκλησία ἐξ αὐτοῦ τοῦ σκοποῦ. Ἀδὰμ γὰρ πρωτόπλαστος πέπλασται, οὐκ ἐμπερίτομος, ἀλλ' ἀκροβύστης μὲν τῇ σαρκὶ· οὐκ εἰδωλολάτρης δὲ ἦν· καὶ ᾔδει Πατέρα Θεὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· προφήτης γὰρ ἦν. Οὐκ ἔχων τοίνυν περιτομὴν, οὐκ ἦν Ἰουδαῖος· ξόανα δὲ μὴ προσκυνῶν ἢ ἄλλο τι, οὐκ ἦν εἰδωλολάτρης. Προφήτης γὰρ ὁ Ἀδὰμ, καὶ ᾔδει, ὅτι ὁ Πατὴρ εἶπε τῷ Υἱῷ· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον.* Τί οὖν ἦν μήτε περιτομὴν ἔχων, μήτε εἴδωλα σέβων, ἀλλὰ τοῦ Χριστιανισμοῦ τὸν χαρακτῆρα ὑποφαίνων; Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῦ Σὴθ, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐνὼς, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐνὼχ, καὶ ἐπὶ τοῦ Μαθουσάλα, καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἔβερ, ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ διαληπτέον. Ἐνήργει δὲ τότε εὐσέβειά τε καὶ ἀσέβεια, πίστις καὶ ἀπιστία· πίστις μὲν ἐπέχουσα τοῦ Χριστιανισμοῦ τὴν εἰκόνα, ἀπιστία δὲ ἐπέχουσα ἀσεβείας τὸν χαρακτῆρα καὶ παρανομίας, ἐναντία τοῦ κατὰ φύσιν νόμου, ἕως τούτου τοῦ προδεδη-

V. Nulla per id tempus in terris hæresis; opinionum nulla dissensio; cum universi sola hominis appellatione censerentur; labio uno, unaque lingua prædíti. Pietas porro atque impietas sola erat naturæ lege, aut uniuscujusque ad naturam accommodata voluntate definita, necdum error emerserat, sive disciplina comparatus, sive monimentis scriptorum traditus. Neque igitur Judaismus, neque alia ulla secta prodierat : sed, ut ita dicam, illa eadem obtinebat, quæ hodie **6** in sancta Dei Ecclesia ac catholica perseverat fides, quæ cum ab ipsis rerum primordiis viguisset, rursus est postea patefacta. Etenim si quis ista solo veritatis studio C impulsus velit expendere, non dubitabit sanctam atque catholicam Ecclesiam primam omnium exstitisse, dummodo scopum ipsum consideret. Adam enim hominum princeps a Deo conditus, non circumcisus, sed præputio prædítus fuit. Neque tamen idola propterea coluit, et Deum Patrem cum Filio, ac Spiritu sancto utpote propheta cognovit. Quamobrem quod circumcisione caruit, Judæus esse non potuit : idololatra vero minime fuit, cum neque simulacra, neque alia id genus adoraret. Fuit enim ille propheta, et hoc Filio a Patre dictum esse sciebat, *Faciamus hominem* [14]. Quidnam igitur erat? Omnino neque circumcisus, neque idolis addictus Christianæ religionis imaginem referebat. Par idemque de Abelo, Setho, Enos, Enoch, Mathusala, Noemo, Hebere, ad Abraham usque, judicium esse

[11] Forte διέξειμι. [12] Coloss. III, 11. [13] Gen. VIII, 4 sqq. [14] Gen. I, 26.

(9) *Ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραράτ.* Chaldæus Cordu, id est Γορδιαῖος. Josephus, lib. I, cap. 4 : Ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι. Mox Berosum Chaldæum citat : Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι. Item ex Nicolao Damasceno : Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι. Franciscus Junius pro Βάρις, rescribendum existimat Λούβαρις : a quo non abhorreo. Sed idem solemnia delirat, cum Lubar Armenio, et Ægyptiaco sermone dicit idem esse atque ἀποβατικόν, sive ἀποβατήριον, id est, locum editissimum, ex quo descensus patet, a verbo *labar*, descendere. Unde et labarum, et labra apud D Epiphanium in *Ariomanitis*. Sed de labra cæterisque nugis dicemus ad illum Epiphanii locum. Quod quidem ad præsens negotium attinet, ἀποβατήριον Josepho nuncupatur locus ille, in quo Noemus τὴν ἀπόβασιν, hoc est exscensionem ex arca fecit; sive quod ibidem τὰ ἀποβατήρια sacra persolvit. Hæc enim vis est horum vocabulorum, ἀποβατήρια, διαβατήρια, et cæterorum. Valde igitur aberrat Junius, cum ἀποβατήριον interpretatur *arduum* et *excelsum*, ex quo descendere oporteat : quod a Græcæ vocis usu alienum et absonum est.

(10) *Οὐ γὰρ ἔτι αὐτὸν ἐμφαίνει.* Putidissimi Judæi Noemum a Chamo exsectum nugantur : ut inter alios R. Selomo, qui et alia quædam adjicit nefanda et ἄῤῥητα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR



Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὰ πρόσω τῆς ἀνατολῆς κεχω- A illorum linguis septuaginta duas ex una fecit, pro
Ἕτεροι δὲ τὴν Λιβύην κατειλήφασιν, ὡς hominum numero, qui illo tempore repertus est.
τούτων τὴν ἀκρίβειαν εἴ τις ἐθέλοι καταλα- Unde et Meropes 7 a vocis divisione nuncupati.
ροι δ' ἂν ἕκαστον τῶν προσκεχωρηκότων Turris ipsa denique ventorum impetu disjecta. Se-
τὴν τινὰ πατρίδα πῶς εἴληχε τὸν κλῆρον. cundum hæc illi per universum orbem dextra ac
πρὲμ μὲν διαδέχεται τὸν τῆς Αἰγύπτου κλῆ- sinistra dispersi, alii eo rediere unde discesserant,
δὲ τὴν Αἰθίοπα [17]· Ψοῦς τὰ Ἀξιωματικὰ (15) alii longius ad Orientem progressi sunt. In Africam
ἐγμᾶ καὶ Σαβᾶ, καθὰ (16) καὶ Θωῦδὴν καὶ nonnulli pervenerunt. Quod si quis ista diligentius
ἀ πρὸς τῇ Γαράμων χώρᾳ (17). indagare voluerit, quo illorum quisque sit profe-

mve sortito ex omnibus regionem occuparit, facile deprehendet. Ita Mistrem in Ægypti pos-
n invadit, Chus Æthiopiam obtinet: Psus Axumiticum tractum: Rhegma, Sabacatha, Thoudim
Saramorum in regione constiterunt.

αἱ ἵνα μὴ εἰς πολὺ πλάτος ποιήσωμαι τὴν VI. Verum ne diutius quam necesse sit in hujus
σύνταξιν τοῦ προοιμίου, ἐλεύσομαι πάλιν operis præfatione commoremur, nostrum nos ad
προκείμενον, καὶ κατὰ τὴν διαδοχὴν αὖθις B institutum referemus, atque inchoatam originum
μαι τῆς ἀκολουθίας. Μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἔβερ successionem denuo pertexemus. Igitur inter He-
Φαλὲκ καὶ τῆς πυργοποιίας, καὶ τῆς πρώτης beris ac Phaleci tempora, cum et ædificata turris,
μετὰ τὸν κατακλυσμὸν κτισθείσης, ὑπ' αὐτῇ et prima omnium urbs post diluvium esset exci-
ομῇ ἀρχὴ λοιπὸν συμβουλίας ἀθροισμοῦ καὶ tata, in ipsa operis exstructione prima hominum
ος γίνεται Νεβρώθ. Νεβρὼθ γὰρ βασι- coitio ac tyrannicus dominatus auctore Nembroth
8) υἱὸς τοῦ Χοῦς τοῦ Αἰθίοπος, ἐξ οὗ Ἀσσοὺρ constitutus est. Primus iste regnum obtinuit, Chusi
ται. Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρὲχ (19) γεγέν- Æthiopis filius, ex quo natus Assur: qui Orechi,
καὶ ἐν Ἀρφὰλ καὶ Χαλάννῃ. Κτίζει δὲ καὶ τὴν Arphale, et Chalanne regnum exercuit. Quin et
(20), καὶ τὴν Θόβελ, καὶ Λόβον ἐν τῇ Ἀσσυ- Thiras urbem condidit, et Thobelem, et Lobum in
ὺρᾳ. Τοῦτόν φασι παῖδες Ἑλλήνων εἶναι τὸν Assyria. Græci Zoroastrem hunc fuisse memorant;
στρην, ὃς, πρόσω χωρήσας ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ qui Orientis interiora penetrans Bactrorum oppi-
οἰκιστὴς γίνεται Βάκτρων. Ἐντεῦθεν τὰ κατὰ dum erexit. Indeque omnia, quæ in orbem invecta
ν παράνομα διανενέμηται. Ἐφευρέτης γὰρ οὗ- sunt scelera, propagata dicuntur. Siquidem malæ
γένηται κακῆς διδαχῆς ἀστρολογίας καὶ μα- artes, astrologia videlicet ac magia, auctore illo re-
ῶς τινές φασι περὶ τούτου τοῦ Ζωροάστρου. C pertæ sunt; id quod Zoroastri a nonnullis tribuitur,
ὡς ἡ ἀκρίβεια περιέχει, τοῦ Νεβρὼθ τοῦ γίγαν- revera ad Nembroth gigantis tempora pertinere
τος ἦν ὁ χρόνος. Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ putandum est. Quanquam inter utrumque non mul-
χασιν (21) ἄμφω, ὅ τε Νεβρὼθ καὶ ὁ Ζωροά- tum temporis interjectum est. Sed iis omissis Pha-

Γρ. Αἰθιοπίαν.

5) *Ψοῦς τὰ Ἀξιωματικά.* Mendose pro Ἀξου-
κά, ut est in Sethianorum hæresi: nec minus
ndandum Ψούς pro quo Φούθ legendum. Sive
st IV Reg. xv, 19, פּוּל Φούλ. De Axumitis alius
dicendi locus.

6) *Ῥεγμᾶ, καὶ Σαβᾶ, καθά.* Corr. Σαβαθακά· inter filios Chus recensetur. Pro Ἑλούδ, fortasse Δούδ. Quippe Λουδιεὶμ inter filios Mestraim numetur.

17) *Τὰ πρὸς τῇ Γαράμων χώρᾳ.* An Ἀράβων, potius Γαραμάντων? Nam hæc vicina sunt no- D
ma. Est qui Regamam Ptolemæi, quæ est in
abia Felice ad Regma transferat: de qua Ezech.
רכלי שבא ורעמה : xxvii, 22

(18) *Νεβρὼθ γὰρ βασιλεύει.* Quem plerique om-
es chronologi, imo et antiqui Patres, Belum fuisse
ensent, Babylonis conditorem. Hujus filium Assur
piphanius facit: quem quidem Ninum fuisse par
st, si Nembroth idem cum Belo fuerit. Et eadem
trobique colligendi ratio; nam Belus Babylonem
xstruxit, et Ninus Ninivem. Atqui priorem a Nem-
roth, posteriorem ab Assur civitatem conditam
loyses affirmat. Verum Assur Gen. x, 11, gentis
omen esse, non viri proprium existimant alii;
quibus libenter subscripserim. Sed hæc annalium
ac chronologiarum paginas implent, nec sunt plu-
ribus hoc loco disceptanda.

(19) *Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρέχ.* Pro Ἀρφάλ, LXX Ἀρχάδ, Hebræi אכד.

(20) *Κτίζει δὲ καὶ τὴν Θειράς.* Nescio unde hæ expiscatus sit, quæ in Geneseos x illo capite non leguntur. Ubi hoc duntaxat habetur: Principium regni Nembroth fuisse Babylonem, καὶ Ὀρὲχ, καὶ Ἀρχὰδ, καὶ Χαλάννῃ in terra Sennaar. Unde Assur egressus ᾠκοδόμησε τὴν Νινευΐ, καὶ τὴν Ῥωβὼθ πόλιν, καὶ τὴν Χαλάκ. Pro Ῥωβὼθ πόλιν, Hebraice scriptum est רחבת עיר, quod Hieronymus vertit, *plateas civitatis*, et pro appellativo habuit, quod Græci proprium fecerant. Intelligit autem urbis Ninives plateas, quas Ninus exstruxerit. De Epiphanio quid dicam, aliud occurrit nihil, nisi voces istas, Θειράς et Θόβελ alienum in locum translatas esse. Nam Thiras et Thubal inter Japhethi posteros numerantur com. 2, *Thubal, et Mosoch, et Thiras.* Fortassis enim cum Regma, Sabatacha, cæterisque, quosdam alios recensuit Epiphanius, et inter illos Thubal et Thiras. Nisi hæc conjectura placeat, pro Θειράς et Θόβελ, ac Λόβος, propria urbium illarum nomina substituenda sunt, quas Assur ædificavit. Certe in Λόβος vestigium quoddam appareret vocabuli Ῥωβώθ, et in Thiras vocis עיר, quæ civitatem significat. Unde ita depravari vox ista potuit Ῥωβωθίρα.

(21) *Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασιν.* Bactrianorum rex ille, quocum Ninus conflixit, Oxyartes a Diodoro vocatur; a Justino, Arnobio ac cæteris, Zoroastres. Neque dissentit Plinius, ut Scaligero videtur. Neque enim dubitat ille, situe Magus idem cum rege Bactriano: sed utrum unus hic fuerit; an et alius postea: quod Salianus noster

Digitized by Google Распознавание текста

debet. Tum enim religio perinde atque impietas, fides item et infidelitas hominum genus occupabat. Quarum fides Christianæ sectæ speciem adumbrabat; infidelitas impietatis ac sceleris erat notis insignita, eademque naturæ lege dissidebat. Atque hic rerum status ad illud usque tempus, quod modo significavimus, deinceps perductus est. Cæterum quinta post diluvium ætate, cum a tribus Noemi filiis propagari genus hominum cœpisset, continuata sobolis successione, duo ac septuaginta numero velut principes ac stirpis capita prodierunt. Ii cum longius processissent, et a monte Lubar, Armeniæque finibus, hoc est regione Ararat, ulteriora peragrassent, Senaaris in campum delati sunt [18], quem locum sibi ipsi delegerunt. Cæterum Sennaar hodie in Persarum regione sita est, quam olim Assyrii tenuerant. Igitur cum in eo loco consilium habuissent, de turri urbeque illic exstruenda inter se statuunt. Qui omnes quod ab Europæ propinquo tractu in Asiæ interiora penetrassent, insequenti tempore Scytharum cognomen adepti sunt. Ergo illi turrim et Babylonem ædificant. Sed divino Numini de insana illa molitione displicuit. Ideoque dissipatis

A λωμένου χρόνου. Πέμπτῃ τοίνυν γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πληθυνόντων ἄρτι τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε κατὰ διαδοχὴν [16] τῶν παίδων, παῖδες ἐγεγόνασιν [16*] ἑβδομηκονταδύο τὸν ἀριθμὸν, ἐν κόσμῳ ἀρχηγέται καὶ κεφαλαιῶται. Ἐπεκτεινόμενοι δὲ καὶ πρόσω βαίνοντες ἀπὸ τοῦ Λουβὰρ ὄρους καὶ ὁρίων τῆς Ἀρμενίας, τουτέστιν Ἀραρὰτ τῆς χώρας, γίνονται ἐν πεδίῳ Σεναὰρ, ἔνθα που ἐπελέξαντο (11). Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Σεναὰρ νυνὶ ἐν χώρᾳ τῇ Περσικῇ. Ἦν δὲ τοῦτο πάλαι Ἀσσυρίων (12). Ἐκεῖσε τοίνυν συνδοιάσαντες, συμβούλιον λαμβάνουσι μετ' ἀλλήλων πύργον καὶ πόλιν οἰκοδομῆσαι. Ἀπὸ δὲ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν κεκλικότες, ἐπωνομάσθησαν πάντες (13) κατὰ τὴν χρόνου ἐπίκλησιν Σκύθαι. Κτίζουσι δὲ τὴν πυργοποιΐαν, καὶ
B οἰκοδομοῦσι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ἔργῳ τῆς αὐτῶν ἀνοίας. Διεσκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομηκονταδύο (14) διένειμε κατὰ τῶν τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν εὑρεθέντα. Ὅθεν καὶ Μέροπες οὗτοι κέκληνται, διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. Καὶ τὸν πύργον ἀνέμων βολὴ κατέστρεψεν. Ἐμερίσθησαν γοῦν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν δεξιά τε καὶ εὐώνυμα, οἱ μὲν παλίνορσοι ὅθεν ἐκβε-

[18] Gen. xi, 2 sqq. [16] Reg. διαδοχὴν παίδων παῖδες. [16*] Sic pro γεγόνασιν. EDIT. PATROL.

(11) *Ἔνθα που ἐπελέξαντο.* Fortasse τόπον ἐπελέξαντο.

(12) *Ἦν δὲ τοῦτο πάλαι Ἀσσυρίων.* Ager Sennaar, et Babylon ipsa primum, inquit, ad Assyrios pertinuit. Respexit autem ad id, quod Gen. x, 11, legitur: *De terra illa (Sennaar) egressus est Assur,* C *et ædificavit Ninivem, et plateas civitatis, et Chale.* Verum Assur quidam proprium esse nomen existimant, ut R. Selomo, qui se ab impiorum consuetudine, ac convictu segregarit: eumdemque Aben-Ezra Japheth filium exstitisse memorat. Equidem Assur hoc loco de Assyrio populo, vel Nino ipso regni Assyrii conditore libentius interpretor. Eodem porro spectare videtur; quod est apud Isaiam cap. xxiii, 13: *Ecce terra Chaldæorum: Talis populus non fuit: Assur fundavit eam. In captivitatem traduxerunt robustos ejus, suffoderunt domus ejus: posuerunt eam in ruinam.* Sed Hebraica aliam sententiam præferunt: *Iste populus non erat illic olim. Assur fundavit eam navibus;* vel, ut alii, *deserti incolis; qui erexerunt arces illius, sed* (Chaldæi) *contriverunt palatia illis,* etc. Quod ita R. David exponit. Non est mirum, aut incredibile, quod de Tyri eversione prædicitur. Ecce tibi Babylon, et Chaldæa ipsa non eosdem semper incolas habuit; sed et ipsa vicissitudinem est experta. Nam Chal- D dæorum populus olim ibi sedem non habuit: sed Assyrii principio tenuerunt, et in ea urbes excitarunt. Tum Chaldæi pulsis Assyriis occuparunt, qui a Chasad Nachoris filio oriundi, ait Kimchius, ex cap. xxii Gen., com. 21. Hæc ex Hebræis, quanquam aliter Aben-Ezra, et ex Latinis Hieronymus. Nam LXX diversi prorsus abeunt. Ex iis colligitur Assyrios olim tenuisse Babylonem. Ac nonnullis placet Sennacheribi majores Babylonem invasisse; propterea quod lib. IV Reg., c. xvii, 24, rex Assyriorum Sennacherib de Babylone, et de Cutha, cæterisque regionibus incolas Samariam transtulerit. Sane Babyloniorum rex Assyrius in Scripturis interdum vocatur, et Babyloniam sub Assyria fuisse comprehensam auctores sunt geographi.

(13) *Ἐπωνομάσθησαν πάντες.* Scytharum nominis origo ab Hebraica voce שׂוּט, cum puncto *sesol*, quod est *declinare, errare.* Potest et a שׂוּט cum puncto dextro derivari, quod *discurrere,* et *obambulare* significat. Utraque notio Scytharum moribus apprime congruit: quos πλάνητας *errabundos*, et ἀμαξοβίους fuisse constat. Sed ea vocabuli ratio, quam Epiphanius affert, quod scilicet ἀπὸ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν declinaverint, non valde mihi probatur. Neque enim verum puto, Scytharum nomine priscos illos insignitos, qui post diluvium turrim illam architectati sunt. *Etymologicon magnum* σκύζεσθαι, quod est *irasci*, et *supercilium contrahere*, παρὰ τοὺς Σκύθας nominatum scribit: quoniam iracundi Scythæ. An potius Σκύθας Græci ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι deduxerunt?

(14) *Καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομηκονταδύο.* De eadem linguarum gentiumque distributione agit hær. xxxix, quæ est Sethianorum: ubi et LXXII linguas totidem, quot κεφαλαιῶται erant, et auctores stirpis, effloruisse dicit. Vulgatus est hic matricum linguarum, populorumque numerus, de quo certatim chronologi disputant. Quorum quidem ratio mihi non satis explorata certaque videtur: non modo quod Græci codices a Latinis et Hebræis in numero dissident: sed etiam, quod plerique κεφαλαιῶται cum posteris suis, ac filiis in numerum censentur. Non est autem credibile, distinctum ab iis populum ac linguam illos constituisse. Certe enim Heber, a Phaleg lingua diversus non fuit; ut etiam Augustinus existimat. Deinde Chananæi omnes populi idioma commune sortiti sunt. Itaque labat illa LXXII linguarum partitio. Sed nec in eo laborare admodum necesse est, ut totidem illis nationibus domicilium cuique suum, ac regionem assignemus. In quo multi nominum similitudines nimis ambitiose consectantur. Est enim verisimile, plerosque finibus iis, quos occuparant, relictis, ac sedibus, alio sese contulisse. Nam quod Moyses narrat, ab iis propagatas esse nationes omnes, non sic accipiendum est, ut eas per sese primum, καὶ ἀμέσως, regiones insederint, atque in earum possessionem pedem ipsi posuerint, sed ut eo saltem illorum posteri commigrarint. Verum hæc discutere longioris et operæ, et alterius instituti fuerit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δήκασιν, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὰ πρόσω τῆς ἀνατολῆς κεχωρηκότες. Ἕτεροι δὲ τὴν Λιβύην κατειλήφασιν, ὡς καὶ περὶ τούτων τὴν ἀκρίβειαν εἴ τις ἐθέλοι καταλαβέσθαι, εὕροι δ' ἂν ἕκαστον τῶν προσκεχωρηκότων καθ' ἑκάστην τινὰ πατρίδα πῶς εἴληχε τὸν κλῆρον. Ὡς ὁ Μιστρὲμ μὲν διαδέχεται τὸν τῆς Αἰγύπτου κλῆρον, Χοῦς δὲ τὴν Αἰθίοπα [17]· Ψοῦς τὰ Ἀξιωματικὰ (15) μέρη· Ῥεγμᾶ καὶ Σαβᾶ, καθὰ (16) καὶ Θωῦδὴν καὶ Ἐλοὺδ, τὰ πρὸς τῇ Γαράμων χώρᾳ (17). A illorum linguis septuaginta duas ex una fecit, pro hominum numero, qui illo tempore repertus est. Unde et Meropes 7 a vocis divisione nuncupati. Turris ipsa denique ventorum impetu disjecta. Secundum hæc illi per universum orbem dextra ac sinistra dispersi, alii eo rediere unde discesserant, alii longius ad Orientem progressi sunt. In Africam nonnulli pervenerunt. Quod si quis ista diligentius indagare voluerit, quo illorum quisque sit profectus, quamve sortito ex omnibus regionem occuparit, facile deprehendet. Ita Mistrem in Ægypti possessionem invadit, Chus Æthiopiam obtinet: Psus Axumiticum tractum: Rhegma, Sabacatha, Thoudim et Elud Garamorum in regione constiterunt.

Ϛ'. Καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ πλάτος ποιήσωμαι τὴν ἐνταῦθα σύνταξιν τοῦ προοιμίου, ἐλεύσομαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ κατὰ τὴν διαδοχὴν αὖθις ἐπιλήψομαι τῆς ἀκολουθίας. Μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἔβερ καὶ τοῦ Φαλὲκ καὶ τῆς πυργοποιίας, καὶ τῆς πρώτης πόλεως μετὰ τὸν κατακλυσμὸν κτισθείσης, ὑπ' αὐτῇ τῇ οἰκοδομῇ ἀρχὴ λοιπὸν συμβουλίας ἀθροισμοῦ καὶ τυραννίδος γίνεται Νεβρώθ. Νεβρὼθ γὰρ βασιλεύει (18) υἱὸς τοῦ Χοῦς τοῦ Αἰθίοπος, ἐξ οὗ Ἀσσοὺρ γεγέννηται. Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρὲχ (19) γεγένηται, καὶ ἐν Ἀρφὰλ καὶ Χαλάννῃ. Κτίζει δὲ καὶ τὴν Θειρὰς (20), καὶ τὴν Θόβελ, καὶ Λόβον ἐν τῇ Ἀσσυρίων χώρᾳ. Τοῦτόν φασι παῖδες Ἑλλήνων εἶναι τὸν Ζωροάστρην, ὃς, πρόσω χωρήσας ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη, οἰκιστὴς γίνεται Βάκτρων. Ἐντεῦθεν τὰ κατὰ τὴν γῆν παράνομα διανενέμηται. Ἐφευρέτης γὰρ οὗτος γεγένηται κακῆς διδαχῆς ἀστρολογίας καὶ μαγείας, ὥς τινές φασι περὶ τούτου τοῦ Ζωροάστρου. Πλὴν ὡς ἡ ἀκρίβεια περιέχει, τοῦ Νεβρὼθ τοῦ γίγαντος οὗτος ἦν ὁ χρόνος. Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασιν (21) ἄμφω, ὅ τε Νεβρὼθ καὶ ὁ Ζωροά- B C

VI. Verum ne diutius quam necesse sit in hujus operis præfatione commoremur, nostrum nos ad institutum referemus, atque inchoatam originum successionem denuo pertexemus. Igitur inter Heberis ac Phaleci tempora, cum et ædificata turris, et prima omnium urbs post diluvium esset excitata, in ipsa operis exstructione prima hominum coitio ac tyrannicus dominatus auctore Nembroth constitutus est. Primus iste regnum obtinuit, Chusi Æthiopis filius, ex quo natus Assur: qui Orechi, Arphale, et Chalanne regnum exercuit. Quin et Thiras urbem condidit, et Thobelem, et Lobum in Assyria. Græci Zoroastrem hunc fuisse memorant; qui Orientis interiora penetrans Bactrorum oppidum erexit. Indeque omnia, quæ in orbem invecta sunt scelera, propagata dicuntur. Siquidem malæ artes, astrologia videlicet ac magia, auctore illo retertæ sunt; id quod Zoroastri a nonnullis tribuitur, revera ad Nembroth gigantis tempora pertinere putandum est. Quanquam inter utrumque non multum temporis interjectum est. Sed iis omissis Pha-

[17] *Γρ.* Αἰθιοπίαν.

(15) *Ψοῦς τὰ Ἀξιωματικά.* Mendose pro Ἀξουμιτικά, ut est in Sethianorum hæresi: nec minus emendandum Ψούς pro quo Φούθ legendum. Sive ut est IV Reg. xv, 19, פּוּל Φούλ. De Axumitis alius erit dicendi locus.

(16) *Ῥεγμᾶ, καὶ Σαβᾶ, καθά.* Corr. Σαβαθακά· qui inter filios Chus recensetur. Pro Ἐλοὺδ, fortasse Λούδ. Quippe Λουδιεὶμ inter filios Mestraim numerantur.

(17) *Τὰ πρὸς τῇ Γαράμων χώρᾳ.* An Ἀράβων, an potius Γαραμάντων? Nam hæc vicina sunt nomina. Est qui Regamam Ptolemæi, quæ est in Arabia Felice ad Regma transferat: de qua Ezech. xxvii, 22: רכלי שבא ורעמה D

(18) *Νεβρὼθ γὰρ βασιλεύει.* Quem plerique omnes chronologi, imo et antiqui Patres, Belum fuisse censent, Babylonis conditorem. Hujus filium Assur Epiphanius facit: quem quidem Ninum fuisse par est, si Nembroth idem cum Belo fuerit. Et eadem utrobique colligendi ratio; nam Belus Babylonem exstruxit, et Ninus Ninivem. Atqui priorem a Nembroth, posteriorem ab Assur civitatem conditam Moyses affirmat. Verum Assur Gen. x, 11, gentis nomen esse, non viri proprium existimant alii; quibus libenter subscripserim. Sed hæc annalium ac chronologiarum paginas implent, nec sunt pluribus hoc loco disceptanda.

(19) *Τούτου ἡ βασιλεία ἐν Ὀρέχ.* Pro Ἀρφάλ, LXX Ἀρχάδ, Hebræi אכד.

(20) *Κτίζει δὲ καὶ τὴν Θειράς.* Nescio unde hæ expiscatus sit, quæ in Geneseos x illo capite non leguntur. Ubi hoc duntaxat habetur: Principium regni Nembroth fuisse Babylonem, καὶ Ὀρὲχ, καὶ Ἀρχὰδ, καὶ Χαλάννην in terra Sennaar. Unde Assur egressus ᾠκοδόμησε τὴν Νινευΐ, καὶ τὴν Ῥωβὼθ πόλιν, καὶ τὴν Χαλάχ. Pro Ῥωβὼθ πόλιν, Hebraice scriptum est רחבת עיר, quod Hieronymus vertit, *plateas civitatis*, et pro appellativo habuit, quod Græci proprium fecerant. Intelligit autem urbis Ninives plateas, quas Ninus exstruxerit. De Epiphanio quid dicam, aliud occurrit nihil, nisi voces istas, Θειράς et Θόβελ alienum in locum translatas esse. Nam Thiras et Thubal inter Japhethi posteros numerantur com. 2, *Thubal, et Mosoch, et Thiras.* Fortassis enim cum Regma, Sabatacha, cæterisque, quosdam alios recensuit Epiphanius, et inter illos Thubal et Thiras. Nisi hæc conjectura placeat, pro Θειράς et Θόβελ, ac Λόβος, propria urbium illarum nomina substituenda sunt, quas Assur ædificavit. Certe in Λόβος vestigium quoddam apparet vocabuli Ῥωβώθ, et in Thiras vocis עיר, quæ civitatem significat. Unde ita depravari vox ista potuit Ῥωβωθίρα.

(21) *Οὐ πολὺ δὲ ἀλλήλων τῷ χρόνῳ διεστήκασιν.* Bactrianorum rex ille, quocum Ninus conflixit, Oxyartes a Diodoro vocatur; a Justino, Arnobio ac cæteris, Zoroastres. Neque dissentit Plinius, ut Scaligero videtur. Neque enim dubitat ille, sitne Magus idem cum rege Bactriano: sed utrum unus hic fuerit; an et alius postea: quod Salianus noster

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

lec Rhagam genuit : hujus filius Seruch fuit, quod nomen *provocationem* significat. Hoc vero tempore idololatriæ inter homines, ac gentilium superstitionis initium est factum, quemadmodum a majoribus accepimus. Tametsi nondum ad simulacra cælatosque lapides, aut ligna, aut argenteas aureasque statuas alteriusve materiæ superstitiosus ille cultus adhæserat; nec aliud præter colores, 8 atque effigies erat, in quo hominum mentes novum per sese nequitiæ genus excogitarent, ac sponte sua, proprioque animi ac rationis impetu pro honestate sibi sceleris turpitudinem asciscerent. Sed ut ad

A στρης. Φαλὲκ δὲ γεννᾷ τὸν Ῥαγάμ· Ῥαγὰμ τὸν Σερούχ, τὸν ἑρμηνευόμενον *ἐρεθισμόν* (22). Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους (23) ἡ εἰδωλολατρεία τε καὶ ὁ Ἑλληνισμὸς, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Οὕπω δὲ ἐν ξοάνοις καὶ ἐν τορείαις λίθων ἢ ξύλων ἢ ἀργυροτεύκτων, ἢ χρυσοῦ ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ὕλης πεποιημένων, μόνον δὲ διὰ χρωμάτων καὶ εἰκόνων ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια ἐφ' ἑαυτῇ ηὗρισκε τὴν κακίαν· καὶ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου καὶ λογιότητος καὶ νοῦ ἀντὶ τῆς ἀγαθότητος τὸ παράνομον ἐφηύρατο. Γίγνεται δὲ τῷ Σερούχ παῖς ὁ Ναχώρ· Ναχὼρ δὲ γεννᾷ τὸν Θάῤῥα. Ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλα-

recte in *Annalibus* animadvertit. Vanissima Magorum natio Zoroastrem illum antiquissimum putat; utpote qui Trojanum excidium quinque annorum millibus antecesserit, ut Plinius, et Plutar. *Tract. de Iside* testantur. Apud Laertium Xanthus Lydius sexcentis duntaxat annis ante Xerxis διάβασιν exstitisse Zoroastrem asseverat. Unde merito plures ejusdem nominis fuisse suspicatur Scaliger.

(22) *Τὸν Σεροὺχ τὸν ἑρμηνεύμενον* ἐρεθισμόν. Variæ sunt apud Epiphanium Hebræorum nominum origines, et interpretationes partim obscuræ, partim subabsurdæ. Multa enim vel eruditissimis per imprudentiam excidunt. Neque propterea Hebraismi fuit imperitus Epiphanius, quem Græcæ, Syræ, Hebrææ, Ægyptiacæ, et ex parte Latinæ linguæ scientem fuisse confirmat Hieron. *Apol. II contra Ruf.*, quem argute bilinguem nominat, quod Græce Latineque nosset. Inter falsas originationes hæc ipsa vocabuli Serug interpretatio a Calvinista quodam profertur, cum aliquot aliis: ut cum cæteros Patres erroris haud expertes fuisse colligat; tum vel in primis Epiphanium in explicandis nominibus aberrasse. Nos de reliquis, quæ in hoc scriptore C notat, sparsim, ac suo loco viderimus. Quod ad præsens vocabulum spectat, male ab Epiphanio putat Σεροὺχ ἐρεθισμόν verti, cum ita scribendum sit hoc nomen, Σερούγ, et *propaginem*, non *irritationem* significet. Hæc ille. Verum purgandi hoc quidem loco Epiphanii facilis est et explicata ratio. Primum enim Σερούχ, non Σερούγ scribendum illi fuit, cum prius modo LXX conceperint. Et fieri potest, ut Hebraice quoque saltem aliquot in exemplaribus שרוח non שרוג lectum sit : ex quo Græce Σερούχ ediderunt LXX. Nam ח per χ plerumque reddi solet, ut in נחור et חם, *Nachor* et *Cham*. Utcunque vero scriptum exstiterit, potest commoda aliqua interpretatione Epiphanii glossema defendi. In primis שרג *perplexum esse*, atque *intricatum* significat : unde שרוג, *propago*, non שרוך, ut Calvinistæ placuit. Quare perperam et ipse Σερούγ, sive שרוג, *propaginem* vertit; cum ratio postulet, ut sit *intricatus*, et *perplexus*. Et quoniam quæ D ejusmodi sunt, hoc est, implicata et perplexa, tricis suis ἐρεθίζειν, *provocare*, atque *irritare* solent: inde fortasse שרוג τὸ ἐρεθίζον, vel ἐρεθισμός dicitur, ex reconditiore lingua. Non enim omnes omnium vocum potestates in sacris litteris expressæ sunt. Sin est ut סרוח LXX in Hebræo repererint, qui Σερούχ scripserunt; bellissime ad hunc modum quadrabit. סרח Chaldæis, et Rabbinis est *perverse agere* Sam. II, cap. 19, de Semei : די סרח, *perverse egit, rebellavit*. Hinc סרחן *iniquitas, peccatum, rebellio;* סרחין *rebelles*. Vide Eliam in *Thisbi*. Indidemque Σερούχ hoc est a rebellione, contumacia et ἐρεθισμῷ. Eadem vox Hebraice idem est ac superfluum esse, redundare, quod et aliam ejusdem notionis originem indicat : quasi sit, ἐκ περιουσίας ὑβρίζειν, lascivire, et insultare, ac procaciter irritare. Est illa vero Epiphanii interpretatio longe

probabilior, quam quæ apud Hieron. lib. *De nom. Hebr.* legitur : ut sit *corrigia*, vel *perfectus*. Nam שרוך, non שרוג *corrigiam* sonat : unde Seruc, Σερούχ, B non Serug legendum esset. Quanquam littera caph in fine cum raphe aspirate pronuntiatur. Ideo Græce Σερούχ. An ita in Hebræo legerit Hieron. aut LXX Seniores, divinare non libet. Alterum glossema, quod addit Hieronymus, nempe *perfectus*, non capio, neque ad rem pertinere puto. Quis autem nesciat multa Hebræorum vocabula, quod aliter Græce perscripta essent, et ab origine detorta, doctissimis interdum Patribus fraudi fuisse, minus ut rectas illis significationes affingerent? Exemplo sit quod cum hæc scriberemus fortuito nobis occurrit. Idem Hieron. *Epist. ad Ageruch. Noemi*, cujus in libro Ruth historia commemoratur, *consolationem* interpretatur, quod Hebraice est נעמי a נעם, non נחם.

(23) *Καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους*. Hausit hæc ex Eusebii *Chronico*, quæ in Græca editione Scaligeriana leguntur, pag. 13. Sed ibi Japhethi, non Semi filius Seruch dicitur, ut etiam apud Suidam in vocabulo Σερούχ, ubi eadem fere declarantur. Quin et illud contra atque Eusebius scripsit, ab Epiphanio subjungitur : « Nondum ætate Seruch lapides, ligneave simulacra, aut aurea argenteave fabricata; sed in picturis, et coloribus omnem, ut Tertullianus loquitur, idololatriæ paraturam constitisse. » Eusebius vero : Αὐτὸς γάρ, inquit, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς πάλαι γενομένους· ἢ πολεμιστὰς, ἢ ἡγεμόνας, καί τι πράξαντας ἀνδρίας, ἢ ἀρετῆς ἄξιον ἐν τῷ βίῳ τοῦ μνημονεύεσθαι, καὶ ὡς ὄντας αὐτῶν προπάτορας ἀνδριάσι στηλῶν ἐτίμησαν. Quæ fortassis in concordiam redigi ita possunt, ut Epiphanius idola, ac simulacra duntaxat affabre facta, et cælaturis effigiata per illud tempus exstitisse neget; non autem informes truncos, aut lapides, sive columnas : de quibus Eusebius accipiendus est, cum eas vocat ἀνδριάντας στηλῶν. Ab iis enim rudibus, et impolitis statuis, et columnis idololatria cœpit. Clem. Alex. *Strom.* I, Πρίν γ' οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους, ὡς ἀφιδρύματα τοῦ Θεοῦ. Quod ad ejus columnæ, quæ Israelitis in solitudine præibat, imitationem expressisse dæmones ibidem disputat. Sic Athenienses pro foribus columellas, et obeliscos Apollini consecrabant, quem Ἀγυιέα vocabant. Aristoph. scholia ad Σφῆκας. Ἀγυιεὺς κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν· ἰδίους δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν. Hi sunt θυραῖοι, et ἀντήλια θεοί. Tertul. *Apolog. : Etiam apud Græcos Apollinem* Θυραῖον, *et Antelios dæmones ostiorum præsides legimus*. Hesychius : Ἀντήλιοι θεοὶ οἱ πρὸ τῶν θυρῶν ἱδρυμένοι. Est igitur propius vero, informes illas moles initio pro diis erectas. Tum paulatim artem ac διάρθρωσιν accessisse, auctore, ut ferunt, Dædalo. De quo Themistius *Orat.* XV, ac demum expressas coloribus imagines et picturas, licet contra sentiat Epiphanius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ Θάρρα τούτου τέχνης. Περιέστη δὲ ὁ ἀγὼν (24) εἰς εἰκοστὴν γενεὰν ἕως τούτου, ἐτῶν τρισχιλίων τριακοσίων τριακονταδύο. Καὶ οὐδεὶς πώποτε τῶν προτέρων ἀνθρώπων πρὸ πατρὸς υἱὸς ἐτελεύτα· ἀλλὰ πατέρες πρὸ παίδων τελευτῶντες τοὺς υἱοὺς διαδόχους κατελίμπανον. Καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἄβελ· οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Ἐξότε Θάρρα (25) ἀντίζηλον τῷ Θεῷ προεστήσατο, διὰ τῆς ἰδίας πηλουργίας τεχνησάμενος, τὰ ὅμοια οἷς ἔπραξεν ἀπὸ τῆς δίκης ἀπείληφε, καὶ αὐτὸς παραζηλωθεὶς διὰ τοῦ ἰδίου τέκνου. Ὅθεν θαυμάσασα ἡ θεία Γραφὴ ἐπεσημήνατο, λέγουσα· *Καὶ ἀπέθανεν Ἀρρὰν ἐνώπιον Θάρρα τοῦ πατρὸς ἐν τῇ γῇ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ.*

institutum redeam, Serucho natus est Nachor; ab eo Tharra genitus est. Ex quo tempore simulacra primum ex argilla, figlinoque opere reperta sunt, artifice Tharra, ad quem ter mille circiter et trecentorum ac triginta duorum annorum spatio ad usque vicesimam ætatem humani generis tempora propagata sunt. Nec in tanto hominum numero ullus adhuc filius ante parentem obierat : sed superstitibus relictis liberis patres ex hac vita migrabant. Nam quod Abelem objicere quispiam posset, nequaquam procedit, cum is violenta morte præreptus fuerit. Posteaquam vero Tharra figlina arte Deum velut æmulo quodam opposito provocare cœpit, dignam factis suis mercedem reportavit, cum et ipse filii sui jactura vicissim quodammodo provocatus est. Quod quidem Dei consilium admirans Scriptura nominatim his verbis expressit : *Et mortuus est Arran coram Tharra patre in terra nativitatis suæ* [18].

Z'. Ἕως τούτου ἔμενε Σκυθική τις διαδοχὴ καὶ ἐπίκλησις. Οὔπω δὲ ἦν τις αἵρεσις, οὔπω μηχανή τις ἑτέρα, ἢ μόνον πορνεῖα, ἐπίνοια εἰδώλων. Καὶ μετέπειτα ἐθεοποιήσαντο (25') ἢ κακοδαίμονας τυράννους, ἢ γόητας φαντάσαντας τὴν οἰκουμένην, τιμήσαντες τὰ τούτων μνήματα· καὶ μετέπειτα πολλῷ τῷ χρόνῳ τοὺς περὶ Κρόνον καὶ Δία, Ῥέαν τε καὶ Ἥραν, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτούς· ἔπειτα δὲ ἀκινάκην σέβοντες (26) Ἄρεα τῶν Σκυθῶν Σαυρομάται, Ὀδρυσόν τε τῶν θρᾳκῶν προπάτορα· ἐξ οὗ τὸ γένος κατάγεται Φρυγῶν (27), ὅθεν καὶ Θρᾷκες ἀπὸ τοῦ Θήρας ἐπίκλην τοῦ ἐν τῇ πυργοποιίᾳ γεγεννημένου καλοῦνται. Περιέστη δὲ πᾶς ὁ χρόνος ἐντεῦθεν λαβούσης τῆς πλάνης ἀρχὴν εἰς τὸν προδηλούμενον καιρὸν, φύρων λοιπὸν τὰς ὁδούς. Συγγραφεῖς τε ἐντεῦθεν καὶ ἱστοριογράφοι, ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐρανισάμενοι ἐθνο-

VII. Hucusque Scythica quædam successio, appellatioque mansit. Nulla vero adhuc hæresis erat, nec ullum aliud commentum præter idololatriam irrepserat. Postea vero infelices tyrannos, aut præstigiatores, qui incantationibus suis ac fallaciis totum orbem deceperant, divinis honoribus consecrarunt, eorumque monumenta venerati sunt. Inde longo post tempore Saturnum et Jovem, Opem, ac Junonem, cæterosque horum asseclas. Tum acinacem Sarmatæ Scythici generis pro deo colere cœperunt, ut et Odrysum, a quo Thraces oriundi; indidemque et Phrygum genus originem accepit : ex quo etiam accidit, ut a Thera, qui in illa turris ædificatione natus est, Thracum appellatio deducta sit. Deinceps errore in humanum genus introducto, ad illum usque quem attigimus terminum, depra-

[18] Gen. xi, 28.

(24) *Περιέστη δὲ ὁ ἀγών.* Scribe ut est in Regio, ἐλιών. Ab Adamo ad Thare xx γενεαί sunt, quia Chainan in numerum venit. Eæ colligunt, ut hic Epiphanius indicat, annos 3332. Reipsa autem, ex LXX Seniorum editione, annos 3361. Ab Adamo ad diluvium supra numerati sunt 2262. Hinc ad Thare ortum anni sunt 1102; fiunt anni 3364. Quare annis minus 32 dixit Epiphanius. Vide sequentem numerum.

(25) *Ἐξότε Θάρρα.* Suidas in Σερούχ· Ἐντεῦθεν εἰσήχθη ἡ πολυθεΐα, καὶ ἡ εἰδωλολατρεία· τοῦτο δὲ διέμεινε παρ' αὐτοῖς μέχρι τῶν χρόνων Θάρρα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ· ἦν γὰρ ἀγαλματοποιὸς, ἀπὸ διαφόρων ὑλῶν εἰκόνας ἐργαζόμενος, etc.

(25') *Καὶ μετέπειτα ἐθεοποιήσαντο.* Haud absimilem idolorum, eorumque cultus originem disce ex lib. Sapientiæ c. xiv, Lactantio l. i, c. 14.

(26) *Ἔπειτα δὲ ἀκινάκην σέβοντες.* Martem in primis coluere Scythæ, cujus effigies erat acinaces ferreus, ait Herodotus l. iv. Huic templum ex virgultorum fasciculis exstruebant, ubi et captivos mactabant. Sed quoniam in eum Herodoti locum incidimus, obiter hic a nobis emendandus atque illustrandus erit. Cum templum illud describit pag. 152, ait sarmentorum ab illis fasces comportari, exaggerarique ἐπὶ σταδίοις τρεῖς μῆκος, καὶ εὖρος· ὕψος δὲ ἔλασσον· *longitudinis ad stadia tria; totidem latitudinis : altitudo vero minor.* Nonne otiosum est admonere minorem tribus stadiis altitudinem fuisse? Quis tam alte erectum cumulum suspicari posset? Plane igitur mendosus hic locus est, et pedum cubitorumve certus deest modus, quo minorem fuisse exaggerationem illam scripserat. Ad hæc paulo ante, cum sacrificiorum rationem explicat, ac quemadmodum hostias immolarent, quædam leguntur, partim ab interpretibus ignorata, partim corrupta. Τὸ μὲν ἱρήιον αὐτὸ ἐμπεποδισμένον τοὺς δύο πόδας τοὺς ἐμπροσθίους ἕστηκε· ὁ δὲ θύων ὄπισθεν τοῦ κτήνεος ἑστὼς, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου, καταβάλλει μιν· πίπτοντος δὲ τοῦ ἱρηίου ἐπικαλέει τὸν θεὸν, τῷ ἂν θύῃ· καὶ ἔπειτα βρόχῳ περιὼν ἔβαλε τὸν αὐχένα. *Victima ipsa primoribus alligata pedibus sistitur. Cujus a tergo stans sacrificulus, funis extremum trahens pecudem prosternit. Mox ea cadente deum illum nominatim invocat, cui sacra facit. Inde laqueo collum circumdat.* Hæc verba σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου Laurentius perperam vertit : *amota ex primis insula.* Ista vero, περιὼν ἔβαλε τὸν αὐχένα, vitiosa sunt. Scribe περὶ ὧν ἔβαλε, pro περιέβαλε, quod Ionicum est. Sic alibi καθ' ὧν ἐκάλυψε, et κατά με ἐφάρμαξας. De acinace vide Alexandrinum Clementem in *Protreptico*, Lucianum in *Toxari*.

(27) *Ἐξ οὗ τὸ γένος κατάγεται Φρυγῶν.* A Thracibus originem traxere Phryges. Dardanus certe primum in Samothracia consedit : unde in Phrygiam trajecit. Sed et a Mœsis, vel Mysis Europæis Mysos Asiaticos propagatos asserunt. Disserte idipsum Strabo lib. x : Καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσι, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АЕР

vatiora in dies sunt revoluta tempora. Hinc omnis illa scriptorum atque historicorum nata copia, qui ab Ægyptiorum fabulosis superstitionibus universa mutuati sunt. Unde et maleficia magicæque artes exortæ. Ea porro omnia tum a Cecropis ætate translata sunt in Græciam. Per illud tempus Ninus ac

μύθου πλανης· ὅθεν δὴ τὰ τῆς φαρμακείας καὶ μαγείας ηὑρέθη. Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας (28) ἀπὸ τῆς ἡλικίας τοῦ Κέκροπος. Καὶ ἦν μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν (29) Νῖνος ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ Σεμίραμις, σύγχρονοι ὄντες τῷ Ἀβραὰμ, Αἰγυπτίων τε ὀκτωκαιδεκάτη (30) δυναστεία. Οἱ ἐν Σω-

(28) *Μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας.* Euseb. in *Chronico*, an. 464 : *Primus Cecrops bovem immolans Jovem appellavit.*

(29) *Καὶ ἦν μὲν κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.* Abrahamum anno Nini XLIII natum esse docuit in *Chronicis* Eusebius, idque posteris omnibus persuasit; nam nemo est veterum post Eusebium, qui non pro certo id habuerit, ac tanquam ἀναπόδεικτον ἀρχὴν chronologiæ suæ præfixerit. Sed in digerendis Assyriorum ac Medorum intervallis variat Eusebius. In posteriore *Chronicorum* libro, qui annos expansos complectitur, ab ortu Abrahami, quem vult esse Nini XLIII, ad Sardanapali mortem anni sunt 1196. Additis Nini XLII, qui Abrahami natalem antecedunt, et Beli LXV (alibi LV idem auctor numerat), confluunt anni 1303, quibus Assyriorum monarchia tenuit. Sequuntur Medi : quibus annos imputat CCLX. Itaque Cyri ac Persarum initium ponit numero 1457. Hic Scaliger nullum insectandi Eusebii finem facit, eique pene omnibus paginis insolenter illudit. Accusationis caput est, quod Assyriorum reges aliquot præterierit, et de annis illorum detraxerit. Cum enim ex Africano regum illorum seriem, annos uniuscujusque descripserit, apud Africanum vero reges numerentur XLI, iisdemque mille quadringenti octoginta quatuor anni tribuantur: Eusebius IV reges, annos CLXII expunxit. Tum aliis rursum annis detractis, eo calculum perduxit, ut mille circiter ac trecentis annis Assyriorum imperium circumscriberet. Quod eo animo fecisse putat Scaliger, ut ad institutum suum ac πρόληψιν regum illorum tempora dirigeret. Quamobrem immanis hic est anachronismus Eusebii, si Scaligero creditur; ex quo factum est, ut anno Nini XLIII natalem Abrahami posuerit; cum ad Beluchi XXXI rejiciendus fuerit, qui est a XLIII Nini fere CCLIX. Sed vanissima est hæc Scaligeriana ratio; ex qua perabsurdum illud sequitur: Assyriorum regum initium ante diluvium exstitisse. Mundum enim creatum existimat anno per. Jul. 764, a quo ad Christi natalem Dionysianum, qui anno ejusdem periodi 4713 convenit, anni sunt 3950. Idem porro Sardanapali necem et Assyriorum finem in annum conjicit period. Jul. 3840, qui est mundi 3077. Rursus diluvium accidit, ut ille putat, anno mundi 1657. Quibus de 3077 detractis, reliqui sunt 1420. Atqui regnatum est ab Assyriis annos 1484. Igitur anno ante diluvium 64 Belus imperium adiit. Nullum hic proleptici temporis methodus locum habere potest : ubi historica veritas, ac verorum regum, verique imperii tempus exquiritur. Quid enim peccavit Eusebius, qui eos annos omisit, ex quibus absurditatis tantum sequebatur? Annon Ctesiam, Diodorum, alios denique, quam Africanum auctores habere potuit, ex quibus numerum illum regum Assyriorum conficeret? Sane Diodorus, quem Euseb. lib. I *Chron.*, pag. 29 edit. Græcæ, profert, Sardanapalum a Nino quintum ac tricesimum numerat; ita fiunt additis Nino ac Belo, reges XXXVII, quot Eusebius percensuit. Quod si quatuor illi reges ab Eusebio prætermissi, nihilo secius intudendi fuerant, intererat ejus, qui ludibrium vereretur, de singulorum saltem spatiis aliquot annos deducere, ut Assyriorum primordia intra diluvii metas continerentur.

Nos ut obscurissimi vetustissimique imperii vestigia persequemur, certam epocham deligemus, de qua apud omnes ferme chronologos constet. Ea est

Cyri, ac Persici regni : cujus initium omnes statuunt olymp. LV, anno primo. Cœpit hæc olympias, ut alias ostendetur, anno per. Jul. 4154. Quare vel hoc ipso anno, vel sequenti, labente scilicet olymp. anno primo, Persarum imperium iniit. Nos certis de causis annum 4155 Cyri exordio præfinimus. Jam vero Medis, qui Persas antecesserunt, annos cum Diodoro et Ctesia imputamus CCCXVII. Quare illorum initium convenit anno per. Jul. 3838 Mundus, ut opinio fert nostra, conditus est per. Jul. 750. Autumno siquidem ad Dionysianum Christi natalem annos ab orbe condito putamus fere 3483. Accidit itaque diluvium anno per. Jul. 2386, mundi 1656. A quo ad Persarum exordium anni colliguntur 1769, ad Medorum, 1452. Quocirca si, ut Diodoro et Eusebio placuit, Assyriorum imperium ad annos 1300 propagatum est: merito Beli a nobis initium statuitur anno post diluvium 153, mundi 1809, periodi Julianæ 2539. Indidem vero consequens est annum primum Beli natalem Abrahami præcedere annis 140; si annos Belo quinque et sexagenos attribuas. Abrahamum denique non anno Nini 43, sed Semiramidis 23 natum esse : cum ejus ortus incidat in annum a diluvio 292, period. Jul. 2678, mundi 1948. Hæc de Assyriorum intervallo et initio proponenda modo; alibi probanda nobis erunt.

(30) *Αἰγυπτίων τε ὀκτωκαιδεκάτη.* Longissima de Ægyptiorum dynastiis, deque Scaligeri in Eusebium intemperantia disputatio hoc loco institui poterat. Nam et hic quoque Proleptici temporis, commentitiarumque dynastiarum methodus vestigia omnia veritatis permiscuit. Sed animadversionum nos brevitas libare ista leviter admonet, neque vehementius ad eas quæstiones incumbere. Dynastias Ægyptiorum ex Manethone Africanus unam et triginta commemoravit, quibus annos assignat 5354. Ab eo diversissimus est Eusebius tam in dynastiarum ordine, quam in annorum summa. Propterea odiose hominem insectatur Scaliger, et Manethonis dynastiis omnibus explicatis, earum caput ultra mundi primordia longissime promovet. Quod ad fabularum institutum opportunum, ad historiæ veritatem indagandam frivolum ac ridiculum est. Non enim mediocris ineptiæ est, hisce nugis ac quisquiliis locum in historia chronologiaque tribuere, atque Eusebium propterea culpare, quod a fabulosis deliciis abstinens, certam inierit viam, qua hæc ad historiam accommodaret. Quoniam igitur Ægyptiorum, uti diximus, initia obscurissima sunt, harum dynastiarum novissima tempora consideremus, quorum historia certior, ut effusam fabularum lasciviam quibusdam terminis ac limitibus coerceamus. Cambyses anno, ut auctor est Herodotus, regni sui quinto expugnavit Ægyptum, paulo post Amasidis obitum. Ad hoc tempus sex et viginti dynastiæ ab Africano numerantur, anni 5159. De Cambysis exordio dubitari non potest, cum et ex historia, et ex astronomicis observationibus apud Ptolemæum liquidissime constet. Convenit autem anno per. Jul. 4185. Ergo annus ejus imperii septimus cœpit anno 4189, quem esse definimus mundi 3459. A diluvio ad hoc tempus anni decurrerunt 1803, quo spatio continenda dynastiarum intervalla : quibus ab ortu Abrahami ad Cambysis quintum, Eusebius imputat annos 1491. Sed Abrahamo nascente XVI dynastiam inchoatam scribit; a quo discedit Epiphanius, qui XVIII posuit, ut eodem

Digitized by Google Распознавание текста

κωνι δὲ τότε μόνοι (31) ἐβασιλεύοντο, ἧς βασιλείας ἀρχὴ γέγονεν Εὐρωψ.

A Semiramis Assyriis imperabant; quorum æqualis Abraham fuit; apud Ægyptios vero decima octava dynastia 9 præerat. Solique tum ex omnibus populis Sicyonii regio dominatu continebantur; cujus initium ab Europe profectum est.

Η'. Καὶ ὁ Θεὸς ἐπιλέγεται τὸν Ἀβραὰμ τῷ αὐτῷ χαρακτῆρι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστὸν, καὶ ἐν εὐσεβείᾳ τελειότατον, ἐν γνώσει προφητῶν [19], ἐν βίῳ εὐαγγελικὴν κεκτημένον ἀναστροφήν. Οἶκοι γὰρ γέγονε πατέρα τιμῶν, καλούμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ τῶν οἰκείων ἀποτασσόμενος, πειθόμενος δὲ τῷ καλοῦντι, ὥσπερ οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Καὶ ἵνα μὴ πάλιν μηκύνω τὸν λόγον, συνελὼν ἐρῶ. Εἰς ἔτη γὰρ ἐλάσας οὗτος ὁ πατριάρχης ἐννενηκονταεννέα, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χρηματίζεται B εἰς περιτομήν. Καὶ ἄρχεται ἐνθένδε ὁ χαρακτὴρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ μετὰ τὸν Ἑλληνισμόν. Καὶ ἦν τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς (32) εἰκοστὴ πρώτη γενεά, ἔτη δὲ τρισχίλια τετρακόσια τριακονταέν· καὶ ὁ Ἰουδαϊσμὸς ἀρχὴν ἐλάμβανεν. Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ (33) ἄχρι τοῦ πύργου καὶ τοῦ Σερούχ. Ἀπὸ δὲ

VIII. Post hæc eadem qua catholicam et apostolicam Ecclesiam figura, notaque Abrahamum eligit Deus, virum in præputio fidelem, ac religione pietateque perfectissimum, atque ut scientia prophetis parem, sic ad evangelicam disciplinam vitæ instituto provectum. Erat tum domi patrem observans, cum Dei oraculo vocatus domesticis renuntiavit, et cum a quo vocatus erat, secutus est; quemadmodum Petrus, Andreas, Jacobus et Joannes postea fecerunt. Ac ne denuo sim longior, paucis omnia complectar. Cum igitur ad nonagesimum nonum ætatis annum patriarcha ille pervenisset, de circumcisione a Deo responsum accepit [20]. Inde Judaismi nota post gentilem superstitionem originem habuit. Agebatur tum annus mundi unus et tricesimus supra ter millesimum ac quadringentesimum, ætate ab orbe condito altera et vice-

[19] *Γρ.* προφήτην. [20] Gen. xvii, 10.

tempore, quo Assyriorum monarchia cœpit, Ægyptios regnasse dixerimus, cum illorum primordium circa annum a diluvio 153 inciderit, detractis totidem annis ab intervallo, quod a diluvio ad quintum Cambysis elapsum est, anni supererunt 1650 ab Ægyptiorum initio ad Cambysen usque, et Persarum in Ægypto dominatum, per Africani dynastias, si lubet, dispensandi; quod otiosum ac nugacissimum est. Ad summam, qui Ægyptiacarum originum historiam, veritatemque consequi studet, postulatitias illas Scaligeri periodos, et omnem dynastiarum pompam rejiciat necesse est, ac certis se annorum intervallis astringat.

(31) *Οἱ ἐν Σικυῶνι δὲ μόνοι.* Ex eodem Eusebio sumpsit. Sed hoc parum fideliter, quod primum Sicyoniorum regem facit Europem, cum sit apud Eusebium secundus: nam primus est Ægialeus, qui annis LII regnavit. Huic Europs successit, cujus anno XXII nascitur Abrahamus. Antiquissimum hoc in Europa regnum fuit. Cujus in annis minime auctores consentiunt. Sed parum admodum fere omnes absunt a millenis; quot Apollodorus apud Eusebium numerat. Hujus regni si initium explorare volumus, eadem, qua supra, methodo, considerandus est finis. Postremus Sicyoniorum regum Zeuxippus fuit; cujus post obitum Agamemnon regnum illud invasit: ita ut deinceps reges nulli D proprii fuerint, sed sacerdotes: tametsi post Zeuxippum Pausanias Hippolytum regnasse scribit, quo imperante Sicyoniis potitus est Agamemnon. Addit et Lacestadem regem; sub quo a Doriensibus Sicyonii subacti sunt. Constat igitur propemodum sub Trojanum excidium Sicyoniorum desiisse regnum. Tempus ἁλώσεως Trojanæ annus est in per. Jul. 3530, mundi 2800, post diluvium 1144. Quare cum Agamemnon XV annos regnaverit, ex quibus X Trojanæ obsidioni decerpendi sunt, quinque primis Sicyonem expugnavit. Cœpit autem Agamemnon, ut eodem anno desiisse fingamus, quo Troja est excisa, per. Jul. 3516, mundi 2786, post diluvium 1130. Quare si anno regni primo Zeuxippum vicit, ac primi illi regum anni terminati sunt, affirmandum est Sicyoniorum imperium iniisse anno post diluvium circiter CLXIV, paulo post Assyriorum exordium. Ita falsum erit, quod Eusebius operis initio præfixit, ortum esse patriarcham Europis anno XXII, qui est ab initio regni Sicyonii LXXIV: nam centum prope ac triginta anni inter utramque epocham interjecti sunt.

(32) *Καὶ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς.* In superiore numero ab orbis initio ad εἰκοστὴν γενεάν numerabat annos 3532: cui summæ duos et triginta deesse ad LXX Seniorum ratiocinia monuimus. Vicesima γενεά, quia Cainan comprehenditur, est C Thare ortus; Abrahami vero, XXI. Ad hanc anni sunt ex LXX 3434, nempe additis Thare septuaginta, quot erat natus, cum Abrahamum genuit. Ad Abrahami porro circumcisionem, anni fluxerunt 3532. Atqui Epiphanius ab orbe condito ad Abrahami XC, quo circumcisionis præceptum editum est, et Judaismus occœpit, nonnisi 3432 annos enumerat. Aut igitur πεντακόσια pro τετρακόσια restituendum est: aut certe summam illam non ad Isaaci natalem, vel circumcisionem Abrahami, sed ipsius ortum Abrahami perduxit, hoc est ad XXI ab Adamo γενεάν. Hoc si ita est, tum in viam redierit Epiphanius, et XXX fere illos annos restituerit, quos a superiore calculo abesse docuimus: nisi quod tres omnino anni desiderantur; quod nullius est momenti.

(33) *Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ.* Ad Seruch, inquit, et turrim: quasi Babylonica turris Seruchi tempore sit exstructa. Quod secundum Latinos defendi potest; Græcorum vero rationibus repugnat. Etenim Geneseos X, 25, Heber Phalego filio nomen imposuit ab eventu: *Quod in diebus ejus divisa sit terra.* Hoc partim Heberis ipsius tempore, paulo ante Phaleg ortum accidisse censent; partim sub Phaleg, et *in diebus ipsius.* Qui posteriorem sectam tenent, Heberem dicunt afflatu prophetico præsensisse divisionem illam, quam post Phalegi ortum quamlibet longe, impune certe submovent. Tertius a Phalego Seruch est; qui anno apud Latinos ætatis XXX Nachorem genuit, cum Phaleg XCII ageret. Quare sub Serucho turris ædificari potuit. Verum hoc LXX Seniorum ratiocinia non ferunt. Nam ab ortu Phaleg, ad Seruchum anni sunt apud Græcos CCLXII. Vixit autem Phaleg annos non amplius CCXXXIX. Non potest igitur sub Serucho excitata esse turris, si quidem vivo adhuc Phalego, *et in diebus ejus divisa sit terra.* Ideo πλατυκῶς Epiphanius dixit, ἄχρι τοῦ πύργου, καὶ τοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sima, cum Judaismus effloruit. Nam a diluvio ad turris ædificationem ac Seruchum Scythicum vivendi institutum tenuit. A Serucho ad Abrahamum, et in hanc usque diem gentilis superstitio. Porro nulla adhuc ab Abrahamo secta cognomen adepta fuerat. Sed ii duntaxat, qui ejusdem religionis appellatione continebantur, Abrahamitæ ab eodem patriarcha dicebantur. Hic enim octo liberos habuit; ex quibus unus Isaac hæres institutus est; quod et pietati deditus vitam suam ex patris sententia moderaretur, et singulari Dei promissione eidem fuisset parenti concessus. Ante quem Ismaelem ex Agar ancilla susceperat. Sed et Chetura sex illi postea peperit [11]. Qui omnes per Felicem Arabiam dispersi sunt: Zembran scilicet, Jezan, Jesboe, Sove, Emmaden, et Madian, una cum ancillæ filio, quem Ismaelem vocatum esse paulo ante diximus. Sed hic postremus delecto in solitudine ad habitandum loco Phares condidit; liberosque numero duodecim suscepit: a quibus Agarenorum, sive Ismaelitarum, qui hodie Saraceni dicuntur, tribus propagatæ sunt. At Isaaco duo nati sunt filii, Esau et Jacob. Quo tempore veræ pietatis religionisque cultoribus Abrahamitarum, et Isacidarum nomen attributum est. Post hæc Esau in Idumæam discedens (est hæc regio Chananæorum tractui ad meridiem et orientem **10** obversa) in Seire monte domicilium collocat, ibique oppidum Edom constituit. Cujus liberi perpetua successione in Idumæa dominati sunt, indeque principes Edom appellabantur. Ex qua stirpe si Abrahamum e serie sustuleris, et ab Isaaco cœperis, quintus ordine Job numerandus venit. Etenim Isaacus Esau filium habuit, ab hoc Raguel, a Raguele Zara genitus est. Hic vero Jobi pater exstitit, qui cum antea Jocab diceretur, paulo ante calamitatem illam Jobus alio nomine vocatus est. Per illud vero tempus circumcisionis ritus obtinebat. Cæterum Jacob Esau fratris iram metuens, de parentum consilio in Mesopotamiam Phadan profugus concessit, ultra Mesopotamiæ partem alteram, quæ Susoba nominatur.

[11] Gen. xxv, 2.

A τοῦ Σερούχ ἕως τοῦ Ἀβραάμ, καὶ δεῦρο, Ἑλληνισμός. Ἀπὸ δὲ Ἀβραὰμ οὕπω ἐπώνυμον ἦν αἱρέσεως, ἀλλ' ἢ μόνον οἱ τῆς αὐτῆς θεοσεβείας τοὔνομα ἔχοντες Ἀβραμιαῖοι ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐκαλοῦντο. Ἁπάσης γὰρ τούτῳ ὑπῆρξαν ὀκτώ· Ἰσαὰκ δὲ κληρονόμος μόνος ἦν· διότι καὶ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἐβίου, θεοσεβείᾳ προσανέχων, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν Θεοῦ τῷ πατρὶ ἐδεδώρητο. Ἔσχε δὲ πρὸ τούτου τὸν Ἰσμαὴλ ὑπὸ παιδίσκης τῆς Ἄγαρ. Χεττοῦρα δὲ τούτῳ τίκτει παῖδας ἕξ. Διεμερίσθησαν δὲ οὗτοι ἐπὶ τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν καλουμένην· Σεμβρὰν καὶ Ἰέζαν (34) καὶ Ἰεσβοὴ καὶ Σωῦε καὶ Ἐμμαδὲμ καὶ Μαδιὰμ, καὶ ὁ τῆς παιδίσκης· Ἰσμαὴλ δὲ, ὡς ἔφην, τούτῳ ἦν ὄνομα. Καταλαμβάνει δὲ οὗτος, καὶ κτίζει τὴν Φαρὲς καλουμένην ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τούτῳ παῖδες B γίνονται δεκαδύο τὸν ἀριθμόν· ἐξ ὧν αἱ φυλαὶ (35) τῶν Ἀγαρηνῶν, τῶν καὶ Ἰσμαηλιτῶν, Σαρακηνῶν δὲ τὰ νῦν καλουμένων. Γεννᾷ δὲ Ἰσαὰκ δύο παῖδας, Ἡσαῦ τε καὶ Ἰακώβ. Καὶ ἐκαλεῖτο τότε τὸ γένος τῶν θεοσεβῶν Ἀβραμιαῖοί τε καὶ Ἰσαάκιοι. Διορισθέντος δὲ τοῦ Ἡσαῦ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ τῆς Χαναὰν κειμένης χώρας καὶ ἀνατολικῆς, οἰκιστὴς γίνεται τοῦ Σηεἰρ ὄρους, καὶ πόλιν κτίζει τὴν Ἐδὼμ καλουμένην. Γίνονται δὲ τούτῳ παῖδες, καὶ ἡγεμονεύουσιν ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ ἕκαστος κατὰ διαδοχὴν, οἳ καὶ ἐκαλοῦντο ἡγεμόνες Ἐδώμ. Ἐξ οὗπερ πέμπτος (36) κατὰ διαδοχὴν ὁ Ἰὼβ, ὑπεξαιρουμένου τοῦ Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ ἀριθμουμένου· Ἰσαὰκ γὰρ γεννᾷ τὸν Ἡσαῦ, Ἡσαῦ τὸν Ῥαγουὴλ, Ῥαγουὴλ τὸν Ζαρᾶ, Ζαρᾶ τὸν Ἰὼβ, πρὶν μὲν καλούμενον Ἰωκὰβ, ἕτερον δὲ κληθέντα Ἰὼβ ὀλίγῳ πρόσθεν πρὸ τοῦ γενομένου αὐτῷ πειρασμοῦ. Ἦν δὲ περιτομὴ πολιτευομένη. Ἰακὼβ δὲ ἀποδιδράσκει ἀπὸ Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ διὰ μῆνιν κατὰ συμβουλίαν πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν Φαδὰν (37) ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας Σουσωβά· ὃς ἄγεται ἐκεῖθεν τῆς ἰδίας συγγενείας γαμετὰς τέσσαρας τὸν ἀριθμόν· καὶ κυΐσκουσιν αὐτῷ παῖδας δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν, τοὺς καὶ πατριάρχας ἐπικληθέντας. Παλινδρομοῦντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν Χαναανῖτιν γῆν πρὸς

Σερούχ· quia secundum turris ædificationem, Seruchi temporibus idololatria grassata est.

Animadvertenda et hoc loco et alibi sparsim constituta apud Epiphanium religionis, ac sectarum progressio. Principio enim Barbarismum ab orbis initio ad diluvium decurrisse putat. Inde ad ortum Seruchi Scythismum. A Serucho deinceps Hellenismus obtinuit. Tum Abrahamiæorum ab Abrahamo secta. Exinde Judaismus ab anno patriarchæ XCIX. Quæ partitio maxime ob Scythismum fautorem me non habet. Neque enim fando unquam est auditum: Noemi posteros ante turrim conditam Scythas appellatos, aut aliis denique, quam Scythiæ incolis, post nationum utique divortia, Scytharum vocabulum attributum. Hanc Epiphanio partitionem peperit arguta illa Pauli interpretatio, ad Rom. I, ubi Barbarorum, Scytharum, Græcorum, Judæorumque fit mentio. Sed quam alienus ab Epiphanii mente sit Apostoli locus ille, res ipsa loquitur.

(34) *Σεμβρὰν, καὶ Ἰέζαν.* Hebraice Jecsan, LXX Ἰεκτάν. Mox Ἐμμαδὲμ corrupte apud Epiph. pro Μαδὰν, LXX Μαδάλ.

(35) *Ἐξ ὧν αἱ φυλαί.* De Sarracenorum φυλαῖς, et φυλάρχοις frequens apud Procopium, aliosque mentio.

(36) *Ἐξ οὗπερ πέμπτος.* De Jobi stirpe et origine non eadem fuit antiquorum opinio. Sed quam Epiphanius sequitur, ea communis, maximeque probabilis est: Job eumdem esse cum Jobab, de quo Genes. XXXVI, 33. Quod in editione LXX ad calcem libri Job adnotatum est, ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ, excluso scilicet Abrahamo; ut Epiphanius interpretatur. De quo vide cum alios, tum Salianum nostrum, qui de Jobi historia, ut et de cæteris, luculente eruditeque scripsit.

(37) *Ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν Φαδάν.* Mesopotamia פַּדַּן אֲרָם *Pudan Aram* appellatur Genes. XXV et XXVIII. Sed quæ sit altera Mesopotamia Susoba, nondum comperi, nec ulla ejus nominis occurrit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα Ἰσαὰκ καὶ μητέρα Ῥεβέκκαν, γίνεταί τις αὐτῷ ὀπτασία ἐκ Θεοῦ παρὰ τὰς τοῦ Ἰορδάνου διεκβολάς· Ἰαβὼκ δὲ τὸν χειμάρρουν καλοῦσιν, ἔνθα που ἐθεάσατο παρεμβολὰς ἀγγέλων. *Καὶ ἰδού*, φησὶν, *ἄνθρωπος ἀφ' ἑσπέρας, καὶ συνεπάλαιεν αὐτῷ ἄχρι τῆς ἕω*, ὃν ἄγγελον ἐπεσημήνατο ἡ Γραφή· ὃς κατ' εὐλογίαν δίδωσι τῷ Ἰακὼβ ἀξιώματος ὄνομα τῷ Ἰσραήλ. Διαναστὰς δὲ ἐκεῖθεν ὁ Ἰακὼβ, ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Εἶδος Θεοῦ· ἐπειδὴ ὁ πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς εὐλογίας φήσας, ὅτι *Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' ἢ Ἰσραὴλ κληθήσεται*, διέστειλε λέγων· *Ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ.* Ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου Ἰσραηλῖται καλοῦνται.

Θ'. Καὶ ὁ Ἰσραὴλ μετὰ τὴν τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον κάθοδον κάτεισι καὶ αὐτὸς σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, υἱῶν τε καὶ ἐκγόνων, γυναικῶν τε τῶν προειρημένων, καὶ ἄλλων, ἐν ἑβδομήκοντα ψυχῶν (38) τὸν ἀριθμόν. Διατρίβει δὲ τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ γενεὰς πέντε. Ἰακὼβ γὰρ γεννᾷ τὸν Λευῒ καὶ τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἄλλους δέκα πατριάρχας. Λευῒς δὲ γεννᾷ τὸν Καάθ. Ἰούδας δὲ γεννᾷ τὸν Φαρές. Καὰθ γεννᾷ τὸν Ἀμβράμ. Ἀμβρὰμ γεννᾷ τὸν Μωϋσέα. Φαρὲς γεννᾷ τὸν Ἐσρώμ. Ἐσρὼμ γεννᾷ τὸν Ἀράμ. Ἀρὰμ γεννᾷ τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσὼν ἐν χρόνοις Μωϋσέως (39)· καὶ Ναασσὼν πέμπτῃ γενεᾷ κατὰ τὸν Λευῒ. Ἔξειαν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν θεοσημείοις, καὶ στρατοπεδεύει ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾶ. Καὶ χρησμῶν δοθέντων ἐκ Θεοῦ τῷ θεράποντι αὐτοῦ Μωϋσεῖ ἀριθμήσασθαι ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν, καὶ ἕως πεντήκοντα ἄνδρας δυναμένους σπάσασθαι ῥομφαίαν, καὶ λαμβάνειν ὅπλα πολεμικά, εἰς ἑξηκονταδύο μυριάδας καὶ ὀκτακισχιλίους πεντακοσίους εὗρεν. Ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ (40) Ἴναχος παρ'

A Unde quatuor e cognata familia conjuges duxit, e quibus duodecim liberos patriarchas suscepit. Cumque in Chananæam ad parentes suos Isaac et Rebeccam postliminio rediret, visum ei quoddam haud procul Jordanis vadis divinitus oblatum est, ad torrentem Jaboc, ubi angelorum castra conspexit. *Et ecce*, inquit, *vir quidam cum eo luctabatur a vespera ad auroram usque* [11], quem angelum fuisse Scriptura significat, qui Jacobo benedicens, eidem dignitatis nomine Israelis appellationem indidit. Postea digrediens Jacobus ei loco Visionis Dei nomen imposuit, propterea quod qui sibi inter benedicendum dixerat : *Nequaquam amplius vocaberis Jacob, sed Israel tibi nomen erit*, idem hoc diserte subjecerat: *Quoniam cum Deo contendens præpotens*
B *fuisti, etiam contra homines viribus valebis* [12]. Ab illo deinceps tempore Israelitæ nuncupati sunt.

IX. Postquam vero in Ægyptum Josephus profectus est, ad eum Israel cum universa familia perrexit, cum filiis, inquam, ac nepotibus, atque horum omnium uxoribus, reliquaque domo, ut in totum septuaginta capita numerata sint. Mansit porro Israelitarum in Ægypto genus ætatum quinque spatio. Siquidem Jacobus Levi atque Judam genuit, cæterosque patriarchas decem. Levi Caath filium ; Juda Phares suscepit. Caath Amram genuit, Amram Moysen. At Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, 11 Aminadab Naasson Mosis tempore. Sic ætate perinde quinta Naasson ortus est. At
C Israelitæ per mare Rubrum ex Ægypto inter stupenda prodigia digressi in deserto Sinaitico castra metati sunt. Tum Moysi Dei servo divinum oraculum recensere populum jubet, eorumque numerum inire, qui militarem ætatem adepti tractare arma possent, a vicesimo ætatis anno ad quinquagesimum. Quam in descriptionem sexcenta viginti et octo millia ac quingenta capita relata sunt. Atque idem illud tempus fuit, quo apud Græcos Inachus

[11] Gen. XXXII, 24. [12] Ibid. 28.

(38) *Ἐν ἑβδομήκοντα ψυχῶν.* Cor. ψυχαῖς. De numero dissident Hebræi Latinique codices a LXX Senioribus ; secundum quos Act. VII, 14, Stephanus 75 animas enumerat : quanquam iidem illi LXX Deut. X, 22, non plures animas quam septuaginta posuerunt. De hac quæstione vide Hieron. *in Tradit.*, et Augustin. quæst. 152 *in Genes.*, et XVI *De civit.*, 149.

(39) *Ἐν χρόνοις Μωϋσέως.* Prava interpunctio falsissimam sententiam hoc loco peperit : nempe quinta γενεᾷ utrobique tam in stirpe Levi, quam Judæ, Israelitas ex Ægypto migrasse. Dixit enim paulo ante : mansisse illos in Ægypto γενεὰς πέντε· quas deinde singillatim percenset. Atqui de sola id Levitica utcunque verum est ; in Judæ stirpe falsum. Hæc enim est utriusque series.

Jacob	
Levi	Juda
Caath	Phares
Amram	Hesron
Moyses	Ram
	Aminadab
	Naasson

Ægyptum ingressus est Jacob, cum jam Caath nepotem ex Levi filio suscepisset. Quamobrem prius illud falsum est, πέντε γενεὰς in Ægypto commoratos Israelis posteros, cum duæ, aut ad summum tres duntaxat intercesserint. Posterius, quod ait quinta γενεᾷ liberatum esse populum, commoda
D interpretatione sic adjuvandum est, ut quintum caput per γενεάν intelligat. Nam Moyses a Jacobo quintus est. Neutrum in stirpe Judæ procedere potest. Siquidem Naasson a Jacobo septimus est. Ergo ita locum Epiphanii concipiemus : ἐν χρόνοις Μωϋσέως, καὶ Ναασσὼν· πέμπτῃ γενεᾷ κατὰ τὸν Λευῒ ἔξεισιν, etc.: *Quinta generatione duntaxat in serie Levi.* Quod adjiciendum ideo fuit, quia ambas inter se familias permiscuerat. Ad eumque modum corrigenda et interpretatio nostra.

Huc illa celebris et a chronologis vexata quæstio pertinet : quot annos in Ægypto Israelitæ permanserint. Quam ne attingam hoc loco, cum eorum, a quibus est tractata, diligentia, et copia, tum instituta notarum brevitas hortatur.

(40) *Ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ.* Veterious ante Eusebium omnibus persuasissimum erat, Moysis σύγχρονον Inachum fuisse, ut Josepho, Clementi, Tatiano, cæteris denique. Quorum quidem errorem castigavit Eusebius : et Inachum ante Israelitarum

Digitized by Google Распознавание текста

florebat; cujus Io filia, Atthis anas dicta, Atticæ regioni de suo nomen imposuit. Ex eadem natus et Bosphorus, cui cognominis urbs in Euxino mari posita. Sed Ægyptii Isin illam nuncupant, ac pro dea venerantur. Inachi porro nomen etiam fluvius quidam sortitus est. Cæterum illinc Græcorum mysteria religionesque derivatæ sunt, quæ apud Ægyptios, Phryges, Phœnices et Babylonios male antehac excogitata per Cadmum, et Inachum, qui prius Apis dictus, Memphin urbem condidit, ex Ægypto translata sunt in Græciam. Quin etiam ab Orpheo aliisque nonnullis invecta varias in sectas coaluere postmodum : quarum Epicurus, Zeno Stoicus, Pythagoras ac Plato, duces atque inventores fuerunt. Igitur ab illo tempore corroborata deinceps illa superstitio ad imperium usque Macedonicum, et Xerxem Persarum principem, post primum Hierosolymorum excidium. Itemque ad Nabuchodonosoris usque captivitatem, adeoque Darii et Alexandri Macedonis tempora. Tum enim Plato florebat, ac qui Platonem ætate præcessit Pythagoras, et qui post eum vixit Epicurus. Ex illa, uti dixi, occasione Græcorum monimenta propagata sunt. Tum quæ secundum illud tempus celebratæ fuerunt philosophorum sectæ, eæ tametsi secum invicem in

A Ἕλλησι γνωριζόμενος, οὗ θυγάτηρ Ἰὼ (41), ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ ἡ Ἀττικὴ · ἐξ ἧς καὶ ὁ Βόσπορος, οὗ ἐπώνυμος πόλις Βόσπορος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ καλουμένη. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν Αἰγύπτιοι Ἶσιν, ἣν καὶ ὡς θεὰν προσκυνοῦσιν. Ὁμώνυμος δὲ τούτῳ καὶ ποταμός ἐστιν Ἶναχος οὕτω καλούμενος. Ἐκεῖθεν δὲ ἀρχὴν ἔσχε τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήριά τε καὶ τελεταί, πρότερον παρ' Αἰγυπτίοις καὶ παρὰ Φρυξὶ καὶ Φοίνιξι καὶ Βαβυλωνίοις κακῶς ἐπινενοημένα, μετενεχθέντα τε εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας ὑπὸ Κάδμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰνάχου, Ἄπιδος (42) πρότερον κληθέντος, καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν Μέμφιν· ἀλλὰ καὶ παρ' Ὀρφέως, καὶ ἄλλων τινῶν τὴν ἀρχὴν λαβόντα, καὶ εἰς αἱρέσεις συσταθέντα (43) ὕστερον ἐν Ἐπικούρῳ καὶ Ζήνωνι τῷ
B Στωϊκῷ, καὶ Πυθαγόρᾳ, καὶ Πλάτωνι, ἐξ οὗπερ ἤρξαντο χρόνου κρατυνθῆναι ἕως τῶν Μακεδονικῶν χρόνων (44), καὶ Ξέρξου τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῶν Ἱεροσολύμων τὸ πρῶτον, καὶ Ναβουχοδονόσωρ αἰχμαλωσίας, καὶ Δαρείου, καὶ τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα χρόνων. Πλάτων γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν (45) ἐγνωρίζετο, καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, Πυθαγόρας τε καὶ Ἐπίκουρος ὁ μετέπειτα. Ὅθεν δή, ὡς προεῖπον, τὴν πρόφασιν εἴληφε, καὶ εἰς κατάστασιν ἦλθε τὰ παρ' Ἕλλησι συγγράμματα,

migrationem annis ferme CCCXLVI exstitisse docuit. Quare vehementer miror, Epiphanium, qui Eusebium in omnibus, quæ ad temporum rationem attinent, perpetuo sequatur, ibi, ubi minime oportuit, ab ejus auctoritate descivisse, ac falsam veterum opinionem veritati prætulisse. Atque ut verum Inachi et Argivorum regni initium eruatur, hujus extrema tempora perscrutanda sunt, atque in termino aliquo deligendus est gradus, unde ad anteriora progredi liceat. Duæ apud Eusebium dynastiæ in ejusdem propemodum regni successione ponuntur : Argivorum una regum, Mycenæorum altera. Argivorum regum series ab Inacho cœpta ad Acrisium usque perducta est; quanquam Inachi stirpem, ac familiam Sthenelus claudit : quo mortuo, in Danaum peregrinum, atque Ægyptium jus est ab Argivis imperii translatum. Deinceps a Danao ad Acrisium propagata successio est. Quem cum Perseus nepos per imprudentiam occidisset, Mycenas sese contulit, ubi vel ab ipso, vel ab ejus filio Sthenelo continuatum est Argivorum regnum, et Mycenæum appellatum. Ultimus regum istorum, cujus quidem rationem Eusebius habeat, Agamemnon fuit : quo interempto Mycenæorum regnum in
D secundo *Chronico* terminatur anno eodem, quo excidium Trojanum accidit. Vide Pausaniam *Corinthiacis*. Jam Argivorum, Mycenæorumque regum successio, annique quibus imperarunt, varie ab Eusebio traduntur in utroque *Chronic.*, lib. XX. Nam in posteriore, ab exordio Inachi ad Trojanam ἅλωσιν, anni numerantur 675; in priori 655. Secundum posterioris libri ratiocinia, quem præcipue sequimur, cum Trojanum excidium congruat anno periodi Jul. 3530, mundi 2800, Inachus anno ante hunc sexcentesimo septuagesimo quarto, cœpit periodi Jul. 2856, mundi 2126, post diluvium 471, post Abrahami ortum 179. Cumque Israelitæ anno per. Jul. 3183, mundi 2455 ex Ægypto migraverint, Inachi primordium Moysis principatum antecedit annis fere 325. Tantum veterum Scriptorum, et Epiphanii *Chronologia* a veris temporum rationibus aberrat.

(41) *Οὗ θυγάτηρ Ἰώ.* Hæc ex Eusebii *Chronicis* interpolata sunt. Eusebius ad annum 160 hæc notat : *Inachi filia Io, quam Ægyptii mutato nomine Isidem colunt. A patre Inacho Inachus fluvius apud Argos. A filia Ione Bosporus nuncupatur.* At anno
C 481, *Io*, inquit, *Iasi filiæ Jupiter mistus est : qua in bovem, ut dicitur, versa, Bosporus appellatus est; et secundum nonnullos in Ægyptum profecta, Isis nuncupata.* In Græcis, quæ ex Georgio monacho Scaliger concinnavit, pro Iasi, scriptum est Ἰνάχου. Itaque duas ejusdem nominis apparet fuisse. De priore loquitur Epiphanius. Sed hoc de suo perperam adjecit; eamdem Atthidem nominatam; nam Eusebius anno 511 Cranai secundi Atheniensium regis filiam Atthidem exstitisse scribit, a qua Attica cognomen obtinuit, cum hactenus Acta vocaretur.

(42) *Καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰνάχου, Ἄπιδος.* Multum discrepant Inachus et Apis; nam hic ab illo tertius est in Argivorum regum serie. Quare imprudenti hoc Epiphanio excidit.

(43) *Καὶ εἰς αἱρέσεις συσταθέντα.* Quis hoc præter Epiphanium dixit, mysteria illa quæ ab Orpheo, cæterisque Athenas importata fuerant, philosophorum sectas ac dogmata propagasse? Plane hoc inauditum, ac mirum : neque, ut quod res est fatear, speciem ullam probabilitatis continet.

(44) *Ἕως τῶν Μακεδονικῶν χρόνων.* Susque deque miscet, ac perturbat omnia; non minus temporum quam veritatis, et historiæ securus; nam Macedonica tempora, quibus imperium istud floruit, a Xerxis ætate nimium distant, multo magis a Nabuchodonosore. Et tamen ad illa tempora sectarum principes philosophos exstitisse docet. Hæc sunt inextricabilia.

(45) *Πλάτων γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν.* Toto, inquit, illo spatio Plato, et ante hunc Pythagoras, ac post illum Epicurus emersit. Xerxisne, ac Nabuchodonosori temporibus? Unus ex iis, quos recensuit Epiphanius, antiquissimus Pythagoras diu post Nabuchodonosorum, ante Xerxen floruit, nempe olympiade LX, ut Diogenes testatur, Cyro adhuc superstite.

Digitized by Google Распознавание текста

αἱ αἱ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον βοώμεναι αἱρέσεις A ων φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλας τῇ μὲν πλάνῃ συνᾴδουαι, καὶ ὁμόστιχον γνῶσιν συναφαίνουσαι εἰδωλολαρείας τε καὶ ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας· τῇ δὲ αὐτῇ πλάνῃ εἰς ἑαυτὰς συγκλώμεναι διαφέρονται ἑτέρα πρὸς ἣν ἑτέραν.

eo consentiant, quod errorem propugnant, paremque et eamdem idololatriæ, atque impietatis doctrinam contexant, in illa tamen erroris libidine semetipsas collidunt, ac mutuo repugnant.

ΣΤΩΙΚΟΙ,

ρίτη ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, πέμπτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

12 DE STOICIS,

Quæ III est gentilium hæresis, ordine vero V.

Α'. Καὶ Στωϊκοὶ μὲν φρονοῦσι περὶ θεότητος τοῦο, φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸν Θεὸν, ἢ παντὸς τοῦ ρωμένου κύτους, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς καὶ τῶν λλων ὡς ἐν σώματι ψυχή. Μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν ἅπαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον αἱ σελήνην καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα καὶ τὰ λλα, μεταγγισμούς τε ψυχῶν (46), καὶ μετενσωατώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα καθαιρομένας σωάτων, ἐδ' αὖ πάλιν εἰσδυούσας, καὶ ἀνάπαλιν γενυμένας. Διὰ πολλῆς αὐτῶν πλάνης ταύτην τὴν εβέβειαν παρυφαίνουσι. Μέρος δὲ Θεοῦ καὶ ἀθάναν τὴν ψυχὴν ἡγοῦνται. Ἔσχον δὲ Ζήνωνα ἀρχην τῆς Στοᾶς, περὶ οὗ πολὺς θρυλλεῖται λόγος. ἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν (47) Κλεάνθου τινὸς τοῦ πὸ Τύρου ὁρμωμένου· ἄλλοι δὲ φάσκουσιν αὐτὸν ιτέα τῆς Κύπρου νησιώτην· ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέι (48) χρόνον, ὕστερον δὲ ἐν Ἀθήναις προστησάενον τουτὶ τὸ δόγμα ἐν τῇ Στοᾷ οὕτω καλουμένῃ. νὲς δὲ φασὶ δύο Ζήνωνας εἶναι, τόν τε Ἐλεάτην ἱ τὸν προειρημένον. Ὅμως οἱ ἀμφότεροι οὕτως ογμάτισαν, εἰ καὶ δύο εἶεν. Φάσκει οὖν καὶ οὗτος ν ὕλην σύγχρονον καλεῖν τῷ Θεῷ ἴσα ταῖς ἄλλαις B ρέσεσιν, εἱμαρμένην τε εἶναι καὶ γένεσιν, ἐξ ἧς ι πάντα διοικεῖται καὶ πάσχει. Πρὸς ἃ τοίνυν χύει ἡ σύντομος ἡμῶν αὕτη σύνταξις πρὸς τὴν ύτου φαυλότητα ἀλεξητήριον φάρμακον διεξιέναι, ἱ οὐχὶ μᾶλλον εἰς ὄγκον πολὺν ἐλάσσω[1] τῆς πραιτείας τὸ ἐχέγγυον· ἀκροθιγῶς δὲ, ἵνα μὴ ἐν παὸρομῇ γένωμαι, πρὸς τοῦτον ἐρῶ.

I. Quod ad Stoicos pertinet, hæc est de divinitate illorum opinio. Deum esse mentem asserunt, quæ totius aspectabilis molis, cœli nimirum ac terræ cæterarumque rerum velut corporis anima sit. Rursus divinitatem unam in plures ac particulares naturas distribuunt, solem videlicet, lunam, ac stellas, animam, aerem, resque cæteras. Ad hæc animarum ex aliis in alia corpora transfusiones ac transitus admittunt. Eas quippe de corpore decedere, ac rursus ingredi, iterumque gigni statuunt : et consceleratum illud dogma quadam erroris abundantia contexunt. Cæterum particulam quamdam Dei, eamdemque immortalem animam esse prædicant. Porticus princeps, sive Stoicæ sectæ Zeno fuit, de quo varius est sermo. Nam alii Cleanthis cujusdam Tyrii filium fuisse putant : alii Cittiensem faciunt ex insula Cypro; quem et Romæ aliquandiu vixisse narrant; indeque Athenas profectum in Stoa, hoc est porticu, dogmata illa publice proposuisse. Non desunt qui duos Zenones distinguant, Eleatem, et eum de quo proxime dictum est. Utcunque sit, eadem ab utriusque decreta profluxerunt. Proindeque materiam æqualem Deo facit alter ille, quemadmodum et hæreses reliquæ. Tum vero fati atque originis necessitatem astruit, cujus legibus temperentur et afficiantur universa. Igitur quæcunque operis instituti brevitas contra illius nequitiam disputari patitur, ac velut auxiliare medicamentum parari; sed ita nequaquam ut in immensam molem illud ipsum opus excrescat, hæc, inquam, summatim, ne prætermisisse videar adversus illum objiciam : itaque conveniam.

Β'. Πόθεν εἴληφας, ὦ οὗτος, τὴν τῆς διδασκαλίας ταύτης ἀρχήν; ἢ ποῖον Πνεῦμα ἅγιον οὐρανόθεν λελάληκέ σοι περὶ τῆς σαυτοῦ πλάνης; δύο μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύγχρονα, ὕλην καὶ Θεὸν, βεβιασμένως λέγεις. ἐξελέγξεται γάρ σου ὁ λόγος, καὶ ἀσύστατος ἔσται.

II. Heus tu! inquam. Potin' eloqui a quo doctrinam hanc acceperis? aut quis demum Spiritus sanctus tecum de hoc tuo errore sit locutus? Duo quippe simul æqualia tempore, materiam scilicet ac Deum violenter obtrudis. Excidit igitur tua illa

[1] Forte ἐλάσω.

(46) *Μεταγγισμούς τε ψυχῶν.* Stoici animam habant esse corpoream : videlicet πνεῦμα ἔνθερν, ut ait Diogenes, ideoque interire post mortem : tametsi aliquandiu post obitum maneret. ετεμψύχωσιν vero defendisse Stoicos nusquam a e lectum est. Et hallucinationem hanc esse crederim, quemadmodum et quod sequitur : immorlem a Stoicis animam esse constitutam. Quod lsum est. Videsis Diogenem, et Plutarch. *De acitis philos.*

(47) *Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν.* Zeno Stoicæ seæ conditor Mnaseæ, sive Demeæ F. Citiensis, ex pido Cypri insulæ, ut Laertius et Suidas narnt. De Cleanthe Tyrio Zenonis patre nihil comri. Quanquam scio ἄνωθεν fuisse Phœnicem quod Citiense oppidum a Phœnicibus colonis frequentatum fuerit. Quin etiam civem illum vindicasse sibi τοὺς ἐν Σιδῶνι Κιτιεῖς auctor est Laertius. Ergo Citium aliud in Phœnice oppidum. Denique Zenonem Pœnulum ob id appellat Cicero lib. IV *De fin. : Postea tuus ille Pœnulus* (*scis enim Citiæos clientes tuos e Phœnicia profectos*).

(48) *Ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέναι.* A quo hæc didicerit Epiphanius, beasset nos, si docere voluisset. Crediderim Ῥώμην ab eo pro Italia sumi, et Eleatem Zenonem cum Citiensi confundi; nam dubitat, duone fuerint ambo isti, an unus Stoicorum pater. Fuit autem Zenonum alter Eleates ex Italia; sed quod ambos dicit eadem habuisse dogmata, satis ex Diogene, aliisque refellitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ratio, minimeque cohæret ipsa secum, cum tu et opificem quemdam omnium rerum esse fateare, quem etiam omnipotentem asserís, et in eo tamen ipso divinitatum divortia constituas. **13** Cujusnam vero artifex erit ille, si æqualis tempore materia ponitur? Erit enim per sese suimet ipsa juris, utpote quæ a nullo sit originis principio deducta, adeoque subjecta nemini. Quod si ab ea, producere ut posset, opifex qui eam nactus est acceperit, nonnulla hæc esse debet illius imbecillitas, ac velut egenti facta contributio : nimirum qui non privatis ex copiis, sed ex aliena materia suum opus præstiterit. Jam illud de animarum in aliena corpora transitu, quantam in te levitatem depravatæ mentis arguit, qui et sapientiæ gloriam affectas, et rerum apud homines scientiam profiteris! Nam si pars est illa Dei, et quidem immortalis; tu vero ad infelicissima nescio quæ corpora non ferarum modo, sed et serpentum, ac vilissimorum animantium, conditionem illius dimittis, quæ naturam, te quidem auctore, haustam a Deo et expressam obtinuit; potest quidquam ea re esse perversius?

A Ὁμολογεῖς μὲν γάρ τινα εἶναι δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα φῄς· τοῦτον δὲ μερίζεις εἰς πολυθεΐαν. Τίνος δ' ἂν εἴη δημιουργὸς, [1] ἡ σύγχρονος εἴη ἡ ὕλη; Ἔσται γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἑαυτῆς δεσπόζουσα, ἡ μὴ ἀπὸ αἰτίου τινὸς λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν, καὶ οὐχ ὑποτασσομένη. Εἰ δὲ ὁ δημιουργὸς παρὰ ταύτης λαμβάνει προβολὴν ταύτην εὑράμενος, ἀδρανειά τις ἂν εἴη καὶ ἔρανος δι' ἀπορίαν τῷ προσπορισαμένῳ οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐξ ὑποκειμένων ἀλλοτρίων, ὅπως τὸ ἴδιον ὑποστήσεται δημιούργημα. Καὶ περὶ τοῦ τῶν ψυχῶν μεταγγισμοῦ πολλή τις ἡ φαυλότης τῆς παραπεποιημένης σου διανοίας, ἐθελόσοφε, καὶ γνῶσιν ἀνθρώποις ἐπαγγελλόμενε! Εἰ γὰρ μέρος Θεοῦ ὑπάρχει καὶ ἀθάνατος, σώματα δὲ οἰκτρὰ ὡς μόνον εἴποιμι θηρῶν τε καὶ ἑρπετῶν καὶ κωδίων B δυσγενῶν τῇ πλάσει αὐτῆς συνάπτεις, τῇ ἀπὸ Θεοῦ κατὰ σὲ τὴν οὐσίαν κεκτημένῃ· καὶ τί ἂν γένοιτο τούτου μοχθηρότερον;

III. At etiam Fatum nobis objicis, a quo omnia proficiscantur, quæ tam homini, quam cæteris rebus accidunt. Verum uno, eoque brevissimo dicto tuum illud commentum evanescet. Si enim istud ipsum; sapientem, ac prudentem fieri; rationis participem expertemque nasci, reliquaque hujus generis fati necessitas affert; sileant decreta legum omnia : quippe cum in adulteros sceleratosque cæteros fati vis illa dominetur. Sane quidem justius ab stellis, quæ necessitatem pariunt, pœnæ repetantur, quam ab eo qui quod agit omnino coactus aggreditur. Atque ut id alia ratione disputem : si ita uti volunt se res habet; agedum scholæ conticescant : desinant sophistæ, rhetores, grammatici, medici, cæteræque doctrinæ omnes, illiberalium artium innumera multitudo. Nec doceat deinceps quispiam; si quidem Fati beneficio, non litterarum disciplina, generi humano scientia suppeditat. Nam si doctos atque eruditos efficere Fati necessitas potest, nemo præceptori navet operam : sed illæ stamina trahentes Parcæ ingenia hominum disciplinis imbuant, quemadmodum inani falsoque illo dogmate profiteris.

Γ'. Εἱμαρμένην δὲ παρεισάγεις, ὡς ἐξ αὐτῆς γίνεσθαι τὰ τῷ ἀνθρώπῳ συμβαίνοντα καὶ ἄλλοις. Ἐξ ἑνὸς δὲ ῥητοῦ δι' ἐπιτομῆς τοῦ λόγου, ἀνατραπήσεται ἡ σὴ μυθοποιία. Εἰ γὰρ εἱμαρμένης τὸ σοφίζεσθαι, τὸ συνετίζεσθαι, τὸ λογικὸν γεννᾶσθαι καὶ ἄλογον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, παυσάσθωσαν νόμοι· ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ εἱμαρμένη μοιχῶν τε καὶ ἄλλων. Δίκην δὲ μᾶλλον τίσουσιν οἱ ἀνάγκην ἐπιτιθέντες ἀστέρες ἢπερ C ἀναγκαζόμενος δρᾶσαι τὸ ἐπιχείρημα. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἔτι περὶ τούτων ἐρῶ. Ἀργείτωσαν αἱ διατροβαὶ, παυσάσθωσαν σοφισταί τε καὶ ῥήτορες καὶ γραμματικοὶ, ἰατροί τε καὶ ἄλλαι ἐπιστῆμαι, βαναύσων τε τεχνῶν ἀμυθήτων πλῆθος. Καὶ μηκέτι μηδεὶς παιδευέτω, εἴπερ ἐξ εἱμαρμένης τυγχάνει τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μὴ ἐκ γραμμάτων μαθήσεως ὁ πορισμὸς τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει. Εἰ γὰρ εἱμαρμένη τὸν πεπαιδευμένον καὶ λογιώτατον παρεσκεύασε, μὴ μανθανέτω τις παρὰ τοῦ διδάσκοντος· ἀλλὰ τῇ φύσει λαμβανέτωσαν τὴν εἴδησιν αἱ τοὺς μίτους κλώθουσαι Μοῖραι, κατὰ τὸ φθέγμα τῆς κομπώδους σου διὰ λόγων πλάνης.

14 DE PLATONICIS,

Quæ est hæresis gentilium IV, ordine VI.

Hæc contra Zenonem et Stoicos dicta sunto. Quod ad Platonem attinet, in eodem is luto versatur. Nam de animarum ex aliis in alia corpora trajectione, ac vicissitudine; deque multitudine deorum, ac reliquis idololatriæ superstitionisque generibus eadem est illius sententia. Sed de materia fortasse non omnino cum Zenone Stoicisque sentit.

D

ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΙ,

Τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἕκτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Ἀλλὰ ταῦτα πρὸς Ζήνωνα καὶ τοὺς Στωϊκοὺς μὲν λελέχθω. Πλάτων δὲ ἅμα καὶ αὐτὸς κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμενος, τῇ μετενσωματώσει (49) καὶ μεταγγισμῷ τῶν ψυχῶν, καὶ πολυθεΐαις καὶ ταῖς ἄλλαις εἰδωλολατρείαις καὶ δεισιδαιμονίαις, οὐ τῇ ὕλῃ πάντῃ ἔοικε κατὰ Ζήνωνα καὶ τοὺς Στωϊκοὺς ἐφρόνησεν. Οἷδε γὰρ αὐτὸς Θεὸν, τὰ δὲ γενόμενα πάντα ἐκ τοῦ ὄντος Θεοῦ φησιν οὐσίας εἶναι. Νῦν δὲ οὕτως ἀμέτρως, καὶ ἀσεβῶς ἐπάρας μεθ' ἑτέρας καθυβρίζει πάλιν ὑποβολῆς, εἰς χοίρους, καὶ ὄνους εἰσάγων, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀτιμότερα ζῶα.

[1] Forte εἰ σύγχρονος.

(49) *Τῇ μετενσωματώσει.* Socrates apud Platonem in *Phædone* de hoc dogmate disputat. Sed et Chrysostomus *Homilia 1 in Joan.* Platonis dogmata de anima redarguens : Νῦν μὲν γὰρ αὐτὴν τῆς τοῦ

Digitized by Google Распознавание текста

γεγενῆσθαι (τινὰς δυνάμεις)· εἶναι δὲ πρῶτον αἴτιον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον αἴτιον Θεὸν, τὸ δὲ δεύτερον αἴτιον ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαί τινας δυνάμεις, δι' αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν δυνάμεων γεγενῆσθαι τὴν ὕλην. Φάσκει γὰρ οὕτως· « Οὐρανὸς ἅμα χρόνῳ γεγένηται· ὁμοῦ γὰρ καὶ λυθήσεται· » τὰ πρότερα ἑαυτοῦ τὰ περὶ ὕλης ἀνασκευάσας. Εἶπε γάρ ποτε καὶ σύγχρονον εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ὕλην.

A Etenim Deum me cognovit, ab eoque cuncta producta, tum mentes quasdam agendi facultate præditas a vero Deo propagatas asseruit. Præterea primum esse principium, ac secundum, et tertium. Quorum primum Deum esse pronuntiat. Alterum procreatas a Deo mentes : ab utrisque demum materiam productam. Sic enim definit : Cœlum cum tempore factum esse, unaque cum eo dissolutum iri. Quibus verbis priorem suam de materia sententiam evertit. Alias enim materiam Deo æqualem esse tempore statuerat.

ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙ,

Πέμπτη αἵρεσις ἀπὸ Ἑλληνισμοῦ, ἑβδόμη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Πρὸ δὲ τούτου Πυθαγόρας (50) καὶ οἱ Περιπατητικοὶ, ἐπαγγελλόμενοι χαρακτηρίζειν ἕνα Θεὸν, φιλοσοφίαις δὲ ἄλλαις καὶ τοῖς φιλοσοφουμένοις προσανέχουσι. Τὰ ἴσα μὲν τούτοις πάλιν τὰ τῆς ἀθεμίτου γνώμης καὶ ἀσεβεστάτης, τῶν ψυχῶν ἀπαθανατισμούς τε καὶ μετενσωματώσεις, καὶ σωμάτων φθοράς, αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀγορεύουσιν. Οὗτος δὲ [1] τέλειος ἐν τῇ Μηδίᾳ (51) τὸν βίον καταστρέφει. Σῶμα δὲ λέγει εἶναι τὸν Θεὸν, τουτέστιν οὐρανόν. Ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα ὥσπερ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν στοιχεῖα.

CONTRA PYTHAGOREOS,

Quæ est gentilium hæresis V, ordine VII.

Sed ante hunc Pythagoras, ac Peripatetici cum B se Deum unum definire profiterentur in aliud philosophiæ genus, aliaque dogmata sunt prolapsi. Et tum ille, tum ejus sectatores eadem cum Platonicis sentiunt, quod ad nefandam impiamque sententiam spectat de mutatione corporum, animarumque transitione, ac de eorumdem corruptione corporum. Ac Pythagoras quidem postremo vitam in Media finiit. Qui insuper Deum esse corporeum asserit, videlicet cœlum. Cujus oculos cæterasque tanquam in homine partes solem, et lunam constituit, ac reliquas stellas, elementaque cœlestia.

ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΙ,

Ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ὀγδόη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Α'. Ἐπίκουρος δὲ καθεξῆς ἀπρονοησίαν τῷ κόσμῳ C εἰσηγήσατο. Ἐξ ἀτόμων δὲ συνεστάναι τὰ πάντα, ἠδ' αὖ πάλιν εἰς ἄτομα χωρεῖν. Καὶ ἐξ αὐτοματισμοῦ εἶναι τὰ ὅλα, καὶ τὸν κόσμον ὑφεστάναι ἀεὶ γεννώσης τῆς φύσεως, ἠδ' αὖ πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν δαπανωμένης, καὶ ἐξ αὐτῆς πάλιν ἐπιγινομένης, μηδέποτε δὲ ληγούσης ἀφ' ἑαυτῆς φυομένης, καὶ εἰς ἑαυτὴν συντριβομένης. Εἶναι δὲ ἐξ ὑπαρχῆς (52) ὠοῦ δίκην τὸ σύμπαν, τὸ δὲ πνεῦμα δρακοντοειδῶς περὶ τὸ ὠὸν, ὡς στέφανον, ἢ ὡς ζώνην περισφίγγειν τότε τὴν φύσιν. Θελῆσαν δὲ βιασμῷ τινι καιρῷ περισσοτέρως σφίξαι τὴν πᾶσαν ὕλην, εἶτ' οὖν φύσιν τῶν πάντων, οὕτω διχάσαι μὲν τὰ ὄντα εἰς τὰ δύο ἡμισφαίρια, καὶ λοιπὸν ἐκ τούτου τὰ ἄτομα διακεκρίσθαι. Τὰ μὲν γὰρ κοῦφα καὶ D λεπτότερα τῆς φύσεως πάσης ἐπιπολάσαι ἄνω, τουτέστι φῶς καὶ αἰθέρα καὶ τὸ λεπτότατον τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ βαρύτατα καὶ σκυβαλώδη κάτω νενευκέναι, τουτέστι γῆν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ξηρὸν, καὶ ἡ ὑγρὰ τῶν ὑδάτων οὐσία. Τὰ δὲ ὅλα ἀφ' ἑαυτῶν κινεῖσθαι, καὶ δι' ἑαυτῶν ἐν τῇ περιδινήσει τοῦ πόλου καὶ τῶν

DE EPICUREIS,

Quæ est VI gentilium hæresis, ordine VIII.

I. Ut a prioribus discedam : Epicurus Providentiam e mundo sustulit. Idem ex atomis universa constare, atque in atomos resolvi credidit. Ad hæc fortuito **15** fieri omnia; mundumque consistere, generante natura, pereunteque perpetuo; dum rursus ex semetipsa renascitur, ac nullum propagandi sui, occidendique finem facit. Fuisse præterea ovi instar universitatem omnem, circa quod ovum sinuosis flexibus implicatum serpentis more spiritum, velut coronam ac cingulum, ipsam astrinxisse naturam. Sed dum confertam in unum materiam universique naturam vehementius arctare nititur, subinde molem omnem in hemisphæria duo separasse, indidemque indivisibilium corpusculorum excretionem esse factam; adeo ut leviora subtilioraque sursum evolarent, nimirum lux, æther, et quod erat spiritus tenuissimum : quæ vero graviora, ac veluti purgamenta forent, pessum subsiderent; cujusmodi terram, sive siccum ipsum, et aquarum humidam naturam fuisse. Addit per sese universa moveri, ac polorum siderum-

[1] Forte τελέως.

(50) *Πρὸ δὲ τούτου Πυθαγόρας.* Verum est Pythagoram Platone superiorem fuisse, de Peripateticis absurdum. Quos perperam sane cum Pythagoreis commiscet. Quinque enim sectas commemorat, Stoicorum, Platonicorum, Pythagoreorum, sive Peripateticorum, et Epicureorum. Ad hæc Peripateticos τὴν μετεμψύχωσιν propugnasse ridiculum est; et hoc Pythagoræ figmentum rejicit Aristoteles lib. I *De anima*, c. 3.

(51) *Οὗτος δὲ τέλειος ἐν τῇ Μηδίᾳ.* In Media Pythagoram obiisse nemini unquam auditum. Scribendum ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. Mortuus enim est in Magna Græcia. Vide Laertium.

(52) *Εἶναι δὲ ἐξ ὑπαρχῆς.* Vide Diodorum Siculum. lib. I, et Euseb. *Προπαρασ.* lib. I.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

que vertigine raptim velut flexuosi illius spiritus agitatione corripi. Hæc nos de istorum dogmatibus obiter duntaxat attigimus.

II. Nunc ut lectoribus brevitatę consulamus, quatuor simul hæ sectæ oratione nostra refellendæ sunt. Ab his enim primordiis, vel ante hæc etiam, ut initio diximus, poetæ, historici, reliquique scriptores, astronomi, cæteri denique erroris artifices ac magistri, qui ad sexcenta rerum statuenda principia, pessimasque causas impulere mortalium animos, communibus generis humani sensibus densissimas tenebras offuderunt. Atque hic demum primus error exstitit, idolorum excogitata superstitio, infelixque illa disciplina. Erant tum duas in factiones universa distributa, gentilium ac Judæorum. Verum Judaica secta nequaquam initio vocabatur, sed Israel divinæ huic religioni cognomentum erat; donec generum est propagata successio. Etenim Naasson, qui tribus Judæ princeps in deserto constitutus est, Salmon genuit, Salmon Boos; Boos Obed, Obed Jesse : cum qui religiose Deum colerent adhuc Israelitæ dicerentur. Deinde Jesse Davidem genuit, qui primus e tribu Judæ regnum obtinuit. Cujus ab stirpe deinceps perpetua successione reges imperio potiti sunt. Sed ante Davidem primus Israeliticum regnum Saulus tenuerat e Benjamini tribu, Ceiso patre genitus : **16** nec ei tamen filius successit; sed ad tribum Judæ per Davidem imperium translatum est. Igitur Jacobus liberorum primum omnium Rubenum suscipit; deinde Simeonem : tertium Levi, quartum, Judam, a quo Judæi cognominati sunt, ob Judæ tribum, qui ex religiosorum hominum genere prodierat, ad eam appellationem traducti. Siquidem Israelitæ principio vocati sunt, qui Judæi modo dicuntur.

III. Ad hoc usque tempus quatuor in terris hominum genera perducta sunt, quorum unumquodque suo tempore separatim coaluit, ad eam ætatem et ultra, quam proxime significavimus. Nam ab Adamo ad Noemum Barbarismus obtinuit. A Noemo ad turris ædificationem, et Seruchi tempora, qui tertia post illam ætate vixit, Scythica superstitio. A turris exstructione, et Serucho, necnon et Aramo, ad Abrahamum, gentilis secta viguit. Ab Abrahamo denique et ejus posteris sincera religio prodiit, quæ ab ipsomet Abrahamo cœpta, per ejus stirpem est transmissa; Judæque cumprimis tribum, unde Judaismus nomen accepit. Quod quidem a me vere esse dictum divini sanctissimique apostoli Pauli testimonio constat, cum ita disputat. *In Christo Jesu neque barbarus, neque Scytha, neque Græcus, neque Judæus est, sed nova creatura*[1]. Quandoquidem etiam initio, cum primum creatura condita est, nova adhuc exsistens, nullum peculiare ac distinctum nomen habuit. His consentanea

A ἄστρων ὡς ἀπὸ τοῦ δρακοντοειδοῦς ἔτι τὰ πάντα ἐλαύνεσθαι πνεύματος. Καὶ ἀπὸ μέρους μὲν περὶ τούτων ἔφημεν.

B'. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ τὰς τέσσαρας ταύτας αἱρεσεις ἀνατρεπτέον διὰ τὴν συντομίαν τῆς ἀναγνώσεως. Ἐντεῦθεν καὶ ἀνωτέρω λοιπὸν, ὡς ἔφην, ποιηταὶ, ἱστοριογράφοι, λογογράφοι, ἀστρονόμοι τε καὶ οἱ τὰ ἄλλα τῆς πλάνης εἰσηγησάμενοι, οἱ παρασκευάσαντες τὸν νοῦν ἐπὶ μυρίας κακὰς αἰτίας καὶ ἀναγωγὰς, ἐσκότωσαν καὶ ἐθόλωσαν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑπόληψιν. Καὶ γέγονεν αὕτη πρώτη πλάνη, ἐπίνοια εἰδώλων, καὶ κακοδαιμονία διδασκαλίας. Ἦν δὲ τὰ πάντα μεμερισμένα, Ἑλληνισμός τε καὶ Ἰουδαϊσμός· Ἰουδαϊσμὸς οὔπω πρότερον καλούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἐπώνυμον τῆς θεοσεβοῦς θρησκείας B ἐπικεκλημένος, ἕως ὅτε διαδοχαὶ γεγέννηνται. Ὁ γὰρ Ναασσὼν ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ γεγονὼς φύλαρχος τῆς φυλῆς Ἰούδα γεννᾷ τὸν Σαλμών· Σαλμὼν γεννᾷ τὸν Βοός· Βοὸς γεννᾷ τὸν Ὠβήδ· Ὠβὴδ γεννᾷ τὸν Ἰεσσαὶ ἐπὶ τῶν θεοσεβῶν Ἰσραηλιτῶν καλουμένων· Ἰεσσαὶ γεννᾷ τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα, ὃς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐκ φυλῆς Ἰούδα. Ἐξ οὗ λοιπὸν οἱ κατὰ διαδοχὴν βασιλεῖς, ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, υἱὸς διαδεχόμενος πατέρα, καθεξῆς συνεστήκασιν. Ἦν δὲ πρὸ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ ὁ φύσει πρῶτος βασιλεύσας ἐν Ἰσραὴλ Σαοὺλ υἱὸς Κεὶς ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· καὶ οὐκέτι αὐτὸν διεδέξατο υἱός· ἀλλὰ μετέστη τὸ βασίλειον διὰ Δαβὶδ πρώτου εἰς τὴν φυλὴν Ἰούδα. Πρῶτος γὰρ αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παῖς γίνεται Ῥουβὶμ, δεύτερος Συμεὼν, τρίτος Λευΐς, τέταρτος Ἰούδας, ἐξ οὗ καλοῦνται C Ἰουδαῖοι, διὰ τὴν φυλὴν Ἰούδα τοῦ ἐκ τοῦ γένους τῶν θεοσεβῶν, οἱ εἰς τὸ ὄνομα τοῦτο μεταπεσόντες. Ἐκαλοῦντο γοῦν πρώην Ἰσραηλῖται, οἱ καὶ Ἰουδαῖοι.

Γ'. Ἕως τούτου τοῦ χρόνου συνήφθησαν αἱ τέσσαρες γενεαὶ τῆς γῆς τῶν τεσσάρων τμημάτων. Τούτων διαιρεθέντων κατὰ τοὺς χρόνους ἕως τοῦ καιροῦ τούτου τοῦ ἐνταῦθά μοι δεδηλωμένου καὶ ἐπέκεινα· τουτέστιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε βαρβαρισμός· ἀπὸ τοῦ Νῶε ἕως τοῦ πύργου καὶ Σερούχ, μετὰ δύο γενεὰς τοῦ πύργου ἡ Σκυθικὴ δεισιδαιμονία, καὶ μετέπειτα ἀπὸ τοῦ πύργου καὶ Σερούχ καὶ Ἀρὰμ (53) ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Ἑλληνισμός. Ἀπὸ D τούτου καὶ τῶν μετέπειτα θεοσέβεια συναπτομένη τῷ αὐτῷ Ἀβραὰμ, ἀπὸ τοῦ κατὰ διαδοχὴν σπέρματος αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ Ἰούδα, ἀφ' οὗπερ Ἰουδαϊσμός· ὡς ἔτι μαρτυρεῖ μοι ὁ πνευματοφόρος καὶ ἅγιος τοῦ Θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος, ὧδέ πως λέγων, ὅτι: *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐχ Ἕλλην, οὐκ Ἰουδαῖος, ἀλλὰ καινὴ κτίσις.* Ἐπειδὴ ἐξ ὑπαρχῆς ὅτε ἔκτιστο ἡ κτίσις, καινὴ οὖσα, οὐδέν τι διαφορώτερον ἔσχεν ὄνομα. Συνῳδὰ δὲ τούτοις πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως· *Ὀφειλέτης εἰμὶ Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις*

[1] Coloss. III, 11; Galat. VI, 15.

(53) *Ἀπὸ τοῦ Σερούχ καὶ Ἀράμ.* Pro Ἀράμ corr. Θαρέ.

Digitized by Google Распознавание текста

ἵνα δείξῃ σοφους μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ἀνοήτους δὲ τοὺς Σκύθας. Καὶ φησὶν, Ὀφειλέτης εἰμί. Ἐντεῦθεν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ (54) Ἰουδαῖοι ἐκαλοῦντο ἀπὸ χρόνου τοῦ Δαβίδ· καὶ διήρκεσεν ἐπωνύμως καλούμενον Ἰσραηλιτῶν τε καὶ Ἰουδαίων ἔχον τὴν ἐπίκλησιν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Δαβὶδ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σολομῶντος, καὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος, φημὶ δὲ τοῦ Ῥοβοὰμ τοῦ μετὰ τὸν Σολομῶντα βασιλεύσαντος ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἵνα δὲ μὴ ἐν παρεξόδῳ γένωμαι, παρερχόμενος τὰ κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων θρησκείαν, καὶ μὴ ὑποσημαινόμενος τῆς κατ' αὐτοὺς δόξης τὴν ὑπόθεσιν, ὀλίγα ἀπὸ τῶν πολλῶν παραθήσομαι. Πᾶσι γὰρ, ὡς εἰπεῖν, φανερώτατα ὑπάρχει τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους. Διὸ οὐ πάνυ κάματον ἀναδέξομαι περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸ λεπτότατον διηγήσασθαι, ἀλλ' ὧν ἦν ἀναγκαῖον ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν ἐνταῦθα παραθέσθαι.

sunt quæ in alio loco eodem ab Apostolo dicuntur: *Debitor sum Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus*[1], ut et Judæos sapientes et insipientes esse Scythas ostenderet. Quibus omnibus, ait, ego sum debitor. Igitur ab illo deinceps tempore in Israelitarum genus Judæorum nomen jam tum a Davide transfusum est: et utroque cognomento tam Israelitarum quam Judæorum omnis illa gens eo insignita perpetuo est; a Davidis, inquam, ejusque filii Salomonis temporibus, et hujus insuper filii Roboami, qui post Salomonem Hierosolymis regnavit. Verum ne omnino quæ ad Judæorum religionem attineant prætermittam, nullaque ex parte illorum opiniones attingam, pauca de multis complectar. Neque enim cuiquam fere Judæorum religiones ignotæ sunt. Ideoque in eo argumento tractando non admodum exquisite versabimur, sed e multis pauca libabimus, quæ necessario perstringenda videntur.

Δ'. Ἰουδαῖοι τοίνυν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχοντες, καὶ τὴν αὐτοῦ θεοσέβειαν διαδεξάμενοι, περιτομὴν μὲν τοῦ Ἀβραὰμ ἔχουσιν, ἣν κατὰ πρόσταξιν Θεοῦ εἴληφεν ἐννενηκοστὸν ἔνατον ἔτος κατάγων, δι' αἰτίαν ἣν ἄνω προεῖπον, εἰς τὸ τούτου σπέρμα πάροικον γενόμενον ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ μὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ σώματος δὲ σφραγῖδα φέρειν ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ. Ὁ δὲ παῖς τούτου Ἰσαὰκ ὀκταήμερος περιτέμνεται, ὡς τὸ τοῦ Θεοῦ εἶχε θέσπισμα. Καὶ ὁμολόγηται μὲν, ὅτι ἐκ προστάγματος Θεοῦ ἡ περιτομὴ τότε ὑπῆρχε· τύπῳ δὲ ἦν αὕτη διατεταγμένη τότε, ὡς κατὰ ἀκολουθίαν προβαίνοντες ὕστερον περὶ τούτου δείξομεν. Διήρκεσαν τοίνυν περιτεμνόμενοι, καὶ θεοσεβείᾳ προσανέχοντες οἱ αὐτοὶ τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν παῖδες, ἀπ' αὐτοῦ φημι, καὶ καθεξῆς, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, καὶ οἱ τούτου παῖδες, ἔν τε τῇ Χανανίτιδι γῇ, Ἰουδαίᾳ καὶ Φιλιστιαίᾳ, οὕτω κληθείσῃ τότε (55), τὰ νῦν δὲ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ· ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Ἰακὼβ γὰρ ὁ καὶ Ἰσραὴλ κάτεισιν ἅμα τοῖς ἕνδεκα αὐτοῦ παισὶν εἰς Αἴγυπτον, ἔτος κατάγων ἑκατοστὸν τριακοστὸν τῆς αὐτοῦ ζωῆς. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἕτερος αὐτοῦ υἱὸς ἤδη ἐν Αἰγύπτῳ προῦπῆρχε βασιλεύων, πραθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ διὰ φθόνον. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομία, τὰ ἀγαθὰ συνεργοῦσα τῷ δικαίῳ, εἰς θαυμαστὸν μετήγαγε τὴν κατ' αὐτοῦ Ἰωσὴφ ἐπιβουλήν. Κάτεισι τοίνυν, ὡς προεῖπον, ὁ Ἰακὼβ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ υἱοὶ, καὶ γυναῖκες καὶ ἔκγονοι, ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ἀριθμηθέντες, εἰς Αἴγυπτον, ὡς περιέχει ἡ πρώτη βίβλος τῆς κατὰ Μωϋσέα Πενταteύχου, σαφῶς δηλοῦσα περὶ τούτων πάντων. Διὸ

17 IV. Itaque Judæi qui ab Abrahamo tam generis, quam religionis successionem acceperunt, ab eodem circumcisionis ritum nacti sunt, quam ille undecentesimo ætatis anno divinitus adhibere jussus est: ob eam causam, quam antea proposuimus; ne scilicet ejus posteri in aliena regione commorantes Dei nomen ab sese rejicerent, imo velut inustum quoddam signum corpori suo circumferrent, quo vel commonefieri vel redargui possent, si quid admitterent, atque ut omnino paterna in religione, institutoque persisterent. Abrahami deinde filius Isaacus octavo quam natus erat die ex Dei mandato circumcisus est. Nec dubium est, quin tum divino præcepto sit instituta circumcisio; nec aliter tamen quam ad futurarum rerum veritatem velut imagine quadam adumbrandam: id quod postea suo loco demonstrabitur. Quamobrem circumcisi deinceps Abrahami successores omnes ac posteri fuerunt, penes quos sincera religio, ac Dei cultus resedit. Idque cum ab Abrahamo cœptum, tum singillatim ab Isaaco, Jacobo, hujusque liberis, in Chananæa, Judæa, ac Philistæa quondam, nunc Palæstina dicta regione propagatum est. Sed et in Ægypto non minus perseveratum est. Eo siquidem Jacobus, qui et Israelis cognomen habuit, una cum undecim filiis profectus est anno ætatis centesimo tricesimo[2]. Nam Josephus unus e liberorum illius numero jamdudum in Ægypto imperium administrabat, eo a fratribus per invidiam distractus. Sed divina providentia, quæ sanctissimo viro præsto aderat, ejusque commodis favebat, comparatas

[1] Rom. I, 14. [2] Gen. XLVI, 4 sqq.

(54) *Ἐντεῦθεν τὸ πᾶν γένος τοῦ Ἰσραήλ.* Non tam vetus est Judæorum appellatio pro universo Israelitarum genere, ut Davidicis temporibus usurpare cœperit. Audi Josephum, lib. XI Ἀρχ., c. 5: Ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τοῦ Ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους αὐτοί τε καὶ ἡ χώρα τῆς προσηγορίας ταύτης μετέλαβον. Quare post Babylonicam captivitatem Judæorum vocabulum obtinuit.

(55) *Καὶ Φιλιστιαίᾳ οὕτω κληθείσῃ τότε.* Quasi duæ ac discrepantes appellationes istæ sint. Enimvero una eademque vox est. פלשתים Sed τὸ פ olim, ut apud Arabes, ita apud Hebræos perpetuo cum Raphe pronuntiatum. Græci διὰ τοῦ Π expresserunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

adversus Josephum insidias admirabilem in felicitatem convertit. Atque, ut dicere cœperam, Jacobus ejusque liberi cum uxoribus ac nepotibus ad septuaginta quinque capita in Ægyptum migrarunt; ut in primo Pentateuchi Mosaici volumine legitur, ubi hæc omnia accurate descripta sunt. Illic porro, quod a nobis sæpe dictum est, et hoc loco necessario repetendum fuit, quinque ætatum spatio permanserunt. Quæ quidem a Jacobo per Levi deductæ numerantur omnes; de cujus stirpe sacerdotes instituti sunt; sed et eædem ætates per Judam digestæ sunt, a quo David ille, qui postea aliosque genuit. Kaathus Amramum. **18** Amramus Israelitas divina vi fretus ex Ægypto traduxit, ut in secundo legis volumine scriptum est.

A ἐτέλεσαν δὲ ἐκεῖσε ἐπὶ πέντε γενεαις, ὡς καὶ πολλακις εἶπον. Νῦν δὲ ἀνάγκην ἔσχον ταῦτα δευτερῶσαι. Ἐμειναν γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ αἱ γενεαὶ ἀριθμούμεναι διὰ τοῦ Λευΐ, ἐξ οὗπερ οἱ ἱερεῖς κατεστάθησαν, καὶ διὰ τοῦ Ἰούδα, ἐξ οὗ μετὰ χρόνους ὁ βασιλεὺς ἦρξε Δαβίδ. Καὶ ὁ μὲν Λευΐς γεννᾷ τὸν Καάθ καὶ τοὺς ἄλλους· Καάθ γεννᾷ τὸν Ἀμράμ· Ἀμρὰμ γεννᾷ τὸν Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν τὸν ἀρχιερέα. Οὗτος ὁ Μωϋσῆς ἐκβάλλει τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν δυνάμει Θεοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὡς ἔχει ἡ δευτέρα κατὰ τὴν νομοθεσίαν βίβλος

regnavit, oriundus fuit. Etenim Levi naatum, Moysen, et Aaronem pontificem. Jam vero Moyses legis volumine scriptum est.

V. Cæterum quodnam ad hoc tempus fuerit Israelitarum vitæ genus atque institutum, declarare facile nemo potest, nisi illud duntaxat; legitimum apud eos divini numinis cultum cum circumcisione viguisse. Tametsi scriptum est[1] multiplicatos in Ægypto Israelis filios, et præ copia viles esse factos. Siquidem peregrinationis illa diuturnitas, consuetudinisque cum externis per eorum negligentiam ad illam eos vilitatem abjecit. Verum quibus cibis fas esset uti, aut a quibus abstinendum foret; cæteraque omnia quæ ex legis postea præscripto servanda proposita sunt, nondum Deus aperte significarat. Posteaquam vero ex Ægypto digressi sunt, anno profectionis secundo, lex illis a Deo interprete Mose traditur. Quæ pædagogi vices gerens (revera enim munus illud exercebat, cum quæ ad corpus pertinentia præscriberet, spirituale quiddam spe atque exspectatione contineret), circumcidi jubebat, ac celebrare Sabbatum, decimasque frugum et fetuum omnium, tam hominum quam pecorum, necnon et primitias, ac quinquagesimas tricesimasque Deo soli consecrare; hunc adorare solum; cujus etsi nomine unicus duntaxat prædicabatur omnium moderator ac princeps, una tamen et Trinitas semper in illa singulari divinitate nuntiata, creditaque ab illis est, qui cæteris antecellerent, cujusmodi prophetæ atque eximia sanctitate præditi homines fuerunt. Præterea certis sacrificiis, variisque ritibus ac cæremoniis in deserto præpotentis ad Dei cultum operati sunt, cum in tabernaculi religione essent assidui, quod a Moyse ad illud exemplar quod a Deo monstratum est, fuerat exstructum.

Ε'. Τί μέντοι γε ἦν ἡ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πολιτεία, ἄχρι τούτου τοῦ χρόνου οὐ πάνυ σαφῶς κατὰ τὸ φανερώτατον ἔστιν εἰπεῖν, ἢ μόνον ὅτι ἐν θεοσεβείᾳ καὶ περιτομῇ ὑπῆρχον. Εἰ καὶ γέγραπται, ὅτι Ἐπληθύνθησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο (56). Πάντως γάρ που ὁ χρόνος τῆς αὐτῶν παροικίας καὶ ἐπιμιξίας διὰ ῥᾳθυμίαν τὸ χυδαῖον εἰργάσατο. Τίνων μέντοι γεύεσθαι, ἢ τίνα ἀπαγορεύειν, ἢ τἆλλα ὅσα κατὰ διαστολὴν τοῦ νόμου φυλάττειν προσετάχθησαν, οὔπω κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπεσημήνατο. Ἐξιόντων δὲ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτῶν ἐξόδου νομοθεσίᾳ Θεοῦ καταξιοῦνται διὰ χειρὸς αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως. Ἡ δὲ νομοθεσία ἡ ἐκ Θεοῦ αὐτοῖς δοθεῖσα παιδαγωγοῦ δίκην (ὡς καὶ παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, σωματικῶς μὲν διαστελλόμενος, πνευματικὴν δὲ ἔχων τὴν προσδοκίαν), ἐδίδασκε περιτέμνεσθαι, σαββατίζειν, ἀποδεκατοῦν πάντα τὰ αὐτῶν γεννήματα, καὶ ὅσα περ παρ' αὐτοῖς ἐτίκτετο, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, ἀπαρχάς τε διδόναι καὶ πεντηκοστὴν καὶ τριακοστὴν, εἰδέναι Θεῷ μόνῳ καὶ αὐτῷ λατρεύειν, ἐν μοναρχίᾳ ἡ τριὰς ἀεὶ κατηγγέλλετο, καὶ ἐπιστεύετο παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐξοχωτάτοις αὐτῶν, τουτέστι προφήταις καὶ ἡγιασμένοις. Θυσίας τε καὶ λατρείας διαφόρους τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ προσέφερον ἐν τῇ λατρείᾳ τῆς σκηνοπηγίας, ὑπὸ Μωϋσέως διὰ τύπων δηλωθέντων αὐτῷ ὑπὸ Θεοῦ κατασκευασθείσης.

Sed iidem Judæi de adventu Christi prophetarum accepere responsa; quibus cum ille propheta diceretur, revera tamen Deus erat, Deique Filius, cum angelus appellaretur, quem et hominem futurum, seque ad fratres suos aggregaturum illa eadem oracula prodiderunt. Cujus rei fidem divinæ omnes Scripturæ faciunt; sed Deuteronomii liber in primis, quod est quintum legis volumen, ac reliqua deinceps omnia.

Ἐδέξαντο γοῦν οἱ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι καὶ προφητικὰς φωνὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐρχομένου, λεγομένου μὲν προφήτου, ὄντος δὲ Θεοῦ, καὶ ἀγγέλου μὲν κληθέντος, Υἱοῦ δὲ ὄντος Θεοῦ, μέλλοντος δὲ ἐνανθρωπήσειν, καὶ ἐν ἀδελφοῖς αὐτὸν ἐγκαταλέγεσθαι, ὡς ἔχουσι πᾶσαι αἱ θεῖαι Γραφαὶ, μάλιστα ἡ τοῦ Δευτερονομίου κατὰ τὴν νομοθεσίαν πέμπτη βίβλος, καὶ καθεξῆς.

[1] Exod. I, 7.

(56) *Καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο.* Χυδαῖοι hoc loco idem est atque *abundantes, copiosi fuerunt*. Epiphanius vero perinde hoc vocabulum accipit, ac si *viles et contemptos* significaret. Nam ea vocis est potestas. Hinc dactylorum genus divis sacrum per contemptum a Judæis chydæum vocatum. Plinius lib. XXIII, c. 4: *Nam quos ex iis honori deorum dicamus, chydæos apvellavit Judæa, gens contumelia numinum insignis*

Digitized by Google Распознавание текста

Γ'. Ἔσχον δὲ οὗτοι οἱ Ἰουδαῖοι ἄχρι τῆς ἀπὸ Βα- A
υλῶνος αἰχμαλωσίας ἐπανόδου βίβλους τε καὶ προ-
ήτας τούτους, καὶ προφητῶν βίβλους ταύτας· πρώ-
ην μὲν Γένεσιν, δευτέραν δὲ Ἔξοδον, τρίτην Λευϊτι-
όν, τετάρτην Ἀριθμούς, πέμπτην Δευτερονόμιον,
κτην βίβλον Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἑβδόμην τῶν Κριτῶν,
γδόην τῆς Ῥούθ, ἐννάτην τοῦ Ἰώβ, δεκάτην τὸ
Ψαλτήριον, ἑνδεκάτην Παροιμίας Σολομῶντος, δυοδε-
αιδεκάτην Ἐκκλησιαστήν, τρισκαιδεκάτην τὸ Ἆσμα
ῶν ᾀσμάτων, τεσσαρεσκαιδεκάτην πρώτην Βασι-
ειῶν, πεντεκαιδεκάτην δευτέραν Βασιλειῶν, ἐκκαι-
εκάτην τρίτην Βασιλειῶν, ἑπταικαιδεκάτην τετάρτην
ασιλειῶν, ὀκτωκαιδεκάτην πρώτην Παραλειπομέ-
ων, ἐννεακαιδεκάτην δευτέραν Παραλειπομένων, εἰ-
οστὴν τὸ Δωδεκαπρόφητον, εἰκοστὴν πρώτην Ἡσαΐαν
ὸν προφήτην, εἰκοστὴν δευτέραν τὸν προφήτην Ἰε-
ρμίαν, μετὰ τῶν Θρήνων καὶ Ἐπιστολῶν αὐτοῦ τε
αὶ τοῦ Βαρούχ· εἰκοστὴν τρίτην Ἰεζεκιὴλ τὸν προ-
ήτην, εἰκοστὴν τετάρτην Δανιὴλ τὸν προφήτην, εἰ-
οστὴν πέμπτην τὸ πρῶτον βιβλίον τοῦ Ἔσδρα, εἰ-
οστὴν ἕκτην τὸ δεύτερον βιβλίον, εἰκοστὴν ἑβδόμην
) βιβλίον Ἐσθήρ. Καὶ αὗταί εἰσιν αἱ εἰκοσιεπτὰ βίβλοι, αἱ ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαι τοῖς Ἰουδαίοις. Εἰκοσιδύ
ὡς τὰ παρ' αὐτοῖς στοιχεῖα τῶν Ἑβραϊκῶν γραμμάτων ἀριθμούμεναι, διὰ τὸ διπλοῦσθαι (57) δέκα
βλους εἰς πέντε λεγομένας. Περὶ τούτου δὲ ἄλλη που σαφῶς εἰρήκαμεν.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι δύο βίβλοι παρ' αὐτοῖς ἐν ἀμφιλέ-
τῳ, ἡ Σοφία τοῦ Σιρὰχ, καὶ ἡ τοῦ Σαλομῶντος, χωρὶς
λλων τινῶν βιβλίων ἐναποκρύφων. Πᾶσαι δὲ αὗται
ραὶ βίβλοι τὸν Ἰουδαϊσμὸν ἐδίδασκον καὶ τὰ τοῦ νόμου
υλάγματα ἕως τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
αρουσίας· καὶ καλῶς ἐφέροντο παιδαγωγούμενοι ἐν
ῷ νόμῳ, εἰ ἐδέξαντο τὸν Χριστὸν τὸν ὑπὸ τοῦ παιδαγω-
οῦ, φημὶ δὲ τοῦ νόμου, αὐτοῖς προκηρυχθέντα τε καὶ
ροφητευθέντα, ἵνα, δεξάμενοι αὐτοῦ τὴν θεότητα,
αὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν μάθωσιν, οὐ κατά-
υσιν νόμου, ἀλλὰ τὴν τοῦ νόμου πλήρωσιν· ἐπειδὴ
ὶ τύποι ἐν τῷ νόμῳ ἦσαν, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐν τῷ Εὐαγ-
ελίῳ. Ἐκεῖ γὰρ ἡ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα
ρόνῳ ἕως τῆς μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι τοῦ Βα-
τίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημά-
ων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. Καὶ ἦν
κεῖ Σάββατον, κατέχον ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα Σάββατον,
ουτέστιν εἰς ἀνάπαυσιν Χριστοῦ, ἵνα ἐν Χριστῷ
αββατίσωμεν ἀπὸ ἁμαρτημάτων. Καὶ ἦν ἐκεῖ πρό-
ατον ἄλογον θυόμενον, καθοδηγοῦν ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα
ρόβατον, καὶ ἐπουράνιον ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ὅλου
οῦ κόσμου τυθέν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἀποδεκάτωσις ἀσφα-
ιζομένη, ἵνα μὴ λάθῃ ἡμᾶς τὸ ἰῶτα ἢ δεκὰς, τὸ
ρῶτον στοιχεῖον τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος.

VI. Ac quod ad Judæos istos attinet, **19** ad illud usque tempus, quo ex Babylonica servitute reversi sunt, hos et prophetas, et prophetarum libros habuerunt. Primus est Geneseos liber; II, Exodi; III, Leviticus; IV, Numeri; V, Deuteronomium; VI, liber Jesu filii Nave; VII, Judicum; VIII, Ruth; IX, Job; X, Psalterium; XI, Parabolæ Salomonis; XII, Ecclesiastes; XIII, Canticum canticorum; XIV, liber I Regnorum; XV, liber II Regnorum; XVI, liber III Regnorum; XVII, liber IV Regnorum; XVIII, liber I Paralipomenon; XIX, liber II Paralipomenon; XX, duodecim prophetarum; XXI, Isaias propheta; XXII, Jeremias propheta, cum Lamentationibus, et epistolis tam ejus, quam Baruchi; XXIII, Ezechiel; XXIV, Daniel; XXV, liber I Esdræ; B XXVI, liber II Esdræ; XXVII, Esther. Atque hæc sunt XXVII volumina, quæ Judæis sunt concessa divinitus: quæ ad XXII pro litterarum quæ apud Hebræos sunt numero rediguntur: propterea quod X ex illis in quinque juga distribuuntur. De quo alio loco perspicue disputavimus.

Sunt et alii duo libri, quos illi pro dubiis habent, nimirum Sirachi et Salomonis Sapientia, præter alios quosdam qui apocryphi, hoc est obscuri dicuntur. Porro omnia illa sacrosancta volumina Judaica instituta, legisque cæremonias docebant, usque ad Jesu Christi Salvatoris adventum; omninoque præclare C sub hac lege, velut quodam institutore cum illis actum foret, si quem eadem illa lex prædixerat, venturumque monstraverat, Christum agnoscere voluissent; ut ejus divinitatem confessi, hoc ipsum quod corpore præditus advenisset, non ad legis eversionem pertinere, sed ad ejus consummationem intelligerent: quoniam umbræ duntaxat atque imagines in lege, in Evangelio veritas ipsa continetur. Nam illic corporis præscripta circumcisio est, quæ in usu tandiu fuit, quoad ingens est illa circumcisio subsecuta, Baptismus videlicet, quo nos a peccatis præcidimur, et in Dei nomine signamur. Habebant illi præterea Sabbatum, quod nos ad magnum illud Sabbatum, hoc est Christi Domini quietem, D præparando detinet, ut a peccato **20** cessantes velut Sabbatum quoddam in Christo celebremus. Erat penes illos et ovis victima rationis expers, quæ nos ad illam magnam cœlestemque perduce-
et ovem, pro nostra mundique totius salute mactatam. Præterea instituta apud illos decimatio fuit, uæ nos eo præmuniret, ne iota litteram, quæ nota decussis est, idemque Jesu nominis primum ele-
ientum ignorare possemus.

Ζ'. Ἐπεὶ οὖν τῷ τύπῳ ἤχθησαν, καὶ οὐκ ἔφθασαν
ς τελείωσιν τὴν διὰ νόμου καὶ προφητῶν καὶ ἄλλων,
αὶ πάσης βίβλου κεκηρυγμένην, ἐξεβλήθησαν ἀπὸ

VII. Quoniam igitur per umbras ac figuras traducti sunt, nec eam perfectionem assecuti, quam lex pariter, ac prophetæ, cæterique omnes, atque

(57) *Διὰ τὸ διπλοῦσθαι.* Nam libri duo Regum riores, quos Samuelis vocant, volumen unum constituunt, itemque Regum duo posteriores unum. um liber Ruth cum Judicum libro volumen unium facit. Sic et libri Paralipomenon duo, totidemque Esdræ, singula apud Hebræos volumina faciunt. Ita V expunctis voluminibus, constat XXII, librorum numerus. Vide Hieron. in *Prologo Galeato*; Cyrillum *catech.* IV, Eusebium lib. VI *Histor.*, c. 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

universa Scripturarum oracula prædicabant, ab agricolatione depulsi sunt; eorumque loco gentes introductæ; adeo ut nulla sit illis consequendæ salutis alia relicta ratio, quam ut ad Evangelii gratiam postliminio confugiant. Etenim apud ipsos omnia justitiæ præsidia cassa inaniaque reddita sunt; uti passim divinæ litteræ, et ubique fere testantur. Ex quibus unum duntaxat testimonium afferemus, quo quam immutabilis firmaque adversus illos lata sententia sit paucis ostenditur. Quid enim in ipsos a Deo decretum sit, verba illa declarant. *Anima*, inquit, *quæ prophetam illum non audierit, exterminabitur a tribu sua, et ab Israele, et ab omni regione quæ cælo subjicitur* [1]. Quod nimirum quæ lex mystice tradiderat, hæc a Christo Domino consummari, munirique perfecte ac salubriter oportebat: ac quisquis illum audire renueret, aut detrectaret imperium, eum tametsi legem usquequaque servaret omni spe potiundæ salutis excludi. Neque enim lex præstare perfectum hominem potest; pro eo quod crassa omnia corporeaque consequendæ justitiæ præsidia complectitur, quæ in Christo Domino reipsa consummantur.

A τῆς γεωργίας, καὶ εἰσῆλθε τὰ ἔθνη, ἐκείνων μηκέτι δυναμένων σωθῆναι, εἰ μή τι ἀνακάμψωσιν εἰς τὴν χάριν τοῦ Εὐαγγελίου. Πάντα γὰρ αὐτοῖς τὰ δικαιώματα κατήργηται, ἑκάστης μαρτυρίας τοῦτο λεγούσης, ὡς ἔχει ἐν πάσῃ Γραφῇ. Συντόμως δὲ ἀπὸ μιᾶς μαρτυρίας τὸ ἀνυπέρθετον καὶ ἀπαράβατον τῆς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεως ἐροῦμεν, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἀκριβῶς τὴν κατ' αὐτῶν ψῆφον. Καθώς φησιν· *Ἥτις ψυχὴ οὐκ ἀκούσεται* (58) *τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἀπὸ τῆς φυλῆς αὐτῆς, καὶ ἐξ Ἰσραήλ, καὶ ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ*· ὡς τοῦ Κυρίου μέλλοντος τὰ διὰ τοῦ νόμου μυστικῶς παραδοθέντα τελείως καὶ σωτηριωδῶς ἐπασφαλίζεσθαι· τὸν δὲ μὴ ἀκούοντα αὐτοῦ, μηδὲ ἀνεχόμενον μὴ ἔχειν σωτηρίαν, κἂν τε τὸν νόμον ποιήσῃ, τοῦ νόμου μὴ δυναμένου B τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ σωματικῶς τὰ ἐν αὐτῷ δικαιώματα γεγράφθαι, καὶ ἐν Κυρίῳ Χριστῷ ἀληθινῶς πληροῦσθαι.

Hactenus de Judæorum secta. De qua pauca quædam commemorare visum est, ne omnino prætermitteremus, atque ut ex parte saltem quæ illorum propria sunt oratione prosequeremur. Præsertim cum omnibus fere tam illorum sit institutum, quam ejus redarguendi convincendique ratio perspecta. Nos vero primordia illius ostendimus, et undenam excitatum fuerit docuimus, ac quemadmodum ab Abrahami patriarchæ religione a quo procreati fuerant religiosi principio nominati sint; Israelitæ vero ab illius filio Jacobo, qui Israel vocatus est. Sed a Davidis tempore, qui e Judæ stirpe regnum obtinuit, XII omnes **21** tribus Judæi atque Israelitæ promiscue dicebantur, usque ad Salomonem Davidis, et Roboamum Salomonis filium, Davidis nepotem. Ex quo quidem per justissimam Dei animadversionem, quodque male meritus erat Roboamus, XII illæ tribus divisæ sunt; adeo ut duabus cum dimidia Judæ sive Roboamo relictis, novem cum dimidia Jeroboamo fuerint concessæ. Hæ vero novem Israelitarum, aut Israelis nomine censebantur, quibus Jeroboamus Nabati filius præerat, ejusque regni sedes in Samaria constituta. Reliquæ duæ Hierosolymis contributæ penes quas Judæorum nomen resedit. Harum princeps Roboamus erat Salomonis filius, atque ab eo deinceps regum est deducta successio.

C Ἕως τούτου μοι λελέχθω περὶ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ. Καὶ γὰρ ὀλίγων ἐμνημόνευσα εἰς τὸ μὴ πᾶν αὐτῶν παρασιωπῆσαι, ἀλλ' ἐν μέρει ὑποδεῖξαι. Πᾶσι γάρ, ὡς εἰπεῖν, πρόδηλός ἐστιν ἡ κατ' αὐτοὺς ὑπόθεσις, καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγχος. Ἐδείξαμεν δὲ καὶ τὴν ἀρχήν, πόθεν ἔσχον τὴν εἰσαγωγήν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἐν τῆς τοῦ Ἀβραὰμ τοῦ πατριάρχου θεοσεβείας καλοῦνται θεοσεβεῖς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκγόνου αὐτοῦ, φημὶ δὲ Ἰακώβ, τοῦ καὶ Ἰσραήλ, Ἰσραηλῖται. Ἐξ ἡμερῶν δὲ Δαβὶδ τοῦ βασιλεύσαντος ἐκ φυλῆς Ἰούδα ἐκαλοῦντο Ἰουδαῖοι καὶ Ἰσραηλῖται. Πᾶσαι αἱ δώδεκα φυλαί, καὶ ἕως Σολομῶνος τοῦ υἱοῦ Δαβίδ, καὶ ἕως τοῦ Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶνος, ἐκγόνου δὲ τοῦ Δαβίδ, καὶ κατ' ἐπιτίμησιν Θεοῦ, καὶ ἀναξιότητα τοῦ Ῥοβοὰμ, ἐσχίσθησαν αἱ δεκαδύο φυλαί, καὶ γεγόνασι δύο ἥμισυ μετὰ τοῦ Ἰούδα, τουτέστι μετὰ Ῥοβοὰμ, καὶ ἐννέα ἥμισυ μετὰ Ἱεροβοάμ. Ἐκαλοῦντο δὲ αἱ ἐννέα Ἰσραηλῖται τε καὶ Ἰσραήλ, βασιλευόμεναι ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ (59) υἱοῦ Ναβὰτ ἐν Σαμαρείᾳ. Αἱ δὲ δύο εἰς Ἱερουσαλὴμ Ἰουδαῖοι καλούμενοι, βασιλευόμεναι ὑπὸ Ῥοβοὰμ υἱοῦ Σολομῶνος, καὶ γεγόνασι πάλιν διαδοχαὶ βασιλέων.

Etenim Roboamus Abiam genuit, Abias Asam, Asa Josaphatum, Josaphatus Joramum, Joramus Ochoziam, Ochozias Joam, Joas Amasiam, Amasias Azariam, qui et Ozias vocatus est;

D Ῥοβοὰμ γεννᾷ τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ τὸν Ἀσά· Ἀσὰ τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ τὸν Ἰωράμ· Ἰωρὰμ τὸν Ὀχοζίαν· Ὀχοζίας τὸν Ἰωάς· Ἰωὰς τὸν Ἀμεσίαν· Ἀμεσίας τὸν Ἀζαρίαν, τὸν καλούμενον Ὀζίαν·

[1] Deut. XVIII, 18, 19.

(58) *Ἥτις ψυχὴ οὐκ ἀκούσεται.* Solet plerumque Scripturæ verba non iisdem, quibus concepta sunt, citare verbis, sed immutatis, ut hoc loco factum est.

(59) *Βασιλευόμεναι ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοάμ.* Samaria regionis interdum nomen est, interdum oppidi. Priori modo etiam ante conditam Samariam usurpatur III Reg. XIII, 32: *Profecto enim veniet sermo, quem prædixit in sermone Domini contra altare, quod est in Bethel et contra omnia fana excelsorum, quæ sunt in urbibus Samariæ.* At cap. XVI, 24, Amri rex Israelis *emit montem Samariæ a Somer duobus talentis argenti; et ædificavit eum, et vocavit nomen civitatis, quam exstruxerat, nomine Semer domini montis Samariam.* Apud Epiphanium ergo ratio postulat, ut Samaria regionis potius, quam oppidi vocabulum sit. Nondum enim Jeroboamo regnante condita erat Samaria. Et tamen cum Hierosolymis opponatur, pro oppido sumi videtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἀζαρίας καὶ Ὀζίας τὸν Ἰωάθαμ· Ἰωάθαμ τὸν Ἀχαάζ· Ἀχαὰζ τὸν Ἐζεκίαν. Ἐν χρόνοις δὲ Ἐζεκίου καὶ Ἀχαὰζ ᾐχμαλωτεύθησαν φυλαὶ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὰ ὅρια Μήδων. Μετὰ τοῦτο Ἐζεκίας γεννᾷ τὸν Μανασσῆ· Μανασσῆς τὸν Ἀμώς· Ἀμὼς τὸν Ἰωσίαν· Ἰωσίας τὸν Ἰεχονίαν, τὸν καὶ Σελοὺμ (60) καλούμενον, ὃς καὶ Ἀμασίας ἐλέγετο. Ὁ Ἰεχονίας οὗτος γεννᾷ τὸν Ἰεχονίαν τὸν καλούμενον Σεδεκίαν, καὶ Ἰωαχείμ,

A Azarias sive Ozias Joathamum, Joathamus Achasum, Achasus Ezechiam, Ezechia porro et Achaso regnantibus, tribus ex Israele in Medorum limites deportatæ sunt. Post hæc Ezechias Manassen genuit, Manasses Amosum; Amosus Josiam, Josias Jechoniam, qui et Selumus et Amasias dictus est. Ab hoc Jechonia ejusdem nominis alter, cognomento Sedecias, una cum Joacimo genitus est.

Η'. Καὶ μηδεὶς περὶ τούτου (61) ἀμφιβαλλέτω· θαυ-

VIII. Nec est quod ea de re quisquam dubitet;

(60) *Ἰωσίας τὸν Ἰεχονίαν, τὸν καὶ Σελούμ.* Multis modis implicata et obscura est postremorum Judæ Regum successio, quam impediliorem facit Matthæi genealogia. Nos utrumque nodum breviter hoc loco dissolvemus. Josias Amon filius regni hæredes filios habuit omnino tres, ut ex lib. IV Reg. constat. Primus post parentis mortem regnavit Joachaz mensibus tribus : IV Reg. XXIII, 30, qui et Jechonias in apocrypho Esdræ libro tertio dicitur, cap. I, 34. Perperam enim Maldonatus noster id ad Joacim accommodavit. Secundus est Joakim, qui et Eliacim vocatus est, lib. IV Reg. XXIII, 34, qui annos regnavit XI. Tertius fuit Sedecias; ante quem Joachin, sive Jechonias Joacimi filius tribus mensibus imperavit : cap. XXIV, 17. At I Paral. III, 15, Josiæ filii nominantur quatuor : Joanam, Joakim, Sedecias, et Sellum. Cum hic multa ab Interpretibus, et Chronologicis afferantur, placet Hebræorum sententia, in primisque Aben Hesræ in I cap. Dan. R. Levi ben Gerson, et R. David ad lib. IV Reg. cap. XXIII, Sellum eumdem esse cum Joachaz, qui paternum imperium populari factione, non jure successionis obtinuit, quod et Scriptura cap. XXIII, 30, declarat his verbis : *Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ : et unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo.* Nam si ætatis ordi- em spectes, post Johanam, qui ante patris obitum præreptus videtur, maximus natu fuit Joacim, sive Eliacim. Quod et Josephus lib. X, cap. 7, *Orig.* docuit. Etenim Joachaz cum ad regnum evectus est, viginti trium annorum erat; cap. XXIII, 31 : Joachim vero, qui post tres menses regnum capessivit, annorum erat XXV; biennio itaque major fuit. Unde et Joakim anno Josiæ circiter VI natus est, Joachaz vero IX. Tertius natalium ordine debet esse Sedecias; qui post XI annos et VI menses a morte Josiæ a Nabuchodonosore regno præpositus est. Actum *vicesimum et primum ætatis annum habebat*, cap. XXIV, 18. Quare Joachazo junior est, natusque anno Josiæ XXI, vel XXII. Atqui in lib. I Paralipom. postremus numeratur Sellum, quem Joachaz esse diximus. Non desunt conjecturæ, cur postremum in locum conjectus sit Sellum, quas, ne longiores simus, chronologi suppeditabunt. Quanquam Hebræi quidam, ut Aben Ezra *in cap.* I *Dan.* Sellum sive Joachaz postremum Josiæ liberorum esse velint, et quod Sedecias, cum regnare cœpit, XXI annos natus fuisse dicitur, interpretari student. Scribit enim ille triennio ante Josiæ necem Sedeciam regem esse consalutatum : unde cum Josias mortuus est annum egit XXIV. Idque ex eo probat, quod Hieron. XXVII, in principio regni Joakim jussus est propheta vincula præparare, ac regum nuntiis dare, qui venerant Jerusalem ad Sedeciam regem Juda : nimirum quod finitimi reges Sedeciam, quem ab hinc triennio regem esse factum didicerant, mortuo Patre adhuc regnare sibi persuaserant, ad eumque legatos miserant : ita Aben Ezra. Quæ mihi interpretatio non magnopere placet. Sed utut ea se res habet; omnino Sellum est Joachaz. Nam Jerem. XXII, 11, *Sellum filius Josiæ pro Josia patre suo regnasse* dicitur : is autem est Joachaz. Cum hæc partim certissima, atque e sacrorum librorum auctoritate deducta, partim probabilia sint; ex iis nonnulla ab Epiphanio commissa castigari necesse est. Primum quod Jechoniam ait Josiæ filium eumdem esse cum Sellum; nam Matthæus Jechoniam quidem a Josia genitum asserit; sed Jechoniæ filium non Jechoniam alterum, sed Salathielem appellat. Atqui Sellum, sive Joachaz prolem habuit nullam; neque Jechonias ab altero quam ab apocrypho Esdræ libro nominatur. Quamobrem Epiphanius per Jechoniam Josiæ filium Joacimum, sive Eliacimum intellexit; cujus filius Jechonias, idemque Joachin appellatus יְהוֹיָכִין; pater autem יְהוֹיָקִים. Verum Joakim nusquam Jechonias vocatur : hæc prima est hallucinatio; altera, quod Amasiam eumdem Jechoniam, sive Joachimum nominat, quod unde hauserit, nescio; tertia, omniumque gravissima, quod Jechoniam, hoc est Joacimum genuisse Sedeciam, ac Joacimum existimat, lib. I Paralip., c. III, 15, ex quatuor Josiæ filiis, Joanan, Joakim, Sedecia, et Sellum, secundus, nempe Joakim genuit Jechoniam, et Sedeciam, Jechonias Salathiel. Duo ergo fuere Sedeciæ, neuter Jechoniæ filius; sed prior Josiæ, qui et postremus ex Davidis stirpe regnavit; alter Joakimi filius, qui nunquam rex fuit. Quos quidem ambos Epiphanius permiscuit; nam qui ab eo commemoratur Sedecias, ille est ipse, qui regum novissimus imperavit. Cujus etiam fratrem Joakimum appellat, quæ quarta est hallucinatio; nisi quis Sedeciam alio nomine Joacimum ab Epiphanio nominari censeat, ut καὶ Ἰωαχείμ, ad καλούμενον referatur. Quod et nihilo secius falsum est : Joakimi quippe filius Joachin fuit, qui male hic Ἰωαχείμ concipitur, cujus patruum Sedeciam Scriptura vocat. Hieron. *in cap.* I *Dan.* Joacimum Josiæ F. per *kim*, Joacimi vero filium scribi per *chin* observat. Totidem paucis illis verbis a sanctissimo eruditissimoque viro Epiphanio peccata sunt; quorum admonere lectorem officii est institutique nostri; excusare, humanitatis; dissimulare, aut tueri velle, neque officii, neque humanitatis est.

(61) *Καὶ μηδεὶς περὶ τούτου.* Hic illa gravis agitatur quæstio; sitne in Matthæi Genealogia alicujus nomen præteritum. Etenim Matthæus generationibus recensitis omnibus, tria intervalla distinguit, quibus singulis XIV generationes assignat. Utputa ab Abrahamo ad Davidem XIV : totidem a Davide ad transmigrationem Babylonis : ac postremo totidem a transmigratione ad Christum. In duobus intervallis prioribus constat numerus; in tertio XIII duntaxat capita numerantur. Nam generationum nomine personas ipsas Matthæus intelligit, quæ aut gignunt, aut gignuntur. Quare unum aliquod nomen, sive generatio una desideratur. Cum hunc Matthæi locum Christiani nominis hostes tanquam inextricabilem objicerent, quæstionis difficultas nostrorum excitavit ingenia; et innumeræ rationes excogitatæ sunt : quarum hæc plerisque commodissima videtur, ut librariorum culpa nomen aliquod exciderit. Quamobrem Epiphanius Jechoniam bis a Matthæo positum arbitratur; quam ejusdem vocabuli repetitionem exscriptores vitiosam rati, præpostere correxerunt. Ergo ita Mat-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

miretur vero magis accuratam a nobis initam rationem, et hoc loco in studiosorum gratiam utiliter explicatam, qui castigatiora exempla consulere eruditionis causa voluerint. Non enim diffido, quin cum animi sui fructu candide in iis quæ a nobis proposita sunt acquiescere cogantur; simulque vocem illam lucrifaciant, quæ ab imperitis quibusdam emendatoribus est propter ambiguitatem ex Evangelio sublata. Nam cum generationes omnes Matthæus tripartito distribuerit, et ab Abrahamo ad Davidem usque XIV enumeret, superior utraque series integra reperitur, neque quidquam ad numerum deest, qui ad Jechoniam ordine pertexitur. At tertia demum series XIII duntaxat non XIV, generationum nomina complectitur, quod a nonnullis commissum est; qui cum Jechonias duos conjunctim esse scriptos cernerent, arbitrati sunt eamdem vocem præpostere in ea **22** serie repetitam. Verum ejusdem ista repetitio minime fuit; sed numerandi ordo perspicuus. Siquidem Jechoniæ filio de parente nomen impositum est. At isti elegantiæ vindices, dum unum nomen expungunt, per summam ignorantiam contra propositum peccarunt; atque et nominum XIV collegium, quod ibidem ostenditur, uno detracto numerarunt, et multiplicem unius ad alterum rationem habitudinemque sustulerunt.

A μαζέτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀκριβολογίαν ὠφελίμως ἐν ταῦθα κειμένην τοῖς σπουδαίοις, χρηστομαθείας ἕνεκα τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων καταλαμβάνειν ἐθέλουσιν, οἵτινες εὐθὺς μετὰ τῆς ὠφελείας, εὐγνωμονεῖν ἀναγκασθήσονται, κερδήσαντες τὸ ὑπό τινων ἀμαθῶν τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰς ἀμφιβολίαν ὡς κατὰ διόρθωσιν ἀφανισθὲν ῥητόν. Τριχῶς γὰρ ἀριθμήσαντος τοῦ ἁγίου Ματθαίου τὰς γενεὰς, ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι τοῦ Δαβὶδ φήσαντος γενεὰς δεκατέσσαρας, οἱ δύο ἀνώτεροι ἀριθμοὶ σαφεῖς εὑρίσκονται, μηδεμίαν ἔλλειψιν ἀριθμοῦ περιέχοντες. Ἕως γὰρ τοῦ Ἰεχονίου περιέχουσι τοὺς χρόνους. Ὁ δὲ τρίτος ἀριθμὸς οὐκέτι δεκατεσσάρων γενεῶν εὑρίσκεται κατὰ διαδοχὴν ὀνομάτων τὸ πλήρωμα ἔχων, ἀλλὰ δεκατριῶν. Ἐπειδή τινες, Ἰεχονίαν ἅμα Ἰεχονίᾳ ἑτέρῳ ἐπιτοαυτὸ εὑρόντες, ἐνόμισαν τὸν ἀριθμὸν δεδισσολογισμένον εἶναι. Οὐκ ἦν δὲ δισσολογία, ἀλλὰ ἀριθμὸς σαφής. Εἷς ὄνομα γὰρ πατρὸς ὁ παῖς [1] ἐπέκλητο Ἰεχονίας τοῦ Ἰεχονίου. Ἀφελόμενοι οὖν τινες ὡς κατὰ φιλοκαλίαν τὸ ἓν ὄνομα, ἀγνοίᾳ φερόμενοι, ἐλλειπὲς ἐποιήσαντο τῆς ὑποθέσεως, κατὰ τὴν ὁμάδα τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δεκατεσσάρων ὀνομάτων τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὸ πολύπειρον τῆς σχέσεως ἠφάνισαν.

Cæterum ab Jechoniæ tempore deinceps Judæorum in Babylonem deportatio contigit. In qua Nabuchodonosorem convenientes apud Babylonem seniores rogarunt, ut e suis certos in Judæam homines ad habitandum mitteret, ne silvescens inculta regio deserta penitus maneret. Nec regi postulatio illa displicuit. Itaque quatuor ex imperio suo subditis gentibus sine mora dimisit, nimirum Chuthæos, et Cudæos, ac Sepharuræos, et

Γίνεται γοῦν ἐντεῦθεν ἀπὸ τοῦ χρόνου Ἰεχονίου ἡ αἰχμαλωσία ἡ εἰς Βαβυλῶνα. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῆς αἰχμαλωσίας (62) προσῆλθον οἱ πρεσβύτεροι τῷ Ναβουχοδονόσορ ἐν Βαβυλῶνι, παρακαλοῦντες ἀποσταλῆναί τινας τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἐγκαθέτους εἰς τὴν Ἰσραηλιτῶν γῆν, ὅπως μὴ ἡ χώρα ὑλομανήσασα ἐρημωθῇ. Καὶ ἐδέξατο τὴν παρ' αὐτῶν παράκλησιν. Οὐ γὰρ ἀνεβάλλετο, καὶ ἀποστέλλει μὲν τῶν ἰδίων τέσσαρα γένη, τούς τε Χουθαίους καλουμένους (63),

[1] *γρ.* ἐπικέκληται. Cor. ἐπεκέκλητο.

thæum scripsisse putat : *Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonis : Jechonias autem genuit Jechoniam : Jechonias autem genuit Salathiel*, etc. Jam scimus quis ex Epiphanii mente sit Jechonias iste. Prior enim est Joakim, sive Eliacim, Josiæ F. Posterior alio nomine Sedecias dictus est. Sed quam absurdum illud sit, e superioribus constat. Nam si de Sedecia Rege loquatur, quod ex Regii stemmatis successione videtur velle, Sedecias non Jechoniæ, neque Joakimi, sed Josiæ filius est. Sin alterum Sedeciam intelligat, qui privatus vixit, est ille quidem Joakimi filius, sed non Jechoniæ. Nam lib. I Paral., III, 15, Joakim Josiæ filius Jechoniam et Sedeciam genuit, Jechonias Salathielem. At Epiphanius Jechoniam et Sedeciam, quos tam perspicue Scriptura distinguit, in eumdem virum conflavit. Non dubium est, quin Jechonias ille, qui Salathielem a Matthæo genuisse dicitur, idem sit cum eo, quem Paralipomenon liber commemorat. Sed alius ei pater quam Jechonias quærendus est. Maldonatus noster Joakim pro iterato Jechonia substituit : atque ita legit *Joacim autem genuit Jechoniam : Jechonias autem genuit Salathiel*. Quod Scripturæ consentaneum est.

(62) *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῆς αἰχμαλωσίας.* Multiplex error, quo vix ullus ab Epiphanio gravior est commissus. Non enim post Hierosolymorum excidium, sed tanto ante, post X videlicet tribuum deportationem, coloni in Samariam submissi, idque a Salmanassaro, non a Nabuchodonosore. Vide IV Reg. cap. XXIV. Neque vero solus in eo errore fuit Epiphanius, nam et Procopius *in Isaiam* a Nabuchodonosore Samariam, et Judæam expugnatas ait. Atqui com. 24, dicitur Assyriorum rex de Babylone, et de Cutha cæterisque regionibus transtulisse colonos in Samariam. An tum Salmanassar Babylonem obtinebat, ut qui tunc in ea regnabat Assyriorum vectigalis esset? Hoc quidem probabile est. Nam post Assyriorum vetus illud ac diuturnum imperium exstinctum, Babyloniorum primordia a Nabonassaro cœperunt, anno per. Jul. 3967 centum fere annis a constituta Medorum monarchia ; quæ iniit anno 3838. Porro Salmanassar X tribus captivas abduxit circiter annum per. Jul. 3993, anno Ezechiæ VI. A quo ad Nabopolassarum Nabuchodonosori patrem anni sunt 96. Interitus enim Nabopol. convenit anno per. Jul. 4089, sub quo, imo ante ipsum, Babyloniorum imperium florere, excitarique cœpit : cum jam Assyriorum secundum illud occidisset. Etenim post Assaraddon nulla fit amplius regum Assyriorum mentio : sed Merodachi filii Baladan Babyloniorum principis, IV Reg. XX, 12, anno Ezechiæ XIV. Ideoque post Merodach Babylonios reges crediderim ab Assyriorum dominatu se in libertatem asseruisse.

(63) *Τούς τε Χουθαίους καλουμένους.* Quatuor hosce populos longe aliter Scriptura concipit : *Adduxit*, inquit, *rex Assyriorum viros de Babylone, et*

Digitized by Google Распознавание текста

καὶ Κουδαίους, Σεπφαρουραίους καὶ Ἀναγωγαναίους. Οἵτινες, ἅμα τοῖς αὐτῶν εἰδώλοις ἀναβάντες, κατῴκουν τὸ τηνικαῦτα τὴν Σαμαρείαν, ταύτην ἐπιλεξάμενοι ἑαυτοῖς τὴν γῆν, διὰ τὸ εἶναι πίονά τε καὶ γονιμωτάτην. Χρόνῳ δὲ οὗτοι ὑπὸ τῶν θηρίων διασπαραττόμενοι, λεόντων δὲ καὶ παρδάλεων, καὶ ἄρκτων, καὶ τῶν ἄλλων πονηρῶν θηρίων, ἀποστέλλουσιν εἰς Βαβυλῶνα, παρακαλοῦντες, καὶ ὑπερβολῇ θαυμάζοντες τὴν τῶν κατοικησάντων τὸ πρὶν ἐγκάθετον ἀγωγὴν, πῶς ἠδύναντο ἀποστῆναι τὴν τῶν θηρίων ἁρπαγήν τε καὶ βίαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, μεταστειλάμενος τοὺς πρεσβυτέρους, ἤρετο τὴν αὐτοῖς γενομένην ἀγωγὴν τῆς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καθέξεως, πῶς τε διελάνθανον τὴν τῶν θηρίων ἁρπαγὴν, τοσαύτης θηριοβολίας καὶ λύμης κατὰ τὴν γῆν ἐκείνην ὑπαρχούσης. Οἱ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ νομοθεσίαν αὐτῷ ἐδείκνυον, καὶ μετὰ συνέσεως αὐτῷ ἀπεκάλυπτον τῆς εὐλόγου γνώμης τὰ καθεξῆς [1] φήσασθαι. Μὴ δύνασθαι γὰρ ἐκεῖσε ἔθνος καθέζεσθαι, εἰ μή τι ἂν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ τὸν διὰ Μωϋσέως δοθέντα ἐπιτελέσαιεν. Εἶναι γὰρ τὸν Θεὸν τὸν ὑπερασπίζοντα αὐτῆς γῆς· μὴ βούλεσθαι δὲ παραβάσεις ἐν αὐτῇ παρ' ἐθνῶν ἀλλοφύλων γίνεσθαι εἰδωλολατρείας καὶ τῶν ἄλλων. Ὁ δὲ ἐπιμελόμενος, καὶ πειθόμενος τῇ τῶν ἐναδιδαξάντων ἀληθεστάτῃ ἑρμηνείᾳ, ἀντίγραφον τοῦ νόμου ἤτησεν. Οἱ δὲ, ἀφθόνως δεδωκότες μετὰ καὶ τοῦ νόμου, Ἔσδραν τινὰ ἱερέα (64) ἀποστέλλουσι παιδευτὴν τοῦ νόμου ἀπὸ Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ παιδεῦσαι τοὺς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ καθεσθέντας Ἀσσυρίους, τοὺς προδεδηλωμένους Χυθαίους καὶ ἄλλους, τὸν νόμον τὸν Μωϋσέως. Γίνεται δὲ τοῦτο ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει πλείω ἢ ἐλάσσω τῆς τοῦ Ἰσραὴλ καὶ Ἱερουσαλὴμ αἰχμαλωσίας. Ἐπαίδευε τοίνυν Ἔσδρας καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τὸ γένος τὸ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, καὶ ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται οἱ τὸν νόμον διὰ τοῦ Ἔσδρα τοῦ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἥκοντος διεξεξάμενοι. Διῆλθε δὲ χρόνος ἐτῶν τεσσαράκοντα ἄλλων, καὶ ἡ αἰχμαλωσία ἐκείθη. Καὶ ἀνῆλθεν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος.

Θ'. Ἐπέστη δὲ θαυμάζειν, πῶς συμβέβηκε τὰ τέσσαρα ἔθνη καὶ τέσσαρας αἱρέσεις ἐν αὐτῷ τῷ ἔθνει γενέσθαι· φημὶ δὲ πρῶτον Ἐσσηνῶν, δεύτερον Γορθηνῶν, τρίτον Σεβουαίων, τέταρτον Δοσιθέων. Ἐντεῦθεν ἀρχή μοι γίνεται τῆς τοῦ ἐπαγγέλματος κατὰ αἱρέσεων πραγματείας, καὶ τὸ αἴτιον, πῶς [2] διασαφήσων ἐν βραχεῖ ἐρῶ. Τί δέ ἐστιν ἄλλο, ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς τῶν γλωσσῶν πολυφόρου ἀλλοιοφωνίας φυλαὶ γεγόνασι; Κατὰ δὲ ἑκάστην φυλήν τε καὶ πα-

A Anagoganæos. Qui cum simulacris suis eo profecti sedem in Samaria constituunt. Hanc enim, quod præpingui gleba fertilique foret, ad habitandum deligunt. Verum aliquanto postea tempore a feris laniati, leonibus videlicet, pardis et ursis, aliisque crudelibus bestiis incursantibus, legatos in Babylonem cum precibus mittunt; vehementer eos admirati, qui istic ante se domicilium collocaverant, qui tandem a ferarum vi et immanitate servare sese potuissent. Quibus auditis rex accersitis senioribus interrogat, quænam illis in Judæa vitæ ratio; tum quomodo in tanta bestiarum incursione, tantisque regionis incommodis illarum laniatum ac feritatem effugissent. Illi constitutas a Deo sibi leges demonstrant, prudenterque quod erat rationi B consentaneum significant: nullam iis in locis nationem posse consistere, nisi divinitus traditis per Moysen legibus obtemperaret, Deum quippe terræ præsidem, ac protectorem esse; minimeque pati ab externis populis per simulacrorum cultum, alias que superstitiones quidquam illic contra instituta committi. Quæ omnia Nabuchodonosor negligenda minime ratus, sinceræ illorum orationi fidem accommodans, legis exemplum poposcit. **23** Cujus cum illi copiam abunde fecissent, Esdram quemdam sacerdotem Legisque doctorem Babylone cum illa ipsa lege destinant, ut Assyrios qui Samariam incolebant, hoc est Chutthæos, aliosque supra commemoratos populos, Mosaicis decretis C imbuerent. Accidit hoc tricesimo plus minus anno, quam Judæi ex Israele ac Hierosolymis deportati fuissent. Igitur Esdras, et qui cum eo profecti sunt, Samaritanæ regionis incolas erudiunt; indeque Samaritæ dicti, qui ab Esdra, quem rex Babylone miserat, legem acceperunt. Post hæc aliis XL annis elapsis dissoluta captivitate Israelitæ in patriam reversi sunt.

IX. Illud vero admiratione mihi dignum videtur, quemadmodum pro IV illarum gentium numero, totidem in eo populo sectæ coluerint. Quarum prima est Essenorum; II, Gorthenorum; III, Sebuæorum; IV, Dositheorum. Hoc erit propositi nobis argumenti, susceptique adversus hæreses operis initium: D ac primum multiplicium illorum errorum originem paucis, sed perspicue declarabo. Quænam vero tandem alia esse potest, nisi quod linguarum ex

[1] Forte φήσαντες. [2] Forte διασαφήσω.

le Cutha, et de Hava, et de Emath, et de Sepharaim. Græce ita: Καὶ ἐκ Χυθὰ, καὶ ἀπὸ Ἀουὰν, καὶ ἀπὸ Αἰμὰθ, καὶ ἀπὸ Σεμφαρουαΐμ. Quod ad Chuthæos attinet, Josephus, lib. IX Ἀρχαιολ., c. 14, a Chutha Persidis regione, et cognomine fluvio nominatos affirmat. Vide Eliam Thisbitem, vocabulo תשבי. Ab iis nihil, opinor, discrepant Κουδαῖοι, licet Epiphanius secernat; nisi quis Αἰμαθαίους ejus loco reponendum censeat. Nam pro Ἀναγωγαναίους forasse Ἀουαναίους melius erit, pro Havæis: cum LXX Ἀουὰν scribant. At Scaliger Ἀνάγνους Γαναίους eg. ariolatur; quia גנאי sunt ἄναγνοι, *obsceni*. Verum nationum hic nomina, non morum, ac vitiorum propria commemorantur.

(64) *Ἔσδραν τινὰ ἱερέα.* Mirifica rerum, temporumque perturbatio. Esdram asserit a Nabuchodonosore missum, qui Samariæ inquilinos Mosis legem doceret, idque anno XXX Babylonicæ captivitatis accidisse. Non videtur alterum Esdram ab eo intellexisse, qui Hecaliæ filius legis scriba dicitur. Sed alium tamen, si verum illud est, oportet fuisse. Non melioris est notæ, quod Israeliticam, hoc est X tribuum captivitatem, cum altera confundit, quæ sub Nabuchodon. contigit. Quid enim aliud facere potuit; qui Nabuchodon. eumdem cum Salmanassaro constituerat?

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

illa varietate nationum sunt facta dissidia ? Singulæ porro nationes ac familiæ varias in gentes propagatæ sunt ; quarum unaquæque deinceps suum sibi regem constituit. Ex quo bella discordiæque, ac gentium inter se conflictus exorti : cum id quisque quod libuisset obtinere cuperet, et quæ aliorum erant ad sese pertraheret, id quod ab insatiabili quadam insita generi nostro cupiditate profectum est. Sic igitur cum una atque simplex Israelitarum religio, sacræque litteræ exteras ad nationes illo tempore pervenissent, Assyrios videlicet, ex quibus inquilini illi Samaritæ fuerunt, una etiam animorum dissensio contigit ; opinionumque concitata falsitas, et ab uno religionis cultu innumerabilium errorum per illam discordiam semina pullularunt ; prout nimirum uniuscujusque sensus tulit, aut in Scripturis intelligendis peritiæ sibi aliquid arrogavit, easdemque privatam ad sententiam accommodare studuit.

A τριαρχίαν ἔθνη διάφορα προέστη. Πᾶν δὲ ἔθνος ἑαυτῷ προσεστήσατο βασιλεα εἰς κεφαλήν. Συμβέβηκε δὲ ἀπὸ τούτου πόλεμον εἶναι καὶ ἔνστασιν, καὶ συμπλοκὰς ἐθνῶν ἐν ἔθνεσι συρρηγνυμένων, ἑκάστου βιαζομένου τὸ ἴδιον θέλημα προτιμᾶσθαι, εἰς ἑαυτὸν δὲ τὰ τῶν πέλας ἀποφέρεσθαι, διὰ τὴν ἐν τῷ βίῳ ἐν ἡμῖν πᾶσιν ἀκόρεστον πλεονεξίαν. Οὕτω καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τῷ προδεδηλωμένῳ, μεταπεσούσης τοῦ Ἰσραὴλ τῆς μιᾶς θρησκείας, καὶ τῆς κατὰ τὸν νόμον γραφῆς εἰς ἕτερα γένη, φημὶ δὲ εἰς Ἀσσυρίους, ἐξ ὧν Σαμαρεῖται οἱ ἐγκάθετοι, συμβέβηκε καὶ τὴν γνώμην διχονοηθῆναι· καὶ λοιπὸν ὥρμησεν ἡ πλάνη καὶ ἡ διχόνοια ὑποσπείρειν ἀπὸ τῆς μιᾶς θεοσεβείας εἰς πολλὰς παραπεποιημένας γνώμας, καθὼς ἑκάστῳ ἔδοξε, καὶ ὡήθη τῷ γράμματι ἐνασκεῖσθαι, καὶ φρίζειν ἕκαστος κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα.

24 SAMARITÆ,

Quæ est hæresis ab gentili superstitione VII, ordine vero IX.

1. Itaque Samaritæ earum hæreseon principes, quæ divinis litteris nituntur, post commemoratas a nobis Græcorum sectas, et stolide illas quidem ab hominum ingeniis excogitatas proxime sequuntur. Horum genus Samaritanorum vocatum. Quæ vox custodes significat, quod ii quondam in illa terra tanquam custodes collocati sunt, sive quod quæ a Mose constituta erant in lege custodirent. Ac mons ille quem insederant Somoron appellatus est, vel Somer ab antiquo Somorone Someris filio (id enim ei viro nomen fuit). Cæterum Somer iste patrem habuit e Pherezæorum ac Gergesæorum genere, qui tum eam regionem habitabant, et a Chanaan originem duxerant, qui tractum illum, quæ nunc Judæa et Samaria dicitur, usurpavit, alienum utique, utpote filiorum Sem, cum Chanaan ipse Chami filius esset eodem quo Sem patre geniti. Ita contigit ut diversis de causis idem Samaritanorum nomen penes eos resederit ; nimirum a Somero et Somorone : ab eo quod velut terræ custodes appositi essent ; ac denique quod Mosis instituta servarent.

B

C

ΣΑΜΑΡΕΙΤΑΙ,

Ἑβδόμη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, ἐννάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Α'. Σαμαρεῖται (65) μὲν οὖν [1] ἄχρι τῶν αἱρέσεων ἀπὸ Γραφῆς θεϊκῆς ὁρμώμενοι μετὰ τὰς προειρημένας Ἑλληνικὰς αἱρέσεις ἀπ' ἰδίων λογισμῶν ἀνθρώποις ἐμβροντηθείσας ἀπὸ διανοίας. Πᾶν τοίνυν τὸ γένος Σαμαρειτῶν ἐκαλεῖτο. Ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται (66) φύλακες, διὰ τὸ ἐν τάξει φυλάκων τετάχθαι ἐν τῇ γῇ· ἢ ἀπὸ τοῦ φύλακας αὐτοὺς εἶναι τῆς κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως διατάξεως. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τὸ ὄρος ἔνθα ἐκαθέσθησαν Σωμόρων· ἅμα δὲ καὶ Σωμὴρ ἀπὸ ἀρχαίου τινὸς Σωμόρων, υἱοῦ Σωμήρ, οὕτω τοῦ ἀνδρὸς καλουμένου. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Σωμὴρ υἱὸς ἑνὸς ἀνδρὸς τῶν ἀπὸ γένους τῶν Φερεζαίων καὶ Γεργεσαίων, οἱ κατῴκουν τὸ τηνικαῦτα τὴν γῆν, ἐκ διαδοχῆς ὄντες παῖδες τοῦ Χαναὰν τοῦ τὴν γῆν ταύτην ἁρπάξαντος, τὴν νῦν Ἰουδαίαν ἢ Σαμαρείαν (67) καλουμένην, οὖσαν τῶν υἱῶν Σήμ, μὴ οὖσαν αὐτῶν ἰδίαν, διὰ τὸ αὐτὸν τὸν Χαναὰν εἶναι υἱὸν τοῦ Χὰμ πατραδέλφου τοῦ Σήμ. Καὶ συμβέβηκε τὸ ὄνομα ἐκ διαφόρων προφάσεων καλεῖσθαι Σαμαρεῖτας, ἔκ τε τοῦ Σωμὴρ, ἔκ τε τοῦ Σωμόρων, ἔκ τε τοῦ φυλάττειν τὴν γῆν (67'), ἔκ τε τοῦ φυλάττειν τὰ παιδεύματα τοῦ νόμου.

[1] Forte ἀοχή.

(65) *Σαμαρεῖται.* Hactenus sectæ illæ, quæ vel ante Scripturam exstiterunt vel gentilium fuere propriæ. Sequuntur eæ quæ utcunque Scripturas usurpantes multiplicibus sese erroribus implicarunt. Quarum duo capita sunt, Samaritæ, ac Judæi. Samaritanorum καθ' ὑποδιαίρεσιν factiones sunt IV, Judæorum VII. Samaritani sunt Esseni, Gortheni, Sebuæi, Dosithei. Judæorum, Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nasaræi, Osseni, Herodiani. Hæc Epiphanius. Qui, ut alias sæpe, sic in harum sectarum partitione ac descriptione æquum magis ac benignum, quam accuratum et severum lectorem exigit. Permulta enim istic falsa, minimeque cohærentia disputat ; quæ nos invitissimi sane, pro eo ac sanctissimi viri pietatem eruditionemque veneramur, sed necessario tamen eruere, ac ne fraudi cuiquam sint, castigare debuimus. Hegesippus porro apud Eusebium lib. v, c. 22. Judæorum sectas percensens, Samaritanos inter illas retulit. Sunt autem istæ : Essæi, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi.

D

(66) *Ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται.* Non unius Epiphanii est otiosa illa, ac nimis arguta vocis interpretatio. Pene omnes antiqui tam Græci, quam Latini eam amplexi sunt, ac mirificas ex ea sententias procuderunt. Sed accuratior omnibus Epiphanius noster : qui ita communem illam attulit, ut veriorem, ac germanam non præteriret ; quæ est lib. III Reg. XVI, 24.

(67) *Τὴν νῦν Ἰουδαίαν ἢ Σαμαρείαν.* Sæpenumero hoc inculcat : Cham in fratris sui possessionem invasisse, ac Judæam occupasse ; cujus pars, latius diffusa vocabuli notione, Samaria fuit.

(67') *Ἔκ τε τοῦ φυλάττειν τὴν γῆν.* Primus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Β'. Διαφέρονται δὲ οὗτοι Ἰουδαίοις κατὰ τοῦτο πρῶτον, ὅτι οὐκ ἐδόθη αὐτοῖς προφητῶν τῶν μετὰ Μωϋσέα γραφὴ, ἢ μόνον ἡ δοθεῖσα Πεντάτευχος διὰ Μωϋσέως τῷ σπέρματι Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐξόδῳ τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πορείας· φημὶ δὲ Γένεσις, καὶ Ἔξοδος, καὶ Λευϊτικὸν, καὶ Ἀριθμοὶ, καὶ Δευτερονόμιον. Ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ οὕτω καλοῦνται, Βηρσὶθ, Ἐλλεσιμὼθ, Δωϊκᾶρα, Οὐϊδαβὴρ, Ἐλλεδδαεβάριν. Καὶ ἔσπαρται μὲν ἐν ταύταις ταῖς πέντε βίβλοις ἀναστάσεως νεκρῶν τὸ σημεῖον· οὐ μέντοι γε τηλαυγῶς κεκήρυκται, καὶ ἔσπαρται ἐν αὐταῖς περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ κατὰ εἰδώλων. Τὸ δὲ τηλαυγέστερον ἐν αὐταῖς μοναρχίας ἔχει τὴν εἰσαγωγήν· ἐν δὲ τῇ μοναρχίᾳ πνευματικῶς ἡ Τριὰς ἐστι καταγγελλομένη. Οἱ δὲ δεξάμενοι τὸν νόμον εἰς τὸ μετατεθῆναι τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ἐπιγνῶναι ἐσπουδάσθησαν· οἷς οὐ γέγονεν ἐπιμέλεια τὸ ἀκριβέστερον ἐπιγνῶναι. Σφαλέντες δὲ οἱ τοιοῦτοι, καὶ μὴ τηλαυγῶς τὸ πᾶν μέρος τῆς πίστεως τε καὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς τὸ ἀκρίβασμα κατειληφότες, ἠγνόησαν μὲν νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ἀπιστοῦσι· Πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐ παραδέχονται· καὶ γὰρ ἠγνόησαν. Καὶ αὕτη ἡ αἵρεσις ἀθετοῦσα μὲν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀπωθουμένη δὲ εἰδωλολατρείαν, ἐν αὐτῇ δὲ εἰδωλολατροῦσα κατ' ἄγνοιαν, διὰ τὸ ἀποκεκρύφθαι τὰ εἴδωλα τῶν τεσσάρων ἐθνῶν ἐν τῷ ὄρει τῷ παρὰ τοῖς [1] Γαριζεὶν (68) σεσυκοφαντημένως καλουμένῳ. Τῷ γὰρ βουλομένῳ ἀκριβῶς περὶ τοῦ ὄρους Γαριζεὶν ἐρευνᾶσθαι ἱστέον, ὅτι πρὸς τῇ Ἱεριχῷ κεῖνται τὰ δύο ὄρη, τό τε τοῦ Γαριζεὶν, καὶ τὸ τοῦ Γεβὰλ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου πρὸς τῇ ἀνατολῇ τῆς Ἱεριχῶ, ὡς ἔχει τὸ Δευτερονόμιον, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἡ βίβλος. Εἰδωλολατροῦσιν οὖν ἀγνοοῦντες, ἐκ τοῦ πανταχόθεν προσέχειν πρὸς τὸ ὄρος ἐν τῷ αὐτοὺς εὔχεσθαι, δῆθεν ὅτι ἡγίασται. Ἀδύνατον γὰρ τὴν Γραφὴν ψεύσασθαι φάσκουσαν· *Ἐμεινάν ποιοῦντες τὸν νόμον, καὶ προσκυνοῦντες τὰ αὐτῶν εἴδωλα ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας*, ὡς ἐμφέρεται ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν.

II. Porro a Judæis ea re primum differunt, quod iis prophetarum scripta secundum Mosen minime sunt tradita ; sed quinque duntaxat volumina, quæ per Mosen Israelitarum generi data sunt, cum ex Ægypto decessissent. Sunt hæc Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri et Deuteronomium. Qui libri apud Hebræos ita vocantur : Beresith Ellesemoth, Vaiicra, Vaidabber, Ellehaddebarim. Quibus in v libris quædam mortuorum resurrectionis vestigia sunt aspersa ; ita tamen ut nequaquam perspicue prædicetur. Ad hæc de unico Dei Filio injecta mentio est, itemque Spiritus sancti, ac de idolorum damnatione. Tametsi clarius in his Dei singularitas astruitur, in qua tamen spiritualiter quoque Trinitas comprehensa sit. At illi accepta lege hoc unum studuerunt, ut idolorum repudiata superstitione unum Deum agnoscerent : neque accuratius quidquam **25** exquirere voluerunt. Iidem vero in errorem prolapsi, neque omnes fidei nostræ partes, aut integram vitam exacte complexi, mortuorum resurrectionem ignorant, nec fieri posse putant. Deinde Spiritum sanctum rejiciunt, quem utique nesciunt. Sed illud huic hæresi contigit, ut dum mortuorum resurrectionem improbat, idololatriamque respuit, in eam imprudens inciderit : quod nationum quatuor simulacra in monte quodam occultata sunt, qui ab illis Garizin fraudulenter cognominatus est. Nam si quis de monte Garizin exploratialiquid habere velit, sciendum est ad Jerichuntem duos esse montes, Garizin ac Gebal, ultra Jordanem, qui Jerichuntem ab oriente respiciunt, ut in Deuteronomio [2] et libro Jesu Nave scriptum est [3]. Imprudentes ergo simulacra venerantur, cum inter orandum undique se ad montem velut sanctum obvertunt. Fieri enim non potest, ut Scriptura mendax sit, quæ dicit : *Manserunt legem servantes, et adorantes simulacra sua, usque ad præsentem diem*, ut in IV Regnorum libro proditum est [4].

Γ'. Ἐλέγχονται δὲ αὐτοὶ πανταχόθεν περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, πρῶτον ἀπὸ τοῦ Ἄβελ, ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸ αἷμα προσδιαλέγεται τῷ Δεσπότῃ. Αἷμα δὲ οὐ ψυχὴ τυγχάνει, ἀλλ' ἐν αἵματι ἡ ψυχή. Καὶ οὐκ εἶπεν· *Ἡ ψυχὴ βοᾷ πρός μέ*· δεικνὺς, ὅτι ἔστιν ἐλπὶς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων. Ἀλλὰ καὶ Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Ἀλλὰ καὶ Σάρρα μετὰ τὸ νεκρωθῆναι αὐτῆς

III. Quod vero ad mortuorum resurrectionem attinet, primum eorum error ex Abelis historia refellitur ; cujus sanguis vel post obitum cum Domino collocutus est [5]. Atqui sanguis anima non est, sed inest ea in sanguine. Neque vero dixit : *Anima illius clamat ad me* : ut spem esse corporum resurrectionis ostenderet. Adde quod Enoch ne mortem obiret translatus est, nec postea repertus

[1] Forte τούτοις. [2] Deut. xi, 29. [3] Josue viii, 33. [4] IV Reg. xvii, 33, 34. [5] Gen. iv, 10

ioc, Eusebius in *Chronicis* scripsit ; a quo mutuaus est Epiphanius ; si hæc tamen Eusebii, non Hieronymi sunt, qui in istiusmodi origine sæpius usit. Huic Epiphanius non bellæ nominis interpreationi, deteriorem adjecit alteram, Samaritas ob d appellatos esse quod legem custodirent.

(68) *Ἐν τῷ ὄρει τῷ παρὰ τοῖς Γαριζειν.* De duoum montium istorum, Garizin, et Hebal, sive Geal, situ, idem sentit Epiphanius, quod Eusebius, i is auctor est libri *De locis Hebr.* quem Latine ertit Hieron. Ibi enim ad Hierichuntem collocat, et Samaritanos mendacii arguit ; qui eosdem prope Sichem, sive Samariam constituebant. At Josephus lib. iv, c. 8, Samaritanorum opinioni suffragatur : necnon et lib. xi, cap. 8, ubi de templo, quod Alexandri Magni tempore a Samaritanis in Garizin exstructum est, historiam explicat : quam tu consule. Sed omnium accuratissime de Garizin et Hebalis situ disserit eruditissimus Masius ad cap. viii Josue, et adversus Mercatorem Samariæ propinquos istos esse colles pluribus argumentis affirmat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

est [1]. Quid quod et Sarra idipsum demonstrat, dum effeto jam utero, suppressisque menstruis [2], genitalem vim denuo ad proseminandum accipit, ac senio confecta filium nihilominus ex promissione parturit [3], ob spem venturæ aliquando resurrectionis? Quin etiam Jacob dum de suis ossibus est sollicitus [4], non utique de his tanquam perituris mandata suis reliquit. Quod ipsum Josephus postea præcipiens [5], resurrectionis speciem adumbravit. Adde Aaronicam virgam, quæ arefacta germinavit, fructusque protulit [6], ut emortua hominum corpora ad vitæ spem excitanda monstraret; id enim ad astruendam resurrectionem pertinuit. Sed et Mosis virga lignea animata Dei jussu, et in anguem conversa [7] resurrectionem significabat. **26** Idem porro Moyses Rubenitis benedicens ita loquitur: *Vivat Ruben, et non moriatur* [8]. Quod ei precatur, qui jamdudum e vivis excesserat; quo vitam aliam esse post obitum doceret, nec non et judicium, in quo homines secunda morte damnantur. Atque ideo duplicem illi benedictionem impertit. *Vivat*, inquit, in resurrectione scilicet; *neque moriatur*, in judicio. Quibus verbis non illam mortem significavit, quæ in animorum a corpore separatione cernitur, sed eam potius, quæ in damnatione consistit. Pauca hæc ad evertendum illorum errorem sufficient. Habent et alios veteres ritus cum extrema dementia conjunctos. Nam et lotio perfundi solent, quoties peregre domum redeunt, tanquam aliqua contagione polluti; et aqua sese vestesque suas abluunt, cum alterius gentis quempiam tetigerint. Hac enim re contaminari se putant, si quemquam mortalium, aut alterius sectæ hominem attingant. Tanta est illorum vecordia.

IV. Jam quemadmodum facile redargui ipsorum insania possit, animadverte quæso; nec ullo negotio percipies. Etenim mortui cadaver abominantur, cum sint suis ipsimet factis mortui. Atqui non uno alterove, sed infinitis testimoniis convincitur, non esse mortuorum corpora detestanda. Nam quod lex contrarium videtur asserere, aliud quiddam ænigmate adumbrare voluit. Non enim duorum, ut dixi, triumve id testimonia comprobant, sed sexcenta viginti duo millia hominum in deserto, totidemque alia, atque iis etiam plura. Quin et longe uberiora sunt Scripturæ loca, quæ de loculo, in quo Josephi ossa condita sunt, mentionem faciunt. Qui loculus quadraginta totos annos in castris circumlatus neque abominationi fuit, neque contagione sua labem ullam aspersit. Cæterum vere hoc a Scriptura dictum est: *Si quis mortuum tetigerit pollutus ad vesperam usque permanebit. Tum se aqua lavabit, ac repurgabitur* [9]. Quibus verbis Domini nostri Jesu Christi mortem, ac susceptam in corpore passionem innuit. Ex eo enim, quod articulum apposuit, distinctione nominis opus esse de-

A τὴν μήτραν, καὶ τὴν [10] γῆν κατ' ἐθισμὸν ξηρανθῆναι, αὖθις ἀναζωογονουμένη εἰς καταβολὴν σπέρματος, καὶ ἡ πρεσβῦτις κυΐσκουσα τέκνον κατ' ἐπαγγελίαν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Ἰακὼβ, ἐπιμελόμενος τῶν ἰδίων ὀστέων, ὡς οὐ περὶ ἀπολλυμένων ἐνετέλλετο. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ἰωσὴφ τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ ἐντελλόμενος, τῆς ἀναστάσεως ὑπέφαινε τὸ εἶδος. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἡ ῥάβδος τοῦ Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα ξηρὰ οὖσα αὖθις καρπὸν ἤνεγκεν εἰς ἐλπίδα ζωῆς, τὰ νεκρὰ σώματα ἡμῶν ἀναστήσεσθαι σημαίνουσα, εἰς ἀνάστασιν δὲ φέρουσα. Καὶ ἡ τοῦ Μωϋσέως δὲ ῥάβδος ὁμοίως ἡ ξυλίνη κατὰ Θεοῦ βούλημα ἐψυχοῦτο, καὶ ὄφις γενομένη ἀνάστασιν ἐδήλου. Ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς εὐλογῶν τοὺς περὶ Ῥουβὶμ, λέγει· *Ζήτω Ῥουβὶμ, καὶ μὴ* B *ἀποθανέτω*, τὸν ἀπὸ πάλαι τελευτήσαντα, ἵνα ζωὴν δείξῃ εἶναι μετὰ θάνατον, κρίσιν δὲ δευτέρου θανάτου εἰς καταδίκην. Διὸ δύο εὐλογίας αὐτῷ ἐπιτίθησι, τὸ *Ζήτω*, λέγων, ἐν τῇ ἀναστάσει, *καὶ μὴ ἀποθανέτω ἐν κρίσει*, οὐ θάνατον τὸν διὰ σώματος ἀπαλλαγὴν λέγων, ἀλλὰ τὸν διὰ καταδίκης. Ἀρκέσει γοῦν τὰ ὀλίγα πρὸς ἀντίθεσιν τούτων. Ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀνοίας ἔθη παλαιά· οὖρῳ κλυζόμενοι, ἐπὰν ἀπὸ ξένης ἔλθωσι, μεμιασμένοι δῆθεν· ὕδατι σὺν ἱματίοις βαπτιζόμενοι, ἐπὰν ἅψωνται ἑτέρου τῶν ἀλλοεθνῶν. Μιασμὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τινὸς ἅψασθαι, ἤτοι θίγειν ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἀπ' ἄλλου δόγματος. Πολλὴ γὰρ ἡ τούτων φρενοβλάβεια.

Δ'. Πῶς δὲ εὐθυέλεγκτος ἡ αὐτῶν ἄνοια γίνεται, C ἐπίστησον τὸν νοῦν, ὦ θαυμασιώτατε, καὶ εἴσῃ. Νεκρὸν μὲν γὰρ εὐθέως βδελύττονται αὐτοὶ νεκροὶ ὄντες τοῖς ἔργοις. Μαρτυροῦσι γὰρ οὐ μία μαρτυρία, ἀλλὰ πολλαὶ, τῷ μὴ εἶναι τὸν νεκρὸν ἐβδελυγμένον, ἀλλ' ὅτι αἰνιγματωδῶς ὁ νόμος ἔλεγεν. Οὐκέτι γὰρ δύο ἢ τρεῖς μαρτυρίαι εἰς τοῦτο ἡμῖν ἐπιμαρτυροῦσιν, ἀλλὰ μυριάδες ἑξήκοντα δύο τὸν ἀριθμὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἄλλαι τοσαῦται, καὶ ἐπέκεινα, καὶ ἔτι πολὺ πλείους αἱ τῇ σορῷ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπιμαρτυροῦσαι τῇ διὰ τεσσαράκοντα ἐτῶν βασταζομένῃ ἐν ὅλῃ τῇ παρεμβολῇ, καὶ μὴ βδελυττομένῃ, μήτε μολυνούσῃ. Ἔλεγε δὲ τάληθῆ ὁ νόμος, ὅτι, *Ἐάν τις ἅψηται νεκροῦ,* D *μένει βέβηλος ἕως ἑσπέρας, καὶ λούσεται ὕδατι, καὶ καθαρισθήσεται.* Ἦν δὲ τοῦτο αἰνιττόμενος εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ νέκρωσιν, κατὰ τὸ ἔνσαρκον αὐτοῦ πάθος. Ἀπὸ γὰρ [11] τούτου τοῦ ἄρθρου (69) τὴν διάκρισιν τοῦ ὀνόματος ἔστι σημῆναι. Ὅπου γὰρ ἄρθρον πρόσκειται ἐπὶ ἐνί τινι ὡρισμένῳ καὶ διαφανεστάτῳ, πάντων ἔστιν ἡ βεβαιοτάτη· διὰ τὸ ἄρθρον· ἄνευ δὲ τοῦ ἄρθρου ἐπὶ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἀορίστως ἐστὶ λεπτέον. Ὡς οἷον εἰπεῖν,

[1] Gen. v, 24. [2] Gen. xviii, 11. [3] Gen. xxi, 2. [4] Gen. xlix, 29. [5] Gen. l, 5 sqq. [6] Num. xvii, 8. [7] Exod. iv, 2 sqq. [8] Deut. xxxiii, 6. [9] Levit. xi, 24, sqq. [10] For. πηγήν. [11] Lego τοῦ, τοῦ.

(69) *Ἀπὸ γὰρ τούτου τοῦ ἄρθρου.* Arguta hæc observatio Græci articuli, qui ad νεκροῦ vocabulum appositus est, vim habet omnino nullam; ut neque loca cætera, quæ illustrandi gratia congerit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἐὰν εἴπωμεν, βασιλεὺς, ὄνομα μὲν ἐσημάναμεν, ἀλλ' οὐ τηλαυγῶς τὸν ὁριζόμενον ἐδείξαμεν. Βασιλέα γὰρ λέγομεν καὶ Περσῶν, καὶ Μήδων, καὶ Ἐλαμιτῶν. Ἐὰν δὲ μετὰ προσθήκης τοῦ ἄρθρου εἴπωμεν ὁ βασιλεὺς, ἀναμφίβολόν ἐστι τὸ σημαινόμενον. Ὁ γὰρ βασιλεὺς ὁ ζητούμενος, ἢ ὁ λεγόμενος, ἢ ὁ γινωσκόμενος, ἢ ὁ τοῦ τινος βασιλεύων διὰ τοῦ ἄρθρου ὑποδείκνυται. Καὶ ἐὰν εἴπωμεν, θεὸς, ἄνευ τοῦ ἄρθρου, τὸν τυχόντα εἴπαμεν θεὸν τῶν ἐθνῶν, ἢ Θεὸν τὸν ὄντα. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, ὁ Θεὸς, ὅῆλον, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ ἄρθρου τὸν ὄντα σημαίνομεν, ἀληθῆ τε καὶ γινωσκόμενον· ὡς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἄνθρωπος. Καὶ εἰ μὲν ἔλεγεν ὁ νόμος· *Ἐὰν ἅψησθε νεκροῦ*, κατὰ πάντων ἐφέρετο ὁ ψῆφος, καὶ ἁπλῶς παντὸς νεκροῦ ἦν ἡ ἐπικειμένη τοῦ ζητήματος λέξις· ὁπότε δὲ λέγει· *Ἐὰν ἅψηταί τις τοῦ νεκροῦ*, ἐπὶ ἕνα τινὰ φέρει τὴν ἀγωγὴν, φημὶ δὲ ἐπὶ τὸν Κύριον, ὡς ἄνω μοι δεδήλωται. Ἔλεγε δὲ τοῦτο αἰνιγματωδῶς ὁ νόμος διὰ τοὺς μέλλοντας χεῖρας ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ σταυρῷ παραδιδόναι· ὅτι χρείαν εἶχον οὗτοι καθαρισμοῦ, ἕως δύνῃ αὐτοῖς ἡ ἡμέρα, καὶ ἀνατείλῃ αὐτοῖς ἄλλο φῶς, διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ ὕδατος τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας· ὡς καὶ ἐπιμαρτυρεῖ μοι ἐνταῦθα Πέτρος λέγων τοῖς Ἰσραηλίταις ἐν Ἱεροσολύμοις, τοῖς λέγουσιν αὐτῷ, *Τί ποιήσωμεν;* διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτὸν αὐτοῖς, ὅτι *Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.* Καὶ κατανυγεῖσι τὴν καρδίαν εἶπε· *Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ ἀφεθήσονται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Οὗ περὶ νεκροῦ τοίνυν λέγει ὁ νόμος. Εἰ δὲ καὶ περὶ νεκροῦ ἄλλου ὁριζομένου λέγει ὁ νόμος, ἄλλως ἐκδίδοται. Λέγει γὰρ, ὅτι, *Ἐὰν παρέλθῃ νεκρὸς, κλείσατε τὰς θύρας καὶ τὰς θυρίδας ὑμῶν, ἵνα μὴ μολυνθῇ ὁ οἶκος.* Ὡσεὶ ἔλεγε περὶ ἀκοῆς ἁμαρτίας, ὅτι Ἐὰν ἀκούσῃς φωνὴν τῆς ἁμαρτίας, ἢ εἶδος παραπτώματος, κλεῖσον τὸν ὀφθαλμόν σου ἀπὸ ἐπιθυμίας, καὶ τὸ στόμα ἀπὸ κακολογίας, καὶ τὸ οὖς ἀπὸ ἐνηχήσεως πονηρᾶς, ἵνα μὴ νεκρωθῇ ὅλος ὁ οἶκος, τουτέστιν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα. Διὸ καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν· *Ἐὰν ἀναβῇ θάνατος διὰ τῶν θυρίδων·* καὶ οὐ πάντως περὶ τῶν θυρίδων τούτων λέγει. Ἢ γὰρ κλείσαντες τὰς θυρίδας, οὐδέποτε ἀποθανεῖν εἴχομεν. Θυρίδες δὲ ἡμῖν ὑπάρχουσι τὰ τοῦ σώματος αἰσθητήρια, βλέμμα, ἀκοὴ, καὶ τὰ ἄλλα, δι' ὧν θάνατος εἰς ἡμᾶς εἰσπορεύεται, εἰ δι' αὐτῶν ἁμαρτήσωμεν. Ἐνεταφίασε γοῦν ὁ Ἰωσὴφ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἐβδελύξατο· καὶ μετὰ θάνατον ἐπιπεσὼν ἐπὶ πρόσωπον κατεφίλησε. Καὶ οὐ γέγραπται, ὅτι ἐλούσατο, ἵνα καθαρισθῇ. Ἐνεταφίασαν οἱ ἄγγελοι, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα παράδοσις ἔχει, τὸ σῶμα Μωϋσέως τοῦ ἁγίου, καὶ οὐκ[1] ἐλύσαντο· ἀλλ' οὔτε ἐκοινώθησαν οἱ ἄγγελοι ἀπὸ τοῦ ἁγίου σώματος.

monstrat. Nam ubicunque articulus adjungitur, certa ac perspicue definita res intelligitur. Sine articulo de quolibet accipi infinite solet. Ut exempli causa, si rex dixero, nomen quidem ipsum declaro : quis ille sit, de quo loquor, aperte non significo. Regem enim tam Persarum, **27** quam Medorum, atque Elamitarum appellamus. Quod si articulo etiam adhibito, hic rex, dicimus, nemo quem velimus ignorat. Hic enim rex eo articulo notatur, de quo quæstio, vel sermo aliquis inciderit ; denique qui sit cognitus ac certo imperio dominetur. Similiter cum, deus, simpliciter usurpamus, quemlibet deum dicimus, nec minus eum, qui a gentibus colitur, quam qui vere Deus est. At cum ὁ Θεὸς dicimus, eum scilicet exprimimus qui verus et est, et esse cognoscitur Deus. Similiter, cum homo, vel hic homo dicitur. Jam vero si lex hoc modo concepta foret : *Si mortuum tetigeritis*, universi ea sententia comprehenderentur, et ad omnes mortuos dictio illa spectaret. Sed cum ita scriptum sit, *Si quis hunc mortuum tetigerit*, ad unum quempiam referri debet, nimirum Dominum, ut initio declaratum est. Hoc vero lex specie quadam ænigmatis propter eos dixit, qui Christo manus injecturi erant, et in crucem sublaturi, videlicet expiationem opus illis esse, donec ipsis dies occidat, ac nova lux per baptismum ac lavacri regenerationem oriatur. Cujus mei dicti fidem eodem in loco Petrus astruit, dum Hierosolymis Israelitas alloquitur, qui se interrogaverunt, *Quid faciemus?* propterea quod ille dixerat, *Quem vos in cruce suffixistis Jesum*, etc. Moxque ubi ex animo dolentes animadvertit : *Pœnitentiam*, inquit, *agite, et baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi Domini nostri, et remittentur vobis peccata, et tum Spiritus sancti donum accipietis*[2]. De quo quidem mortuo verba legis accipienda sunt. At quoties de alio quodam mortuo loquitur, aliter concipitur. Sic enim ait : *Si transierit mortuus, occludite januas, ac fenestras, ne domus inquinetur.* Quasi de peccati auditione diceret : Si peccati vocem audieris, aut alicujus delicti speciem, oculum tuum ab ea cupiditate claude, necnon et os tuum a maledicto, et aures ab auditu nefandæ rei, ne domus integra, hoc est anima cum corpore moriatur. Quam ob causam propheta dixit : *Si mors per fenestras ascenderit*[3]. Non enim usitatas illas fenestras intelligit. Alioqui fenestris occlusis nunquam nos letum opprimeret. Verum nihil aliud fenestræ sunt, quam corporis sensus. visus, auditus, per quos **28** si peccemus, mors intra nos ingreditur. Enimvero Joseph Israelem sepeliit[4], nec detestatus est, imo post ejus mortem in faciem procumbens exosculatus est[5]. Neque tamen scriptum est expiandi se gratia ipsum abluisse. Præterea Mosis corpus, quemadmodum a majoribus accepimus ab angelis sepultum est[6]; neque illi tamen loti sunt, ac ne polluti quidem sancti illius corporis attactu.

Ε'. Καὶ δέδια πάλιν μὴ εἰς τέλος ἐλάσω τὴν τοῦ

V. Vereor ne in hoc dissolvenda quæstione nul-

[1] Forte ἐλούσαντο. [2] Act. II, 37 sqq. [3] Jerem. IX, 21. [4] Gen. L, 13. [5] ibid. [6] Deut. XXXIV, 6 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

lum exitum inveniat oratio. Sed ex una alterave ratione sapiens in Domino, contra adversarios instruetur. Ad hæc de Spiritu sancto, quoad summatim perstringere licet pauca dicere minime gravabimur. Manifeste itaque Dominus subinde Moysi dicit : *Adduc mihi in montem* LXX *seniores; et accipiam de spiritu tuo, et in illos effundam, atque iidem auxilio tibi erunt* [1]. De filio vero uti cognosceremus, Pater ita loquitur : *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram* [2]. Atqui vox ista, *faciamus*, non unum duntaxat significat. Item, *Pluit Dominus in Sodomam et Gomorrham ignem et sulphur a Domino de cœlo* [3]. Quod autem ad prophetas attinet, postquam Samaritanis quinque Mosis volumina tradita sunt, Scripturis reliquis nequaquam assensi sunt; sed præter illa quinque cætera contempserunt. Quod si quis alios objiciat, veluti Davidem aut Isaiam, et reliquos, negant se eos admittere, atque iis quæ a majoribus suis acceperunt pertinaciter insistunt. Hactenus contra Samaritanos a nobis disputatum est, adeoque paucis, ne longius quam instituti ratio fert sermonem producamus.

A ζητήματος ἐπίλυσιν. Ἀφ' ἑνὸς δὲ ἡ δευτέρου λόγου δοθήσεται τῷ σοφῷ σοφισθῆναι ἐν Κυρίῳ, κατὰ [5] τὸν δι' ἐναντίας. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἔσται μοι ἐν ἐπιτομῇ λέγειν, οὐκ ὀκνήσαιμι ἄν. Διαῤῥήδην τοίνυν εὐθὺς ὁ Κύριος λέγει τῷ Μωϋσεῖ· *Ἀνάγαγέ μοι εἰς τὸ ὄρος ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους, καὶ λήψομαι ἀπὸ τοῦ ἐπὶ σὲ πνεύματος, καὶ ἐκχεῶ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἀντιλήψονταί σου.* Περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὅπως γνῶμεν, ὁ Πατὴρ λέγει· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν.* Τὸ δὲ, *ποιήσωμεν*, οὐχ ἑνός ἐστι σημαντικόν. *Καὶ ἔβρεξε Κύριος ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορῥα πῦρ καὶ θεῖον παρὰ Κυρίου ἀπ' οὐρανοῦ.* Περὶ δὲ προφητῶν, ἐπειδὴ ἔφθη αὐτοῖς δοθῆναι ἡ Πεντάτευχος, οὐκέτι ταῖς ἄλλαις Γραφαῖς ἐστοίχησαν, ἀλλ' ἡ B μόνῃ τῇ Πεντατεύχῳ, καὶ οὐ τῇ λοιπῇ ἀκολουθίᾳ. Κἂν τε δὲ αὐτοῖς εἴπῃ τις νυνὶ περὶ τῶν ἄλλων, φημὶ δὲ περὶ Δαβὶδ καὶ Ἡσαΐου, καὶ τῶν καθεξῆς, οὐ παραδέχονται, κατεχόμενοι παραδόσει τῇ προαχθείσῃ (70) τοῖς ἀπὸ τῶν ἰδίων πατέρων. Καὶ ἕως ὧδε ἔστω μοι ἡ περὶ Σαμαρειτῶν ὑφήγησις, ἐν βραχεῖ μὲν τῷ λόγῳ εἰρημένη, δι' ὃν προορῶμαι φόβον, μὴ ἐκτεῖναι εἰς πλάτος τὴν ὑπόσχεσιν τῆς συντάξεως.

CONTRA ESSENOS,

Quæ est I Samaritanorum secta, ordine X.

Quatuor omnino in sectas Samaritani distributi sunt. Qui cum eadem secum invicem sentiant de circumcisione, Sabbato, aliisque lege præscriptis, paucis tamen in rebus trium singulæ a reliquis differunt. Nam Dositheos solos excipio. Quod enim ad Essenos spectat, ii nulla re prætermissa primum institutum retinuerunt. **29** Secundum hos Gortheni a se mutuo levibus de causis separati sunt, cum exigua quædam controversia inter ipsos intercessisset, hoc est inter Sebuæos, Essenos, et Gorthenos. Quæ controversia fuit ejusmodi. Cum lex undique Judæos Hierosolymitana confluere juberet [4], idque tribus anni temporibus; nimirum in Azymorum festo, Pentecoste, ac Scenopegia : cum-

ΚΑΤΑ ΕΣΣΗΝΩΝ (71),

Πρώτη αἵρεσις ἀπὸ Σαμαρειτῶν, δεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Εἰς τέσσαρας μὲν αἱρέσεις Σαμαρεῖται ἐτμήθησαν· τὰ ἴσα δὲ φρονοῦντες ἀλλήλοις περιτομῇ τε καὶ Σαββάτῳ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν νόμῳ, ἐν βραχεῖ καὶ ἔν τινι ποσῶς ἕκαστος τῶν τριῶν πρὸς τοὺς πέλας διαφέρεται, πλὴν τῶν Δοσιθέων μόνον. Ἐνέμειναν γὰρ οἱ Ἐσσηνοὶ τῇ πρώτῃ ἀγωγῇ μηδὲν ὑπερβαλλόμενοι. Μετὰ τούτους Γορθηνοὶ διεφώνησαν (72) πρὸς ἀλλήλους διά σμικρόν τι· ἐπειδήπερ ἀντιλογία τις μέσον αὐτῶν γεγένηται, φημὶ δὲ μέσον Σεβουαίων καὶ Ἐσσηνῶν καὶ Γορθηνῶν. Ἡ δὲ ἀντιλογία τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ὁ νόμος ἐκέλευεν (73) ἐκ παντοχόθεν τοὺς Ἰουδαίους συναθροίζεσθαι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. Πολλάκις μὲν οὖν κατὰ τρεῖς καιροὺς τοῦ ἔτους, κατά τε τῶν Ἀζύμων, καὶ κατὰ Πεντηκοστὴν, καὶ κατὰ

[1] Num. XI, 16. [2] Gen. I, 26. [3] Gen. XIX, 24. [4] Exod. XXIII, 25. [5] Forte τῶν.

(70) *Παραδόσει τῇ προαχθείσῃ.* Regius, προσαχθείσῃ.

(71) *Ἐσσηνῶν.* Quid in mentem Epiphanio venerit, ut Essenos Samaritanis accenseret, divinare non possum; nam quod occurrere potest, genus quoddam Essenorum fuisse a notis illis et sanctioribus diversum, probarem equidem, si apud Philonem, aut Josephum, qui de Essenorum generibus, institutis ac moribus accuratissime scripserunt, vestigium aliquod novorum istorum, ac posteriorum exsisteret. Nunc cum neque isti, nec alius quisquam vel levissime significarit, Essenos cum Samaritanis commune quidpiam habuisse, cumque inter Judæorum sectas a Josepho recenseantur Esseni; apparet primum neque Essenorum ullam inter Samaritanos fuisse sectam; neque Epiphanium aliud Essenorum genus, cum Samaritanis ascriberet, intellexisse, quam celeberrimum, ac laudatissimum illud, quorum instituta Philo ac Josephus uberrime perscripserunt. Quanquam Ossenos postea inter Judaicas sectas commemorat, qui iidem cum Essenis videntur.

(72) *Μετὰ τούτους Γορθηνοὶ διεφώνησαν.* Quomodo Gortheni πρὸς ἀλλήλους dissentire cœperunt? Nam nulla hic Gorthenorum divortia, sectas nullas enumerat : et ἐπεξήγησις illa quæ subjicitur : Φημὶ δὲ μέσον Σεβουαίων, καὶ Ἐσσηνῶν καὶ Γορθηνῶν· arguit τὸ πρὸς ἀλλήλους non ad solos Gorthenos, sed ad tres ὅλας sectas pertinere. Atqui διαφωνεῖν πρὸς ἀλλήλους Græce non est πρὸς ἄλλους. Fortasse igitur ἄλλους pro ἀλλήλους substituendum; postulabat ἡ ἀκολουθία, ut pro Γορθηνοί scriberetur οἱ λοιποί, vel sectæ tres recenserentur.

(73) *Ὁ νόμος ἐκέλευεν.* Mirum est quod hoc loco narrat, Samaritanorum inter se dissidium ab odio, et jurgiis manasse, quod ea natio cum Judæis exercet : nam si cum prætereuntibus Judæis rixabantur, quæ causa fuit, cur a se invicem dissentirent? Non id explicat Epiphanius : et aliud agit omnino : Etenim συμπληγάδες istæ non sunt τῶν Σαμαρειτῶν πρὸς ἀλλήλους, sed πρὸς τοὺς Ἰουδαίους.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Σκηνοπηγίαν. Ὄχουν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι διεσπαρμένοι, καὶ ἐν τοῖς τέρμασι τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας. Συνέβαινε δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν Σαμαρειτίδων τὴν ὁδοιπορίαν ποιεῖσθαι, διερχομένοις εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ. Ἐπεὶ οὖν συνετύγχανον ἐν ἑνὶ καιρῷ τὸ ἄθροισμα ἔχοντες τοῦ ἑορτάζειν, ἐντεῦθεν συμπληγάδες ἐγίνοντο. Ἀλλὰ καὶ ὅτε ᾠκοδόμει Ἔσδρας (74) τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἀξιωσάντων τῶν Σαμαρειτῶν συνεπιδοῦναι βοήθειαν Ἰουδαίοις, καὶ συνοικοδομῆσαι, [1] ἐπετράπησαν ὑπ' αὐτοῦ (75) τε τοῦ Ἔσδρα καὶ τοῦ Νεεμίου.

A que per Judæam ac Samariam Judæi sparsim habitarent, accidebat, ut qui Hierosolymam contendebant, ii per Samaritanas urbes iter facerent. Quare cum eodem tempore celebritatis causa conventus suos haberent, inde nata jurgiorum occasio est. Quin etiam Esdra post reditum e Babylonia Hierosolymam instaurante, Samaritani sponte se ad præsidium, et operis communionem offerentes ab Esdra et Nehemia repudiati sunt.

ΚΑΤΑ ΣΕΒΟΥΑΙΩΝ (76),

Δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ Σαμαρειτῶν, ἑνδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

CONTRA SEBUÆOS,

Quæ est secunda Samaritanorum hæresis, ordine XI.

Καὶ τότε οἱ Σεβουαῖοι διὰ μῆνιν καὶ ὀργὴν μετέθηκαν (77) τοὺς καιροὺς τῶν ἑορτῶν τῶν προειρημένων· τὸ πρῶτον μὲν κατ' ὀργὴν τοῦ Ἔσδρα, τὸ δεύτερον δὲ διὰ τὴν προειρημένην πρόφασιν τὴν εἰς μάχην προσκαλουμένην αὐτοὺς διὰ τῶν παριόντων. Τάττουσι δὲ οὗτοι τὸν νέον μῆνα (78) τῶν Ἀζύμων μετὰ τὸ νέον ἔτος· ὅπερ γίνεται ἐν τῷ μετοπώρῳ, τουτέστι μετὰ τὸν Θεσρὶ μῆνα, ὃς Αὔγουστος παρὰ

B Quo tempore Sebuæi iracundia perciti trium illarum quas diximus celebritatum tempora commutarunt : primum irati Esdræ; deinde quod præter-euntium occasione ad jurgia provocarentur. Cæterum illi mensem novum Azymorum post anni novi principium collocant ; isque in autumnum incidit post mensem Tisri, qui a Romanis Augustus appellatur, ab Ægyptiis Mesori, Gorpiæus a Ma-

[1] Deest οὐ.

succedunt. Unde Σεβουαίους et Ἑβδοματίτας dici Samaritanos a Judæis asserit, quod omnem δευτέραν τῶν ἑπτὰ τῆς Πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione, qua ipsum Πεντηκοστῆς diem colunt. At idem in *Elencho* Trihæresii cap. 1, Sebuæos ait septies in Pentecosten instaurasse : indeque factum, ut in autumnum, in hiemen et in ver incideret : propterea, quod hoc loco scribit Epiphanius Pentecosten illos in autumno celebrasse, non solum id autumno, sed in quatuor anni articulis egisse. Quod est ænigmatis simile. Quomodo enim Pentecosten in quatuor anni temporibus instaurabant, si in spatio illo tantum, quod ab Omer ad Pentecosten intercedit, τὰς δευτέρας septem festas ac solemnes ducerent? Drusius a Sebaia, qui cum R. Dosthai ad novos Samariæ inquilinos erudiendos ex Assyria missus est, derivat. Probabile est a שבוע id est hebdomade dictos esse, quod ut Samaritani cæteri τὰς δευτέρας septies illo duntaxat intervallo celebrarent, quod ad Pentecosten intercedit.

(74) *Ἀλλὰ καὶ ὅτε ᾠκοδόμει Ἔσδρας.* Duo hic in Epiphanio reprehendit Scaliger : Alterum quod ab Esdra instaurata Hierosolyma dixerit ; cum Nehemias non Esdras id egerit : alterum quod Samaritanos operam suam ad eam refectionem detulisse scribat; quod contra Scripturam esse credit. Sed in altero κακοήθειαν, in altero stuporem suum arguit. Etenim præterquam quod Esdras cum Nehemia vixit, et urbi instaurandæ præfuit; ut ex Nehemiæ cap. VIII, 2, et XII, 26, probat Serrarius; illud ᾠκοδόμει Ἱερουσαλήμ comiter accipiendum est; ut ad urbis partem aliquam, cujusmodi templum erat, pertineat. Illud vero dementissimæ cæcitatis est negare, Samaritanos operis participes esse velle præ se tulisse, cum id diserte lib. I Esdræ, cap. IV, 1 et 2, Scriptura testetur. Sed ea Serrarius in *Minerali* jam occupavit.

(75) *Ἐπετράπησαν ὑπ' αὐτοῦ.* Deest negativa particula, quod vel mediocriter peritus animadvertere potuit. Ideo frustra hac in parte calumnia truitur Epiphanio in Elencho Scaligeriano, quasi contra Scripturam dixerit Samaritanos in communionem operis admissos. Nam et infra cum de Sebuæis agit, scribit Esdræ illos odio festa sua præostere ordinasse.

(76) *Σεβουαίων. Jebussæos* perperam Damasceni codices habent. Hos ab Hebraica voce שבוע, quæ ebdomadem significat appellatos שבועאים, quasi ἑβδομαδίτας verisimile est, quod pag. 218, *in Isag. mon.* scribit Scaliger. Sed in ejus vocis reddenda ratione sibi non constat. Nam in eo loco idcirco ἑβδομαδίτας nominatos putat, quia omnem δευτέραν τῶν ἑπτὰ τῆς Πεντηκοστῆς ἑβδομάδων eadem religione, qua ipsum Πεντηκοστῆς diem colunt. Etenim ἡ δευτέρα τῶν Ἀζύμων Omer, sive manipulum ferebant; a qua die Sabbato omnia, quæ ad Pentecosten usque sequebantur, nomen obtinebant, ita δευτερόπρωτον, δευτεροδεύτερον, et cætera, ut ibi disputatur. Samaritani vero δευτέρας appellant omnes deinceps dies, quæ in eamdem feriam currunt, in qua erat δευτέρα· ita ut inter oblationem Omer, et solemne Pentecostes, incurrant septem δευτέραι. Vide cætera, in quibus δευτέρας appellari celebrarique duntaxat illas a Samaritanis significat, quæ ad Pentecosten, sive עצרת

C

(77) *Διὰ μῆνιν, καὶ ὀργὴν μετέθηκαν.* Supra dixerat πρὸς ἀλλήλους iras ac rixas susrepisse; nunc cum Judæis simultates illas intercessisse non obscure colligitur : siquidem odio illorum præpostere solemnium istorum tempus usurpare cœperunt.

D

(78) *Τάττουσι δὲ οὗτοι τὸν νέον μῆνα.* Utrum primus mensis apud Samaritanos et Sebuæos Tisri fuerit non satis explicat. Ait enim μετὰ τὸ νέον ἔτος, post annum novum ab illis statui; cujus anni novi caput est κατα τὸν Θεσρὶ ἐν τῷ μετοπώρῳ. Porro Tisri cum Augusto comparat. Hæc igitur salebrosa ac perplexa sunt. Si in autumno novus annus iniit, non utique in Tisri, qui Augusto respondet. Cur ergo tam diligenter hunc ipsum mensem variis circumscribit nominibus, si non anni primordium est? Cur deinde ita loquitur? Ἀπευθεῦθεν οὗτοι τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἡγοῦνται, καὶ εὐθὺς τὰ Ἄζυμα ἐπιτελοῦσι. Nimirum in eo mense, de quo locutus est, hoc est Tisri. Sequitur enim, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ τὴν πεντηκοστὴν ποιοῦσι, quinquagesimo post die. Quare ante μετόπωρον, et in Tisri azyma celebrantur; adeoque caput anni Tisri. Et μετά idem erit atque *inchoato, ineunte.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

cedonibus, a Græcis Apellæus. Hinc illi anni sui primordia deducunt, statimque Azymorum festum indicunt; Pentecosten porro in autumnum exeuntem conjiciunt. Scenopegiam denique tum celebrant, cum a Judæis Azyma, sive Pascha. Neque vero Sebuæos alii secuti sunt.

30 CONTRA GORTHENOS,

Quæ est hæresis Samaritanorum III, ordine XII.

Gortheni, cæterique Esseni aliorum vicini eadem cum illis faciunt. Sed soli cum Dositheis Gortheni cum Sebuæis simultates exercent : atque eodem, quo Judæi, tempore festa sua celebrant, Azymorum scilicet, Paschatis, Pentecostes, Scenopegiæ, et solemnis illius jejunii, quod in unam diem observant : contra quam alii instituunt, qui in iisdem indicendis ad Essenos se, uti dictum est, accommodant.

(79) *Ὃς Αὔγουστος παρὰ Ῥωμαίοις.* Imo vero September. Sed nescio utrum isti Juliani ac solaris anni primum mensem in Augusto delixerint.

(80) *Γορπιαῖος δὲ παρὰ Μακεδόσι.* In Alogorum hæresi n. 24, longe aliam Græcorum mensium ordinationem sequitur. Nam Græcorum, sive Syrorum Audynæus Januario. Dius Novembri respondet. At hoc loco quoniam Apellæus cum Augusto confertur, Januarius erit Artemisius, et Dystrus November. In Macedonicis mensibus magis sibi consentaneus est. Nam illic Apellæus Octobris die XXIV cœpit. Unde consequens est Gorpiæum Augusti partem occupare. Est autem Macedonicorum ac Syromacedonicorum, quos Græcorum nomine appellat, mensium varia admodum, nec satis explicata dispositio : de qua agemus ad Alogorum hæresin pluribus. Interim valde suspicor pro Apellæo hoc in loco substituendum esse Loum ; nisi in eo quoque hallucinatus sit Epiphanius.

(81) *Καὶ εὐθὺς τὰ Ἄζυμα ἐπιτελοῦσι.* Potuit hæc certis ex auctoribus comperire, vel coram observare ipse. Quare non temere de Epiphanii fide dubitandum est ; quod in *Elencho* facit Scaliger.

(82) *Οὐ μὴν δὲ ἐπείσθησαν τοῖς Σεβουαίοις.* Hæc vel aliena ab hoc loco, vel parum sincera videntur. Quæ ita forte restituenda sunt : Οὐ μὴν δὲ ἐπείσθησαν τοῖς Σεβουαίοις Γορθηνοί, καὶ οἱ ἄλλοι, hoc est Dositheі. Cornarius ita legerat, Οὐ μὴν ἐπείσ. τοῖς Σεβ. οἱ ἄλλοι, expuncta voce Γορθηνοί.

(83) *Γορθηνοὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἐσσηνοί.* Mire implicatus et involutus hic locus est. Nam quos repetitis hisce vocibus ἄλλοι, ἄλλων, et ἐκείνοις, intelligat, extricari vix potest. Nonnihil assequeremur, si de Essenis istis constaret, quos inter Samaritanos unus Epiphanius annumerat. Atqui veri et γνήσιοι Esseni, quos Philo, ac Judæus exhibent, nihil cum istis moribus, atque ea festorum perturbatione commercii habuerunt. Divinandum igitur nobis est, et in tenebris attrectanda veritas, quod minime desperamus. Serrarium hic agitat Scaliger *Elenchi* cap. 20, et miram ei hallucinationem objicit ; quod ex iis Epiphanii verbis, καὶ οἱ ἄλλοι Ἐσσηνοί, duplex ab illo genus Essenorum agnosci in Trihæresio scripserat. Ipse autem nullos alios Essenos videre se dicit, præter eos, quos decima hæresi posuit. *Nam recta*, inquit, *erat locutio;* Γορθηνοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι· *sed quia inter Essenos, et eos, de quibus loquitur, Gorthenos meaii interjecti sunt Sebuæi, ne de Sebuæis videretur loqui, adjecit* ἐξ

Ῥωμαίοις (79) καλεῖται, Μεσορὶ δὲ παρ' Αἰγυπτίοις, Γορπιαῖος δὲ παρὰ Μακεδόσι (80), παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀπελλαῖος. Ἀπεντεῦθεν οὗτοι ἀρχὴν τοῦ ἔτους ἡγοῦνται, καὶ εὐθὺς τὰ Ἄζυμα ἐπιτελοῦσιν (81). Ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ τὴν Πεντηκοστὴν ποιοῦσι. Τὴν Σκηνοπηγίαν δὲ αὐτῶν ἐπιτελοῦσιν, ὅτε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ Ἄζυμα καὶ τὸ Πάσχα. Οὐ μὴν δὲ ἐπείσθησαν τοῖς Σεβουαίοις (82).

ΚΑΤΑ ΓΟΡΘΗΝΩΝ,

Τρίτη αἵρεσις ἀπὸ Σαμαρειτῶν, δωδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Γορθηνοὶ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἐσσηνοὶ (83), ἐγγὺς τῶν ἄλλων γινόμενοι, τὰ ἴσα ἐκείνοις πράττουσι. Μόνοι δὲ Γορθηνοὶ καὶ Δοσίθεοι τὴν φιλονεικίαν εἰσὶ πρὸς Σεβουαίους κεκτημένοι· καὶ ποιοῦσιν αὐτοὶ τὰς ἑορτάς, φημὶ δὲ Γορθηνοὶ καὶ Δοσίθεοι, ὅταν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπιτελῶσι τῶν τε Ἀζύμων καὶ Πασχῶν, Πεντηκοστῆς τε καὶ Σκηνοπηγιῶν, καὶ νηστείας τῆς παρ' αὐτοῖς (84) νομιστευομένης ἡμέρας μιᾶς. Οἱ δὲ ἄλλοι οὐχ οὕτω ποιοῦσιν (85), ἀλλ' ἰδιαζόντως Ἐσσηνοῖς, ὡς προείπομεν.

ἐπιμέτρου *Essenos*. Idem Scaliger ἐγγὺς τῶν ἄλλων de Sebuæis exponit. Quæ interpretatio non inepta modo, sed Epiphanio ipsi contraria est. Nam ex ea sequitur Epiphanium velle Gorthenos et Essenos Sebuæorum vicinos eadem cum ipsis facere, τὰ ἴσα ἐκείνοις πράττειν. Ad quos enim τὸ ἐκείνοις, nisi ad Sebuæos pertinebit? Hoc autem absurdissimum est; cum et antea dixerit, et subinde moneat, Gorthenos saltem a Sebuæis magnopere dissensisse. Cum igitur manifeste hic in mendo locus hæreat, videamus quemadmodum recenseri possit. In *Anacephalæosi*. quæ summam hæreseon complectitur, Samaritanorum tres priores sectæ ita breviter explicantur. Γορθηνοὶ οἱ ἄλλοις καιροῖς τὰς ἑορτὰς ἄγοντες παρὰ τοὺς Σεβουαίους. Σεβουαῖοι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῶν ἑορτῶν πρὸς τοὺς Γορθηνοὺς διαφερόμενοι· Ἐσσηνοὶ μηδ' ὁποτέραις ἐναντιούμενοι, τοῖς δὲ παρατυγχάνουσιν ἑορτάζοντες ἀδιαφόρως. *Gortheni, qui diversis a Sebuæis temporibus festa celebrant: Sebuæi, qui ab illa ipsa festa a Gorthenis dissident. Esseni neutris adversantes, in quoscunque inciderint, sine ullo discrimine festa cum ipsis obeunt.* In Breviario tomi hujus, quod operis initio præfixum est, in Gorthenis, pro eo quod est παρὰ τοὺς Σεβουαίους, perperam legitur παρὰ τοὺς Ἑβραίους. Nam et Damascenus *Libro de hæresibus*, qui nihil aliud est quam Epiphanii *Anacephalæosis*, paucis ademptis aut immutatis, ita, ut supra proposuimus, exscripsit : licet vitiose, ut monuimus, *Jebussæi* pro *Sebuæi* legantur. Quamobrem quod Essenorum instituto fuerit ex eo loco constat ; nempe ut se in utramque partem versantes ad amborum mores consuetudinemque fingerent. Ideo Gorthenos solos, ac Dositheos cum Sebuæis simultates exercere dixit. Quibus animadversis ita locus iste conformandus mihi videtur. Οὐ μὴν ἐπείσθησαν τοῖς Σεβουαίοις Γορθηνοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι. Ἐσσηνοὶ δὲ ἐγγὺς τῶν ἄλλων γινόμενοι τὰ ἴσα ἐκείνοις πράττουσιν. Ubi τῶν ἄλλων idem est atque ἑκατέρων *alterutrorum*. Cæterum Gorthenorum vocabulum varie solet exprimi. Nam aut Γορθηνοὶ dicuntur, aut Γορθαιηνοί. In *Anacephalæosi* Γοροθηνοί, mendose ut arbitror ; ut et apud Eusebium Γορθηνοί, ab auctore, qui Γορθαῖος appellatur. Quare Γορθαιηνοὶ rectius videtur Scaliger.

(84) *Καὶ νηστείας τῆς παρ' αὐτοῖς.* Expiationum festum, sive Kippurim intelligit; quod X Tisri celebrabant.

(85) *Οἱ δὲ ἄλλοι οὐχ οὕτω ποιοῦσιν.* Ἄλλοι debent esse Σεβουαῖοι, sed vox Ἐσσηνοῖς inducenda : aut ἀλλ' Ἐσσηνοῖς scribendum, quia nonnu-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΚΑΤΑ ΔΟΣΙΘΕΩΝ,

Τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ Σαμαρειτῶν τρισκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Δοσίθεοι δὲ τούτοις διαφέρονται (86) κατὰ πολλοὺς τοὺς τρόπους. Ἀνάστασιν γὰρ ὁμολογοῦσι, καὶ πολιτεῖαι παρ' αὐτοῖς εἰσίν. Ἐμψύχων ἀπέχονται· ἀλλὰ καί τινες αὐτῶν ἐγκρατεύονται ἀπὸ γάμων μετὰ τὸ βιῶσαι (87)· ἄλλοι δὲ καὶ παρθενεύουσιν. Ὡσαύτως μὲν περιτομήν τε καὶ Σάββατον, καὶ τὸ μὴ θιγγάνειν τινὸς διὰ τὸ βδελύττεσθαι πάντα ἄνθρωπον, ὁμοίως ἔχουσι. Νηστείας δὲ τοὺς αὐτοὺς φυλάττειν καὶ ἐξασκεῖσθαι εἰσάγει ὁ λόγος. Ἡ δὲ πρόφασις τοῦ τὸν Δοσίθεον φρονῆσαι ταῦτα αὕτη. Οὗτος συνεμίγη ἀπὸ Ἰουδαίων ὁρμώμενος εἰς τὰ τῶν Σαμαρειτῶν ἔθνη, καὶ ἐν παιδεύσει κατὰ τὸν νόμον προήκων, δευτερώσεσί τε ταῖς παρ' αὐτοῖς, θηρώμενος τὰ πρωτεῖα καὶ ἀποτυχών· καὶ μὴ ἀξιωθείς τι παρὰ Ἰουδαίοις νομισθῆναι, ἐξέκλινεν εἰς τὸ Σαμαρειτικὸν γένος, καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν προεστήσατο. Ἐν σπηλαίῳ δέ που ἀναχωρῶν, δι' ὑπερβολὴν ἐθελοσοφίας ματαίως καὶ ὑποκριτικῶς ἐν νηστείᾳ καρτερῶν, ὡς λόγος ἔχει, οὕτως ἀπέθανεν, ἐν ἐνδείᾳ ἄρτου καὶ ὕδατος, ἑκουσίᾳ δῆθεν τῇ γνώμῃ. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐλθόντας ἐπὶ τὴν τούτου ἐπίσκεψιν εὑρηκέναι τὸ σῶμα ὀδωδός, ἐξέρψαν τε σκώληκας, καὶ νέφος μυιῶν ἐπ' αὐτὸ ἐσμηνευκέναι.

Καὶ αὗται μὲν αἱ ἐλθοῦσαι εἰς ἡμᾶς τῆς γνώσεως περὶ τῶν προειρημένων τεσσάρων αἱρέσεων διαφοραὶ, αἵτινες ἀνατραπήσονται διὰ τῶν κατ' αὐτῶν εἰρημένων. Ἐπάνειμι δὲ αὖθις τὰς κατὰ διαδοχὴν τῶν χρόνων παρεισδύσεις, καὶ τῆς πλάνης τὰ βοσκήματα (88) συνείρων, καὶ ποιούμενος τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀντιλογίαν, ἐν τῷ τὰ σχέτλια αὐτῶν ἀποκαλύπτειν ἐπιτηδεύματα, καὶ διὰ συντόμου λόγου ποιεῖσθαι τὸν ἔλεγχον τῆς τῶν κακῶν καὶ ὀλετηρίων ἑρπετῶν ἰοβολίας.

Πεπλήρωνται αἱ τῶν Σαμαρειτῶν αἱρέσεις δ.

CONTRA DOSITHEOS.

Hæresis IV Samaritanorum, ordine XIII.

Ab his Dosithei multipliciter discrepant. Nam et resurrectionem admittunt, et severiora apud illos sunt instituta vivendi. Item ab animatis abstinent. Nonnulli etiam post nuptias uxoribus mortuis continentiam servant. Alii virginitatem retinent. In eo vero cum aliis consentiunt, quod et circumcisionem et Sabbatum colunt, et cujuslibet hominis contactum devitant, quod universos abominentur. Eadem porro cum aliis jejunia atque exercitationes adhibent. Hæc omnia a Dositheo hac ex occasione sancita sunt. Cum enim Judæus esset, sese ad Samaritanos adjunxit. Quippe et in legis institutis apprime versatus, et traditionum, quas illi observant, scientissimus principem inter suos locum appetiit. A quo depulsus, nec magnam inter Judæos auctoritatem adeptus, ad Samaritanos defecit, et illam sectam condidit. Deinde in speluncam secedens præ affectata quadam sapientia perpetuis se, uti ferunt, jejuniis inaniter ac simulata pietate confecit; donec cibi ac potus inedia, voluntaria scilicet morte, consumptus est. Aliquot inde post diebus qui ad eum venerant putrefactum ac verminans cadaver inveniunt, ac muscarum examine scatens.

31 Hæc sunt quæ ad nos pervenere quatuor sectarum discrimina : quæ facile ex iis quæ contra illas disputata sunt, evertentur. Nunc hæreses reliquas, quæ temporum successione perperam irrepserunt, et aberrantia omnia pecora pertexam, eademque convincam partim illorum infelicissimis retegendis institutis; partim lethalium ac perniciosorum serpentium venenis brevi oratione retundendis.

Hactenus de Samaritanorum sectis IV.

quam Esseni cum illis Pascha celebrant. Verum ecce de Essenis supra hær. x scripsit : Ἐνέμειναν γὰρ οἱ Ἐσσηνοὶ τῇ πρώτῃ ἀγωγῇ μηδὲν ὑπερβαλλόμενοι. *In priore instituto permanserunt, nulla in re transgredientes.* Hic autem, et in *Anacephalæosi* plerumque cum Sebuæis festa præpostere celebrant.

Quo teneam vultum mutantem Protea nodo?

An duo sunt Essenorum genera, ut Serrario placuit, reclamante Scaligero? Ut alii cum Sebuæis; alii cum Gorthenis et Dositheis habitarint, et eorum quibuscum degerent ritus in obeundis duntaxat solemnibus imitarentur. Quod quidem studio pacis ac concordiæ Essenos præditisse horum disciplina persuadet, quæ nihil otio ac quiete antiquius habuit.

(86) *Δοσίθεοι δὲ τούτοις διαφέρονται.* Supra Dositheos a communibus Samaritanorum odiis ac contentionibus excipere visus est; πλὴν τῶν Δοσιθέων μόνον. Verum contrarius ex hoc loco sensus superioribus illis attribuendus est : Nimirum ἐν βραχεῖ καὶ ἔν τινι ποσῶς· paucis ac levissimis in rebus Samaritanorum factiones a se invicem dissentire, præter Dositheos, non qui nihil a cæteris discrearent; sed qui non leviter, ut illi, sed gravissime dissiderent. Dosithei porro tam ante Christum, quam post eum complures exstiterunt, et nonnullorum apud Hebræos mentio. Nam דוסתאי Dosthai est Dositheus, quod frustra negatum a Scaligero. At in cap. 3. Pirke Aboth quoddam Dosthai Jonai F. dictum memoratur, quod a R. Meir didicerat. Sed is ab hoc nostro diversus est. Quemadmodum et alter ille, cujus aliquoties Origenes meminit, cumque Samaritanum appellat lib. IV *Περὶ ἀρχῶν* cap. 2, necnon et aliis in locis, præcipue *contra Celsum* lib. II. Verum antiquior est Epiphanianus iste, a quo Sadducæos propagatos esse mox indicat, qui quidem Christi ortum antecessit. De Dositheo et Dositheanis lege quæ erudite Serrarius noster in *Minervali* disputat lib. IV, cap. 10, 11 et 12.

(87) *Ἐγκρατεύονται ἀπὸ γάμων μετὰ τὸ βιῶσαι.* Potest illud, μετὰ τὸ βιῶσαι, duobus modis accipi : utrobique ἐλλειπτικῶς. Alter, ut ἐν τῷ γάμῳ subaudiatur : alter, ut ad γυναῖκα pertineat. Prior interpretatio simplicior est, eamque Cornarius secutus est. In altera τὸ βιῶσαι idem est *ac mortuum esse*, ut apud Latinos *vixit*, βεβίωκε apud Plutarch. in Cicerone. Nos utramque cum agnovissemus, posterior in contextum recepta.

(88) *Καὶ τῆς πλάνης τὰ βοσκήματα.* Fortasse τὰ σχήματα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΙΟΥΔΑΙΣΜΟΣ ΛΟΙΠΟΝ ΜΕΡΙΣΘΕΙΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ (89)

ΕΙΣ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΕΠΤΑ.

JUDAISMUS VII IN SECTAS DISTRIBUTUS.

CONTRA SADDUCÆOS,

Quæ est prima Judaismi secta, ordine XIV.

Post illas Samaritanorum a nobis enumeratas, Græcorumque sectas septem apud Judæos ante Christi Domini adventum in Judæa, atque Hierosolymis exstiterunt.

Horum primi fuere Sadducæi a Dositheo illo propagati. Qui nimirum Sadducæos se a justitia nominant. Sedek enim justitiam significat. Sed et Sadoc quidam ex antiquis sacerdotibus appellatus est. Verum isti a magistri doctrina desciverunt. Etenim mortuorum resurrectionem sustulerunt; in quo cum Samaritanis conveniunt. Sed angelos contra quam Samaritani repudiant: ac Spiritum sanctum ignorant, quem nec accipere meruerunt. Eadem porro cum Samaritanis instituta custodiunt. Quanquam Judæi, non Samaritani fue-

A ΚΑΤΑ ΣΑΔΔΟΥΚΑΙΩΝ,

Πρώτη αἵρεσις ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Αἱρέσεις πάλιν μετὰ ταύτας τὰς προειρημένας τῶν Σαμαρειτῶν, καὶ ἄνω που τῶν Ἑλλήνων προδηλωθείσας, γεγόνασιν ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρὰ Ἰουδαίοις πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας ἐν Ἰουδαίᾳ τε καὶ Ἱεροσολύμοις.

Πρῶτοι Σαδδουκαῖοι, ἀπόσπασμα ὄντες (90) ἀπὸ Δοσιθέου τοῦ προλελεγμένου. Ἐπονομάζουσι δὲ οὗτοι ἑαυτοὺς (91) Σαδδουκαίους, δῆθεν ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐπικλήσεως ὁρμωμένης. Σεδὲκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. Ἦν δὲ καὶ Σαδούκ τις τοῦνομα κατὰ τὸ παλαιὸν τῶν ἱερέων. Ἀλλ' οὐκ ἐνέμειναν οὗτοι ἐν τῇ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν διδασκαλίᾳ. Ἠθέτησαν μὲν γὰρ οὗτοι νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ὁμοια Σαμαρείταις φρονοῦντες· οὐ παραδέχονται δὲ ἀγγέλους, ὅπερ Σαμαρεῖται οὐκ ἀθετοῦσι. Πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασιν (92)· οὐ γάρ εἰσι τούτου ἠξιωμένοι· τὰ πάντα

(89) *Ἰουδαϊσμὸς λοιπὸν μερισθείς.* De Judaicis factionibus deinceps agit; quas ante Christi adventum septenas recenset. Quod πλατυκῶς et pingui Minerva dictum est: nam tres constat apud Judæos fuisse sectas; cæteras, quæ a Philastrio, Isidoro et hoc nostro numerantur, partim Judæorum non esse proprias, partim ne hæreses quidem videri, partim denique a tribus illis matricibus, non esse distinctas; quæ sunt Pharisæorum, Sadducæorum, Essenorum. De quibus quoniam summa cum eruditione, ac diligentia Serrarius noster tribus libris disseruit, et quæ de iis observari a me possent occupavit omnia, cupidum earum rerum lectorem ad illius lucubrationem dimittendum potius arbitror, quam otiosa repetitione detinendum. Conferat etiam, si lubet, cum Serrarii *Trihæresio*, ac *Minervali*, quæ Drusius, et alii quidam de eodem argumento scripserunt. Nos enim hic ea tantum adnotabimus, quæ ad illustrandum Epiphanium necessaria videbuntur.

(90) *Πρῶτοι Σαδδουκαῖοι ἀπόσπασμα ὄντες.* Quantum ex his, quæ Epiphanius in his sectis prodidit, colligi potest, duo fuere Dosithei: Alter, idemque tempore posterior, Samaritanus, cujus meminit Origenes; alter longe antiquior, a quo propagatos esse Sadducæos non Epiphanius solum, sed etiam Hieronymus testatur, *Dialogo contra Lucifer: Taceo*, inquit, *de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi legem traditam dissiparunt: quod Dositheus Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit: quod Sadducæi ex illius radice nascentes etiam resurrectionem carnis negaverunt.* Ex Dositheo ergo radice nati sunt Sadducæi; quod est idem atque ἀπόσπασμα fuisse τῶν Δοσιθέων. Ut mirari Scaliger desinat ab Epiphanio id esse scriptum. Itaque Dositheus a Judæis ad Samaritanos deficiens, peculiarem illic sectam condidit. Quam postea Sadokus interpolavit, cum et ipse ad Samaritanos a Judæis transiisset.

(91) *Ἐπονομάζουσι δὲ οὗτοι ἑαυτούς.* Sadducæi passim, apud Græcos maxime, geminato υ scribuntur, quasi esset צדוק: apud LXX, antiquissimus ille sacerdos, Σαδούκ. De quo copiose Serrarius ac Drusius. Sadoci porro exstitere duo: quorum unus

duntaxat ab Epiphanio memoratus, qui Davidis et Salomonis ætate vixit; alter Antigni discipulus, cujus socius et condiscipulus fuit Baithos, ut auctor est Elias in *Thisbi*. Ab hoc posteriore Sadducæi cum origine nomen acceperunt. Etenim ambo illi a præceptore desciscentes legem ore tenus traditam abnegarunt; neque alteri quam quod legis scripto esset expressum, adhibendam fidem putarunt, ex quo קראים Karaim, quasi *Textuales* dicti. Hæc Elias. Addit Abraham Zachuth Sadoc et Baiethos ad Samaritanos, et Garizitanum templum receptum habuisse. Sed fieri potest, ut Sadducæi ipsi a priore illo ac vetustissimo pontifice oriundos sese profiteri mallent, quam a posteriore transfuga, vel etiam ut ad *justitiæ* vocabulum, et nominis interpretationem alluderent, idque crebris usurparent sermonibus; quod unum ideo, prætermissa altera ac veriore Sadducæorum origine, commemoravit Epiphanius.

(92) *Πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασι.* Actuum cap. XXIII, 8, *Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum*, οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα. Spiritum sanctum hoc loco non unus Epiphanius intellexit; sed et Philastrius. Quare temere, et imprudenter in *Elencho* Scaliger: *Asinitas*, inquit, *mera est, et impietas hæc fateri. Proinde exsecranda illa sententia Serrarii, qui non minus impie, quam ridicule eam tuetur.* Nam quod an πνεῦμα illic sine articulo positum universe sumi, cum ut Spiritum sanctum significaret, τὸ πνεῦμα scribendum fuerit, quod diu ante Scaligerum Salmero noster observaverat; nihil ad rem pertinet. Etenim sæpe πνεῦμα sine articulo pro Spiritu sancto in Scripturis usurpatur; ut Joan. III, 5: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu*, ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, et aliis in locis, quorum nonnulla profert in *Minervali* Serrarius. Quare non improbanda hæc Epiphanii interpretatio videtur, tametsi de solo Spiritu sancto præcise locutum putaret evangelistam. Quod necesse non est. Hanc enim Sadducæorum mentem fuisse suspicor, ut spiritum omnem, hoc est πνευματικὴν οὐσίαν, funditus tollerent; ideoque corporeum esse Deum asserent, ut Lyranus existimat. Ex quo consequitur, etiam Spiritum sanctum illos abnegasse. Unde me-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δ' ἴσα Σαμαρείταις φυλάττουσιν (93). Οὐκ ἦσαν δὲ οὗτοι Σαμαρεῖται, ἀλλ' Ἰουδαῖοι. Ἐν Ἱεροσολύμοις γὰρ ἐθυσίαζον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα Ἰουδαίοις συνέπραττον. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἀνατραπήσονται ἀπὸ τῆς ἀξιοπίστου τοῦ Κυρίου φωνῆς, ἣν αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο διὰ τῆς τοῦ ζητήματος ἐπιλύσεως, ὅτε προσῆλθον αὐτῷ λέγοντες, εἰ δύναται εἶναι νεκρῶν ἀνάστασις· καὶ ὅτι ἑπτὰ ἀδελφοὶ ἐγένοντο, καὶ ὁ πρῶτος γυναῖκα ἔγημε, καὶ ἄπαις ἐτελεύτησε. Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτήν, Μωϋσέως παρακελευομένου ἐπιγαμβρεύεσθαι τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ ἄπαιδος τελευτήσαντος, καὶ ἄγεσθαι τὴν αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ πρὸς τὸ ἐξαναστῆσαι σπέρμα εἰς ὄνομα τοῦ κατοιχομένου. Ἔλαβε γοῦν, φησὶ, ταύτην ὁ πρῶτος, καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ἐτελεύτησαν· ὁμοίως καὶ οἱ ἑπτά. Ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν τίνος ἔσται αὕτη γυνή, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἑπτὰ ἔσχον αὐτήν; Ὁ δὲ Κύριος ἔφη· *Πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ' ἰσάγγελοί εἰσιν. Ὅτι δὲ ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, Μωϋσῆς ὑμᾶς διδάσκει, ὡς ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐχρημάτισε, λέγων· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, Θεὸς ζώντων, καὶ οὐχὶ νεκρῶν.* Καὶ ἐφίμωσεν αὐτῶν τὸ στόμα. Εὐάλωτοι γὰρ οὗτοι, καὶ μὴ δυνάμενοι ἀντιστῆναι μήτε μίαν ὥραν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

runt. Siquidem Hierosolymis sacrificabant, cæteraque omnia cum Judæis communiter gerebant. Atque hos quidem una Christi Domini sententia omni fide digna prosternet, quam ipsi ex propositæ quæstionis dissolutione in seipsos provocarunt, cum ad eum accedentes rogarunt, fierine posset mortuorum resurrectio[1]. Item fuisse septenos fratres : quorum primus, uxore ducta, cum sine liberis decessisset, secundus eam excepit, ex Mosis præscripto, qui viro sine liberis **32** defuncto succedere fratrem in illius conjugium jussit, viduamque ducere, quo in mortui nomen posteritatem excitaret. Accidit igitur, aiebant, ut illam primus ac secundus uxorem habuerint ac mortui sint, septemque itidem omnes. In resurrectione itaque mortuorum cujus hæc uxor erit, quandoquidem septem illam conjugem habuerunt ? Ad hæc Dominus ita respondit : *Erratis nescientes Scripturas, ac virtutem Dei : in resurrectione enim mortuorum neque uxores ducunt, neque nubunt, sed pares sunt angelis. Quod autem mortui resurgent, Moyses vos docet, quoniam ita Deus illi respondit : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus vivorum non mortuorum*[2]. Ita os illis occlusit. Faciles enim ad refellendum sunt, nec vel brevi spatio veritati possunt resistere.

ΚΑΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ (94),

Δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, πεντεκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Μετὰ τούτους τοὺς Σαδδουκαίους, Γραμματεις γε-

CONTRA SCRIBAS,

Quæ est II Judaismi secta, ordine XV.

Post Sadducæos, interjecto tempore, vel eodem

[1] Matth. xxii, 32. [2] Exod. iii, 6.

rito ab Epiphanio, aliisque dictum est, Sadducæos Spiritum sanctum ignorasse, ut eam ex toto genere τῶν πνευμάτων speciem deligerent, qua negata majus illi sibi impietatis crimen accesserent.

(93) *Τὰ πάντα δὲ ἴσα Σαμαρείταις φυλάττουσι.* Etiamne sacros omnes libros, præter Pentateuchum repudiarunt? Affirmant veteres omnes præsertim Origenes, Tertullianus, Hieronymus, Beda; Elias quoque Thisbites, aliique, quos Serrarius testes citat. Negat autem Scaliger, et contrarium asseverare Josephum existimat. Sed tantum abest, ut contra Josephus sentiat, ut is communem illam lib. XIII *Orig.*, cap. 18 sententiam videatur astruere. Docet enim Pharisæos multa populo tradidisse : Ἄπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις· καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγων ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δὲ ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. Sadducæi igitur auctore Josepho sola hæc asciscenda, observandaque dicebant, quæ essent scripta, ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις. Quod et lib. XVIII, cap. 2, his verbis expressit : Φυλαχῆς δὲ οὐδαμῶν τινων μεταποίησις αὐτοῖς, ἢ τῶν νόμων. Sane aut hæc Josephi verba Sadducæos indicant nullos alios quam Mosis libros admisisse; aut saltem non illud, quod a Scaligero tam pertinaciter pugnatur, efficiunt, ut sacros omnes Scripturæ libros amplexi sint, τὰς ἀγράφους δευτερώσεις rejecerint. Agit enim illo loco præcipue Josephus περὶ πρακτικῶν νομίμων, de ritibus ac consuetudinibus, sive legibus, quibus agendum aliquid præscribitur; quæ in solo fere Mosis Pentateucho continentur. Unde cum Sadducæi exciperent ea duntaxat quæ scripta erant, observari debere solos Moysis libros, quibus τὰ νόμιμα comprehenduntur, intelligebant, non historicos, aut propheticos libros; quibus novæ nullæ, aut perpaucæ cærimoniæ præcipiuntur. Cætera apud Serrarium vide.

(94) *Κατὰ Γραμματέων.* Scribarum ordo neque Judaismi hæresis fuit, neque πρὸς Φαρισαίους ἀντιδιαστελλόμενος· nam et Scribæ plerique Pharisæi, non tamen omnes; quemadmodum inter theologos nonnulli monachi et arctioris vitæ professores. Theophylactus *in Lucam* cap. XI : *Sane alii erant legisperiti, et alii Pharisæi. Nam Pharisæi videbantur ut monachi, et qui ab aliis se segregabant; legisperiti vero Scribæ erant, et doctores, qui solvebant quæstiones legis.* Tostatus *in cap.* XXIII *Matth. quæst.* XII : *Sciendum quod licet ponantur hic Scribæ et Pharisæi tanquam distincti, non distinguuntur inter se sicut Pharisæus et Sadducæus, sive sicut opposita; quia nullus Pharisæus est Sadducæus; neque e contrario, quia erant sectæ disparatæ, et quasi oppositæ; sed distinguuntur sicut grammaticus et dialecticus, quia licet aliud sit grammaticum esse, aliud dialecticum, tamen idem potest esse grammaticus et dialecticus. Sic enim aliud est esse Scribam, quam Pharisæum : quia Scribam esse, est esse sapientem in lege; Pharisæum esse, erat habere modum certum vivendi et sectam. Et tamen accidit eumdem esse Pharisæum, et Scribam, id est doctum in lege.* Maldonatus vir doctissimus *ad cap.* II *Matth.*, *Scribas proprie notarios publicos fuisse docet, quorum duplex erat officium, alterum publica instrumenta conficiendi; alterum sacras Scripturas interpretandi, et a corruptela vindicandi.* Unde iidem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

etiam quo illi, Scribæ prodierunt, legis interpretes, ac velut quamdam grammaticam professi, cum cæteris in rebus Judæorum institutis inhæreant; quæ superstitiosis et cavillatoriis inventis interpolarunt. Neque enim ex legis duntaxat præscripto vivunt, verum insuper urceos et calices, ac discos, et reliqua utensilia lavant, utpote sinceræ, ac sanctioris disciplinæ cultores. [1] Nam et manus frequenter abluunt et aquis se ac lavacris abstergunt. Habent et certas fimbrias, quæ instituti sunt eorum signa, ad pompam et ostentationem, captandaque spectantium præconia compositas. Ad hæc vestes phylacteriis distinctas gerebant, quæ sunt latiora quædam purpuræ segmenta. De quibus cum Evan-

A γόνασιν ἀνὰ μέσον τοῦ χρόνου, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν ἡλικίαν κατάγοντες, οἵτινες ἦσαν δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, τὰ ἄλλα πράττοντες τῶν Ἰουδαίων· περιττὴν δέ τινα δῆθεν σοφιστικὴν ὑφήγησιν εἰσηγούμενοι, οὐ κατὰ νόμον μόνον βιοῦντες, ἀλλὰ περισσότερον, ξεστῶν βαπτισμοὺς φυλάσσοντες, καὶ ποτηρίων, καὶ πινάκων, καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν τῆς ὑπηρεσίας, ὡς δῆθεν ἐπὶ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ὅσιον διακείμενοι· πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι (95), πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχόμενοι· ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας εἰς ἐπίδειξιν κόμπου καὶ ἔπαινον τῶν θεωμένων. Καὶ φυλακτήρια παρ' ἑαυτοῖς (96) ἐπὶ τὰ

[1] Marc. VII, 3.

νομικοί, et νομοδιδάσκαλοι, et γραμματεῖς appellantur. Epiphanius vero in sequenti hæresi Nomikoús a Scribis discernere videtur; ait enim Pharisæos eadem cum Scribis sensisse. Γραμματεῦσι δὲ, φησὶ, τοῖς ἑρμηνευομένοις νομοδιδασκάλοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί. Hanc non modo Epiphanii opinionem esse; verum etiam Lucæ testimonio comprobari Drusius arbitratur lib. II *De tribus sectis*, cap. 13; nam cum Christus cap. 45, dixisset: Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, etc. *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia estis ut monumenta, quæ non apparent*, statim quidem τῶν νομικῶν *respondens ait illi: Hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.* Tum Jesus Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί· *Et vobis legisperitis væ:* quasi diceret legisperitus: Non solum Scribas et Pharisæos, sed etiam nos νομικούς, id est legisperitos notas. Ergo diversi aliquantum νομικοί a Scribis. Scaliger vero in *Elencho*. cap. 11, in eodem Epiphanii loco Serrario arroganter insultans νομικούς ait *proprie formulas juris, et actiones civiles docuisse. ac forensia magis tractasse.* Et postea eumdem Serrarium insequitur, quod Scribas legis cum scribis populi, et actuariis publicis confuderit. Duo enim scribarum genera constituit: γραμματεῖς τοῦ νόμου, καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ· et hos posteriores actores vel actuarios publicos fuisse putat. Nos attente consideratis omnibus non dubitamus, quin νομικοί iidem sint cum Scribis, et νομοδιδασκάλοις apud evangelistas. Nam de Epiphanii loco postea viderimus: adeoque fœdissime Scaliger hallucinetur, cum νομικούς actuarios publicos esse docet: quo nihil ineptius excidere potuit. Nam ut Lucæ illo ipso loco, de quo paulo post, utar, cum cap XI, 46, ad νομικούς oratione conversa, ita eos Christus exagitat: Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί· *quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas;* num tandem actuarios publicos, et civilium actionum formularios intellevit, ac non potius legis interpretes ac doctores? Cum præsertim Matth. XXIII, idem Scribis et Pharisæis, quod apud Lucam τοῖς νομικοῖς, objectum sit: nempe *quod alligarent onera gravia, et importabilia*, etc, *digito autem suo nollent ea movere.* Quare νομικοί ad Scribas, vel Pharisæos, vel utrosque pertinent. Sane qui Matth. cap. XXII, 35 νομικός, a nostro interprete *legis doctor* dicitur, idem Marci XII, 28, εἷς τῶν Γραμματέων nominatur. Atque adeo Tertull. lib. IV *cont. Marc.*, c. 27 νομικούς, quorum in illo XI cap. Lucas meminit, legis doctores interpretatur. Alibi vero passim vulgatus interpres νομικόν vertit *legisperitum*. Unde persæpe νομικοί cum Pharisæis copulantur, ut Luc. XIV, 3. *Et respondens Jesus dixit ad legisperitos et Pharisæos:* Græce τοὺς νομικούς· et cap. VII, 30: Οἱ δὲ

B Φαρισαῖοι, καὶ οἱ νομικοί. Qui cap. V, 17, Φαρισαῖοι, καὶ νομοδιδάσκαλοι vocantur. Quare νομικοί a νομοδιδασκάλοις non discrepant; iidemque legis interpretes sunt, ut et Bezæ placuit; et falsissimum est τοὺς νομικούς proprie circa actiones civiles ac formulas occupari. Par est Scaligeri delirium, cum Scribas populi sic a Scribis legis secernit, ut illi actuarii vel actores publici fuerint. Quippe Matth. II, 4, Herodes, cum magorum adventum et Christi nativitatem inaudisset, ut quo in loco Christus nasceretur inquireret, *principes sacerdotum et Scribas populi* convocat, et eorum responsum expetit. Quinam igitur alii esse possunt, quam legis interpretes et doctores? Certe non illi pragmatici, aut formularii, sive actuarii fuerunt: quos nemo de re tanta ac tam recondita consuleret, ad quam scilicet intelligendam disceptandamque non mediocris sacrarum litterarum usus, ac scientia requiratur. Quod ad Lucæ testimonium illud attinet, cap. XI, C singulare est in eo quiddam; de quo nullus, quantum scire possum, interpres admonuit. Etenim Græce ita legitur: Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, comm. 44, quod et Latina Bibliorum Regiorum interpretatio retinet. At in Latinis aliis codicibus, et apud Ambrosium et Hieronymum ita legitur: *Væ vobis, quia estis ut monumenta, quæ non apparent*, etc. Neque vocabula ista reperiuntur, *Scribæ et Pharisæi hypocritæ*. Et apparet in quibusdam olim Græcorum codicibus illa defuisse: Quæ si expungantur; peribit argumentum illud; quo fretus Drusius νομικούς a Scribis distinxerat. Et quamvis ita ut in Græcis exstat, *Scribæ et Pharisæi* legamus, non inde tamen discrimen illud evincitur. Ita enim interpretari licet: cum hactenus in solos Pharisæos invectus esset, postremo comm. 44, ad Pharisæos etiam Scribas adjecisse. Quod cum indigne tulisset quidam, qui Scriba tantummodo, non Pharisæus esset; de ea re conquestum, quod non modo Pharisæos, verum et ordinem suum incesseret. Hæc esse potest simplicissima hujus loci, aptissimaque sententia. Nam omnino νομικούς pro Scribis, et vicissim, evangelistæ omnes usurpant. Scribarum porro minus, et officium præclare descripsit Epiph. cum ait: δευτερωτάς τινας τοῦ νόμου fuisse, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγουμένους. Quos quidem ex Levitica tribu exstitisse perperam adnotat Beza; nam e qualibet esse poterant, ut et Pharisæi.

(95) *Πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι.* Πυγμῇ non aliter accepit Epiphanius, ac Vulgatus interpres, pro eo quod est *crebro, frequenter:* pro quo Beza novitatis intempestivo studio *pugno* reddidit, sane imperite. Sed de Judaico quodam abluendi genere, quo ad summos usque digitos manus lavabant, vide Serrarium nostrum lib. II, cap. 3.

(96) *Καὶ φυλακτήρια παρ' ἑαυτοῖς.* Deut VI,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἱμάτια ἐπετίθετο, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας (97). Νομίσειε δ' ἄν τις, ἐπειδήπερ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ [2] τούτῳ ἐμφέρεται, μὴ ἄρα [3] περιάπτων λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ εἰώθασί τινες τὰ περίαπτα φυλακτήρια ὀνομάζειν· οὐκ ἔχει δὲ ὁ λόγος τὸ παράπαν περὶ τούτου· ἀλλ' ἐπειδὴ στολὰς, εἶτ' οὖν ἀμπεχόνας οἱ τοιοῦτοι ἀνεβάλλοντο, καὶ Δαλματικὰς, εἶτ' οὖν Κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων διὰ πορφύρας ἀλουργοῦφεῖς κατεσκευασμένας, τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήρια εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μετονομάζειν· τούτου ἕνεκεν φυλακτήρια αὐτὰ καὶ ὁ Κύριος κατ' ἐκείνους εἴρηκε. Δηλοῖ δὲ ἡ ἀκολουθία τὴν φράσιν τῆς ὀνομασίας, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων· τὰ κράσπεδα, ἵνα εἴπῃ κροσσούς· καὶ τὰ φυλακτήρια, ἵνα εἴπῃ τῆς πορφύρας τὰ σήματα. Φησὶ γάρ· *Ὅτι πλατύνετε τὰ φυλακτήρια, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων ὑμῶν μεγαλύνετε.* Ποῖσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα (98) πτερύγια τοῦ τρίβωνος ἕκαστος εἶχεν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος κατηδεδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο, ἢ παρθενίαν ἤσκει. Ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστος ταξάμενος ὥριζε

A gelium meminerit [1], suspicari quispiam possit, de amuletis hic sermonem instituit: quod a nonnullis amuleta phylacteria vocentur. Verum longe alia ratio est. Quippe cum stolis, sive vestimenti genere quodam uterentur isti, quod Dalmaticas, aut Colobia appellare possumus, quæ amplioribus ex purpura segmentis 33 erant intexta. Ejusmodi porro segmata, qui accuratius loquuntur, nominare phylacteria solent. Horum consuetudinem secutus Dominus eadem illa phylacteria nuncupavit. Sed et sequentia de acceptione vocis istius haud dubiam fidem faciunt. Subjicit enim; et vestimentorum κράσπεδα, hoc est fimbrias. Ita et phylacteria purpureos illos quos dixi clavos appellavit. *Quoniam*, inquit, *dilatatis phylacteria, et fimbrias vestimentorum ampliores faciis* [4]. Etenim corymbos punicorum malorum specie quatuor e pallii laciniis pendentes, atque ex ipso stamine alligatos eo tempore gerebant, quo continentiam aut virginitatem servabant. Nam quilibet certum sibi tempus castitatis, aut continentiæ præscribebat; atque illa velut

B

[1] Matth. v, 23. [2] Forte τοῦτο. [3] Deest περί. [4] Matth. xxiii, 5.

com. 8, cum mandatorum suorum jugem et assiduam meditationem præciperet Deus: *Et ligabis*, inquit, *ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos*, Hebraice והיו לטטפות בין עיניך. Chaldæus לתפלין. De Totaphoth tam ab Hebræis, quam a nostris varie disputatur. LXX pro ea voce, ἀσάλευτα reddunt: καὶ ἔστωσαν ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου, et sint *immobilia*. At Scaliger inepte credidit ἀσάλευτα idem esse, atque *amuleta: quam vocem*, inquit, *grammatici nondum in sua Lexica retulerunt. Itaque idem est* ἀσάλευτον, καὶ φυλακτήριον. Sed unde hoc tandem habet? Nam ἀσάλευτα non substantive, neque ad rem certam significandam: sed adjective, et ἀορίστως usurparunt. *Erunt*, inquit, *immota ante oculos tuos*. Quare friget hæc novæ vocis observatio. Locus est Matth. xxiii, 5, in quo ad Totaphoth et frontalia Christus respectum habuisse videtur. Nam Pharisæos perstringens: *Dilatant*, inquit, *phylacteria sua et magnificant fimbrias*. Quem ad locum Hieronym. Pharisæorum superstitionem notat, qui quod simpliciter a Deo mandatum erat, ut in lege meditanda observandaque assidue versarentur; utique illa ante oculos perpetuo quasi monimentum quoddam exstaret, ita interpretati sunt, quasi descriptam in membranis legem, et frontibus alligatam gestari præciperet. Quocirca hæc opinio Hieronymi fuit, nullum Judæos mandatum habuisse de phylacteriis, ac frontalibus membranis; sed crasse illos et imperite divinum monitum accepisse. Quam ob causam acerrime a Scaligero reprehensus est; qui ex ipsis legis verbis pugnat in *Elencho*, cap. 8, ea ipsa phylacteria præscripta fuisse. Non inficior idem et plerisque PP. videri, et in primis Justino, in *Dialogo cum Tryphone*, de gestandis alligandisque frontalibus; mandatum Judæis editum. Sed ex legis hoc verbis aperte colligi posse, quod putat Scaliger, hoc vero pernego. Et multo mihi probabilior Hieronymi sententia videtur, cum antiquissima Judæorum consuetudo non majus hac in parte præjudicium afferat, quam sexcenti alii ritus ac δευτερώσεις nugacissimæ, quos jam tum Christi Domini tempore ex legis verbis non minus stolide, quam pertinaciter eliciebant. De fimbriis aliter sentiendum. Etenim Num. xv, 38, conceptis verbis jubentur *fimbrias per palliorum angulos habere*, iisdemque *vittas hyacinthinas* adjungere. Fimbrias Hebraice Moses ציצית; LXX κράσπεδα. Vittas autem ille פתיל; isti κλῶσμα vocant. De quibus non solum Hebræi, sed et nostrates critici copiose disserunt.

C

(97) *Τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας.* Mira vocabuli hujus τῶν φυλακτηρίων interpretatio; clavos esse purpureos latos; qui colobiis et epomidibus insuerentur, ad eumdem modum, quo Romani senatores sui ordinis insigne gestabant. Hoc vero, inquam, admirandum potius, quam aut sine alio idoneo auctore nimis amplectendum, aut acrius reprehendendum; quod in *Elencho* Scaliger instituit. Atqui utrum dalmaticas istas et colobionas clavatos Pharisæi olim gesserint, eaque phylacteria plerique nominaverint, necne, aliunde constare non potest, et ex reconditis Judæorum libris ac ritibus multa Epiphanius potuit addiscere, quæ hoc sæculo et hodiernis Judæis ignota sunt. Esto igitur; clavos etiam istiusmodi φυλακτήρια nuncupaverint, vulgo tamen φυλακτήρια illa, quorum Matthæus meminit, cum Hieronymo pittaciola et membranacea frontalia eruditi homines interpretantur.

D

(98) *Ποῖσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα.* Ridicule Scaliger ut Epiphanium erroris arguat: *Si mala punica*, inquit, *non igitur* κράσπεδα. Quasi non etiam ῥοΐσκοι τοῖς κρασπέδοις alligari potuerint; ut et spinas adhibuisse, quo cruorem elicerent, testatur Hieronymus. Nec obstat, quod ῥοΐσκους summus sacerdos ἐν ἀρχιερατικῇ στολῇ gestaverit. Nam diversos ab illis cum numero, tum materia, aliisque id genus Pharisæi, cum in casto essent, usurpare poterant. Sic paludamentum cum Romanorum inipp. proprium fuerit, etiam militibus attribuitur. Atque ut a Judæis non recedam, quis nescit inter summi sacerdotis vestes ephod, sive τὴν ἐπωμίδα, ac superhumerale fuisse? Et tamen non modo sacerdotes ac levitæ cæteri; sed etiam laici ephod induebant, uti David lib. II Reg. cap. VI, 14. Sed hoc videlicet lineum erat: alterum illud pontificum proprium quatuor ex coloribus constabat, hyacintho, bysso, cocco, purpura; sed et auro contextum erat. Vide Hieron. *Epist. ad Fabiolam.* Nimis igitur insulse adversus Epiphanium nostrum argumentatur Scaliger.

Digitized by Google Распознавание текста

exempla quædam, et imagines erant, quibus institutum suum exprimebant, ne quis utpote sanctos auderet attingere.

Quatuor apud eosdem traditionum, quas δευτερώσεις vocabant, fuere genera : primum Mosis prophetæ nomine est inscriptum ; secundum, Akibæ cuidam magistro, vel Barakibæ tribuunt ; tertium Audani, vel Annani, qui et Judas dicitur : quarti Assamonæi filios auctores jactitant. Quatuor ex hisce fontibus manarunt ea quæ apud illos inani quadam opinione sapientiæ constituta, cum sint inepta pleraque, prædicantur nihilominus ; ac tanquam ab excellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur.

A καιρὸν ἁγνείας, ἢ ἐγκρατείας, καὶ ταῦτα αὐτῶν τὰ πρωτότυπα ἦν, εἰς τὸ ἐμφαίνειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρ' αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενα, ἵνα μηδεὶς ἅψηται δῆθεν τῶν ἡγιασμένων.

Δευτερώσεις δὲ παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν· μία μὲν εἰς ὄνομα Μωϋσέως τοῦ προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν (99) Ἀκιβᾶν οὕτω καλούμενον, ἢ Βαρακιβᾶν· ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ἀνδᾶν, ἢ Ἀννᾶν, τὸν καὶ Ἰούδαν· ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς Ἀσσαμωναίου. Ἐκ τούτων τῶν τεσσάρων δευτερώσεων, ὅσα παρ' αὐτοῖς νενόμισται οἰήσει σοφίας, ἀσοφίας δὲ τὰ πλεῖστα, αὐχεῖται καὶ ᾄδεται· καὶ ἐν τάξει προκριτέας διδασκαλίας βοᾶταί τε καὶ φημίζεται.

ADVERSUS PHARISÆOS,

Quæ est hæresis Judaismi III, ordine XVI.

I. Secundum ambas illas proxime Pharisæorum hæresis sequitur, alterius generis ; tametsi cum Scribis, quos legis doctores interpretantur, eadem sentirent. Cum iis enim legis quoque periti conjuncti erant. At Pharisæi ad horum ritus alia rursus adjiciebant ; et severioribus se institutis astrinxerant. Quidam enim cum suas illas exercitationes adhiberent, decem, vel octo, vel quatuor annorum sibi spatia præfigebant, quibus virginitatem, aut castimoniam colerent ; hoc tempus continuis precibus traducebant, et id certaminis frequentius instaurabant, ne **34** ullam corporis labem contraherent, neve furtim turpe aliquod in somnis profluvium obreperet. Ergo alii tabulas ad eum usum parabant, latitudine non amplius dodrantali : in quibus post vesperam jacebant ; ut si fortasse dormirent, in pavimentum prolapsi rursum se ad orandum excitarent ; quo somni quoad liceret expertes

B

ΚΑΤΑ ΦΑΡΙΣΑΙΩΝ,

Τρίτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἐξκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Α'. Ταύταις ταῖς δυσὶν αἱρέσεσι κατ' ἀκολουθίαν συνῆπται ἡ τῶν Φαρισαίων αἵρεσις, ἄλλη τις, οὖσα τὰ αὐτὰ τούτοις ἐφρόνουν· Γραμματεῦσι δέ φημι, τοῖς ἑρμηνευομένοις νομοδιδασκάλοις. Συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί (1). Ἄλλα δὲ καὶ παρὰ τούτους πάλιν οἱ Φαρισαῖοι ἐφρόνουν, πολιτείας μείζους ἔχοντες. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν, ὅτε ἤσκουν, ὥριζον δεκαετίαν, ἢ ὀκταετίαν, ἢ τετραετίαν· ὁμοίως παρθενίας, ἢ ἐγκρατείας, συνεχῶς εὐχόμενοι, πυκνότερον ἀγῶνα τοῦτον ἐνίσταντο, διὰ τὸ δῆθεν μὴ σωματικόν τι παθεῖν, ἢ κλαπῆναι δι' ὀνειράτων, ἀηδῆ τε ῥύσιν C σώματος ἀπεργαζομένην (2). Καὶ οἱ μὲν σανίδας ἑαυτοῖς ἐφιλοκάλουν σπιθαμῆς μόνης τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ ταύτην ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἵνα, εἰ ὑπνώσειέ τις, καὶ καταπέσοι εἰς τοὔδαφος, αὖθις ἐγείρηται εἰς εὐχήν, διὰ τὸ ἄγρυπνον ἔχειν τὸν βίον κατὰ τὸ δυνατόν· ἄλλοι δὲ κάχληκας συλλέγοντες ἑαυτοῖς ὑπεστρώννυον, εἰς τὸ νυττομένους μὴ ὕπνῳ

(99) *Δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν.* Eadem δευτερώσεων genera percenset hæresi XXXIII, n. 9. Quo ex loco Ῥαββὶ Ἀκιβᾶν pro Βαρακιβᾶν legendum hic admonemur. Hic est ille nisi fallor R. Akiba, de quo in Judæorum Kalendario v die Tisri hæc ascripta sunt : *R. Akiba filius Joseph conjicitur in vincula, ubi moritur.*

(1) *Συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί.* De Scaligeri hallucinatione supra vidimus, qui νομικούς *actuarios* esse, ac *formularios* credidit. Proximus huic error est ; quod præsentem Epiphanii locum sic interpretatus est, ut τὸ αὐτοῖς ad Pharisæos referret, quibus cum versabantur οἱ νομικοί. *Epiphanius*, inquit ; *aperte* τοὺς νομικοὺς *distinguit* ἀπὸ τῶν Νομοδιδασκάλων, τῶν καὶ Γραμματέων. *Eosdem enim facit* Γραμματέας, et Νομοδιδασκάλους, *a quibus distinguit* τοὺς Νομικούς, *quos accenset Pharisæis. Ideo recte ait :* Συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς· καὶ οἱ Νομικοί. *Eodem*, inquit, *loco censebantur Pharisæi*, *et* Νομικοί, *qui quamvis unum corpus* καὶ τάγμα *efficiebant*, *tamen erat discrimen quoddam inter Pharisæos*, καὶ τοὺς Νομικούς· *quod severius institutum esset Pharisæorum, quam* τῶν Νομικῶν. Hinc Serrarium imperitiæ arguit, quod ita vertit. *Cum ipsis enim iidem erant, et Nomici, seu Legisperiti* Sed Epiphanii sensum pessime interpretatus est Scaliger. Etenim τὸ αὐτοῖς non alios, quam Scribas, sive Νομοδιδασκάλους significat, οἷς συνῆσαν καὶ οἱ Νομικοί. Quia sæpius evangelistæ Scribas, et Νομικούς quasi distinctos nominant, tametsi ex eodem essent ordine, idque vel κατ' ἐπεξήγησιν, vel quia Scribarum complures erant gradus, et officia, cum et civilibus forte contractibus ac stipulationibus præessent iidem, et legem interpretarentur : idcirco συνῆσαν, inquit, τοῖς Γραμματεῦσιν οἱ Νομικοί, hoc est *conjuncti erant*, unum τάγμα et corpus efficiebant. A quo non admodum abhorret Serrarius. D Nam μεταληπτικῶς Epiphanius indicat, eosdem cum Scribis esse τοὺς Νομικούς, licet συνεῖναί τινι proprie non sit, idem esse cum aliquo. Postremo perperam αὐτοῖς ad Pharisæos referri, docent quæ proxime subjiciuntur. Ἀλλὰ καὶ παρὰ τούτους, tam Νομικούς scilicet, quam Γραμματέας.

(2) *Ἀηδῆ τε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένην.* Scribendum pronuntiat Scaliger ἀήθη ἐκκρισιν σπέρματος ἀπεργαζομένων. Audax nimis emendatio : minimeque necessaria. Nam ἀπεργαζομένην passive, ut alibi sæpe, hoc loco sumpsit. Est enim Græcæ proprietatis parum alioqui diligens Epiphanius, ut et Photius observat. Quod si commutationis nonnihil opus videatur, ego ita concipiam, ἀηδῆ, ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων. Intelligit autem קרי sive ἐξονειρωγμόν. Super hac ἐκκρίσει exstat Athanasii *Epistola ad Ammum monachum* : qui quantumvis præter voluntatem accideret, utrum culpa careret addubitaverat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

βαθεῖ φέρεσθαι, ἀλλὰ βιάζεσθαι γρήγορσιν ἑαυτοῖς προδιπορίζεσθαι· ἄλλοι δὲ καὶ ἀκάνθας στρωμνὴν εἶχον διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Ἐνήστευον δὲ δὶς (3) τοῦ σαββάτου, δευτέραν καὶ πέμπτην. Ἀπεδεκάτουν δὲ τὴν δεκάτωσιν (4)· τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν, τριακοντάδας τε καὶ πεντηκοντάδας, τάς τε θυσίας ἀσφαλέστατα καὶ τὰς εὐχὰς ἀπετίννυον. Τῷ δὲ προειρημένῳ σχήματι τῶν Γραμματέων προήρχοντο διά τοι τῆς ἀμπεχόνης, καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων, καὶ γυναικικῶν ἱματίων (5) ἐν πλατείαις ταῖς κρηπῖσι, καὶ γλώτταις τῶν ὑποδημάτων προϊόντες. Ἐλέγοντο δὲ Φαρισαῖοι, διὰ τὸ ἀφορισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείαν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα (6) ἑρμηνεύεται ἀφορισμός.

A ætatem transigerent. Alii collectos calculos substernebant, quorum vellicatio profundiorem somnum arceret, ut vel inviti pervigiles esse consuescerent. Nec defuere qui iisdem de causis spinas subjicerent. Cæterum bis hebdomada quaque jejunare mos illis fuit, secunda videlicet ac quinta die. Ad hæc decimarum decimas dabant; primitias offerebant, tricesimas et quinquagesimas; sacrificia votaque sua accuratissime persolvebant. Cultus idem illis, qui et Scribis, de quo proxime dictum est, vestis scilicet ac reliquus corporis habitus. Sed et muliebria palliola gestabant, et cum latioribus crepidis ac solearum ligulis procedere solebant. Qui ideo Pharisæi dicti sunt, quod essent propter ascititiam illam superstitiosamque disciplinam a reliquis sejuncti. Phares enim Hebraice *separationem* significat.

B. Ὁμολόγουν δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐπίστευόν τε ἀγγέλους εἶναι, καὶ Πνεῦμα. Ἠγνόησαν δὲ Υἱὸν Θεοῦ, ὡς οἱ ἄλλοι. Ἀλλὰ καὶ εἱμαρμένη, καὶ ἀστρονομία παρ' αὐτοῖς σφόδρα ἐχρημάτιζεν. Αὐτίκα γοῦν τὰ Ἑλληνικὰ ὀνόματα τὰ ἐκ τῆς τῶν πεπλανημένων ἀστρονομίας κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον ἑτέροις ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς μετωνόμασται· οἷον ἥλιος Ἡμακαίσεμες (7), σελήνη Ἰερεεκαιαλβανά, ὅθεν καὶ Μήνη καλεῖται· Ἰερεὲ γὰρ ὁ μὴν λέγεται, Μήνη δὲ σελήνη, ὡς καὶ παρ' Ἕλλησι διὰ τὸν μῆνα· Ἄρης Χωχὲβ Ὀκμώλ· Ἑρμῆς Χωχὲβ Ὀχμόδ· Ζεὺς Χωχὲβ Βάαλ· Ἀφροδίτη Σεροῦα, ἤτοι Λουήδ· Κρόνος Χωχὲβ Σαβήθ. Λέγεται δὲ πάλιν παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν. Οὐκ ἠδυνήθην δὲ ἀκριβῶς τὴν τούτων ἐπωνυμίαν ἐκθεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως νομι-

B II. Mortuorum porro resurrectionem persuasam habebant. Angelos, ac spiritum esse credebant. Sed ut cæteri Dei Filium ignorarunt. Quin etiam fato et astronomiæ plurimum tribuebant. Argumento est quod Græca omnia vocabula vanissimæ illius artis propria totidem ab iis Hebraicis sunt reddita vocibus. Exempli causa sol Hamma et Semes ab iis appellatur. Luna, Jeree et Hallebana : unde et Mene vocatur : nam Jeree mensis, et luna Mene dicitur; ac perinde ut apud Græcos a mense nominis appellationem derivat. Sequitur Mars, quem Cochab Ocmol nominant; Mercurium vero Cochab Ochmod, Jovem Cochab Baal. Venerem Serua, vel Lued. Saturnus denique Cochab Sabeth vocatur. Sunt et illorum aliæ nomenclaturæ, quas accurate

C

(3) *Ἐνήστευον δὲ δίς*. Secundam et quintam feriam Theophylactus æque atque Epiphanius adnotat, et Hebræorum libri fidem faciunt. Ut ea de re vir doctus frustra dubitaverit.

(4) *Ἀπεδεκάτουν δὲ τὴν δεκάτωσιν*. Proprium hoc fuit Levitarum, qui decimarum, quas populus præstabat, decimas sacerdotibus eximebant; Numerorum XVIII. Atqui non omnes Pharisæi erant Levitæ, quod tamen Epiphanium sensisse, ex hoc loco suspicari aliquis posset. Quæ enim alioqui decumarum sunt decumæ, cum præter Leviticum ordinem decumas nullus acceperit? Primum omnium ab Israelitis primitiæ de spicis, uvis et oleis afferebantur : tum de frugibus elaboratis theruma et decimæ. Theruma in lege definita non erat; sed a magistris præscriptus modus est, ut ne minus sexagesima penderetur. Quare qui liberales erant, quadragesimam, parci sexagesimam, medii inter utrosque, ad hos aut illos accedebant. De qua re exstat Josephi Scaligeri opusculum inter posthuma. De iis itaque therumis fortean accipiendus Epiphanius, cum τριακοντάδας, et πεντηκοντάδας persolutas a Pharisæis esse scribit. Quod si verum est, egregia illorum liberalitas exstitit, utpote qui præfinitum a Magistris terminum τῶν τεσσαρακοστῶν superaverint. Tria porro decumarum apud Hebræos genera præter therumas, et primitias fuere. Prima illa fuit, quam Leviticæ tribuj quotannis pensitabant, Num. XVIII, 20, et deinceps. Altera, quam singulis annis penes se quisque retinebat, ut ibi, ubi sanctuarium erat, illa vesceretur, adhibitis ad convivium Levitis, Deut. XIV. Tertia demum, quam tertio quoque anno in Levitas et pupillos, viduasque distribuebant, eod. Deut. cap.

(5) *Καὶ γυναικικῶν ἱματίων*. Magnopere mirandum, si modo verum est, muliebribus palliolis usos esse Pharisæos. Quod sequitur, ἐν πλατείαις ταῖς κρηπῖσι, latas eosdem crepidas habuisse significat, nec aliter Cornarius. Quidam tamen ita corrigendum putant, ἐν πλατείαις, ἐν ταῖς κρηπῖσι, καὶ γλώτταις, etc. Ac plateas intelligunt, in quibus ostentabant se Pharisæi. Ego nihil innovandum censeo.

(6) *Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα*. Reg. codex Φέρες quasi sit, Φέρις, et legendum sit ἀφωρισμένος. Quanquam ἀφορισμός res est ipsa, quam vocabulum significat : non ut τὸ Φάρες vel Φέρες præcise sit verbale substantivum ἐνέργειαν sonans. Est enim potius *separatus*, quam *separatio*.

D (7) *Οἷον ἥλιος Ἡμακαίσεμες*. De his Hebræorum appellationibus agit eruditissimus Serrarius noster l. I *De tribus sectis*, c. 2, et in *Minervali*, lib. IV, c. 3. Ea sic Hebraice concipienda sunt. חמה, vel שמש : ירח vel לבנה. Duorum sequentium nomina, quod eorum origo sit incerta, non satis ἐξεβραΐζεσθαι queunt; Χωχὲβ Ὀκμώλ, et Χωχὲβ Ὀχμόδ. Quorum prius Ὀκμώλ forte a קמל, quod est succidere, alterum a חמד quod est concupiscere, quia Mercurius lucrionibus et negotiatoribus quæstus avidissimis præsidet; nam quod Scaliger Ocmol ad Camulum, qui in veteri inscriptione exstat, pertinere defendit, non probat. Sequitur כוכב זרוע. Veneris stella Σερούα. vel Λουήδ. Prior vox a זרע, ut Serrario visum est, deducta; quasi זרוע : posteriorem a ילד malim, quam a להט. Nam et Assyrii Ἀφροδίτην Μύλιττα, Arabes Ἀλίττα nuncuparunt. Auctor Herodotus Clio. מולתא ἡ γενέτειρα. Denique כוכב שבת Sabbati stella recte Saturnus dicitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

concipere minime potuimus. Neque iis contenti etiam cœlestia illa signa, quæ quadrifariam errore vanissimo pro elementorum numero distribuuntur **35** (Zodia vulgo nominant), a quibus impietatis in mundum propagata sunt semina, ista, inquam, illi Hebraice ita reddiderunt : Telaa, Sor, Tomin, Saratam, Ari, Bethula, Mozenae, Acrab, Keset, Gadi, Dalmii, Deggim. Hunc in modum Pharisæi Græcorum vestigia persecuti, eadem ab his usurpata vocabula Hebraicis vocibus interpretati sunt; nam Aries is est, quem Telaa nuncupant. Taurus Sor, Gemini Tomim, Cancer Sarata, Leo Ari, Virgo Bethula, Libra Mozane, Scorpius Acrab, Sagittarius Deggim appellantur.

A ζόμενα (8) εἰς ἀριθμὸν στοιχείων παρὰ τῆς ἀληθείας πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσι, καὶ ἀθεμίτως τὸν κόσμον εἰς ἀσέβειαν ἐπλάνησαν. Οὕτω πάλιν Ἑβραϊκῶς αὐτὰ καλοῦσι· Τέλαα, Σὼρ, Θωμὶμ, Σαρατὰμ, Ἄρι, Βεθουλὰ, Μωζανὴ, Ἀκρὰβ, Κεσὲτ, Γαδὶ, Δαλμὶ, Δεγγίμ. Οἵτινες τοῖς Ἕλλησι μάτην, λέγω δὴ οἱ Φαρισαῖοι, ἀκολουθήσαντες μετωνόμασαν εἰς τὴν Ἑβραΐδα τὰ αὐτὰ ὀνόματα οὕτω· Κριὸν δὴ τοῖς παρ' ἐκείνοις λεγόμενον Τέλαα, Ταῦρον Σὼρ, Διδύμους Θωμὶμ, Καρκῖνον Σαράταν, Λέοντα Ἄρι, Παρθένον Βεθουλὰ, Ζυγὸν Μωζανὴ, Σκορπίον Ἀκρὰβ, Τοξότην Κεσὲτ, Αἰγόκερων Γαδὶ, Ὑδρηχόον Δαλὶ, Ἰχθύας Δεγγίμ. Keset, Capricornus Gadi, Aquarius Dali, Pisces

III. Sed hæc omnia nequaquam ad lectorum perniciem commemorare studuimus : neque ad eorum vanitatem commendandam, qui stolidam et ineptam astronomiæ scientiam in hominum vitam invexerunt. Satis illam vis ipsa veritatis expugnat, et ejus errorem, inconstantiamque coarguit. Ac cum nos alias pluribus adversus eos disputavimus, qui nativitatem ac fatum astruebant : tum in operis hujus exordio eumdem errorem brevi reprehensione perstrinximus. Sed ne quis per calumniam incessere nos quempiam putaret : nec quæ certo a nobis accepta exploratague essent, in medium af-

B Γ'. Ταῦτα δέ μοι οὐκ εἰς στρόβησιν (9) τῶν ἐντυγχανόντων κατατέτακται, οὐδ' ἵνα τὴν χυδαιολογίαν τῶν τὴν ἀσύστατον καὶ φρενοβλαβῆ μωρολογίαν τῆς ἀστρονομίας τῷ βίῳ παρεισαξάντων συστήσω. Ἔλεγκται γὰρ αὕτη ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀσύστατος οὖσα καὶ ἐσφαλμένη. Εἴρηται δὲ καὶ ἡμῖν ἐν ἄλλοις λόγως πολλὰ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν γένεσιν καὶ εἱμαρμένην νομιζόντων, καὶ μάλιστα ἐν τῷ προοιμίῳ τούτου τοῦ συντάγματος ἐν ὀλίγῳ ἡμῖν κατὰ τῶν αὐτῶν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ διὰ τὸ μή τινα νομίσαι κατὰ συκοφαντίαν ἡμᾶς κατά τινων φέρεσθαι, καὶ μήτ' ἀληθῆ ἐκ παραδόσεων ἀκριβώσαντας ἐκθέσθαι, ταῦτα

(8) *Ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως νομιζόμενα.* Vellem clarius hæc ipsa στοιχεῖα declarasset. Nam valde est obscurum, quomodo XII hæc signorum vocabula εἰς ἀριθμὸν στοιχείων νομιζόμενα dicantur. An hoc voluit, hæc a gentilibus velut elementa, et στοιχειώδη, vel συνέχοντα τοῦ ἀνθρωπίνου βίου esse constituta? An id potius, quod interpretatione nostra expressimus? Nam signa zodiaci dividuntur vel κατὰ διάμετρον, vel κατὰ τρίγωνον, vel κατὰ τετράγωνον, de quibus Geminis p. 21. Ex iis partitionibus, secunda, quæ est κατὰ τρίγωνον, quadrifariam signiferum orbem dividit : primum segmentum boreale dicitur : secundum australe ; tertium zephyricum ; quartum, subsolanum. Quæ quidem ad nativitates, συμπαθείας τῶν γενέσεων a genethliacis accommodantur et ait Geminus : quod in certis sideribus mutua quædam consensio et conspiratio inesse credatur. Eadem illa segmenta suis quæque elementis assignarunt. Quæ omnia in hoc diagrammate intueri licet.

Βόρειον τμῆμα.		Νότιον.	
Ignis		Terra.	
Aries	♈	Taurus	♉
Leo	♌	Virgo	♍
Sagittarius	♐	Capricornus	♑

Ζεφυρικόν.		Ἀφηλιωτικόν.	
Aer		Aqua	
Gemini	♊	Cancer	♋
Libra	♎	Scorpius	♏
Aquarius	♒	Pisces	♓

Ad hunc itaque sensum duodecim signa pro elementorum numero partita scribit Epiphanius. Jam hæc verba ἃ ζώδια καλοῦσι. Cornarius ita vertit : *Quæ animalia vocant :* Ex quo manasse puto, ut viri quidam eruditi scripserint Epiphanium referre, Pharisæos astra cœli animata constituisse, hac ipsa hæresi XVI ; quod in *Ecclesiast. annal.* ad a. cap. 60 legitur. Sed id secus se habet. Nam ne littera hoc quidem ulla significavit Epiphanius. Sed hoc unum docuit Pharisæos cœlestibus signis, ac sideribus certa indidisse nomina, quæ fere a gentilibus usurpabantur, maxime duodenis illis signis, quæ vulgo ζώδια vocantur. Quare nos ambiguitatis cavendæ gratia *Zodia*, quam *animalia* vertere maluimus. Nam ex hoc fonte non satis cautæ interpretationis falsa de Epiph. testimonio sententia profluxit. Quanquam non illud ignoramus, a nonnullis Hebræorum doctoribus cœlestes orbes anima intelligentiaque præditos existimari ; quam Rabbi Mosis opinionem David Kimchi *in psal.* XIX his verbis explicat : ודרב מורה צדק חכם הגדול רביני משה פירש מספרים על השמים כי דעתו ודעת הפילוסופים כי הגלגלים חיים משכילים עובדים לאל ומשבחים איתו שבח גדול

Rabbi Moses, inquit, *vocem illam*, enarrant, *sic exponit, ut ad cœlestes orbes referat : quoniam hæc illius ac philosophorum opinio est : cœlestes orbes vivere, et intelligere, ac Deum colere, summisque laudibus afficere.* Hinc *cœlicolas* Judæos ab imperatoribus cod. de Judæis et Cœlicolis, appellari censet Baronius loco citato, quod astra cœlumque colerent. At Scaliger nominis rationem affert aliam. De qua ad ultimam hæresin opportunius disseremus. Cæterum huc referri potest, quod apud *Orig.* lib I, Celsus Judæis objiciebat : Λέγων αὐτοὺς σέβειν ἀγγέλους, καὶ γοητείᾳ προσκεῖσθαι.

(9) *Ταῦτα δέ μοι οὐκ εἰς στρόβησιν.* Pharisæi etsi fatum agnoscerent, non humana tamen omnia ex eo pendere statuebant : neque liberam hominis voluntatem, atque arbitrarii potestatem e medio tollebant, uti pluribus explicat Josephus lib. XVIII *Orig.*, cap. 2, et lib. II *Ἀλωσ.*, cap. 12. Quare nihil erat, cur Epiphanius sequentem adversus assertores fati disputationem contra Pharisæos potissimum dirigeret ; quatenus ea res ad humanas actiones, earumque libera consilia pertinet, quæ Pharisæos nequaquam sustulisse, Pharisæus asserit Josephus.

Digitized by Google Распознавание текста

ἡμῖν καὶ ὀνομαστὶ εἴρηται. Ἐσχάτη δὲ αὐτοῖς ἀπορία καὶ ἠλιθιότης οὐχ ἡ τυχοῦσα τοῖς καὶ ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι, καὶ κρίσιν δικαίαν ὁριζομένοις, εἱμαρμένην λέγειν. Πῶς γὰρ δύναται κρίσις εἶναι καὶ εἱμαρμένη; Δυοῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον· ἢ, γενέσεως ὑπαρχούσης, μὴ εἶναι κρίσιν, διὰ τὸ τὸν πράττοντα οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ πράττειν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἐπικρατείας τῆς πεπρωμένης· ἢ, ὅτι κρίσεως ὑπαρχούσης, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐπαπειλουμένης, καὶ νόμων δικαζόντων, καὶ τῶν τὸ πονηρὸν δρώντων δίκην ὑπεχόντων, νόμου τε ὁμολογουμένου δικαίου καὶ κρίσεως Θεοῦ ἀληθεστάτης, ἀργὴν εἶναι τὴν πεπρωμένην, καὶ μὴ ἔχειν ὅλως σύστασιν τὸ παράπαν.

A ferre, nominatim illa percensenda duximus. Est illud vero extremæ cujusdam imperitiæ, ne dicam amentiæ, cum resurrectionem mortuorum esse fateare, ac justissimum de cujusque factis judicium constitutum, fatum nihilominus esse ullum asserere. Qui enim duo ista convenire possunt, judicium, inquam, atque fatum? Horum enim alterum necesse est: vel si ulla sit genitalis necessitas, nullum esse judicium: quod qui committit aliquid, non id sua sponte facit, sed fatorum vi ac tyrannide compulsus, vel si judicium est ullum, nec frustra in comminationibus objici solet, atque et leges aliquæ sunt, et flagitiosis hominibus scelerum pœnæ constitutæ; si denique justa a Deo lex tradita, et illius judicium omni ex parte veritati consentaneum est, necesse est, inquam, supervacuum esse fatum illud, nec ullo in loco consistere.

Δ'. Ὁπότε, διὰ τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν, καὶ μὴ ἁμαρτεῖν, τὸν μὲν διὰ τὰ ἁμαρτήματα δίκην ἀπαιτεῖσθαι, τὸν δὲ ἔπαινον ἀπεκδέχεσθαι, διὰ τὸ εὖ πεπραχέναι, ὥρισται καθ' ἑκατέρων τὸ διάφορον· ὡς καὶ μιᾷ φωνῇ δικαίᾳ λέγειν ἐν συντόμῳ ἀληθείᾳ, διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἐκ προσώπου Κυρίου εἰρημένον, τό· *Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγησθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.* Ὥστε παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι καὶ ἀναμφίβολον, ὡς τὸ αὐτεξούσιον παρείχετο Θεὸς, δι' ἑαυτοῦ φήσας τὸ, *Ἐὰν θέλητε, καὶ μὴ θέλητε*· ὥστε περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ ἀγαθοεργεῖν, ἢ τὸ φαύλων ἐφίεσθαι πραγμάτων. Οἷς ἐπιφωνητέον ἐστὶ πυκνότερον καὶ πολλαχῶς, καὶ οὐ διὰ μιᾶς φωνῆς, ἀλλὰ πολλάκις τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἰρημένα· *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί· ὅτι καταλελοίπατε τὰ βαρέα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον, καὶ ἀποδεκατοῦτε τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ πήγανον, καὶ καθαρίζετε τὸ ἐκτὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος, τὸ δὲ ἐντός ἐστι μεστὸν ἀκαθαρσίας καὶ ἀκρασίας. Καὶ δοκιμάζετε δίκαιον εἶναι ὀμνύναι ἐν τῷ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ παρ' ὑμῖν τῷ ὅρκῳ λέλεκται* [1], *καὶ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ ὀμνύναι οὐδὲν εἶναι φατέ. Ἐὰν δέ τις ὀμόσῃ ἐν τῷ ὑπεράνω αὐτοῦ, τοῦτο δεδικαίωται. Οὐχὶ τὸ θυσιαστήριον βαστάζει τὸ ἐπικείμενον, καὶ ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐπικαθεζομένου; Καὶ ὅτι λέγετε, Ἐάν τις εἴπῃ πατρὶ καὶ μητρί· Κορβάν, ὅ ἐστι δῶρον ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐκέτι μὴ τιμήσει τὸν Πατέρα, καὶ ἠθετήσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν παραδόσεως. Καὶ κυκλεύετε θάλασσαν καὶ ξηρὰν ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν διπλότερον ὑμῶν υἱὸν γεέννης.*

B IV. Etenim non aliam ob causam, nisi quod peccare, necne sit in arbitrio cujusque positum, hoc discrimen introductum est, ut alter admissorum scelerum pœnas luat, alter pro recte factis præmium laudemque consequatur. Quod quidem brevi justissimaque sententia complecti **36** possumus, quæ ab Isaia propheta ex persona Dei verissime pronuntiata legitur. *Si volueritis, et obedieritis mihi, bona terræ comedetis. Si autem nolueritis, neque obedieritis mihi, devorabit vos gladius. Os enim Domini locutum est ista* [2]. Ex quo perspicue illud, ac citra ullam dubitationem efficitur, Libertatem homini a Deo esse concessam; cum ita per sese dixerit: *Si volueritis* et *nolueritis*. Adeo ut bene agere, vel malorum cupiditatem concipere, illius C arbitrio sit relictum. Quamobrem sæpe illud, ac varie, nec una voce personandum, ac frequentissime contra impostores istos repetendum est dictum in eos Salvatoris illud: *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quoniam reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium et misericordiam; et decimatis anethum, et mentham, et rutam, et mundatis quod deforis est calicis et paropsidis: quod intus est, plenum est immunditia et fœditate. Et approbatis justum esse jurare in eo, quod est super altare: jurare autem in altari ipso, jurisjurandi apud vos religione solvitur. Et in cœlo jurare nihil esse dicitis. Qui autem juraverit in eo, qui supra illud est, id vero justum censetur. Nonne altare portat id, quod* D *impositum est, et cœlum thronus ejus est, qui in illo insidet? Et quod dicitis: Si quis dixerit patri et matri: Corban, hoc est munus quod ex me tibi proderit, et non honorabit patrem, et irritum fecistis mandatum Dei per traditionem seniorum vestrorum. Et circuitis mare, et aridam, ut faciatis unum proselytum; et cum factus fuerit, facitis illum duplo quam vos filium gehennæ* [3].

Τί τοίνυν περιττότερον τῶν ἁγίων ῥήσεων ὑπερβάλοιτό τις πρὸς ἀντίθεσιν τῶν προειρημένων; Ἀλλὰ καὶ ἀρκεῖσθαι μᾶλλον ἡγοῦμαι ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς καὶ ἀληθιναῖς λέξεσι, πρὸς ἃς οὐκ ἠδυνήθησαν ἀντωπῆσαι, οὔτε πρὸς τὸ βραχύτατον.

Quid igitur ad eos homines refellendos divinis illis sententiis adjici gravius potest? Itaque satis esse arbitror Salvatoris vocem ac verissimum illud oraculum, cui ne minimum quidem reluctari potuerunt.

[1] Forte τοῦ ὅρκου λέλυται. [2] Isa. I, 19, 20. [3] Matth. XXIII, 15 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ADVERSUS HEMEROBAPTISTAS,

Quæ est hæresis IV Judaismi, ordine XVII.

A ΚΑΤΑ ΗΜΕΡΟΒΑΠΤΙΣΤΩΝ (10),

Τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἑπταεικοσιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Proxima est Hemerobaptistarum secta; quæ ut ab aliis nulla in re **37** dissidet; eademque dogmata cum Scribis ac Pharisæis amplectitur: ita cum Sadducæis non modo in neganda mortuorum resurrectione convenit; verum etiam communem cum iis infidelitatem, cæterarumque rerum pravitatem retinet. Hoc vero præcipuum habent, quod tam vere, autumnoque, quam æstate, atque hieme quotidie lavant: unde et Hemerobaptistarum appellationem adepti sunt. Ita enim statuebant: vivere aliter hominem non posse, quam si quotidie se aquis eluerit, atque ab omni crimine purgaret.

Sed a nobis uno verbo funditus everti secta illa potest; cujus dogmata ut a fide prorsus aliena, sic cum infidelitate conjuncta sunt. Cum enim diebus singulis abluantur, vel sua ipsi conscientia redarguuntur, omnem illam, quam pridie conceperant, spem cum fide atque expiatione perdidisse. Nam si unum duntaxat baptismum tenerent, in eo fiduciæ aliquid utpote perpetuo atque immortali, collocare possent. Jam vero qui hodie non curandi corporis gratia, sed ad expianda scelera loti sunt, quibusque ideo repurgata, ut ipsi statuunt, omnia esse debent: iidem cum postridie rursum abluuntur, declarant profecto hesternum illum baptismum evanuisse. Nisi enim iste periisset, nihil erat cur ad criminum expiationem denuo illum postera luce repeterent. Quod si peccare omnino non desinunt; existimantque se, cum perpetuo ac diebus singulis peccent, expiari aqua posse, vehementer aberrant, nec est eorum instituto vanius aut absurdius quidquam. Etenim neque Oceanus ipse, neque maria omnia; neque perennes fluviorum aquæ, vel fontium; neque quidquid uspiam pluviarum est, si

Ταύταις δὲ συνέπεταί τις αἵρεσις Ἡμεροβαπτιστῶν, οὕτω καλουμένη, μηδὲν μὲν παραλλάττουσα τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἴσα τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων φρονοῦσα· οὐ μὴν ἐξισουμένη τοῖς Σαδδουκαίοις (11) ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει μόνον, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Τοῦτο δὲ περιττὸν αὕτη κεκτημένη ἡ αἵρεσις· ὡς ἐν ἔαρί τε καὶ μετοπώρῳ, χειμῶνί τε καὶ θέρει πάντοτε καθημέραν βαπτίζεσθαι· ὅθεν καὶ [1] Ἡμεροβαπτιστὰν εἴληφε τὴν ἐπωνυμίαν. Ἔφασκε γὰρ αὕτη ἄλλως πως μὴ εἶναι ζῆν ἄνθρωπον, εἰ μή τι ἄρα καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζοιτό τις ἐν ὕδατι, ἀπολουόμενός τε καὶ ἁγνιζόμενος ἀπὸ πάσης αἰτίας.

B Πρὸς ταύτην δὲ καὶ αὐτὴν ἐξ ἑνὸς λόγου ἡμῖν ἀνατροπὴ γενήσεται· ὅτι ἀπιστίας παρ' αὐτοῖς μᾶλλον ἢ πίστεως οἱ λόγοι. Ἐλέγχει γὰρ αὐτοὺς ἡ συνείδησις αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτιζομένων, ὡς ὅτι ἡ ἐλπὶς τῆς χθὲς ἡμέρας παρ' αὐτοῖς τέθνηκε, καὶ ἡ πίστις τε καὶ ὁ ἁγνισμός. Εἰ μὲν γὰρ ἓν ἐνὶ βαπτίσματι ἐστοίχουν, ἄρα ἐθάρρουν τούτῳ, ὡς ζῶντι καὶ ἀθανάτῳ ὄντι εἰς τὸν αἰῶνα· ὁπότε δὲ σήμερον μὲν ἐλούσαντο οὐχ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκεν ἁμαρτημάτων, ἄρα κατ' αὐτοὺς ἐκαθαρίσθη. Αὖθις δὲ τῇ ἑξῆς πάλιν λουόμενοι, ἀπεφήναντο τὸ παρελθὸν ἐν τῇ χθὲς τεθνάναι βάπτισμα. Εἰ μὴ γὰρ τὸ πρὸ μιᾶς ἐτεθνήκει, οὐκ ἂν εἰς τὴν ἑξῆς ἑτέρου ἐπεδέοντο πρὸς καθαρισμὸν ἁμαρτημάτων. Καὶ εἰ C ὅλως οὐκ ἀπέχονται τοῦ ἁμαρτάνειν, νομίζοντες, ὅτι τὸ ὕδωρ καθαρίσει τοὺς ἐνδελεχῶς καθ' ἑκάστην ἁμαρτάνοντας, μάταιος αὐτῶν ἡ ὑπόνοια, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φροῦδον καὶ ἕωλον. Οὔτε γὰρ Ὠκεανὸς, οὔτε πάντα τὰ ῥεῖθρα καὶ πελάγη, ποταμοί τε ἀέναοι καὶ πηγαὶ, πᾶσά τε ἡ ὁμβροτόκος φύσις συνελθοῦσα δύναται ἁμαρτήματα ἀφανίσαι· ἐπειδήπερ οὐ κατὰ λόγον, οὐδὲ ἐκ προστάγματος Θεοῦ γίνεται.

[1] Forte Ἡμεροβαπτιστῶν.

(10) *Ἡμεροβαπτιστῶν.* Commune Judæis omnibus, et in primis Pharisæis fuisse Marcus evangelista testatur cap. VII, 3 et 4, ut et manus frequenter abluerent, et a foro redeuntes baptizarentur. Quare non videtur peculiaris hæc secta Judæorum exstitisse; nisi ita dicamus nonnullos qui se sanctitate præstare cæteris vellent, non modo D quoties a foro redirent, verum etiam tametsi pedem domo non extulissent, de die sæpius lavare consuevisse. Cujusmodi Banus ille fuit, cui se Josephus in disciplinam tradidit, ut in Vita sua scriptum reliquit. Hunc enim refert, ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν. Sic Esseni apud eumdem Josephum lib. II, cap. 7 corpus ante cibum abluebant frigida. Quid igitur Hemerobaptistæ illi, quos Epiphanius refert, meruerint, ut distinctam ab aliis sectam efficerent, non satis discernimus.

(11) *Οὐ μὴν ἐξισουμένη τοῖς Σαδδουκαίοις.* Qui prima specie verborum istorum sensus occurrit, is est, quem non modo nos ipsi, sed etiam Cornarius expressit. Hemerobaptistas non solum in neganda mortuorum resurrectione, verum in reliqua omni dogmatum falsitate concordare cum Sadducæis. Οὐ μὴν ἐξισουμένη, inquit, μόνον, τοῖς Σαδδουκαίοις ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Sed hæc sententia ab iis, quæ paulo ante leguntur; tum in Breviario sectarum hujus libri, et in universarum Anacephalæosi reperiuntur ab Epiphanio, vehementer dissidet. Nam ubique constanter asseritur, Hemerobaptistas a Judæis reliquis nulla in parte discrepare; sive, ut hoc loco scripsit, a Scribis et Pharisæis. Quod si communem cum Sadducæis negationem resurrectionis habuerint, aliaque dogmata, quibus isti a Pharisæis et Scribis tantopere abhorrebant, ut ad Samaritanos accederent, quemadmodum in illorum declaranda hæresi testatus est; profecto multum cum a reliquis Judæorum factionibus, tum a Pharisæis, ac Scribis Hemerobaptistæ separati sunt. Quæ me ratio commovet, ut aliter Epiphanii verba interpretanda judicem, adeoque contrario sensu: ac prior ille est, quam in Latina versione posui. Οὐ μὴν ἐξισουμένη, inquit, τοῖς Σαδδουκαίοις. *Non tamen cum Sadducæis congruens*, hoc uno capite, quod mortuorum resurrectionem non, ut illis visum est, abneget, quanquam reliqua in perfidia, et adversus Christum præcipue contumacia, Sadducæorum, ac cæterarum Judaismi hæreseon gemina sit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Μετάνοια γὰρ καθαρίζει, καὶ τὸ ἓν βάπτισμα διὰ τῆς τῶν μυστηρίων ὀνομασίας. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτην, αὐτάρκως ἡγησάμενος[1] τὸν ἐν ὀλίγῳ τὸ ἀλέξημα τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας ὑποδεῖξαι. Ἕως ἐνταυθοῖ τοῖς ἐντυγχάνουσι συντέτακται.

A unum in locum conveniant, eluere peccata hominum possunt : quando id citra omnem rationem, citraque Dei præceptum adhibetur. Purgare proinde scelera pœnitentiæ est, uniusque baptismi, per mysticarum rerum appellationem. Sed nos ab hac etiam secta ad aliam transibimus : cum abunde esse putemus paucis adversus illorum stoliditatem remedia comparasse. Hactenus igitur in lectorum gratiam ista disputata sint.

KATA NAZAPAIΩN (12),

Ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πέμπτη, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ ὀκτωκαιδεκάτη.

[38] ADVERSUS NAZARÆOS,

Quæ est Judaismi hæresis V, ordine XVIIIa.

Α'. Ἐξῆς δὲ ἐπιδαλοῦμαι διηγεῖσθαι τὰ κατὰ τὴν αἵρεσιν τὴν μετὰ τοὺς Ἡμεροβαπτιστὰς καλουμένην τῶν Ναζαραίων, οἵτινες Ἰουδαῖοί εἰσι τὸ γένος, ἀπὸ τῆς Γαλααδίτιδος καὶ Βασανίτιδος, καὶ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου ὁρμώμενοι, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν περιέχει λόγος. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ οὖσα, ἥτις τὰ πάντα Ἰουδαΐζει, μηδὲν περαιτέρω φρονοῦσα σχεδὸν τῶν προειρημένων. Περιτομὴν γὰρ ὡσαύτως ἐκέκτητο, Σάββατον τὸ αὐτὸ ἐφύλαττεν, ἑορταῖς ταῖς αὐταῖς προσανεῖχεν, οὐ μὴν εἰμαρμένην παρεισῆγεν, οὔτε ἀστρονομίαν. Καὶ πατέρας μὲν ἐδέχετο τοὺς ἐν τῇ Πεντατεύχῳ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, τοὺς ἐν ἀριστείᾳ θεοσεβείας διαφανεῖς ὑπάρξαντας· φημὶ δὲ Ἀδὰμ καὶ Σήθ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσάλα, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Λευΐν τε καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ· αὐτὴν δὲ οὐ παρεδέχετο τὴν Πεντάτευχον, ἀλλὰ ὡμολόγει μὲν τὸν Μωϋσέα, καὶ ὅτε ἐδέξατο νομοθεσίαν, ἐπίστευεν· οὐ ταύτην δὲ φησὶν, ἀλλ' ἑτέραν. Ὅθεν τὰ μὲν πάντα φυλάττουσι τῶν Ἰουδαίων Ἰουδαῖοι ὄντες· θυσίαν δὲ οὐκ ἔθυον, οὔτε ἐμψύχων μετεῖχον· ἀλλὰ ἀθέμιτον ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ κρεῶν μεταλαμβάνειν, ἢ θυσιάζειν αὐτούς. Ἔφασκον γὰρ πεπλάσθαι ταῦτα τὰ βιβλία, καὶ μηδὲν τούτων ὑπὸ τῶν πατέρων γεγενῆσθαι. Αὕτη ἦν ἡ τῶν Ναζαραίων διαφορὰ πρὸς τὰς ἄλλας· ὡς καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ ἔλεγχος οὐκ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλὰ ἐν πολλοῖς ἐστι φανερόν.

I. Nunc alia mihi post Hemerobaptistas hæresis exponenda, quæ Nazaræorum dicitur. Qui quidem ut accepimus genere Judæi sunt, e Galaatide, et Basanitide, ac reliquis ultra Jordanem regionibus oriundi. Quamobrem cum hæc secta Israelitica ex gente profecta sit, Judæorum in omnibus dogmata complectitur, nec ab iis quos antea commemoravi fere ulla in re dissidet. Nam et circumcisionem perinde atque alii retinet; et idem Sabbatum observat, eademque festa celebrat : sed neque fatum neque astronomiam admittit. Ac cum veteres illos patriarchas, de quibus in Pentateucho mentio est, approbet, qui ab Adamo ad Moysen usque insigni pietate floruerunt : nimirum Adam, Seth, Enoch, Mathusalam, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Levi, Aaron, ac Jesum Nave filium, Pentateuchum nihilominus ipsam repudiat. Nec Moysen quidem abjicit, neque oblatam huic a Deo legem esse diffitetur, sed aliam fuisse dicit quam quæ vulgo circumfertur. Ex quo factum est, ut Judæorum cæremonias reliquas observent, utpote Judæi; a sacrificiis abhorreant; neque animata re ulla vescantur. Itaque carnes in cibum adhibere, vel sacrificare nefas esse ducebant. Conficta enim hæc esse volumina, neque eorum quidquam a majoribus profectum. Ejusmodi Nazaræorum discrimen a reliquis fuit. Unde et facile non uno duntaxat in loco, sed in pluribus refutari possunt.

Β'. Πρῶτον μὲν τὸ ὁμολογεῖν αὐτοὺς τοὺς πατέρας, καὶ πατριάρχας, καὶ Μωϋσέα. Ἄλλης Γραφῆς

II. Ac primum quod veteres patriarchas et Moysen probant, quæro ab illis, cum nulla de iis alia

[1] Forte τό.

(12) *Κατὰ Ναζαραίων.* Nazareni quinam veteri in lege fuerint, nemini est ignotum. Sed ii fere ad tempus, non perpetuo sibi delectum ciborum indicere consueverant. Tametsi perpetui quidam erant Nazaræi : cujusmodi Samson exstitit. Deinde non usque eo impietatis processerant, ut Pentateuchum Mosis, ac legem repudiarent : quod Nazarenos istos factitasse scribit Epiphanius. Qui non modo inter Judæorum sectas Nazarenos recenset, sed etiam Christianis ascribit. Vide hæresin XXIX. Quamvis hoc interest, quod Judaicos istos Ναασαραίους, Christianos Ναζωραίους appellet. Sane Christianos Judæi נוצרים nominant, ut Elias in *Thisbi* docet, a Nazaretho Galilææ oppido; Christus ipse Nazarenus appellatus est, et Nazaræus, tam נזירי, quam נוצרי, ut Hieronymus indicat *in cap.* III *Matth.* Nazaræi veteres נזירים proprie vocati, quasi *sancti*, et *separati*. Sed cum Epiphanius duo illa genera discernat : suspicor priores et Judaicos נזירים *Nazaræos*, posteriores, qui in Christum crediderant, נוצרים *Nazaræos*, nominari. Vide Hieron. *in cap.* XI *Isaiæ*. Philastrius Nazaræorum hæresin inter Judaicas sectas numerat : sed legem et prophetas amplecti scribit, neque quidquam iis aliud attribuit, quam quod Nazaræi veteres observare solebant. Quo nomine inter hæreses cooptari non debuerunt. At Ναασαραῖοι, quos hic describit Epiphanius, legem Mosis abnegabant : quod est idem ac Judaismum ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως evertere. Unde ne ad posteriores quidem Nazarenos; qui Christo nomen dederunt, quique privatam in Christianismo sectam instituerunt, possunt referri. Siquidem Nazaræi illi, quibus cum usum et consuetudinem habuit Hieronymus, quibusque XXIX hæresim assignat Epiphanius, Vetus omne Testamentum admisere, ut ambo illi Patres affirmant : quod Judaica ista secta funditus rejecisse videtur, quandoquidem Pentateuchum Mosis Judaismi medullam funditus proscripsit. Sed ejusmodi Judaici nominis hæresin haud scio an alius præter Epiphanium commemoraverit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Scriptura meminit, unde et horum appellatio, et egregia virtus nisi ex illis voluminibus cognita esse potuerit? Qui porro convenit veritatem in unum cum falsitate concurrere? eamdemque Scripturam partim vera, partim falsa jactare? cum Salvator dixerit : *Aut facite arborem bonam, et fructus bonos : aut arborem malam, et fructus malos. Neque enim potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala*[1] *bonos fructus facere.* **39** Quocirca vanissimum horum hominum ingenium est; doctrinaque ipsa multis ex capitibus everti ac refutari potest. Præsertim cum in hodiernum usque tempus non modo celebrentur ea, quæ iis in libris gesta memorantur; sed et ipsamet loca repræsententur, ubi admiranda illa prodigia contigerunt. In primis mons Sion, ubi ovem Deo Abrahamus immolavit, idem ad hoc tempus nomen obtinuit. Tum ubi quercus illa Mambre fuit; quo in loco vitulum angelis apposuit. Quem cum illis epularum apparatum instrueret, verisimile est eorum et ipsum participem exstitisse.

III. Quin etiam quod ad illum agnum attinet, in Ægypto a Judæis immolatum ejus rei memoria apud Ægyptios, ipsosque deorum cultores hodieque remanet. Etenim sub idem tempus, quo illic olim Pascha celebratum est, quod in veris initium atque æquinoctium incidit, Ægyptii omnes minio oves suas inficiunt, necnon et arbores, uti ficus, et cætera ejusmodi. Cujus quidem ritus tametsi causam nesciant, istud tamen præ se ferunt, ac vulgo jactitant : illo die universum terrarum orbem incendio conflagrasse; hujus porro calamitatis avertendæ vim quamdam in cruore illo atque igneo colore esse positam. Quibus vero de causis, negant sibi esse compertum; sed et hucusque in Cardyæorum regione arcæ Noemiticæ reliquias ostendunt. Ac si quis diligentius perquirat, non dubito, quin altaris quoque vestigia, quod ipsum consequens est, ad montis radices invenire possit : ubi tum Noe ex arca progrediens mansit, et de puris animalibus, atque adipibus Domino Deo sacrificium instituit. Quo etiam tempore illud a Deo oraculum accepit : *Ecce dedi tibi omnia, tanquam herbarum olera, macta, et comede*[2]. Verum hæresis hujus adulterina, stultaque dogmata missa faciam. Siquidem pauca hæc sufficiunt a nobis hucusque disputata, atque ad eum errorem propulsandum in medium allata.

CONTRA OSSENOS (14),

Quæ est VI hæresis Judaismi, ordine XIX.

I. Sequitur Ossenorum hæresis cum superioribus

[1] Luc. VI, 43. [2] Gen. IX. 3. [3] Forte ἡ, vel τοῦ.

γὰρ περὶ τούτων μὴ λεγούσης, πόθεν αὐτοῖς ἡ γνῶσις τῆς τῶν πατέρων ὀνομασίας καὶ ἀριστείας εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν τῶν Γραφῶν τῆς Πεντατεύχου; Καὶ πῶς οἷόν τε ἐν ταυτῷ εἶναι ἀληθὲς καὶ ψεῦδος; καὶ ἐν μέρει τὴν Γραφὴν ἀληθεύειν, ἐν μέρει δὲ ψεύδεσθαι; τῶ Σωτῆρος λέγοντος· *Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον ἀγαθὸν, καὶ τοὺς καρποὺς ἀγαθοὺς, ἢ τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τοὺς καρποὺς σαπρούς. Οὐ δύναται γὰρ δένδρον ἀγαθὸν καρπὸν σαπρὸν ποιῆσαι, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι.* Μάταιος τοίνυν αὐτῶν ἡ διάνοια, καὶ ἡ εἰσήγησις ἐκ πολλῶν ἔχουσα τὴν ἀνατροπήν· ὡς ἄχρι τῆς δεῦρο οὐ μόνον τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς ᾄδεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τόποι τῶν παραδόξοποιιῶν σωματοποιοῦνται. Πρῶτον ὅπου τὸ πρόβατον ὁ Ἀβραὰμ προσέφερε τῷ θεῷ B ὄρος Σιὼν ἄχρι τοῦ δεῦρο οὕτω καλούμενον. Ἀλλὰ καὶ ὅπου ἡ δρῦς[3] τῆς Μαμβρῆ (13) ἔνθα τοῖς ἀγγέλοις παρετέθη ὁ μόσχος· ὅπου δὲ Ἀβραὰμ ἀγγέλως παρέθετο κρεῶν τὴν ἑτοιμασίαν, ἀποδέων οὐκ ἦν αὐτὸς τῆς τούτων μετοχῆς.

Γ'. Ἀλλὰ καὶ τοῦ προβάτου τυθέντος ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ἔτι παρ' Αἰγυπτίοις τυγχάνει ᾀσμένη ἡ παράδοσις, καὶ παρὰ τοῖς εἰδωλολάτραις. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ, ὅτε τὸ Πάσχα ἐγένετο ἐκεῖσε, ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ ἔαρος, ὅτε ἡ πρώτη ἰσημερία, ἐκ μίλτεως λαμβάνουσι πάντες Αἰγύπτιοι κατὰ ἀγνωσίαν, καὶ χρίουσι μὲν τὰ πρόβατα, χρίουσι δὲ καὶ τὰ δένδρα, τὰς συκᾶς, καὶ τὰ ἄλλα, φημίζοντες καὶ λέγοντες, ὅτι φησί· τὸ πῦρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατ- C ἔφλεξέ ποτε τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριόν ἐστι τῆς τοιαύτης πληγῆς καὶ τοιαύτης. Πόθεν δὲ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι περὶ τῆς ἀκολουθίας, ὡς ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ τῶν Καρδυέων χώρᾳ. Καὶ πάντως δὲ εἰ ἐπιζητήσειέ τις, καὶ ἀνερευνήσειε καὶ τὰ λείψανα τοῦ θυσιαστηρίου, ἐπείπερ ἀκόλουθόν ἐστιν, εὗροι ἂν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ ὄρους· ὅπου ἔμεινε Νῶε ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ, καὶ προενέγκας ἀπὸ τῶν ζώων τῶν καθαρῶν, καὶ τῶν πετεινῶν Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὅτε ἤκουσεν· *Ἰδοὺ δέδωκά σοι πάντα, ὡς λάχανα χόρτου· θῦσον, καὶ φάγε.* Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτης πάλιν τὸ ἐπείσακτον καὶ ἠλίθιον τῆς αἱρέσεως, ἀρκεσθεὶς ταῖς προειρημέναις ὀλίγαις λέξεσιν, ἐνσπαρείσαις ὑπὸ τῆς ἡμῶν D βραχύτητος, ἐνταῦθα πρὸς ἀντίθεσιν τῆς πλάνης τῆς προειρημένης αἱρέσεως.

ΚΑΤΑ ΟΣΣΗΝΩΝ (14),

Ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, ἐννεακαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Α'. Μετὰ ταυτην πάλιν ἄλλη τις αἵρεσις ταύταις

(13) *Καὶ ὅπου ἡ δρῦς τῆς Μαμβρῆ.* Celeberrimus apud posteros locus ille fuit, ad usque Constantini Magni tempora, quibus tam a Judæis et Christianis, quam a gentilibus frequentes religionis ergo conventus, ac mercatus illic habiti, quos Constantinus edicto sustulit. Sozomenus l. II, c. 3.

(14) *Κατὰ Ὀσσηνῶν.* Quos Ossenos hic appellat Epiphanius, Ὀσσαίους hæresi XXX et LIII, nominat, ut Scaliger observat, quemadmodum Ἐσσαῖοι et Ὀσσηνοί pro iisdem accipiuntur. Ex quo nimirum colligit τόν nonnisi κατὰ παραγωγὴν in Græco esse, neque radicale videri, uti nec in Essenorum vocabulo. Addit Ὀσσηνούς eosdem esse cum Ἐσσηνοῖς· utrosque enim esse : אסי quia sæpenumero holem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

παραπεπλεγμένη, ἡ τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένη. Ἰουδαῖοί τε οὗτοι, ὡς καὶ αἱ προειρημέναι, ὑποκριταὶ τὸν τρόπον, δεινοὶ τὴν ἐπίνοιαν. Ὥρμηνται δὲ οὗτοι (15), ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα περιέχει παράδοσις, ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας, καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε καὶ Ἀρηλίτιδος τῶν ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς Ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας. Ἔστι δὲ αὕτη Νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. Τοῦτο δὲ τὸ γένος τῶν Ὀσσηνῶν (16) ἑρμηνεύεται διὰ τῆς ἐκδόσεως τοῦ ὀνόματος στιβαρὸν γένος. Συνήφθη δὲ τούτοις μετέπειτα (17) ὁ καλούμενος Ἠλξαΐ. ἐν χρόνοις Τραϊανοῦ βασιλέως μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν, ὃς ἐγένετο ψευδοπροφήτης. Συνεγράψατο δὲ οὗτος βιβλίον δῆθεν κατὰ προφητείαν, ἢ ὡς κατὰ ἔνθεον σοφίαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλον τινὰ Ἰεξέον ἀδελφὸν τούτου. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ ἄνθρωπος πεπλανημένος τὸν τρόπον, ἀπατηλὸς τὴν γνώμην, ἀπὸ Ἰουδαίων ὁρμώμενος, καὶ τὰ Ἰουδαίων φρονῶν, κατὰ νόμον δὲ μὴ πολιτευόμενος, ἕτερα δὲ ἀνθ' ἑτέρων παρεισφέρων, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ αἵρεσιν πλανήσας. Ἅλας, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἄρτον (18) καὶ οὐρανὸν, καὶ αἰθέρα, καὶ ἄνεμον ὅρκον αὐτοῖς εἰς λατρείαν ὁρισάμενος παραδέδωκε. Ποτὲ δὲ πάλιν ἄλλους μάρτυρας ἑπτὰ ὁρισάμενος, τὸν οὐρανὸν φησὶ, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πνεύματα φησὶν, καὶ ἁγίους τοὺς ἀγγέλους τῆς προσευχῆς, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸ ἅλας, καὶ τὴν γῆν. Ἀπεχθάνεται δὲ τῇ παρθενίᾳ, μισεῖ δὲ τὴν ἐγκράτειαν, ἀναγκάζει δὲ γάμον· φαντασιώδη δέ τινα ὡς δῆθεν ἀποκαλύψεως παρεισφέρει· ὑποκριτὰς δὲ [1] διδάσκει, φήσας μὴ εἶναι ἁμαρτίαν, εἰ καὶ παρατύχοιεν εἰδώλα προσκυνῆσαι καιροῦ ἐνστάντος διωγμοῦ, ἐὰν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ, καὶ εἴ τι δ' ἂν ὁμολογήσῃ ἐν στόματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μή.

[1] Deest εἶναι.

A implicita. **40** Nam et hi perinde ut illi Judæi sunt, et simulandi artifices, atque in primis callidi. Ferunt istos ex Nabatæa, Ituræa, Moabitide et Areilitide originem traxisse, quæ regiones ultra vallem salsuginosam positæ sunt. Hoc enim nomine sacris in litteris tractus ille superior appellatur, qui idem est cum mari Mortuo. Ossenorum porro genus istud si nomen interpretere, idem est ac firmum et solidum. Ad hos postea Elxai se quidam aggregavit, imperante Trajano, post adventum Christi Domini. Qui cum falso prophetam se diceret, librum quemdam velut prophetico spiritu afflatus edidit, divina scilicet sapientia plenum. Hujus præterea fratrem, Jexeum nomine, commemorant. Cæterum homo ille moribus perditus atque impostor fuit; nam cum gene B re ac secta Judæus esset, ad legis præscriptum minime vitam suam accommodavit; sed alia omnia loco ejus obtrusit, ac sectatores suos in transversum abduxit. Inter alia per salem ac terram, panem, cœlum, æthera, ventumque velut numina dejerare jussit. Interdum VII alios testes definit: nimirum cœlum, aquam et spiritus, sanctos orationis angelos, oleum, salem et terram. Præterea virginitatem odit, continentiam damnat, et ad ineundas nuptias compellit. Tum vero commenta quædam ac somnia tanquam apocalypses suis reliquit. Quos etiam simulatores esse docuit; cum ullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat; aut si quid ore tenus non item animo profiteatur.

pio scheva, et vicissim scheva pro holem usurpatur. Hanc conjecturam duobus potissimum argumentis astruit: alterum, quod multa in eorum instituto veterum Essenorum vestigia comparent, utputa ἡ τῶν ἀγγέλων θρησκεία, cibus ex sale et pane, potus ex aqua, tum quod Osseni solem adorarunt, unde et Sampsæi dicti: nam Sampsæi, quorum est hæresis LIII, iidem cum Ossenis videntur. At Essenorum proprium hoc fuit, oriente sole preces fundere; alterum est, quod Elxai impostor ille, qui ad Ossenos transiit, Essenus fuerit. Nihil enim aliud est Ἐλξαΐ quam ὁ Ἐσσαῖος אל חסאי ut id sectæ, non hominis proprium exstiterit. Sed ea Scaligeri conjectura eatenus a nobis probatur, ut nihil supra conjecturam ac probabilem opinionem habeat. Et quidem cum tria apud Judæos ante Christum sectarum capita fuerint; Pharisæorum, Sadducæorum et Essenorum, cæteræ omnes, quæ ab Epiphanio, vel aliis memorantur, hæreses ad illarum quampiam merito revocantur, a qua initio profluxerunt. Quanquam paulatim novis ad institutum ritibus, ac dogmatibus adjiciendis, aut contra veteribus rejiciendis, multum a priore forma deflexerint. Quamobrem ab Essenis Ossenos istos manasse credibile est: tametsi plurima illis contraria dogmata Osseni postmodum astruxerint: quod ex Epiph. constare potest.

(15) *Ὥρμηνται δὲ οὗτοι.* Unde et Sampsæi profecti. Qui meri sunt Osseni, nisi quod ad communem superstitionem utcunque Christiani nominis professionem adjunxerant. Horum igitur domicilium in Perræa fuit, ut hæresi LIII scriptum est, πέραν τῆς Ἁλυκῆς, ἤτοι Νεκρᾶς καλουμένης θαλάσσης, ἐν τῇ Μοαβίτιδι χώρᾳ περὶ τὸν χειμάρρουν Ἀρνῶν καὶ ἐπέκεινα, ἐν τῇ Ἰτουρέᾳ καὶ Ναβαττίδι. Ex quibus fortassis emendanda vox τῆς Ἀρηλίτιδος, quæ hoc loco legitur, quæ nusquam reperitur: proque ea substituendum Ἀρωηρίτιδος ab Aroer, quæ et Ar vocatur, Moabitarum urbe frequentissima, quæ Græcis est Ἀρεόπολις, ad torrentem Arnon, ut ad c. XII Josue Masius observat. Possumus et Ἀρνωνίτιδος a torrentis nomine suspicari scriptum.

(16) *Τοῦτο δὲ γένος τῶν Ὀσσηνῶν.* Quasi a verbo עצן profectum sit, quod in Aramæa lingua *fortem esse*, vel *roborare* significat, alii ab Hebræo עז deducunt. Scaliger non dubitat, quin Ὀσσηνός, ut Ἐσσηνὸς, κατὰ παραγωγὴν conceptum sit ἀπὸ τοῦ חסאי, ut idem sit Ὀσσαῖος, et Ὀσσηνός· nam ejusmodi patronymicæ inflexiones in ηνός Arabum, et Asianorum propriæ sunt, ut idem ex Stephano in Ἀβασηνός docet, cum Europæi aliter forment.

(17) *Συνήφθη δὲ τούτοις μετέπειτα.* De Elxai meminit, ut dictum est, in Sampsæorum hæresi. Quod sectæ nomen esse, non hominis, proprium D ariolatur Scaliger. Etenim Arabicus articulus אל cum appellatione sectæ, hoc est חסאי Ἐσσαῖος nomen illud peperit אל חסאי Ἐλξαῖος, ὁ Ἐσσαῖος. Qua etiam ratione ejusdem frater Ἰεξαῖος pro Ἐξαῖος ab Epiphanio nuncupatur, sicut Ἰεσσαῖος pro Ἐσσαῖος. Sed hæc mera Scaligeri divinatio est.

(18) *Ἅλας, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἄρτον.* Friget Scaligeri conjectura, qui in Elencho *Trihæresii* cap. 27, superstitiosum Ossenorum jusjurandum per solem, panem et aquam, ad Essenorum victum refert, qui pane, sale et aqua constabat. Porro et hæc, et quæ deinceps sequuntur, documento esse possunt, Ossenorum sectam ab Essenis valde diversam fuisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

II. Adducit et hujus rei testem veterator Phineem quemdam sacerdotem e Levitico genere, de Aaronis, ac veteris illius Phinees stirpe : qui regnante Dario in captivitate Babylonica Susis adorata Diana periculum capitis effugit Ita ejus omnia falsa sunt, ac ridiculum commenta. Hic igitur olim se ad Ossenorum hæresim adjunxit. Cujus hodie in Nabathæa et Peræa Moabitis vicina regione reliquiæ supersunt, et Sempseorum vulgo natio hæc hominum dicitur. **41** A quibus etiam perabsurde illud excogitatum est, ut ab occulta vi cognominatum istiusmodi nebulonem fingerent; propterea quod Iel Hebraice *rim;* Xai *abstrusium* significat. Sed hujus instituti vanitas, arrogantiaque convicta penitus est, et ab iis irrisa magnopere, qui ad considerandam discernendamque veritatem aliquo judicio præditi sunt. B Atque ex ipsis in primis Constantii, atque insequentium imperatorum temporibus ad hanc diem, efficacissimum ad illos refellendos argumentum confici potest ; nam ad usque Constantium imperatorem Marthus nescio quæ ac Marthana sorores de Elxai stirpe, in illorum regione numinum instar ob eam originis dignitatem habitæ sunt. Harum Marthus non ita pridem excessit e vita, Marthana in hanc diem superstes est. Utriusque vero vel sputa ipsa, cæterasque corporis sordes illius tractus hæretici circumferre solebant, ad morborum remedia. Quæ tamen irrita erant omnia. Sed est hæreticorum genus fastuosum, et obnoxium fraudi. Cæca enim nequitia omnis, et prudentia destitutus error est. Verum quid attinet in hujus impostoris rebus persequendis immorari diutius, aut ea narrare dogmata quæ contra veritatem asseruit? C

III. Primum quod negare Deum sequaces suos edocuit, cum exsecrandorum idololatriæ sacrorum per simulationem participes esse suasit. Tum luculentius iisdem imposuit; cum ore tenus ejurari posse fidem, nec in eo crimen ullum esse dixit. Adeo ut insanabilis sit illorum morbus, nec ullum remedii genus admittat. Cum enim os ipsum, quo confessio veritatis exprimitur, ad mendacium subornetur; quis istis credat non vehementer ipsos decipi, cum perspicue divinis in litteris ex sancti Spiritus afflatu præscriptum sit : *Corde ad justitiam credi, ore vero ad salutem confessionem fieri* [1]? Præterea Christum D licet nomine ipso fateatur, cum ita loquitur. Magnus Rex est Christus : utrum id tamen de Christo Jesu Domino nostro pronuntiaverit, ex fraudulento illo adulterinoque libro, quem de nugis suis edidit, nondum animadvertere potui. Neque enim istud disserte significat : sed Christi nomen simpliciter appellat, quasi alterum, quantum intelligimus, indicet, **42** vel exspectet. Nam et ad Orientem converso vultu precari prohibet, negatque intentos in eam partem nos esse oportere; sed Hierosolymam

Β'. Μάρτυρα δέ τινα παρεισφέρων οὐκ αἰσχύνεται ὁ ἀπατεών, λέγων Φινεές τινα ἱερέα τῶν ἀπὸ γένους Λευΐ τε καὶ Ἀαρών, καὶ τοῦ ἀρχαίου Φινεὲς ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας προσκυνήσαντα τὴν Ἄρτεμιν, ἐν Σούσοις διαπεφευγέναι θλεῦρον θανάτου ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως· ὥστε εἶναι αὐτοῦ τὰ πάντα ψευδῆ καὶ μάταια. Οὗτος μὲν οὖν ἄνω συνῆπται τῇ προειρημένῃ αἱρέσει τῇ τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένῃ, ἧς ἔτι λείψανα καὶ δεῦρο ὑπάρχει ἐν τῇ αὐτῇ Ναβατίτιδι γῇ, τῇ καὶ Περαίᾳ πρὸς τῇ Μωαβίτιδι· ὅπερ γένος νυνὶ Σεμψέων [2] καλεῖται. Φαντάζονται δὲ δῆθεν καλεῖν τοῦτον δύναμιν ἀποκεκαλυμμένην, διὰ τὸ Ἰὴλ καλεῖσθαι (19) δύναμιν, Ξαὶ δὲ *κεκαλυμμένον*. Ἠλέγχθη δὲ τὸ πᾶν τοῦ ἐπιτηδεύματος φρύαγμα, καὶ εἰς μεγάλην αἰσχύνην ὑπέπεσε παρὰ τοῖς δυναμένοις τὰ ἀληθῆ κατανοεῖν τε καὶ ἀκριβοῦν. Ἔτι γὰρ καὶ δεῦρο ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Κωνσταντίου τε καὶ τῶν νῦν βασιλέων σαφῶς ἐλέγχονται. Ἕως μὲν γὰρ Κωνσταντίου, ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ Μαρθοῦς τις καὶ Μαρθάνα δύο ἀδελφαὶ ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ἀντὶ θεῶν προσεκυνοῦντο, ὅτι δῆθεν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ προειρημένου Ἠλξαῖ ὑπῆρχον. Τέθνηκε δὲ ἡ Μαρθοῦς πρὸ ὀλίγου τοῦ χρόνου. Μαρθάνα δὲ εἰς ἔτι δεῦρο ὑπῆρχεν ὧν καὶ τὰ πτύσματα, καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ῥύπη ἀπεφέροντο οἱ πεπλανημένοι αἱρετικοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, δῆθεν πρὸς ἀλέξησιν νοσημάτων. Οὐ μὴν ἐνήργουν. Ἀλλὰ τὸ πεπλανημένον σοβαρὸν ἀεί, καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Τυφλὸν γὰρ ἡ κακία, καὶ ἀσύνετον ἡ πλάνη. Καὶ ἕως ποῦ κατατρίβομαι τὰ περὶ τοῦ γόητος τούτου φθεγγόμενος, ὅσα τε κατὰ τῆς ἀληθείας κατεψεύσατο;

Γ'. Πρῶτον μὲν διδάσκων ἀπαρνησιθεΐαν, καθ' ὑπόκρισιν βδελυρῶν θυσιῶν τῆς εἰδωλολατρείας μετέχειν λέγων· ἔπειτα δὲ ἀπατῶν τοὺς ἀκούοντας ἀρνεῖσθαι τὴν ἰδίαν πίστιν στόματι, καὶ μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν φάσκων· ὡς εἶναι ἀθεράπευτον τὸ αὐτῶν πάθος, καὶ μὴ δυνάμενον διορθωθῆναι. Εἰ γὰρ τὸ στόμα τὸ ὁμολογοῦν τὴν ἀλήθειαν προετοιμάζεται εἰς ψεῦδος, ἆρά γε τίς αὐτοῖς ἐμπιστεύσειε τὴν καρδίαν μὴ ἔχειν ἠπατημένην; ὁπότε διαῤῥήδην ἐκφάσκων ὁ θεῖος λόγος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ διδάσκων, *Ὅτι καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν*. Ἀλλὰ καὶ πάλιν δῆθεν μὲν Χριστὸν ὀνόματι ὁμολογεῖ, λέγων, ὅτι Χριστὸς ὁ μέγας βασιλεύς, οὐ μὴν πάνυ γε κατείληφα ἐκ τῆς αὐτοῦ δολερᾶς καὶ παραπεποιημένης συντάξεως τῆς βίβλου τῆς αὐτοῦ ληρωδίας, εἰ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑφηγήσατο. Οὔτε γὰρ τοῦτο ὁρίζει· Χριστὸν δὲ ἁπλῶς λέγει, ὡς ἐξ ὧν κατειλήφαμέν τινα ἕτερον σημαίνων ἢ προσδοκῶν· κωλύει γὰρ εἰς ἀνατολὰς εὔξασθαι, φάσκων μὴ δεῖν προσέχειν οὕτως· ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δὲ ἔχειν τὸ πρόσωπον ἐκ πάντων τῶν μερῶν, τοὺς μὲν ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δύσιν προσέχειν

[1] Rom. x, 10. [2] Forte Σαμψαίων.

(19) *Διὰ τὸ Ἰὴλ καλεῖσθαι.* Hebraice ita concipienda sunt חיל כסי, vel כסי, *virtus abscondita.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τῇ Ἱερουσαλήμ, τοὺς δὲ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὴν τῇ αὐτῇ, τοὺς δὲ ἀπὸ νότου καὶ μεσημβρίας εἰς ἄρκτον, τοὺς δὲ ἀπ' ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν, ὡς πανταχόθεν τὸ πρόσωπον ἀντικρυς εἶναι τῆς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὅρα τὴν τοῦ ἀπατεῶνος φρενοβλάβειαν. Ἀναθεματίζει μὲν γὰρ θυσίας καὶ ἱερουργίας, ὡς ἀλλοτρίας οὔσας Θεοῦ, καὶ μήτε ὅλως Θεῷ ἐκ τῶν πατέρων καὶ τοῦ νόμου ποτὲ προσενεχθείσας· καὶ λέγει ἐκεῖ δεῖν εὔχεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, ὅπου ἦν τὸ θυσιαστήριον καὶ αἱ θυσίαι, ἀρνούμενος τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις σαρκοφαγίαν, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὸ θυσιαστήριον, τό τε πῦρ ὡσεὶ Θεοῦ ἀλλότριον. Τὸ δὲ ὕδωρ εἶναι δεξιόν· πῦρ δὲ ἀλλότριον εἶναι φάσκων διὰ τούτων τῶν λέξεων· Τέκνα, πορεύεσθε μὴ πρὸς τὸ εἶδος τοῦ πυρός, ὅτι πλανᾶσθε· πλάνη γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον. Ὁρᾷς γὰρ, φησὶν, αὐτὸ ἐγγυτάτω, καὶ ἔστιν ἀπὸ πόρρωθεν. Μὴ πορεύεσθε πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν φωνὴν τοῦ ὕδατος. Καὶ πολλά ἐστι τὰ αὐτοῦ μυθολογήματα.

A versus undequaque prospicere, ut qui ad orientem Hierosolymam respiciunt, in eam ad occasum faciem obvertant; qui vero ad occidentem siti sunt, eodem ad orientem vergant, sic etiam septentriones contueantur qui ad austrum objacent, austrum vero qui supra illam septentrionibus sunt propinquiores: quo undique Hierosolymitanam in urbem universorum ora conjecta sint. Sed circulatoris amentiam attende. Etenim sacrificia penitus condemnat, et a Deo aliena esse pronuntiat, simul negat illa unquam Deo in lege vel patribus oblata. Et tamen Hierosolymam orantes intueri præcipit, ubi et altare quondam et sacrificia fuerunt, cum alioqui et Judæos improbet, qui carnibus vescerentur, nec non et altare ipsum, et ignem quasi a Deo alienum; nam B aquam idem scitam ac bonam esse definit; ignem vero alienum quiddam, his verbis: Filii, nolite ad ignis speciem accedere, erratis enim, et istud ipsum error est. Nam cum illum in propinquo videas, abest tamen longius. Cavete igitur ad ejus speciem accesseritis: quin potius ad aquæ vocem accedite. Ejusmodi pleræque sunt illius ineptiæ.

Δ'. Εἶτα δὲ διαγράφει Χριστὸν τινὰ εἶναι δύναμιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα σημαίνει· εἰκοσιτεσσάρων μὲν σχοινίων (20) τὸ μῆκος, ὡς μιλίων ἐννενηκονταὲξ, τὸ δὲ πλάτος σχοινίων ἓξ, μιλίων εἰκοσιτεσσάρων· καὶ τὸ πάχος ὁμοίως τερατευόμενος, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἄλλα μυθολογήματα. Εἶναι δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα καὶ αὐτὸ θήλειαν, ὅμοιον τῷ Χριστῷ ἀνδριάντος δίκην ὑπὲρ νεφέλην, καὶ ἀναμέσον δύο ὀρέων ἑστώς. Καὶ τὰ ἄλλα σιωπήσω, ἵνα μὴ εἰς μυθολογίαν φαντασιάσω τὴν ἀκοὴν τῶν ἐντυγχανόντων. Τίσι[1] δὲ λόγοις καὶ C κενοφωνίαις ὕστερον ἐν τῇ βίβλῳ ἀπατᾷ λέγων· Μηδεὶς ζητήσῃ τὴν ἑρμηνείαν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐν τῇ εὐχῇ τάδε λεγέτω. Καὶ αὐτὰ δῆθεν ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου μετενέγκας, ὡς ἀπὸ μέρους κατειλήφαμεν οὐδὲν ὄντα τὰ παρ' αὐτῷ φανταζόμενα. Φάσκει γὰρ λέγειν. Ἄβαρ, Ἀνίδ, Μωΐθ (21), Νωχιλὲ, Δαασὶμ, Ἀνὴ, Δαασὶμ, Νωχιλὲ, Μωΐθ, Ἀνίδ, Ἄβαρ, Σελάμ. Ἄτινα ἑρμηνευόμενα ἔχει τὴν σαφήνειαν ταύτην· Παρελθέτω ταπείνωσις ἐκ πατέρων μου, τῆς κατα-

IV. Deinde Christum veluti vim quamdam describit, cujus et mensuras exponit: longitudinis schœnos XXIV, hoc est milliaria XCVI; latitudinis schœnos VI, milliaria XXIV, nec minus portentose de crassitudine nugatur, deque pedibus, ac cæteris omnibus fabulam pertexit. Ad hæc Spiritum sanctum esse demonstrat, sexu feminam, ac Christi similem, instar simulacri supra nubem atque inter montes duos stantem. Mitto reliqua, ne eorum qui hæc intelligent aures anilibus figmentis oppleam. Quibusdam porro verbis, inanissimisque vocibus subinde eodem in libro fucum facit, cum ita loquitur: Nemo interpretationem quærat, sed inter orandum hæc duntaxat proferat. Quæ quidem ex Hebraica lingua transtulit: et vel hac ex parte deprehendimus, nihili esse istius hominis commenta. Ita enim orare jubet. Abar, Anid, Moib, Nochile, Daasim, Ane, Daasim, Nochile, Moib, Anid, Abar, Selam. 43 Quæ hunc sensum continent: Transeat abjectio a patri-

[1] Fort. τισί.

(20) *Εἰκοσι τεσσάρων μὲν σχοινίων.* Hac ratione schœnus milliaribus constat IV stadiis, ut in milliaria singula XVI imputentur LXIV. Herodotus, *Euterp.*: Ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσιν ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι· οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι· οἱ δὲ ἄφθονον λίαν, σχοίνοισι· δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια.

(21) Ἄβαρ, Ἀνίδ, *Μωΐθ.* Non est facile ex Hebraicis hisce verbis eam sententiam elicere quam subjecit Epiphanius. Nos ita tentavimus: יעבר עני דמואבתי נכילא דאסגן עני בואבתי עני דעבר בשלידת שלם Hoc est: Παρελθέτω ταπείνωσις ἐκ πατέρων μου, τῆς δολιότητος, τῆς καταπατησάσης αὐτοὺς, καὶ πόνου καταπατήσαντος αὐτοὺς, τῆς δολιότητος ἐκ πατέρων μου, τῆς ταπεινώσεως τῆς παρελθούσης, ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως. Ubi nonnulla necessario commutavimus, quod aliter extricari sententia non poterat. Sed in primis τὸ νωχιλέ, quod κατάκρισιν nullo modo significat. Nisi quid aptius ac melius Hebraicæ linguæ peritiores repererint, quod non desperamus. At Scaliger loco citato nullam in ista verborum conceptione precandi formulam inesse putat; sed tres γνώμας, ac magistrorum sententias. Prima est: בעבר עני מואבא נכילא, hoc est, ταπεινοφροσύνης παρελθούσης ὑπεισάγεται δολιότης. *Qui humilitatem abdicavit sæpe fit fraudulentus.* Secunda: דאשים עני דאשים נכולא, καταπατοῦντες πενίαν καταπατοῦσι δολιότητα. *Qui conculcant paupertatem conculcant fraudem.* Tertia denique: מואבא עני עבר שלם, ὑπεισελθούσης ταπεινότητος ἤχετο ἀσπασμός. *Qui ex divite pauper factus est, non salvatur ut ante.* Quo circa ab Hebræo illo, quem Epiphanius consuluerat, fucum esse factum existimat. De qua re amplius videndum. Apparet autem in priore sententia, quam Epiphanius exponit, ante שלם deesse vocabulum, quod τὴν ἀποστολὴν significet, pro quo שלידת substituimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bus meis propagata, condemnationis ipsorum, et conculcationis ipsorum, et laboris ipsorum, conculcatione in condemnatione per patres meos ex abjectione quæ præteriit in apostolatu perfectionis. Quæ omnia in illo ipso perfecta sunt; cujus vis omnis atque fraus in nihilum est redacta. Quod si quis singulorum verborum interpretationem audire velit, ne hoc quidem facere pigrabor, sed iis etiam qui minutatim scire ista desiderant omnino satisfaciam. Igitur singulis vocibus propriam interpretationem adscribam, quæ est ejusmodi : Abar transeat; Anid, abjectio; Moib, a patribus meis propagata; Nochile, condemnationis ipsorum; Daasim, et conculcationis ipsorum; Ane, et laboris ipsorum; Daasim, proculcatione; Nochile in condemnatione; Moib per patres meos; Anid, ex abjectione; Abar, quæ præteriit; Selam, in apostolatu perfectionis.

V. Ejusmodi est Ossenorum commemorata a nobis hæresis, quæ cum Judæorum ad ritum vitam exigat, et Sabbatum, ac circumcisionem usurpet, aliaque quæ lege præscribuntur omnia, certos tamen libros Nazaræorum exemplo repudiat : atque a sex reliquis sectis velut schismate sejungitur. Sed ad illam funditus profligandam unum illud sufficiet, quod a Deo penitus abhorreat. Etenim cum diserte Dominus asserat, sacerdotes in templo violare Sabbatum [1], quid est aliud quo violare diem illum dicuntur, nisi quod Sabbato nemo opus ullum faceret; at sacerdotes in templo sacrificiis operati Sabbatum solverent, et hostiarum mactatione assidua violarent? Sed ego hæresin illam prætermittam. Nam et Elxai rursus iste cum Ebionæis, qui Christi tempora secuti sunt, conjunctus est, nec non cum posterioribus Nazaræis; eumque sectæ quatuor auctorem sibi vindicant, quæ illius præstigiis afficiuntur : nimirum Ebionæi, ac posteriores Nazaræi, Osseni qui tam ante illum, quam cum illo prodierunt, et Nazaræi, de quibus antea disputavi. Cæterum una est hæc hæresis ex illis septem, quæ Hierosolymis exstiterunt, et ad Christi adventum 44 usque propagatæ sunt, ac deinceps ab hujus temporibus ad Hierosolymitanum excidium, quod Tito duce contigit, Domitiani fratre, et Vespasiani imperatoris filio. Post eversa demum Hierosolyma stetit illa brevi tempore cum cæteris quæ tum celebrabantur sectis; eæque fuerunt Sadducæorum, Scribarum, Pharisæorum, Hemerobaptistarum, Nazaræorum, Ossenorum et Herodianorum, donec sua quæque opportunitate ac tempore dissipata periit.

VI. Postremo satis esse debet, quod ex ipsamet illorum vesania, ipsisque adeo vocibus, quibus dogmata sua prædicant, contra lethale eorum virus comparari remedium potest, ab eo qui prudentia aliqua sit præditus, ut facile sordidam istorum doctrinam, et loquacitatem condemnet. Præcipue ex eo quod tam in lege, quam in Evangelio sit a

[1] Matth. XII, 5. [2] Fort. τῷ βουλομένῳ.

A κρίσεως αὐτῶν, καὶ καταπατήματος αὐτῶν, καὶ πόνου αὐτῶν, καταπατήματι ἐν κατακρίσει διὰ τῶν πατέρων μου, ἀπὸ ταπεινώσεως παρελθούσης ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως. Ἐπ' αὐτῷ δὲ πάντα πληροῦται ταῦτα. Κεκένωται γὰρ αὐτοῦ ἡ δύναμις καὶ ἡ πλάνη. Εἰ δὲ ἓν ῥῆμα πρὸς ἓν θελήσει τις κατὰ λεπτολογίαν ἀκοῦσαι ἑρμηνευόμενον, καὶ τοῦτο οὐκ ἂν ὀκνήσαιμεν ποιῆσαι, ἀλλ' εἰς καθῆκον κατὰ πάντα τῶν βουλομένων [2] λεπτολόγως ἀκούειν, αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα αὐτοῦ καὶ τὰς αὐτῶν ἑρμηνείας ἀντικρυς παραθησόμεθα, καὶ ἔστιν οὕτως· Ἄβαρ παρελθέτω· Ἀνὶδ ταπείνωσις· Μωῒβ ἡ ἐκ πατέρων μου· Νωχιλὲ τῆς κατακρίσεως αὐτῶν· Δαασὶμ καὶ καταπατήματος αὐτῶν· Ἀνὴ καὶ πόνου αὐτῶν· Δαασὶμ καταπατήματι· Νωχιλὲ ἐν κατακρίσει· Μωῒβ διὰ τῶν πατέρων
B μου· Ἀνὶδ ἀπὸ ταπεινώσεως· Ἄβαρ παρελθούσης Σελὰμ ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως.

Ε'. Αὕτη γοῦν ἡ αἵρεσις ἡ τῶν Ὀσσηνῶν ἄνω προειρημένη, ἡ πολιτευομένη μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν, κατὰ τὸ σαββατίζειν τε καὶ περιτέμνεσθαι, καὶ τοῦ νόμου ποιεῖν τὰ πάντα, μόνον δὲ ἀπαγορεύειν τὰς βίβλους ὁμοίως τοῖς Ναζαραίοις. Σχίσμα δὲ ἐργάζεται αὕτη διαφερομένη πρὸς τὰς ἄλλας ἓξ τῶν αἱρέσεων τούτων. Ἀρκέσει γοῦν εἰς ἀνατροπὴν ταύτης τὸ εἶναι αὐτὴν ἀλλοτρίαν Θεοῦ, τοῦ Κυρίου σαφῶς λέγοντος, ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ βεβηλοῦσι τὸ
C Σάββατον. Ἡ δὲ βεβήλωσις τοῦ Σαββάτου τίς αὕτη, ἀλλ' ὅτι ἔργον οὐδεὶς εἰργάζετο ἐν τῷ Σαββάτῳ, ἐν δὲ τῷ ἱερῷ θυσίαν οἱ ἱερεῖς ἐπιτελοῦντες ἔλυον τὸ Σάββατον, βεβηλοῦντες διὰ τὴν ἐνδελεχῆ τῶν ζώων θυσίαν; Παρελεύσομαι καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν. Συνῆπται γὰρ οὗτος πάλιν ὁ Ἠλξαῖ τοῖς μετὰ τὸν Χριστὸν Ἐβιωναίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ναζαραίοις, τοῖς μετέπειτα γεγονόσι· καὶ κέχρηνται αὐτῷ τέσσαρες αἱρέσεις, ἐπειδὴ θέλγονται τῇ αὐτοῦ πλάνῃ· Ἐβιωναίων τε, τῶν μετέπειτα Ναζαραίων, Ὀσσηνῶν τε τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, καὶ Ναζαραίων τῶν ἄνω μοι προδεδηλωμένων. Αὕτη δὲ ἡ αἵρεσις τῶν ἑπτὰ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις, αἵτινες ἐνέμειναν ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ μετὰ τὴν Χριστοῦ ἔνσαρκον παρουσίαν ἄχρι τῆς τῶν Ἱεροσολύμων
D ἁλώσεως, ἥτις γέγονεν ὑπὸ Τίτου βασιλέως ἀδελφοῦ Δομετιανοῦ, υἱοῦ δὲ Οὐεσπασιανοῦ βασιλέως. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν ἐπέμεινεν ἡ τε αὕτη, καὶ αἱ ἄλλαι ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ αἱ φημιζόμεναι αἱρέσεις, Σαδδουκαίων φημὶ, καὶ Γραμματέων, Φαρισαίων τε, καὶ Ἡμεροβαπτιστῶν, καὶ Ναζαραίων, καὶ Ὀσσηνῶν, καὶ Ἡρωδιανῶν· ἄχρις οὗ κατὰ καιρὸν καὶ κατὰ χρόνον ἑκάστη αὐτῶν διασκορπισθεῖσα διελύθη.

Ϛ'. Ἀρκετῶς δὲ ἔχειν ἀπ' αὐτῆς τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας, καὶ τῶν ῥημάτων τοῦ κηρύγματος τοῦ δηλητηρίου ἰοῦ ἁλεξητήριον ἑαυτῷ πάντα νουνεχῆ κατασκευάσαι, καταγνόντα τῆς συρφετώδους αὐτῶν διδασκαλίας τε καὶ λαλιᾶς, καὶ μάλιστα τοῦ Κυρίου εὐθὺς λέγοντος ἔν τε τῷ νόμῳ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· οὐ λήψῃ*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

δρεμά τινος ἑτέρου ἐφ' ὅρκῳ· καὶ πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγοντος· *Μὴ ὀμόσαι μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἕτερόν τινα ὅρκον· ἀλλ' ἤτω ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ· τὸ περισσότερον γὰρ τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει.* Ἐγὼ δὲ περὶ τούτου νομίζω θεσπίσαι τὸν Κύριον, διὰ τὸ μέλλειν τινὰς λέγειν, ἐν ἄλλοις ὀνόμασιν ὅρκον προβάλλεσθαι. Πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι οὐ δεῖ ὀμνύναι οὔτε αὐτὸν τὸν Κύριον, οὔτε ἄλλον τινὰ ὅρκον· τοῦ γὰρ πονηροῦ ἐστι τὸ ὀμνύναι. Πονηρὸς δὲ ἄρα καὶ ὁ ἐν τῷ Ἠλξαΐ λαλήσας, ὁ καταναγκάσας οὐ μόνον ἐν Θεῷ ὀμνύναι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἁλὶ καὶ ἐν ὕδατι, καὶ ἐν αἰθέρι, καὶ ἐν ἀνέμῳ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐν οὐρανῷ. Ἀρκετὸν δὲ ὡς ἐν παρόδῳ διὰ τῶν δύο λόγων πρὸς ἀντίθεσιν τῆς αὐτοῦ πλάνης ἀντιδότῳ χρῆσθαι τὸν βουλόμενον ἰατρευθῆναι. Παρελθὼν δὲ τούτου τὴν ἐρεσχελίαν, καὶ τὸ ὕπουλον ταύτης τῆς αἱρέσεως, ἐφεξῆς ποιήσομαι τῆς ἑβδόμης αἱρέσεως τὸν ἔλεγχον, τῆς παρὰ τοῖς αὐτοῖς τότε νομιστευομένης. Καὶ ἔστιν αὕτη.

A Domino dictum: *Non habebis deos alios præter me. Non usurpabis in jurejurando nomen alterius*[1]. At in Evangelio præcipit, *Non jurare, neque cœlum, neque terram, neque aliud jusjurandum: sed esto vobis jurisjurandi instar, Etiam, etiam, et Non, non. Quod enim abundantius iis est, a malo est*[2]. Equidem idcirco Dominum de ea re sanxisse crediderim, quod exsistere certi homines deberent, qui alia usurpare in dejerando nomina suaderent. Ac primum statuisse, non esse jurandum penitus, ne Dominum quidem ipsum, neque aliud ullum jusjurandi genus concipiendum. Mali enim est omnino jurare. Proinde malus est qui per Elxai locutus est: qui non modo dejerare per Deum cogit, verum etiam per salem, aquam, æthera, ventum, B terram, atque cœlum. Atque hæc duæ rationes, a me obiter explicatæ sufficiunt, ut contra illius errores quilibet, qui quidem curari velit, paratum antidotum habeat. Quamobrem nugis istius hæresis ac subdola cavillatione prætermissa, ad VII earum, quæ tum apud Judæos vigebant, redarguendam me conferam. Ea est ejusmodi.

ΚΑΤΑ ΗΡΩΔΙΑΝΩΝ (22),

Ἑβδόμη αἵρεσις ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, εἰκοστὴ δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Α'. Μετὰ ταύτην δὲ καὶ μετὰ ταύτας πάλιν ἑβδόμη αἵρεσις ἦν ἡ τῶν Ἡρωδιανῶν καλουμένη. Οὐδὲν δὲ ἔσχον τι παρηλλαγμένον οὗτοι· ἀλλ' ὅλοι εἰσὶν Ἰουδαῖοι, ἀργοί τε καὶ ὑποκριταί. Ἡρώδην δὲ οὗτοι ἡγοῦντο Χριστὸν Κύριον, τὸν ἐν πάσαις Γραφαῖς νόμου τε καὶ προφητῶν προσδοκώμενον, νομίσαντες αὐτὸν εἶ- C ναι τὸν Ἡρώδην Χριστὸν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀπατώμενοι, ἐσεμνύνοντο τῷ Ἡρώδῃ, ἐκ τοῦ ῥητοῦ συναρπασθέντες, μετὰ τοῦ καὶ εἰς χάριν τοῦ τότε βασιλέως κενοδοξῆσαι, τοῦ εἰρημένου· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται.* Ὡς δὲ ἔχει τὰ ἄλλα ἀντίγραφα, ἕως ἔλθῃ ᾧ τὰ ἀποκείμενα. Ἐπειδήπερ ὁ Ἡρώδης υἱὸς (23) Ἀντιπάτρου ἐτύγχανεν Ἀσκαλωνίτου τινὸς ἱεροδούλου Ἀπόλλωνος τοῦ εἰδώλου. Οὗ ὁ πατὴρ τοῦ αὐτοῦ Ἀντιπάτρου Ἡρώδης μὲν ἦν τοὔνομα, υἱὸς δὲ ἦν οὗτος τοῦ Ἀντίπα. Αἰχμάλωτος δὲ ἐλήφθη Ἰδουμαίων ὁ αὐτὸς Ἀντίπατρος, κἀκεῖσε ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ διατρίβων ἐγέννησε τὸν Ἡρώδην. Τοῦ δὲ πατρὸς πένητος ὄντος, καὶ μὴ δυναμένου λύτροις ῥύσασθαι τὸν υἱὸν, λέγω δὴ τὸν Ἀντίπατρον, ἔμεινεν ἐν πολλῷ D

45 ADVERSUS HERODIANOS,

Quæ est hæresis Judaismi VII, ordine XX.

I. Septima post superiores illas Herodianorum hæresis est. Qui nihil diversum a reliquis habuerunt; et Judæi meri sunt, inertes iidem ac simulatores. Qui Herodem Christum Dominum esse dicebant; eum, inquam, Christum, qui in Scripturis omnibus ac prophetis exspectabatur, esse Herodem existimabant, deque eo falsa quadam animi inductione gloriabantur. Ac præterquam quod in illius regis gratiam vane ista jactabant, etiam ipsis Scripturæ ille locus imposuit: *Non desinet princeps e Juda, neque dux ex ejus femore, donec veniat cui reservatum est*[3]. Vel ut in aliis exemplis legimus, *donec veniat cui sunt reservata.* Siquidem Herodes Antipatri cujusdam Ascalonitæ, atque Apollinis Æditui filius fuit. Cujus insuper Antipatri parens Herodes nomine filius Antipæ fuit. Antipater ab Idumæis captus et in Idumæa degens Herodem suscipit. Qua in regione diu admodum in servitute vixit: quod eum Herodes pater ob inopiam redimere non posset. Tandem a popularibus collatitia pecunia una cum Herode filio liberatus postliminio

[1] Exod. XX, 3. [2] Matth. V, 34 sqq. [3] Gen. XLIX, 10.

22) *Κατὰ Ἡρωδιανῶν.* Herodianos, quorum in Evangelio mentio est, alii ab Herode magno, alii ab ejus filio Herode Antipa nominatos existimant. Priorem sententiam tuetur Epiphanius; qui et Herodianorum sectam, ac dogma copiose persequitur. Cum autem de Herode, deque Herodianis accuratissime, eruditissimeque Serrarius noster peculiari in opere disputaverit, neque quidquam, quod eo pertineret, intactum, indictumque reliquerit, supervacuum existimamus verbum amplius ullum super ea re facere; cum ad manum sit liber ille, in quo de Herodis genere, conditione, deque Herodianis, ac cæteris, quæ hoc loco attigit Epiphanius, diligenter explicavit, ac Scaligeri ἀναπόδεικτα de Herode somnia validissime refutavit.

(23) *Ἐπειδήπερ ὁ Ἡρώδης υἱός.* De Herodis parente avoque, a Josepho dissentiunt Africanus, Eusebius, Epiphanius, aliique Patres omnes. Etenim ille Antipatrum Idumæum Herodis patrem prædivitem ac potentem fuisse scribit, avum autem Antipam Idumææ ab Alexandro rege præpositum. At Patres avum Herodis et parentem obscurissimos, ac pauperrimos exstitisse memorant, ut cum Antipater, a quo Herodes genitus est, captus ab Idumæis esset, redimi a patre suo propter inopiam minime potuerit. De hac quæstione consule Serrarium, l. c.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

in patriam revertitur. Quam ob causam ab aliis Idumæus, ab aliis Ascalonita fuisse proditus est. Postea cum ad Demetrii familiaritatem pervenisset, in Judæa procurationem obtinuit. Tum etiam notus Augusto imperatori fuit. Atque ex illa procuratione proselytum se faciens una cum Herode filio circumcisus est, ad quem Judæorum regnum pervenit. Nam Augusto imperatori subjectus Judæorum ille rex populique Romani fœderatus erat. Quamobrem quod ex aliena ille gente regnare cœperat, cum hactenus a Juda, et Davide regnum, atque ex Judæ stirpe principes ac patriarchæ perstitissent, quod, inquam, imperium in externum hominem translatum fuerat, idoneum illis visum est erroris argumentum, ut Herodem esse Christum arbitrarentur, quod ex illo 46 Scripturæ loco consequens videbatur : *Non desinet princeps e Juda, donec venerit cui reservatum est.* Ut eo sensu sit accipiendus, quasi Herodi reservatum esset. Desierunt enim, aiebant, illi. Porro iste de Judæ genere non est, ac ne omnino quidem Israeliticæ gentis. Huic autem Christo esse reservatum fuerat.

II. Verum quæ sequuntur illos manifeste redarguunt : *Quoniam ipse expectatio gentium erit, et in eum gentes sperabunt.* Quænam vero natio in Herodem speravit? aut quæ gentium spes in exspectando Herode defixa est? Ad hæc qui tandem illud apud istos impletum est? *Dormivit ut leo ac velut leonis catulus ; quis ipsum excitabit ?* Ubinam denique lavit in cruore stolam suam, et amictum suum in uvæ sanguine? quemadmodum Jesus Christus Dominus noster, qui suo sanguine corpus aspersit, et uvæ sanguine vestimenta sua tinxit? Tu vero quæ a me dicuntur animo percipe. Dabit enim tibi Dominus intelligentiam in omnibus. Quippe populi Dei piaculum ut exhiberet, venit ille, quo per doctrinæ suæ velut sanguinem dentes hominum purgaret pecorum sanguine ac nidore, ac detestandis sacrificiis inquinatos. Quanquam quid attinet pluribus ista persequi? Infinita sunt enim ; neque me in superioribus refellendis hæresibus longiorem instituere sermonem temporis ratio patitur.

III. Ergo septem omnino hæreses illæ Hierosolymis atque in Judæa fuerunt, quatuor vero a nobis antea commemoratæ apud Samaritas et in Samaria viguerunt; sed jam magna ex parte collapsæ sunt. Neque enim Scribæ amplius ulli sunt, neque Phari-

A τῷ χρόνῳ δουλεύων· ὕστερον δὲ ἐλυτρώνη ἐξ ἐράνου τῶν πολιτῶν σὺν τῷ παιδὶ Ἡρώδῃ, καὶ μετῆλθεν εἰς τὰ οἰκεῖα. Διόπερ τινὲς αὐτὸν λέγουσιν Ἰδουμαῖον, ἄλλοι δὲ Ἀσκαλωνίτην ἴσασιν· ὕστερον δὲ ἐφιλιώθη Δημητρίῳ (24), καὶ ἐπίτροπος κατέστη ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας. Ἐν γνώσει τε γέγονεν Αὐγούστῳ βασιλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιτροπεύειν προσηλυτεύει, περιτέμνεταί τε καὶ αὐτὸς (25), καὶ περιτέμνει Ἡρώδην τὸν υἱόν, εἰς ὃν ἦλθεν ὁ κλῆρος τῆς τῶν Ἰουδαίων βασιλείας. Ἦν δὲ βασιλεὺς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὑπὸ βασιλέα Αὔγουστον, αὐτὸς ὑπόσπονδος ὑπάρχων. Ἐπεὶ οὖν ἐξ ἀλλοφύλων οὗτος βασιλεύει, κατὰ διαδοχὴν δὲ διήρκεσεν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα καὶ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ τὸ βασίλειον, καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἰούδα ἄρχοντες καὶ πατριάρχαι, μετέστη δὲ τὸ βασίλειον εἰς ἀλλόφυλον· πιθανὸν ἔδοξεν ἐν τῇ ὑπολήψει τῶν πεπλανημένων τὸ ἀπατηθῆναι καὶ νομίσαι αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας τοῦ προειρημένου ῥητοῦ, τοῦ, *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται.* Ὡς εἶναι τοῦτο παρ' αὐτοῖς νοητέον, ὅτι τούτῳ ἀπέκειτο, φησίν. Ἐξέλιπον γὰρ ἐκεῖνοι, καὶ οὗτος οὐκ ἀπὸ γένους τοῦ Ἰούδα, ἀλλ' οὔτε ὅλως τοῦ Ἰσραὴλ ὑπάρχει. Τούτῳ δὲ ἀπέκειτο εἶναι Χριστόν.

B Β'. Ἀλλ' ἐλέγχει αὐτοὺς ἡ ἀκολουθία φάσκουσα· *Ὅτι αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι.* Ποῖον δὲ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ Ἡρώδῃ ἤλπισε; ποία δὲ προσδοκία ἐθνῶν Ἡρώδην καραδοκεῖ; Πῶς δὲ τὸ, *Ἐκοιμήθη παρ' αὐτοῖς*, ἐπληροῦτο, *ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος λέοντος· τίς ἐξεγερεῖ αὐτόν;*

C Ποῦ δὲ ἔπλυνεν ἐν αἵματι τὴν στολὴν αὐτοῦ ὁ Ἡρώδης, ἢ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, ὡς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ σῶμα αὐτοῦ ῥαντίσας αἵματι τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ; Ἀλλὰ νόει ἃ λέγω. Δῴη γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσιν. Ἵνα γὰρ δείξῃ τὸ καθάρσιον τῆς τοῦ λαοῦ τοῦ Κυρίου καταστάσεως, ἦλθε διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τῆς διδασκαλίας καθᾶραι τοὺς ὀδόντας τῶν ἀνθρώπων, τοὺς εἰς αἷμα κνίσης τε καὶ ἀθεμίτου θυσίας μεμολυσμένους. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν; Πολλὰ γάρ ἐστι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται ὁ χρόνος πρὸς ἀντίθεσιν τῶν προειρημένων αἱρέσεων ἐπιμηκύνειν τὸν λόγον.

D Γ'. Ἀλλ' αὗται μὲν αἱ ἑπτὰ ἦσαν ἐν Ἰσραὴλ ἔν τε τῇ Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ· αἱ δὲ τέσσαρες αἱ προειρημέναι παρὰ Σαμαρείταις ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. Αἱ πλείους δὲ καθῃρέθησαν. Οὐκέτι Γραμματεῖς, οὐκέτι Φαρισαῖοι, οὐκέτι Σαδδουκαῖοι, οὐκέτι Ἡμεροβα-

(24) *Ὕστερον δὲ ἐφιλιώθη Δημητρίῳ.* Demetrius iste cognomento Εὐκαίρου a Judæis Alexandro regi suo infensis ad auxilium vocatus cum eo pugnavit et prælio superavit. Sed cum Alexander in montes sese recepisset, ad eumque plurimi confluxissent, territus Demetrius, relicta Judæa, contra Philippum fratrem bellum aggressus est. In quo a Parthis captus morbo apud eosdem exstinctus est. Quamobrem nihil cum eo Herodis parens Antipater commune habuit, nedum ut ab illo Judææ præfecturam obtinuerit. At Herodis avus Antipas, quo parente natus est Antipater, Alexandro regi percharus, ab eoque Idumææ præpositus est, auctore Josepho lib. XIV, cap. 2. Suspicamur itaque multipliciter hallucinatum Epiphanium : primum quod Demetrium pro Alexandro posuerit. Tum quod Herodis parentem pro avo ; Judæam pro Idumæa imprudens usurpaverit. Quamvis quod ad præfecturam attinet, alibi sæpe Antipatrum Herodis parentem Judææ procuratorem ab Augusto factum asseverat. De quo ad hæresim LI dicturi sumus.

(25) *Περιτέμνεταί τε καὶ αὐτός.* Negat hoc Scaliger in Eusebianis Animadversionibus, quod Idumæus esset Antipater. At Idumæi omnes ante plures annos inter Judæos ascripti. Sed hæc erudite a Serrario nostro refelluntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

πτισται, οὐκέτι Ἡρωδιανοί. Μόνοι δέ τινες ἐν σπάνει εὑρίσκονται, ἢ ποῦ εἷς, ἢ δύο Ναζαρηνοὶ ὑπὲρ τὴν ἄνω Θηβαΐδα, καὶ ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας, καὶ Ὀσσηνῶν τὸ λῆμμα[1], οὐκέτι Ἰουδαΐζον, ἀλλὰ συναφθὲν Σαμψίταις τοῖς κατὰ διαδοχὴν ἐν τῷ πέραν τῆς Νεκρᾶς θαλάσσης ὑπερκειμένης. Νυνὶ δὲ τῇ τῶν Ἐβιωναίων αἱρέσει συνήφθησαν. Καὶ γέγονε λῆξαι μὲν αὐτοὺς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, ὥσπερ δὲ ῥίζαν τμηθῆναι, ἢ σῶμα ἑρπετοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ φῦναι δικέφαλον, καὶ ἄῤῥιζον ὄφιν ἐν ἑνὶ σώματι ἡμιτόμῳ ἐκπεφυκὸς καὶ ἐξηρτημένον.

A sæi; neque Sadducæi, neque Hemerobaptistæ, nec Herodiani supersunt. Pauci quidem duntaxat Nazareni, unus scilicet vel alter supra Thebaidem superiorem, aut Arabiam restant. Sed et Ossenorum nonnullæ sunt reliquiæ, quæ cum a Judaicis ritibus defecerint, se ad Sampsitas aggregarunt: quæ factio ultra mare Mortuum, quod Palæstinæ imminet, constitutas a majoribus sedes obtinet; sed hodie Ebionitis adjuncti sunt. Ita factum videmus, ut et isti a Judaica religione desciverint, et velut radix quædam in duas partes scissa sit, serpentisve corpus, ex quo biceps anguis, posteriorique parte mutilus dimidiato corpore adnatus, pendensque prodierit.

Ἕως ὧδε ἡ περὶ τῶν τεσσάρων αἱρέσεων τῶν Σαμαρειτῶν διαλογὴ, καὶ ἑπτὰ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ ὧν οὐκέτι ἐμφέρονται, ἢ τρεῖς μὲν αἱ τῶν Σαμαρειτῶν, Γορθηνῶν τε καὶ Δοσιθέων, καὶ Σεβουαίων, Ἐσσηνῶν δὲ οὐ πάνυ, ἀλλ' ὡς ἐν σκότῳ τεθαμμένων. Παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκέτι, ἀλλ' ἢ Ἰουδαίων καὶ Ναζαραίων. Ὀσσηνοὶ δὲ μετέστησαν ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ εἰς τὴν τῶν Σαμψέων αἵρεσιν, καὶ οὐκέτι οὔτε Ἰουδαῖοι ὑπάρχουσιν οὔτε Χριστιανοί. Ταῦτά μοι περὶ τῶν προειρημένων ἕως ὧδε ἐχέτω.

47 Hactenus de IV Samaritanorum sectis, Judæorum VII: ex quibus Samaritanæ duntaxat tres hoc tempore supersunt: Gorthenorum, Dositheorum, ac Sebuæorum. Nam Essenorum velut in tenebris sepultorum obscura quædam vestigia cernuntur. Ex Judaicis soli Judæi ac Nazaræi restant. Osseni a Judaico ritu ad Sampseorum hæresim transfugerunt, ut neque Judæi, neque Christiani sint. Hæc habui, quæ de omnibus illis sectis hucusque disserrem.

Ἐνδημία Χριστοῦ (26), *καὶ ἔνσαρκος παρουσία, καὶ ἀλήθεια*[2] [*πρόσωπον*] *ἡ μία καὶ μόνη οὖσα τοῦ Θεοῦ πίστις.*

De Incarnatione Christi Domini, ac veritate [personarum] quæ est unica ac singularis Dei fides.

Α'. Εὐθὺς δὲ ἐπεδήμησε κατὰ πόδας ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος παρουσία, ἥτις κατέλαβε τὰς προειρημένας ἑπτὰ αἱρέσεις ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἔσβεσε δὲ ταύτας ἡ αὐτοῦ δύναμις, καὶ διεσκέδασε. Λοιπὸν δὲ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐπιδημίαν αἱ μετέπειτα πᾶσαι γεγόνασιν αἱρέσεις· λέγω δὴ μετὰ τὸ εὐαγγελισθῆναι Μαριὰμ ἐν Ναζαρὲτ διὰ τοῦ Γαβριὴλ, καὶ μετὰ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἔνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν, εἶτα ἀνάληψιν. Ηὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων τὸν ἴδιον Υἱὸν κατελθόντα ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ συλληφθῆναι, Λόγον ὄντα ἀπ' οὐρανοῦ, ἐκ κόλπων πατρῴων γεγεννημένον ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐλθόντα δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, Θεὸν Λόγον ὄντα ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένον, ὁμοούσιον ὄντα τῷ Πατρὶ, καὶ οὐδὲν παρὰ τὸν Πατέρα ἠλλοιωμένον, ἀλλ' ἄτρεπτον ὄντα καὶ ἀναλλοίωτον· ἀπαθῆ τε ὅλως, μὴ πάσχοντα, συμπάσχοντα δὲ τῷ ἡμετέρῳ γένει, κατελθόντα ἀπ' οὐρανοῦ, ἐγκυμονηθέντα οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀληθινῶς σῶμα ἀπὸ Μαρίας ἐσχηκότα, ἀναπλάσαντα ἑαυτῷ τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας, καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν εἰληφότα, καὶ νοῦν, καὶ πᾶν εἴ τι ἐστὶν ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, εἰς ἑαυτὸν τῇ ἑαυτοῦ θεότητι συνενώσαντα· γεγεννημένον τε ἐν Βηθλεὲμ, περιτμηθέντα ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσενεχθέντα ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐναγκαλισθέντα ὑπὸ τοῦ Συμεῶνος, ἀνθομολογηθέντα ὑπὸ Ἄννης τῆς τοῦ Φανουὴλ προφήτιδος, ἀπενεχθέντα εἰς Ναζα-

I. Sed e vestigio Christi Jesu Domini nostri adventus cum eo quod susceperat corpore consecutus est; qui et VII illas hæreses Hierosolymis offendit, et easdem sua vi dissipavit et exstinxit. Quamobrem reliquæ omnes hæreses adventu illo posteriores fuerunt; nimirum postquam Maria Virgo Nazarethi a Gabriele cœlestem nuntium accepit, ac Dominus humano corpore circumfusus prodiit, et in cœlum receptus est. Etenim ad humani generis salutem ita Deo visum est, ut ipsius Filius e cœlo delapsus in Virginis utero gigneretur: Verbum, inquam, illud æternum, quod e paterno sinu ante tempus atque initium omne genitum est; idemque extremis temporibus allapsum Deus Verbum a Deo Patre revera genitus, ejusdemque cum illo essentiæ, nec ulla re a Patre mutatus; sed vicissitudinis ac mutationis et affectionis omnis expers. Qui cum citra ullam animi commotionem generis nostri misertus foret, descendit e cœlo, ac de Spiritu sancto, non e virili semine productus, verum corpus e Maria suscepit, cum e sancto ejus utero carnem sibi finxisset, humanamque tum animam, tum mentem induisset; ac quidquid omnino cum homine conjunctum est, præter peccatum secum ac cum divinitate sua copulasset. Inde Bethlehemi in lucem editus, atque in specu circumcisus Hierosolymis oblatus est; ibique a Simeone inter brachia susceptus, **48** et ab Anna Phanuelis filia prophetissa prædicatus, Nazarethum

[1] Fort. λεῖμμα. [2] Reg. ἀλήθεια. Ἡ μία, etc.

(26) *Ἐνδημία Χριστοῦ.* Quæ hic ab Epiphanio de Salvatoris ortu, cunabulis, ac postremo passione dicuntur, nec non et de Augusti, atque Herodis annis, opportunius ad hæresim LI explicantur. Ubi de anno Dominici Natalis, ac passionis, ac reliquis, quæ eodem spectant, agendum erit pluribus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

deportatus est. Tum anno sequenti Hierosolymis se coram Deo repræsentavit: atque inde Bethlehemum propter generis propinquitatem a matre delatus est. Sed rursum Nazarethum rediens anno altero vertente Hierosolyma Bethlehemumque gestante matre perductus est. Bethlehemi porro cum ad ædes quasdam cum Matre ac Josepho divertisset, qui jam grandi natu cum Maria degebat, secundo ab nativitate anno a Magis adorandi causa conventus, ac donis ornatus est. Eadem vero nocte, cum Josephus per somnium ab angelo esset admonitus, in Ægyptum transfertur. Unde rursus post biennium mortuo jam Herode, ac succedente Archelao revertitur.

II. Siquidem anno Herodis XXXIII, Augusti XLII Bethlehemi in Judæa Salvator nascitur. Tum Herodis XXXV in Ægyptum profectus est. Eodem Herode mortuo, ab Ægypto rediit. Quare necesse est XXXVII Herodis anno quartum ætatis suæ puerulum egisse, cum Herodes, inquam, septem ac triginta confectis annis vivendi finem habuit. Post hunc Archelaus novem annis imperavit; quo regnum ineunte Josephus ex Ægypto cum Maria, ac puero digressus, ubi Archelaum imperare didicit, in Galilæam secessit, ac tum Nazareti consedit Cæterum Archelaus Herodem juniorem genuit; qui nono patris anno in imperium successit. Idemque annus a nativitate Christi XIII numerandus est. Octavo decimo anno Herodis Agrippæ, Jesus Christus promulgare divinum verbum aggressus est, ac cum Joannis baptismo initiatur, tum annum illum acceptum in ea præconii functione consumit, nullo neque Judæorum, neque gentilium, neque Samaritanorum, neque alterius generis repugnante. Secundo præconii cœlestis anno quamplurimos obtrectatores habuit; qui quidem Herodis ejusdem XIX, Christi XXXII exstitit. Demum XX tetrarchæ Herodis anno Christus Dominus ob humani generis salutem passus, atque eodem tempore nihil passus **49** est; tum cum mortem degustans ipsum etiam crucis supplicium subiit, cum interim nihil ipsa divinitate pateretur. *Christo enim*, ait Scriptura, *pro nobis in carne passo*[1]. Rursumque: *Mortificatus carne, vivificatus autem spiritu*[2], et quæ sequuntur. In cruce suspenditur, sepelitur; ad inferos cum divinitate sua, animaque descendit; captivam ducit captivitatem; ac tertio die cum sanctissimo suo corpore ad vitam excitatur. Quod quidem corpus neque dissolvendum amplius, nec passurum, nec sub mortis dominatum postea cessurum cum sua divinitate conjunxit. Id quod Apostoli testimonio comprobatur: *Mors*, inquit, *non amplius ei dominabitur*[3].

III. Hoc igitur ipsum corpus, carnem ipsam et animam, ipsa quibus constabat omnia, non aliud quidquam præter verum corpus, sed ipsummet illud vi cœlesti perfudit, et in unum idemque, in unam,

ρὲτ, ἐλθόντα τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ ὀφθῆναι ἐνωπιον Κυρίου εἰς Ἱερουσαλὴμ, γενόμενόν τε ἐν Βηθλεὲμ διὰ τὴν συγγένειαν ὑπὸ τῆς μητρὸς βασταζόμενον· αὖθις πάλιν εἰς Ναζαρὲτ ἀπενεχθέντα, καὶ κατὰ δευτέραν περίοδον ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ Βηθλεὲμ ἐληλυθότα, βασταζόμενον ὡσαύτως ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρός· ἐν Βηθλεὲμ δὲ ἐν οἰκίᾳ κατελθόντα σὺν τῇ ἰδίᾳ μητρὶ καὶ Ἰωσὴφ γέροντι ὄντι, σὺν τῇ Μαρίᾳ δὲ ὄντι· κἀκεῖσε τῷ δευτέρῳ ἔτει αὐτοῦ γεννήσεως κατοπτευθέντα ὑπὸ τῶν μάγων προσκυνηθῆναι δῶρα λαβόντα, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ὑπ' ἀγγέλου τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαντος εἰς Αἴγυπτον παραληφθέντα· ἀφ' ἐκεῖθέν τε πάλιν διὰ δύο ἐτῶν ἐπανεληλυθότα τελευτήσαντος τοῦ Ἡρώδου, Ἀρχελάου τε διαδεξαμένου

Β'. Τῷ γὰρ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει Ἡρώδου, τεσσαρακοστῷ δὲ δευτέρῳ Αὐγούστου βασιλέως γεννᾶται ὁ Σωτὴρ ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Κάτεισι δὲ εἰς Αἴγυπτον τῷ τριακοστῷ ἔτει καὶ πέμπτῳ Ἡρώδου· ἄνεισι δὲ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτήν. Διὸ ἐπὶ τριάκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι τῆς αὐτῆς τοῦ Ἡρώδου ἀρχῆς ἦν ὁ παῖς τεσσάρων ἐτῶν. Ὅτε Ἡρώδης, τριακονταεπτὰ ἔτη πληρώσας, κατέστρεψε τὸν βίον. Ἀρχέλαος δὲ ἐννέα ἔτη βασιλεύει, οὗ ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας ἐξιὼν Ἰωσὴφ ἀπ' Αἰγύπτου ἅμα τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ παιδὶ, ἀκούσας τὸν Ἀρχέλαον βασιλεύειν, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας, καὶ κατῴκησε τότε εἰς Ναζαρέτ. Ἀρχέλαος δὲ γεννᾷ τὸν Ἡρώδην τὸν νεώτερον. Καὶ βασιλεύει Ἡρώδης τῷ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς Ἀρχελάου βασιλείας κατὰ διαδοχήν. Καὶ γέγονε τῷ αὐτῷ δεκατρία ἔτη λογιζόμενα τῇ ἐνσάρκῳ Χριστοῦ παρουσίᾳ. Ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει Ἡρώδου τοῦ ἐπικληθέντος Ἀγρίππου, τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς τοῦ κηρύγματος, καὶ τὸ βάπτισμα τὸ ἀπὸ Ἰωάννου τότε λαμβάνει, καὶ κηρύσσει ἐνιαυτὸν δεκτὸν, ὑπ' οὐδενὸς ἀντιλεγόμενος, οὔτε ὑπὸ Ἰουδαίων, οὔτε ὑπὸ Ἑλλήνων, οὔτε ὑπὸ Σαμαρειτῶν, οὔτε ὑπό τινος ἑτέρου. Ἔπειτα ἀντιλεγόμενος ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν δεύτερον, καὶ γέγονεν ἐννεακαίδεκα ἔτη τῷ αὐτῷ Ἡρώδῃ, τῷ δὲ Σωτῆρι τριακοστὸν δεύτερον. Ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ ἔτει τοῦ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου καλουμένου γίνεται τὸ σωτήριον πάθος καὶ ἡ ἀπάθεια, ἡ θανάτου γεῦσις, γεῦσίς τε θανάτου, ἄχρι σταυροῦ πάσχοντος ἐν ἀληθείᾳ, ἀπαθοῦς δὲ μένοντος ἐν θεότητι. *Χριστοῦ γὰρ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ*, φησὶν ἡ Γραφή· καὶ πάλιν· *Θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ πνεύματι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Σταυροῦται, θάπτεται, κατέρχεται εἰς τὰ καταχθόνια ἐν θεότητι καὶ ἐν ψυχῇ· αἰχμαλωτεύει τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀνίσταται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτῷ τῷ ἁγίῳ σώματι, συνενώσας τὸ σῶμα τῇ θεότητι, μηκέτι λυόμενον, μηκέτι πάσχον, μηκέτι ὑπὸ θανάτου κυριευόμενον, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει.*

Γ'. Αὐτὸ σῶμα ἀληθινῶς, αὐτὴν τὴν σάρκα, αὐτὴν τὴν ψυχὴν, αὐτὰ τὰ πάντα, οὐκ ἄλλο τι παρὰ τὸ ὂν σῶμα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὂν ἐνδυναμώσας, εἰς μίαν ἑνότητα, εἰς μίαν θεότητα, τὸ σαρκικὸν ἄφθαρτον, τὸ

[1] I Petr. IV, 1. [2] I Petr. III, 18. [3] Rom. VI, 9.

Digitized by Google Распознавание текста

σωματικὸν πνευματικὸν, τὸ παχυμερὲς λεπτομερὲς, τὸ θνητὸν ἀθάνατον, μὴ ἑωρακὸς ὅλως διαφθορὰν, μὴ καταλειφθείσης τῆς ψυχῆς ἐν ᾅδῃ, μὴ μερισθέντος τοῦ ὀργάνου πρὸς ἁμαρτίαν, μὴ χρανθέντος τοῦ νοῦ τροπῇ, ἀλλὰ τὰ ὅλα μὲν ἀνθρώπου λαβὼν, φυλάξας δὲ ὅλα τέλεια ἐπιδεδωκυίας τῆς θεότητος τῇ ἀληθινῇ ἐνανθρωπήσει πρὸς τὰς εὐλόγους χρείας, λέγω δὴ τὰς ἐκ σώματός τε καὶ ψυχῆς, καὶ ἐκ νοῦ ἀνθρωπίνου ἐπιζητουμένας τὴν πληροφορίαν, τουτέστι πείνῃ καὶ δίψει, κλαυθμῷ τε καὶ ἀθυμίᾳ, δακρύσει τε καὶ ὕπνῳ καὶ ἀναπαύσει. Ταῦτα γὰρ οὐχ ἁμαρτίας εἶδος, ἀλλ' ἐνανθρωπήσεως ἀληθεστάτης γνώρισμα, ἀληθείᾳ τῆς θεότητος συνούσης τῇ ἀνθρωπότητι, οὐ τὰ ἀνθρώπινα πασχούσης, ἀλλὰ τῆς θεότητος συνευδοκούσης εἰς τὰ εὔλογα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἁμαρτίας καὶ τροπῆς ἀπηγορευμένης· ἀνέστη, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν, ἵνα τὸ παχυμερὲς λεπτομερὲς ἀποδείξῃ, αὐτὸ τὸ δν σὺν σαρκὶ καὶ ὀστέοις. Μετὰ γὰρ τὸ εἰσελθεῖν, ἔδειξε χεῖρας καὶ πόδας καὶ πλευρὰν νενυγμένην, ὀστέα τε καὶ νεῦρα, καὶ τἆλλα, ὡς μὴ εἶναι φαντασίαν τὰ ὁρώμενα. Πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιεῖτο δι' ἑαυτοῦ τὰ ὅλα τελείως. Καὶ συναλίζεται οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ· παιδεύων τε ἐδίδαξε βασιλείαν οὐρανῶν κηρύσσειν ἐν ἀληθείᾳ, τὸ μέγα καὶ κορυφαιότατον σημαίνων τοῖς μαθηταῖς, καὶ λέγων· *Μαθητεύσατε τὰ ἔθνη*· τουτέστι μεταβάλλετε τὰ ἔθνη ἀπὸ κακίας εἰς ἀλήθειαν, ἀπὸ αἱρέσεων εἰς μίαν ἑνότητα. *Βαπτίσατε αὐτοὺς εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος*· εἰς τὴν Κυριακὴν ὀνομασίαν τῆς Τριάδος, τὴν ἁγίαν καὶ βασιλικὴν σφραγῖδα· ἵνα δείξῃ ἐκ τοῦ ὀνόματος μηδεμίαν ἀλλοίωσιν εἶναι τῆς μιᾶς ἑνότητος. Ὅπου γὰρ οἱ βαπτιζόμενοι κελεύονται ὑπ' αὐτοῦ *εἰς ὄνομα Πατρὸς*, ἀσφαλὴς ἡ δοξολογία· *εἰς ὄνομα Υἱοῦ*, οὐκ ἀποδέοντος ἡ ἐπίκλησις· *εἰς ὄνομα ἁγίου Πνεύματος*, οὐ διῃρημένος ὁ σύνδεσμος, οὔτε ἀπηλλοτριωμένος τῆς μιᾶς θεότητος ἔχων τὴν σφραγῖδα.

A inquam, divinitatem consociavit; ut et carne constans et incorruptum, corporeum simul ac spirituale, concretum ac tenue, mortale pariter atque immortale illud esset: quod nulla omnino tabe dissolutum fuerat; neque ejus anima apud inferos relicta, nec ipsum velut instrumentum quoddam aliqua ex parte peccati in obsequium impensum, neque mens ulla erat in deterius mutatione polluta. Sed ita sibi omnia quæ hominum propria sunt adscivit, eadem ut integra servaret, quæ veræ illi, quam sibi conciliaverat, naturæ necessarios ad usus divinitas concesserat, usus nimirum illos, qui ut esse penitus possint partim corporis egent, partim animi, atque humanæ mentis adminiculo: cujusmodi sunt fames, sitis, fletus, ac dolor, lacrymæ, B somnus ac requies. Hæc enim omnia nulla infuscata peccati specie, susceptæ reipsa naturæ hominis argumenta continent, qua cum vere consociata divinitas humanum tamen patitur nihil, tametsi quæ rationi consentanea forent, et ab omni scelere, atque in pejus mutatione procul essent, admiserit. Ad hæc excitatus a morte Christus occlusis januis ingressus est, uti quod hactenus crassum concretumque fuerat corpus, eadem cum carne ossibusque tenue ac subtile esse monstraret. Statim enim atque introgressus est manus ac pedes, et confossum latus cum ossibus ac nervis ostendit: adeo quæ tum videbantur solida erant, nec specie tenus exstabant. Quibus rebus eorum omnium, quæ fidei, C speique nostræ **50** proposita sunt, promissorum per sese veritatem penitus approbavit. Postea non ficta duntaxat imagine, sed reipsa cum suis epulatus eosdem instituit, ac cœleste regnum cum veritate nuntiare docuit: tum cum maximum illud longeque præcipuum arcanum discipulis aperuit. *Docete*, inquit[1], *omnes gentes*. Hoc est: Ab improbitate illas ad veritatem; ab sectis variis ad ejusdem dogmatis communionem traducite. *Baptizate eos n nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti;* nimirum in Dominica Trinitatis appellatione, quod psum sacrosanctum est, ac regium signum; quo vel ipso nomine significaret, nihil esse ab unitate iversum. Cum enim baptizari homines jubet *in nomine Patris*, firma ac stabilis est gloriæ prædicatio. Quod vero additur *in nomine Filii*, nulla re hunc a paterna dignitate deficere appellatio ipsa eclarat. Postremo iis in verbis, *in nomine Spiritus sancti*, nulla est conjunctionis divisio, varietas ulla; sed unius divinitatis velut signum repræsentat.

Δ'. Καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανὸν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ νῷ, συνενώσας εἰς μίαν ἑνότητα καὶ μίαν πνευματικὴν ὑπόστασιν. Καὶ ἔνδεον ἀποτελέσας, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, πέμψας κήρυκας εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην, Σίμωνα Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου, οὓς πάλαι ἐξελέξατο· Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, Ματθαῖον, Θωμᾶν τε καὶ Ἰούδαν, καὶ Θαδδαῖον, Σίμωνα τὸν Ζηλωτήν. Ἰούδας γὰρ ὁ Ἰσκαριώτης, εἰ καὶ πρώην ἐν τοῖς δώδεκα ἐψηφίζετο, προδότης γενόμενος, ἀπετμήθη τοῦ ἁγίου τῶν ἀποστόλων καταλόγου. Ἀπέστειλε δὲ καὶ ἄλλους ἑβδομηκονταδύο κηρύττειν, ἐξ ὧν ἦσαν

D IV. Denique eodem cum corpore et anima menteque ad superos evectus est, omnibus illis in unum conflatis, atque in eamdem spiritualem personam concurrentibus, divinisque redditis. Inde mox ut ad Patris dextram consedit, præcones in universum orbem dimisit, Simonem Petrum, et Andream ejus fratrem, Jacobum et Joannem Zebedæi filios, quos olim delegerat, Philippum et Bartholomæum, Matthæum, Thomam, et Judam, ac Thaddæum, ac Simonem Zeloten: nam Iscariotes Judas etsi hactenus ad XII ascriptus fuerat, posteaquam proditorem se fecit, ab sacro apostolorum numero est expunctus. Præter hos, LXXII alios ad eam-

[1] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google Распознавание текста

dem functionem allegat, e quibus VII illi fuere, qui ad viduarum obsequium delecti sunt: Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, et Nicolaus, et ante hos Matthias, qui loco Judæ inter apostolos cooptatus est. Ad septenos illos ac Matthiam, Marcum insuper, et Lucam, Justum, Barnabam, Appellem, Ruffum, Nigrum, ac reliquos, uti diximus, LXXII adjecit. Quibus cum etiam sanctum Paulum suapte de cœlo voce missa apostolum gentium ac præconem, et apostolicæ doctrinæ consummatorem instituit. Qui quidem sanctum Lucam, ut memorant, unum e LXXII discipulis **51** qui varias in regiones dissipati fuerant, reduxit, eumque comitem et adjutorem Evangelii simul et apostolum adhibuit. Hoc modo totum Evangelii negotium ad id usque temporis confectum est.

Atque hactenus de XI sectis, deque eo quod ordine consecutum est, et a me pro virium captu paucis explicatum, evangelica scilicet luce, quæ a Christo Domino, Christique discipulis orbi terrarum illata fuit. Quibus a me dictis consentanea pleraque colligere licet, ac vaticinia et oracula ex lege veteri, vel Psalmis aliisque libris conquirere, et omnium seriem, ordinemque perscrutari; ex iisque Incarnationem Christi Domini perspicue comprobare non supposititiam, sed veram exstitisse, atque in lege veteri nuntiatam, ut de eo nullus sit dubitandi locus relictus. Sed ne hujus operis tractatio in infinitum excrescat, his quæ dicta sunt erimus contenti.

Ac deinceps opiniones illas, quæ in hominum vitam postea pessimo colore ac specie prolatæ sunt, eadem serie pertexam: posteaquam XI Judæorum Samaritanorumque sectas cum superioribus IX, quæ partim e Græcis, partim ex barbaris aliisque conflatæ sunt ante Salvatoris adventum, ad hæc usque tempora habita brevitatis ratione percensui.

De Nazarenis, sive Christianis.

Nazarræorum sive Christianorum est qui a Judæis brevi interjecto tempore vocatus est Christianismus, et ab ipsis adeo apostolis id nomen obtinuit, cum ita Petrus locutus sit, *Jesum Nazarenum virum probatum a Deo* [1], etc. Postea vero Antiochiæ Christianismus appellari cœpit. Est et alia proprie Nazarræorum secta, de quibus suo loco disputabimus.

οἱ ἑπτὰ, οἱ ἐπὶ τῶν χηρῶν τεταγμένοι· Στέφανος, Φίλιππος, Πρόχορος, Νικάνωρ, Τίμων, Παρμηνᾶς, καὶ Νικόλαος. Πρὸ τούτων δὲ Ματθίας, ὁ ἀντὶ Ἰούδα συμψηφισθεὶς μετὰ τῶν ἀποστόλων. Μετὰ τούτους δὲ τοὺς ἑπτὰ καὶ Ματθίαν τὸν πρὸ αὐτῶν, Μάρκον, Λουκᾶν, Ἰοῦστον, Βαρνάβαν, καὶ Ἀπελλῆν, Ῥοῦφον, Νίγερα, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἑβδομηκονταδύο. Μετ' αὐτοὺς δὲ πάντας καὶ σὺν αὐτοῖς Παῦλον τὸν ἅγιον ἀπόστολον διὰ φωνῆς ἰδίας ἀπ' οὐρανοῦ ἀπόστολον ὁμοῦ καὶ κήρυκα ἐθνῶν, καὶ πληρωτὴν ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐξελέξατο. Ὃς εὑρίσκεται τὸν ἅγιον Λουκᾶν ὄντα τῶν ἑβδομηκονταδύο τῶν ἐσκορπισμένων, ἐπιστρέψας, καὶ ἀκόλουθον ἑαυτῷ ποιήσας, συνεργὸν τοῦ Εὐαγγελίου ὁμοῦ καὶ ἀπόστολον. Καὶ οὕτως ἐτελέσθη ἡ πᾶσα Εὐαγγελικὴ πραγματεία ἕως τούτου τοῦ χρόνου.

Ἔσται δέ μοι ὁ λόγος ἕως ὧδε περὶ τῶν ἕνδεκα αἱρέσεων, καὶ τῆς κατὰ δύναμιν ἀκολουθίας ἐν συντόμῳ μοι εἰρημένης, εὐαγγελικῆς φωταγωγίας τῆς ἐν κόσμῳ δι' αὐτοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ γεγενημένης· οὓς τὰ ὅμοια συλλέξαι, καὶ παραθέσθαι τὰ προθεσπίσματά τε καὶ τὰς προφητείας ἀπὸ Νόμου τε καὶ Ψαλμῶν καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἀκολουθίας, καὶ τὰς ἀγωγὰς ἔνεστιν ἰδεῖν, καὶ τὴν ἀκρίβειαν καταλαβέσθαι, ὡς οὐ νόθος, ἀλλ' ἀληθὴς, καὶ προκαταγγελθεὶς [2] ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἀναμφίβολός ἐστιν ἡ ἔνσαρκος Χριστοῦ παρουσία, καὶ εὐαγγελικὴ διδασκαλία. Ἵνα δὲ μὴ εἰς ὄγκον παρεκτείνω τὴν τῆς συντάξεως πραγματείαν, τούτοις ἀρκεσθήσομαι.

Προϊὼν δὲ ἐφεξῆς τὰς μετέπειτα τῷ βίῳ ἐπιφυείσας ἐπὶ κακῇ προφάσει δόξας ὁμοίως διαγορεύσω, ἤδη τὰς ἕνδεκα τὰς ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ τὰς πρὸ αὐτῶν ἐννέα ἐξ Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων, καὶ τῶν ἄλλων γενομένας πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, καὶ ἕως αὐτοῦ τοῦ χρόνου μετρίως ἀπαριθμησάμενος.

Περὶ Ναζωραίων, ἤτοι Χριστιανῶν.

Ναζωραίων, ὅ ἐστι Χριστιανῶν, ὁ κληθεὶς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὑπὸ Ἰουδαίων Χριστιανισμὸς, καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων, λέγοντος Πέτρου· *Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἐκ τοῦ θεοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὕστερον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀρξάμενος καλεῖσθαι Χριστιανισμός. Ἔστι δὲ καὶ φύσει αἵρεσις Ναζωραίων, περὶ ὧν καθεξῆς λέξομεν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀκολουθίας.

[1] Act. II, 22. [2] Fort. προκαταγγελθεῖσα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΤΟΜΩ

ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ,

Ἐν ᾧ εἰσιν αἱρέσεις δεκατρεῖς οὗτως.

INDICULUS EORUM QUÆ IN TOM. II LIB. I CONTINENTUR,

Qui hæreses complectitur XIII hoc ordine.

Α'. Σιμωνιανοί, οἱ ἀπὸ Σίμωνος τοῦ Μάγου τοῦ ἐπὶ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, κώμης Γιτθῶν τῆς Σαμαρείας. Οὗτος ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὡρμᾶτο, Χριστοῦ δὲ ὑπέδυ ὄνομα μόνον. Ἐδίδαξε δὲ αἰσχροποιΐαν, μίξιν μιλυσμοῦ, γυναικῶν ἀδιαφορίαν. Σωμάτων δὲ ἀποβάλλεται τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὸν κόσμον μὴ εἶναι Θεοῦ φάσκει. Εἰκόνα δὲ αὐτοῦ ὡς Διὸς, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ πόρνης ὀνόματι Ἑλένης, Ἀθηνᾶς τύπον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παρεδίδου εἰς προσκύνησιν. Ἔλεγε δὲ ἑαυτὸν Σαμαρείταις μὲν τὸν Πατέρα, Ἰουδαίοις δὲ τὸν Χριστόν.

Β'. Μενανδριανοί, οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ Σίμωνος διὰ Μενάνδρου τινὸς ἐναρξάμενοι διαφερόμενοί τε πρὸς τοὺς Σιμωνιανοὺς κατά τι· ὃς ἀπὸ ἀγγέλων ἔλεγε τὸν κόσμον γεγενῆσθαι.

Γ'. Σατορνιλιανοί, οἱ κατὰ τὴν Συρίαν τὴν τῶν Σιμωνιανῶν κρατύνοντες αἰσχρολογίαν, ἕτερα δὲ παρὰ τοὺς Σιμωνιανοὺς εἰς ἔκπληξιν περισσοτέραν κηρύσσοντες, ἀπὸ δὲ Σατορνίλου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότες, ὃς καὶ αὐτὸς κατὰ Μένανδρον ὑπ' ἀγγέλων τὸν κόσμον γεγενῆσθαι ἔφατκε, μόνων δὲ ἑπτὰ διὰ τὴν τοῦ ἄνω Πατρὸς γνώμην.

Δ'. Βασιλειδιανοί, οἱ τῆς αὐτῆς αἰσχρουργίας τελεσταί, ἀπὸ Βασιλείδου τοῦ ἅμα Σατορνίλῳ τοῖς Σιμωνιανοῖς καὶ Μενανδριανοῖς μεμαθητευμένοι, τὰ ὅμοια μὲν φρονοῦντος, κατά τι δὲ διαφερομένου. Λέγει δὲ τριακοσίους ἑξηκονταπέντε οὐρανοὺς εἶναι, καὶ τούτοις ὀνόματα ἀγγελικὰ ἐκτίθησι. Διὸ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν τοσούτων ἡμερῶν εἶναι, καὶ τὸ Ἀβρασὰξ ὄνομα δυνάμεως, ὃ φέρει ψῆφον τξε', καὶ εἶναί φησι τοῦτο ἅγιον Πνεῦμα ὄνομα.

Ε'. Νικολαΐται, ἀπὸ Νικολάου τοῦ ἐπὶ ταῖς χήραις ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ταχθέντος, ὃς διὰ ζῆλον τῆς ἰδίας γαμετῆς τὴν αἰσχρουργίαν ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐπιτελεῖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐδίδαξε· καὶ περὶ τοῦ Καύλακαχ, καὶ Προυνίκου, καὶ ἄλλων βαρβαρικῶν ὀνομάτων, ἃ τῷ κόσμῳ μυσαρῶς εἰσηγήσατο.

Ϛ'. Γνωστικοί, οἱ τὰς αὐτὰς αἱρέσεις διαδεξάμενοι· πλέον δὲ αὐτῶν πάντων τὴν αἰσχρότητα ἐμμανῶς ἐργαζόμενοι· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ Στρατιωτικοὶ καλούμενοι καὶ Φιβιωνῖται· ἐν δὲ τοῖς ἀνωτερικοῖς μέρεσι Σεκουνδιανοί, ἐν ἄλλοις δὲ μέρεσι Σωκρατῖται, παρὰ δὲ ἑτέροις Ζακχαῖοι. Ἄλλοι δὲ Κοδδανοὺς αὐ-

A

B

C

52 I. Simoniani a Simone Mago cognominati, qui apostoli Petri temporibus vixit, e Gitthis vico quodam oriundus. Iste cum esset Samaritanus, Christum nomine tenus professus est: auctor nefandæ obscenitatis, et inquinatissimi concubitus. Præterea promiscuas uxores esse voluit. Corpora negat resurgere, nec a Deo mundum fabricatum esse statuit. Imaginem porro suam scortique sui, nomine Helenæ, sub Minervæ specie discipulis adorandam obtrusit. Apud Samaritas pro Deo Patre se venditans, Judæis Christum se esse dicebat.

II. Menandriani ab eodem illo Simone per Menandrum quemdam originem traxerunt, nonnullisque in rebus a Simonianis discrepant. Menander porro mundum ab angelis fuisse productum asseruit.

III. Saturniliani in Syria Simonianorum turpitudinem auxerunt. Nonnulla quoque ad majorem conciliandum stuporem ad illorum adjecere dogmata. Horum princeps Saturnilus fuit, qui perinde ac Menander mundi conditores angelos, hoc est septenos ex iis, facit, idque ipsos de supremi parentis sententia suscepisse statuit.

IV. Basilidiani fœditatis ejusdem socii ad Basiliden originem referunt, qui cum Saturnilo Simonianis, ac Menandrianis operam dedit: ac tametsi eadem fere sentiat, in quibusdam tamen discrepat. Nam cœlestes orbes CCCLXV constituit, quos angelicis nominibus afficit: ideoque totidem diebus annum constare censet. Addit et Abrasaxam cujusdam virtutis nomen, quæ CCCLXV numerum litteris exprimit, idque Spiritum esse sanctum asserit.

V. Nicolaitæ a Nicolao illo derivati sunt, cui ab apostolis viduarum cura commissa fuerat. Hic zelotypia ob uxorem æstuans, cum aliis præposteram libidinem exercere suos docuit. Sed et Caulacach, et Prunicum, et alia nominum portenta turpiter in mundum invexit.

53 VI. Harum Gnostici successores hæresum longe omnes turpitudinis atque exsecrandæ fœditatis vesania superarunt. Militares porro in Ægypto dicuntur, et Phibionitæ; in superiore tractu Secundiani; alibi Socratitæ; ab aliis Zachæi. Sunt qui eos Coddianos nominent; quidam Borborίτας, sive

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

lutulentos. Ab istis Barbelo, sive Barbero, nescio quæ prædicari solet.

VII. Carpocratiani a Carpocrate quodam Asiatico dicti, qui ad omne turpitudinum ac flagitiorum genus discipulos informabat. Quod si quis, aiebat, non omnia percurrerit, neque dæmonum, et angelorum omnium voluntati satisfecerit, supremum in cœlum evehi minime potest, neque principatus, potestatesque transcendere. Asserebat idem Jesum mente præditam animam sumpsisse, et cognitione cœlestium imbutum hominibus ea nuntiasse : ac si quis eadem, quæ Jesus olim, perpetret, haud eo inferiorem futurum. Demum legem una cum mortuorum resurrectione damnabat, quemadmodum et Simoniani, cæterique omnes, quos hucusque percensui. Ex hujus grege Marcellina illa Romæ fuit. Atque idem Jesu, Paulique, nec non et Homeri ac Pythagoræ clanculum imagines fingens, suffitibus eas et adoratione prosecutus est.

VIII. Cerinthiani, sive Merinthiani, a Cerintho, vel Merintho Judaici generis exstiterunt, qui circumcisionem præ se ferebant. Mundum ab angelis fabricatum, Jesum ad Christi dignitatem per virtutum incrementa pervenisse dixerunt.

IX. Nazareni ita Jesum esse Christum, Deique Filium asseruerunt, ut Mosis legem omnino vitæ ad institutum adsciverint.

X. Cerinthianis, ac Nazarenis simillimi sunt Ebionitæ, quibus cum Sampsæis, et Elcesæis aliqua ex parte convenit. Hi Christum in cœlo creatum, ejusque sanctum Spiritum affirmant. Illum ipsum in Adamum sese infudisse primo, ac deinde exuisse narrant ; tum subiisse denuo ; idque commodum fecisse, cum in terras corpore circumfusus advenit. Ac licet Judæi sint, Evangelium nihilominus adhibent. Carnium esum detestantur. Aquam pro Deo venerantur. Christum in suo illo, uti diximus, adventu hominem induisse dicunt. Denique aquis sé identidem tam hieme quam æstate lavant, **54** nimirum puritatis conciliandæ sibi gratia, quemadmodum Samaritæ.

XI. Valentini corporum resurrectionem negant. Vetus Testamentum, ac prophetas respuunt. Quæ nihilominus legunt ipsi, et si quid est quod ad illorum hæresin per figuram ac tropum accommodari possit, id admittunt. Sed certas quasdam fabulas addiderunt, et triginta æonum utriusque sexus vocabula commenti sunt ; quos quidem æonas ab universorum parente ac conditore productos asserunt, quos et deos, et æonas faciunt. Demum Christum e cœlo corpus extulisse, ac per Mariam traductum esse velut per tubulum existimant.

XII. Secundiani, eorumque socii Epiphanes, atque Isidorus, eadem inter se paria componentes cum Valentinis consentiunt : nonnulla tamen ab iis diversa ponunt ; et ad fœdam insuper libidinem suos instituunt. Iidem et Incarnationem negant.

XIII. Ptolemæi Valentini discipuli fuerunt, qui-

τοὺς λέγουσιν· ἄλλοι δὲ Βορβορίτας αὐτοὺς καλοῦσιν. Οὗτοι τὴν Βαρβελὼ καὶ Βαρβερὼ αὐχοῦσι.

Ζ'. Καρποκρατιανοί, ἀπὸ Καρποκράτους τινὸς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὃς ἐδίδασκε πᾶσαν αἰσχρουργίαν ἐκτελεῖν, καὶ πᾶν ἐπιτήδευμα ἁμαρτίας. Καὶ εἰ μή τις, φησὶ, διὰ πάντων παρέλθοι, καὶ τὸ θέλημα πάντων τῶν δαιμόνων καὶ ἀγγέλων ἐκτελέσῃ, οὐ δύναται ὑπερβῆναι εἰς τὸν ἀνώτατον οὐρανὸν, οὐδὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας παρελθεῖν. Ἔλεγε δὲ τὸν Ἰησοῦν ψυχὴν νοερὰν εἰληφέναι, εἰδότα δὲ τὰ ἄνω ἐνταῦθα καταγγέλλειν· καὶ ὡς εἴ τι πράξειεν ὅμοια τῷ Ἰησοῦ, κατ' αὐτὸν εἶναι. Τόν τε νόμον σὺν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει ἀπηγόρευεν, ὡς αἱ ἀπὸ Σίμωνος καὶ δεῦρο αἱρέσεις. Τούτου γέγονεν ἡ ἐν Ῥώμῃ Μαρκελλίνα. Εἰκόνας δὲ ποιήσας ἐν κρυφῇ Ἰησοῦ, καὶ Παύλου, καὶ Ὁμήρου, καὶ Πυθαγόρου, ταύταις ἐθυμία καὶ προσεκύνει.

Η'. Κηρινθιανοί, οἱ καὶ Μηρινθιανοί· οὗτοι ἀπὸ Κηρίνθου καὶ Μηρίνθου Ἰουδαῖοί τινες τὴν περιτομὴν αὐχοῦντες· τὸν δὲ κόσμον ὑπ' ἀγγέλων γεγενῆσθαι λέγοντες, Ἰησοῦν δὲ κατὰ προκοπὴν Χριστὸν κεκλῆσθαι.

Θ'. Ναζωραῖοι, οἱ Χριστὸν ὁμολογοῦσιν Ἰησοῦν Υἱὸν Θεοῦ, πάντα δὲ κατὰ νόμον πολιτευόμενοι.

Ι'. Ἐβιωναῖοι, οἱ παραπλήσιοι τῶν προειρημένων Κηρινθιανῶν καὶ Ναζωραίων· οἷς συνήφθη κατά τι ἡ τῶν Σαμψαίων τε καὶ Ἐλκεσαίων αἵρεσις. Οἱ Χριστόν φασιν κεκτίσθαι ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Ἐνδημήσαντα δὲ τὸν Χριστὸν ἐν τῷ Ἀδὰμ πρῶτον, καὶ κατὰ καιρὸν ἐκδυόμενον αὐτὸν τὸν Ἀδάμ, καὶ πάλιν ἐνδυόμενον, τὸ αὐτὸ τοῦτό φασιν ἐκτετελεχέναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Ἰουδαῖοι δὲ ὄντες Εὐαγγελίοις κέχρηνται. Σαρκοφαγίαν βδελύττονται. Τὸ ὕδωρ ἀντὶ Θεοῦ ἔχουσι· τὸν δὲ Χριστὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ ἐνδεδύσθαι, ὡς ἔφην. Συνεχῶς δὲ βαπτίζονται ἐν τοῖς ὕδασι θέρους τε καὶ χειμῶνος, εἰς ἁγνισμὸν δῆθεν, ὥσπερ οἱ Σαμαρεῖται.

ΙΑ'. Οὐαλεντῖνοι, οἱ σαρκὸς μὲν ἀπαγορεύουσιν ἀνάστασιν, Παλαιὰν Διαθήκην ἀθετοῦσι καὶ προφήτας, ἀναγινώσκοντες μὲν καὶ ὅσα εἰς ὁμοίωσιν δύναται τροπολογεῖσθαι τῆς αὐτῶν αἱρέσεως, καὶ δεχόμενοι· ἑτέρας δέ τινας μυθολογίας παρεισφέροντες, τριάκοντα αἰώνων ὀνομασίας λέγοντες ἀρρένων θηλειῶν, ὁμοῦ τε ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων γεγενημένους, οὓς καὶ θεοὺς ἡγοῦνται καὶ αἰῶνας. Τὸν δὲ Χριστὸν ἀπ' οὐρανοῦ σῶμα ἐνηνοχέναι, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τὴν Μαρίαν διαπεπερακέναι.

ΙΒ'. Σεκουνδιανοί, οἷς συνάπτεται Ἐπιφάνης καὶ Ἰσίδωρος, ταῖς αὐταῖς κεχρημένοι καὶ οὗτοι συζυγίαις, τὰ ὅμοια Οὐαλεντίνῳ πεφρονηκότες, ἕτερα δὲ παρ' αὐτῶν ποσῶς διηγούμενοι. Προστιθέασι δὲ τὴν αἰσχρουργίαν διδάσκοντες. Ἀπαγορεύουσι δὲ καὶ οὗτοι τὴν σάρκωσιν.

ΙΓ'. Πτολεμαῖοι, μαθηταὶ καὶ αὐτοὶ ὄντες Οὐαλεν-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τίνου, εἷς συνάπτεται ἡ Φλώρα. Τὰ αὐτὰ δὲ περ A τῶν συζυγιῶν καὶ αὐτοὶ λέγουσι, καθάπερ Οὐαλεντῖνος καὶ Σεκουνδιανοί. Κατά τι δὲ καὶ οὗτοι διαφέρονται.

Αὕτη καὶ ἡ τοῦ δευτέρου τόμου τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν δεκατριῶν αἱρέσεων ἀνακεφαλαίωσις.

lbuscum Flora conjungitur. Par idemque dogma in conjugationibus illis cum Valentino, ac Secundianis astruunt; sed in quibusdam tamen discrepant.

Hæc est secundi tomi primi voluminis summa quæ XIII hæreses complectitur.

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

[55] LIBRI I TOMUS II.

ΚΑΤΑ ΣΙΜΩΝΙΑΝΩΝ,

Πρώτη αἵρεσις ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν πίστεως, ἀπὸ δὲ τῆς ἀκολουθίας εἰκοστὴ πρώτη.

Α'. Σίμωνος γίνεται (27) τοῦ Μάγου πρώτη αἵρεσις, ἀπὸ Χριστοῦ καὶ δεῦρο ἀρξαμένη. Οὖσα δὲ αὕτη τῶν εἰς ὄνομα Χριστοῦ, οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ εὐαγώγως, ἀλλὰ κατὰ τὴν παραπεποιημένην παρ' αὐτοῖς φθορὰν τὰ δεινὰ ἐργαζομένη. Οὗτος ὁ Σίμων γόης ἦν· ἀπὸ Γιτθῶν (28) δὲ ὡρμᾶτο τῆς πόλεως τῆς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, νυνὶ κώμης ὑπαρχούσης. Ἐφαντασίαζε δὲ τὸ γένος τῶν Σαμαρειτῶν ταῖς μαγείαις. Ἐξαπατῶν τε καὶ δελεάζων ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι τὴν μεγάλην δύναμιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄνωθεν καταβεβηκέναι. Τὸν Πατέρα δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τοῖς Σαμαρείταις· Ἰουδαίοις δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Υἱόν. Παθόντα δὲ μὴ πεπονθέναι, ἀλλὰ δοκήσει μόνον. Ὑπεκορίσθη δὲ οὗτος τοὺς ἀποστόλους, καὶ αὐτὸς δὲ ὁμοίως ἴσα τοῖς ἄλλοις ὑπὸ Φιλίππου ἐβαπτίσθη μετὰ πολλῶν. Οἱ δὲ πάντες χωρὶς αὐτοῦ ἐξεδέξαντο τὴν τῶν μεγάλων ἀποστόλων παρουσίαν, καὶ διὰ τῆς αὐτῶν χειροθεσίας ἔλαβον Πνεῦμα ἅγιον. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Φίλιππος διάκονος ὢν οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν τῆς χειροθεσίας τοῦ δι' αὐτῆς δοθῆναι Πνεῦμα ἅγιον· οὐκ ὀρθὴν δὲ ὁ Σίμων ἔχων τὴν καρδίαν, οὔτε τὸν λογισμὸν, αἰσχροκερδείᾳ δέ τινι καὶ φιλοχρημοσύνῃ προσανέχων, καὶ τῆς μοχθηρᾶς αὐτοῦ ἐπιτηδεύσεως ἐκτὸς βαίνων οὐδαμῶς, προσέφερε χρήματα Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὅπως δῴη αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν Πνεῦμα ἅγιον παρέχειν, λογισάμενος δώσειν (29) πολλοῖς δὲ [1] ἀντὶ ὀλίγου, διὰ τοῦ ἄλλοις παρέχειν Πνεῦμα ἐπιτωρεῦσαι χρημάτων πληθὺν καὶ ἐπικερδῆναι.

ADVERSUS SIMONIANOS,

Quæ est hæresis ab exortu Christianæ religionis I, ordine XXI.

B

I. Primæ omnium, quæ a Christi tempore ad hanc ætatem prodierunt, hæresis princeps Simon ille Magus exstitit. Quæ quidem secta non recte, neque ex ordine Christianum nomen usurpat; sed pro adulterina sua depravatione atrocissima quæque committit. Igitur Simon iste veneficus fuit Gitthis oriundus olim oppido, nunc vico Samariæ. Qui popularibus suis malis artibus illudens, ac fraudibus pellectos decipiens, magnam se Dei vim esse prædicabat cœlitus in terras delapsam. Porro apud Samaritanos suos pro Deo se Patre venditabat, apud Judæos Filium se faciebat. Negabat revera se, aut aliter quam specie tenus esse passum. Idem apostolis blanditus cum aliis bene multis a Philippo baptizatus est [2]. Mox præter unum illum universi ad summos apostolos venientes, perque manus sibi ab illis impositas Spiritum sanctum excipiunt. Nam Philippus, quod diaconus duntaxat esset, imponendarum manuum, communicandique Spiritus sancti potestate carebat. Verum Simon iste animo ac mente depravatus, cum se turpissimo quæstui et avaritiæ dedidisset, neque quidquam de perversis studiis remisisset, **56** apostolo Petro pecunias obtulit, ut is sibi largiendi per manuum impositionem Spiritus sancti potestatem conferret. Eumdem quippe Spiritum in alios transfundere cogitabat, atque ita maximam sese pecuniarum vim collecturum, atque ingens omnino lucrum eum exiguo pretio commutaturum sperabat.

C

[1] Deest nonnihil. [2] Act. VIII, 13.

(27) *Σίμωνος δὲ γίνεται.* Vide Justinum *Apolog.* I, Irenæum lib. I, cap. 20, Philastr., Augustinum, Theodoretum, Clement. Alexandr. II *Strom.*, Eusebium lib. II *Hist.* cap. 11, Niceph., Ruff., et alios. Sed mirum est, quod in calce VII *Strom.* Clemens asserit Simonem Marcione posteriorem fuisse, ubi Catholicam Ecclesiam hæresibus universis ætate superiorem esse docens, Κάτω δὲ περὶ τοὺς Ἀνδριανοῦ τοῦ βασιλέως χρόνους οἱ τὰς αἱρέσεις ἐπιπνοήσαντες γεγόνασι, καὶ μέχρι γε τῆς Ἀντωνίνου τοῦ πρεσβυτέρου διέτειναν ἡλικίας. Tum Basiliden et Valentium enumerat. Moxque subjicit: Μαρκίων γὰρ κατὰ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἡλικίαν γενόμενος ὡς πρεσβύτης νεωτέροις συνεγένετο. Μεθ' ὃν Σίμων ἐπ' ὀλίγον κηρύσσοντος τοῦ Πέτρου ὑπήκουσεν. Ergo Simon Marcione posterior est? Manifestus itaque error est, ut et illud quod scribit, hæreticos omnes sub Adriani exstitisse tempora. Constat enim Simonem vivente adhuc Petro sub Nerone mortuum esse. Sed quid est quod idem Clem. *Strom.* II de Simonianis loquens iis verbis significat: Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα τῷ Ἑστῶτι, ὃν σέβουσιν, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. An stantes orabant? aut quidpiam aliud ad eum modum agebant?

D

(28) *Ἀπὸ Γιτθῶν.* Steph. Γίττα, πόλις Παλαιστίνης. Πολύβιος, ἐκκαιδεκάτῳ· Τὸ ἐθνικὸν, Γιτταῖος· Ita et Justinus *Apol.* II, Theodor. Γιτθῶν.

(29) *Λογισάμενος δώσειν.* Expungenda vox δώσειν, atque inde deinceps scribendum, λογισάμενος πολλὴν δὴ ἀντὶ ὀλίγου. Nisi retenta voce δώσειν sensus ille quem expressimus magis arrideat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

II. Igitur ex illa malorum dæmonum insania ac magicis artibus conscleratum animum gerens, atque illorum præstigiis delusus, cum nihil haberet promptius, quam ut nequitiæ suæ veneficiorumque barbarum quoddam, ac suis illis auctoribus dæmonibus dignum specimen exhiberet, in apertum prorupit; ac sub Christiani nominis specie, tanquam veratro mel admiscens, sic illius appellationis splendori letale venenum infudit, idque iis obtulit quos fraudulenter captatos et impium hunc in errorem pertractos in exitium adduxit. Cumque in Venerem natura proclivior esset, eorum quæ profitebatur dogmatum verecundia commotus nequissimas opinionum nugas discipulis suis impostor persuasit. Etenim vagam quamdam mulierculam, nomine Helenam, nactus, patria Tyriam, sibi eam copulat, quacum palam nullam habere se consuetudinem simulans, homo vafer clam omni se in libidinum genere volutabat; atque etiam ridicula de ea re fabula discipulos aspersit. Se enim summam esse Dei vim; scortum vero suum Spiritum esse sanctum affirmare ausus est, cujus gratia de cœlo descenderat. Sed in unoquoque cœlo propriam, aiebat, ejus cœli formam indui, quo meos angelos latere possem, et ad meam illam intelligentiam descenderem, hoc est Helenam istam, quæ et Prunicus, et Spiritus sanctus appellatur; per quam angelos creavi; angeli porro mundum, atque homines condiderunt. Eamdem esse confirmabat Helenam, cujus causa bellum Græcos inter ac Trojanos exarsit. Ad hæc fabulam adjiciebat : lapsam de cœlo vim illam semetipsam dissimulasse; deque eo poetas figurate locutos esse. Hæc enim ob supremam illam vim accidisse bella, quæ ab hæreticis aliis Barbero, sive Barbelo dicitur : quæ cum suam illi pulchritudinem ostendisset, sui ipsos amoris stimulis incitasse; adeoque ad eos deprædandos **57** principes, qui mundum condiderant, missam hos ipsos angelos mutuam ad pugnam excitasse : cum interim nihil illa mali passa injecta vehementi sui cupiditate perfecerit, ut se invicem interficerent. Eam quippe detinebant, ne sursum evolare posset; ideoque cum ea singuli in varia transformante se mulierum ac feminarum corpora congressi sunt. Ex illis porro in diversa tam hominum, quam pecudum, aliorumque corpora transibat; ut per mutuas illas promiscuasque cædes effuso sanguine semetipsos minuerent; ipsaque collecta vi rursum in cœlum posset conscendere.

Β'. Οὗτος μὲν οὖν, ἔχων τὴν διάνοιαν πεπονηρευμένην ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μαγείᾳ (30) δαιμονιώδους πλάνης, καὶ πεφαντασιωμένην, πρόχειρος ὢν ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ κακίας τὰ βαρβαρικὰ καὶ δαιμόνων πράγματα διὰ τῆς ἑαυτοῦ μαγγανείας ἐπιδείκνυσθαι, παρελθὼν εἰς μέσον, καὶ προσχήματι ὀνόματος Χριστοῦ, ὡς ἐλλέβορον μέλιτι παραπλέκων, δηλητήριον τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀγρευθεῖσιν εἰς τὴν κακομήχανον αὐτοῦ πλάνην παρενθεὶς τῷ τοῦ ὀνόματος ἀξιώματι Χριστοῦ, θάνατον ἐνεποίησε τοῖς πεισθεῖσι. Λάγνος δὲ ὢν κατὰ τὴν φύσιν, αἰδοῖ τῇ τῶν ἑαυτοῦ ὑποχίσεων ὑπονυσσόμενος, παρεφθαρμένην ὑπόνοιαν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀπατωμένοις ὁ ἀγύρτης παρενεποίησατο. Γυναῖκα γάρ τινα ἑαυτῷ εὑράμενος ῥεμβάδα, Ἑλένην τοὔνομα (31), ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένην, ἄγεται, μὴ ὑποφαίνων συνάφειαν ἔχειν πρὸς ταύτην. Ἐν παραβύστῳ δὲ αἰσχρότητι συμπεριπλεκόμενος τῷ γυναίῳ ὁ γόης, τινὰ μυθώδη ψυχαγωγίαν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὑφηγεῖτο, δῆθεν ἑαυτὸν εἶναι δύναμιν Θεοῦ λέγων τὴν μεγάλην· τὴν δὲ σύζυγον πορνάδα Πνεῦμα ἅγιον εἶναι τετόλμηκε λέγειν, καὶ διὰ ταύτην κατεληλυθέναι φησίν. Ἐν ἑκάστῳ δὲ οὐρανῷ μετεμορφούμην, φησί, κατὰ τὴν μορφὴν τῶν ἐν ἑκάστῳ οὐρανῷ, ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις, καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν Ἔννοιαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη, ἡ καὶ Προύνικος (32), καὶ Πνεῦμα ἅγιον καλουμένη, δι' ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα· οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Εἶναι δὲ ταύτην τὴν Ἑλένην τὴν πάλαι, δι' ἣν οἱ Τρῶες καὶ Ἕλληνες εἰς μάχην ἦλθον. Ἔλεγε δὲ μῦθόν τινα εἰς ταῦτα, ὅτι ἄνωθεν ἡ δύναμις κατιοῦσα ἑαυτὴν μετεμόρφου. Ἀλληγορικῶς δὲ οἱ ποιηταὶ περὶ τούτου ἔφασαν. Διὰ γὰρ ἄνωθεν δύναμιν, ἣν Προύνικόν φασιν, ἥτις παρ' ἄλλαις αἱρέσεσι Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλὼ (33) καλεῖται, τὸ κάλλος αὐτῆς ἐμφαίνουσαν εἰς οἶστρον ἄξασαν αὐτοὺς, καὶ διὰ τοῦτο πεμφθεῖσαν εἰς συλαγωγίαν (34) τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν κόσμον τοῦτον κτισάντων. Καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἰς πόλεμον δι' αὐτὴν ἦκειν· αὐτὴν δὲ μηδὲν πεπονθέναι, ἀλληλοκτονίας δὲ αὐτοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐργάσασθαι παρασκευάσαι, δι' ἣν ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἐπιθυμίαν. Καὶ συνέχοντες αὐτὴν τοῦ μὴ ἄνω δύνασθαι ἀνιέναι, συνεγίνετο αὐτῇ ἕκαστος ἐν ἑκάστῳ σώματι γυναικείας καὶ θηλυκῆς σχέσεως. Μεταγγιζομένης αὐτῆς ἀπὸ σωμάτων θηλυκῶν εἰς σώματα διάφορα ἀνθρωπίνης φύσεώς τε καὶ κτηνῶν καὶ ἄλλων, ἵνα δι' ὧν αὐτοὶ ἐργάζονται κτείνοντές τε καὶ κτεινόμενοι, μείωσιν ἑαυτῶν διὰ τῆς τοῦ αἵματος προσχύσεως ἐργάζωνται· εἶτα ἐκείνη, τὴν δύναμιν συλλεγομένη πάλιν, αὖθις εἰς οὐρανὸν ἀναβῆναι δυνηθῇ.

(30) *Ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μαγείᾳ.* Hinc Simoniani omnes magi. Irenæus : *Et quæcunque sunt alia paterga, apud eos studiose exercentur.* Corrigendum *perierga :* ut Act. XIX, 19, *Qui erant curiosa sectati.*

(31) *Ἑλένην τοὔνομα.* Selenem vocant alii, ut Iren. l. I, cap. 20, Cyrillus, Aug. et alii. Vide Tert. l. *De an.* c. 34.

(32) *Ἡ καὶ Προύνικος.* Dicam de ea voce ad Nicolaitarum hæresim.

(33) *Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλώ.* Syriaca vox esse videtur Barbelo בר בעלא, filius Babalis, id est Jovis. Ut enim Verbum æterni Patris Filius : sic impurus iste Ἔννοιαν suam, hoc est Helenam videri voluit vejut fetum quemdam esse suum; ut Justinus narrat, τὴν ὑπ' αὐτῷ ἔννοιαν πρώτην γενομένην.

(34) *Εἰς συλαγωγίαν.* Ita ex Reg. cod. emendavimus pro eo quod erat ψυχαγωγίαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Γ'. Ἦν δὲ αὕτη τότε ἡ ἐπὶ τοῖς Ἕλλησί τε καὶ Τρωσὶ καὶ ἀνωτάτω πρινὴ τὸν κόσμον γενέσθαι, καὶ μετὰ τὸν κόσμον διὰ τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὰ ἴσα ἰσότυπα πεποιηκυῖα. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν σὺν ἐμοὶ, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα. Καὶ αὕτη δὲ προσεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἔννοια ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἑλένη καλουμένη. Καὶ τούτου ἕνεκεν ἀναγκάζεται αὐτὴν διαγράφειν Ὅμηρος ἐπὶ πύργου ἑστηκέναι, καὶ διὰ λαμπάδος ὑποφαίνειν τοῖς Ἕλλησι τὴν κατὰ τῶν Φρυγῶν ἐπιβουλήν. Ἐχαρακτήριζε δὲ διὰ τῆς λαμπηδόνος, ὡς ἔφην, τὴν τοῦ ἄνωθεν φωτὸς ἔνδειξιν. Διὸ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ θούριον ἵππον μεμηχανημένον, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης, ὅτι ἄγνοιά ἐστι τῶν ἐθνῶν· καὶ ὡς οἱ Φρύγες, ἕλκοντες αὐτὸν ἀγνοίᾳ, τὸν ἴδιον ὄλεθρον ἐπεσπάσαντο· οὕτω καὶ τὰ ἔθνη, τουτέστιν οἱ ἄνθρωποι, ἐκτὸς τῆς ἐμῆς γνώσεως διὰ τῆς ἀγνοίας ἕλκουσιν ἑαυτοῖς τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ καὶ Ἀθηνᾶν πάλιν τὴν αὐτὴν ἔλεγε τὴν παρ' αὐτῶν ἔννοιαν καλουμένην, χρώμενος δῆθεν ὁ πλάνος ταῖς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου φωναῖς, μεταποιῶν τε τὴν ἀλήθειαν εἰς τὸ αὐτοῦ ψεῦδος, τὸ, *Ἐνδύσασθε τὸν θώρακα τῆς πίστεως, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ κνημῖδας, καὶ μάχαιραν καὶ ὑπερόν.* Ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς τοῦ Φιλιστίωνος μιμολογίας ὁ ἀπατεὼν, τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένα διὰ στερεὸν λογισμὸν καὶ πίστιν ἀγνῆς ἀναστροφῆς, καὶ δύναμιν θείου λόγου καὶ ἐπουρανίου, εἰς χλεύην ποιπὸν καὶ οὐδὲν ἕτερον μεταστρέφων. Τί γάρ, φησὶ[1], ταῦτα πάντα εἰς Ἀθηνᾶς τύπους μυστηριωδῶς ἐσχημάτιζε. Διὸ πάλιν ἔλεγεν, ὡς προεῖπον, ὑποφαίνων ἐκείνην τὴν μετ' αὐτοῦ γυναῖκα τὴν ἀπὸ Τύρου ληφθεῖσαν αὐτῷ, τὴν ὁμώνυμον τῆς παλαιᾶς Ἑλένης· τὰ πάντα ταύτην καλῶν, καὶ ἔννοιαν, καὶ Ἀθηνᾶν, καὶ Ἑλένην, καὶ τὰ ἄλλα. Καὶ διὰ ταύτην, φησὶ, καταβέβηκα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον (35) ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· τὸ πρόβατον τὸ πεπλανημένον. Ἀλλὰ καὶ εἰκόνα τινὰ παραδέδωκε τοῖς αὐτοῦ, ὡς δῆθεν αὐτοῦ οὖσαν. Καὶ προσκυνοῦσιν αὐτὴν ἐν εἴδει Διός. Ἄλλην δὲ ὡσαύτως Ἑλένης εἰκόνα παρέδωκεν αὐτοῖς ἐν σχήματι Ἀθηνᾶς, καὶ προσκυνοῦσι ταύτας οἱ πρὸς αὐτοῦ ἠπατημένοι.

A III. Igitur eadem est, aiebat, illa quæ tum Græcorum ac Trojanorum temporibus fuit; imo et ante et post conditum mundum inter angelos similia quædam perpetraverat. Ea vero jam mecum est, ejusque causa descendi; cum eum hactenus adventum exspectaret. Est enim illa notio, quam Homerus Helenam vocavit. Atque ideo pro turri stantem illam, sublatisque facibus Græcorum contra Trojanos insidias moderantem describere coactus est. Hic enim facium fulgor cœleste lumen ab ea patefactum significat. Nam ligneum illum apud Homerum equum quem de industria fabricatum Græci putant, impostor iste gentium ad ignorationem pertinere contendit. Ut enim Trojani, cum illum ad sua mœnia per ignorantiam attraxissent, perniciem sibi consciverunt; ita gentes, hoc est homines universi, qui quidem cognitione mea carent, ex ignoratione sibi exitium arcessunt. Præterea Minervam eamdem esse dicebat, quam notionem, ut diximus, appellabat. Quam ad rem apostoli Pauli dictum illud accommodare, et ad mendacia sua veritatem trahere solebat; cum ita Paulus loquitur: *Induite loricam fidei, et galeam salutis, et ocreas ac gladium, et scutum*[2]. Quæ omnia in eum finem ab Apostolo dicta, ut solidam mentem et castissimi vitæ instituti fidem, et divini ac cœlestis vim sermonis exprimeret, circulator iste, sic tanquam Philistionis mimos ageret, nihil aliud quam ad ludibrium convertit. **58** Quid enim inquiebat? Omnia hæc Minervæ specie mystice declarabat. Quare quam abductam Tyro secum habebat feminam veteris illius Helenæ cognominem, eam, ut dictum est, significari volebat, et ad eam nomina omnia transferebat. Notionis, Minervæ, Helenæ aliaque quamplurima. Et hujus, inquit, gratia descendi. Estque adeo illa, de qua in Evangelio scriptum est, ovis errabunda[3]. Nec iis contentus imaginem quamdam, quam sui effigiem esse dicebat, discipulis tradidit, qui eum sub specie Jovis adorant. Aliam Helenæ, figuram cujusmodi pingi Minerva solet, iisdem discipulis obtrusit, quam perinde fanatici illi venerantur.

B

C

Δ'. Μυστήρια δὲ ὑπέθετο αἰσχρότητος, ῥύσεώς τε σωμάτων, ὅπως σεμνότερον ὑφηγήσομαι· ἀνδρῶν μὲν διὰ τῆς ἀποβροίας, γυναικῶν δὲ διὰ τῶν κατ' ἐθισμὸν τῶν ἐμμηνίων, συλλογῇ τινι αἰσχροτάτῃ εἰς μυστήρια συνάγεσθαι. Καὶ ταῦτα εἶναι μυστήρια ζωῆς, γνώσεώς τε τῆς τελειοτάτης· ὅπερ μάλιστα ὑπάρχει τῷ τὴν σύνεσιν ἐκ Θεοῦ κεκτημένῳ βδελυρίαν μᾶλλον ἡγεῖσθαι καὶ θάνατον ἢπερ ζωήν. Ὀνόματα δέ τινα ὁ αὐτὸς (36) ὑποτίθεται ἀρχῶν τε καὶ

IV. Ad hæc mysteria quædam fœditatis profluvique corporum, ut honestius dicam, instituit; quæ in maribus quidem seminis exundantia, in feminis menstrua purgatione perficerentur. Et ad hæc obeunda mysteria spurcissimos conventus induxit. Hæc enim vitæ esse mysteria, perfectissimæque cognitionis aiebat: quæ qui prudentiam divinitus acceperit, abominandum quiddam ac detestabile, mortemque adeo potius quam vitam esse judicabit.

D

[1] Fort. φησι; vel φύσει. [2] Ephes. VI, 13 sqq. [3] Matth. XII, 11.

(35) *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον.* Tert.: *Hanc igitur esse ovem perditam, ad quam descenderit Puter summus, Simon scilicet*, etc.

(36) *Ὀνόματα δέ τινα ὁ αὐτός.* Tert. *De præscr.* c. 33: *Simonianæ autem magiæ disciplina angelis serviens, utique et ipsa inter idololatrias deputabatur, et a Petro apostolo in ipso Simone damnabatur.* Hæc est angelorum λατρεία, quam magis usitatam esse docet Clem. Alex. III *Strom.*: Ἀμέλει διὰ φροντίδος ἐστὶ καὶ τοῖς μάγοις οἴνου τε ὁμοῦ, καὶ ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι· λατρεύουσιν ἀγγέλοις καὶ δαίμοσιν. Hinc conc. Laod. can. 35: Ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Idem præterea nomina quædam principatuum ac potestatum commentus est, cœlestesque globos varios; atque in firmamento cœloque quolibet intelligentias certas collocat, quibus barbaras appellationes affingit. Negat insuper salutem consequi ullum hominum aliter posse, quam si ejusmodi mysteria didicerit, et universitatis parenti ea sacrificia per illos quos diximus principatus ac potestates obtulerit. Nostrum hoc porro sæculum ab nequitiæ principatibus et potestatibus cum defectu conditum. Sed et carnis duntaxat unius corruptionem atque interitum; animarum vero expiationem astruit, ita tamen si mendacissimæ cognitionis suæ mysteriis initiatæ fuerint. Atque hinc eorum quos Gnosticos appellamus origo profluxit. Præterea legem non a Deo, sed a sinistra quadam intelligentia profectam asserit: uti neque prophetas a bono Deo, sed ab alia atque alia censet intelligentia comparatos fuisse. Adeoque pro arbitrio definit omnia, ut legem unius esse dicat, Davidem alterius, Isaiam ad hanc, Ezechielem ad illam pertinere velit, singulosque prophetas principatibus suis attribuat. Quos omnes sinistræ **59** intelligentiæ quisquis Veteri Testamento fidem adhibet, incurrere mortem asseverat.

V. Verum ejusmodi dogma ab ipsamet veritate refellitur. Nam si vis ille Dei est et quidem magna, scortillum vero contubernale illud Spiritus, ut ait, sanctus est, dicat, quæso, quo tandem nomine appellanda vis illa sit: aut quid causæ sit, cur cum mulierculæ appellationem aliquam tribuerit, sibi-

A ἐξουσιῶν· οὐρανούς τε διαφόρους φησί· καθ' ἕκαστον δὲ στερέωμα καὶ οὐρανὸν δυνάμεις τινὰς ὑφηγεῖται, καὶ ὀνόματα βαρβαρικὰ τούτους ἐκτίθεται. Μὴ ἄλλως δὲ δύνασθαι σώζεσθαί τινα, εἰ μή τι ἂν μάθοι ταύτην τὴν μυσταγωγίαν, καὶ τὰς τοιαύτας θυσίας τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τῶν ἀρχῶν τούτων καὶ ἐξουσιῶν προσφέρειν. Εἶναί τε τὸν αἰῶνα τοῦτον ἀπὸ ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν φησι τῆς κακίας ἐν ἐλαττώματι κατεσκευασμένον. Φθορὰν δὲ ὑφηγεῖται σαρκὸς καὶ ἀπώλειαν μόνον, ψυχῶν δὲ κάθαρσιν, καὶ ταύτην διὰ τῆς ἑαυτοῦ πεπλανημένης γνώσεως ἐν μυσταγωγίᾳ κατασταλεῖν. Καὶ οὕτως ἄρχεται τῶν γνωστικῶν καλουμένων ἡ ἀρχή. Μὴ εἶναι δὲ τὸν νόμον Θεοῦ, ἀλλ' ἀριστερᾶς δυνάμεως ἔφασκε· μήτε προφήτας ἐξ ἀγαθοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν, ἀλλ' ἑτέρας καὶ ἑτέρας δυνάμεως. Καὶ ὡς βούλεται ἑκάστῳ ὁρίζεται τὸν μὲν νόμον τινὸς, Δαβὶδ δὲ ἄλλης, Ἡσαΐαν ἑτέρας, Ἰεζεκιὴλ πάλιν ἑτέρας, καὶ ἕκαστόν τινα τῶν προφητῶν μιᾷ ἀρχῇ ἀνατίθεται. Εἶναι δὲ τούτους ἅπαντας ἐκ τῆς ἀριστερᾶς δυνάμεως, καὶ ἔξω τοῦ πληρώματος. Ἥκειν δὲ τὸν πιστεύοντα τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ θάνατον ὑπέχειν.

B

ascribit, atque a complemento rejicit. Denique

C

Ε'. Ἀνατρέπεται δὲ τοῦτο τὸ δόγμα ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Εἰ γὰρ αὐτὸς εἴη ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ πορνίδιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτός φησι, φησάτω τί τὸ ὄνομα τῆς δυνάμεως, ἢ τίνι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίθετον (37) τῇ μὲν γυναικὶ ἐφηύρατο, ἑαυτῷ δὲ οὐ τὸ παράπαν. Πῶς δὲ ἐν

ποιεῖν, etc. Quæ angelorum ὀνομασία ad magorum præstigias, superstitiososque cultus referri debet, ut et illud Pauli ad Coloss. c. II: Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων. Ex quo illud apparet, quam inepte ab hæreticis ad stolidissimi erroris patrocinium uterque ille locus afferatur. Mirum est vero quod in *Ecclesiasticis annalibus* legitur, de illa angelorum θρησκείᾳ nullam ab Epiphanio mentionem esse factam. Quid enim clarius, quam quod Epiphanius hoc loco narrat, Simonem angelorum nescio quas appellationes esse commentum; nec aliter obtineri posse salutem asseverasse, quam si quis summo Parenti per easdem illas potestates ac dominationes sacrificium offerret? An non hæc est θρησκεία τῶν ἀγγέλων? Atenim angelos, quos mundi conditores fecit, detestatus est Simon, suisque vetuit προσέχειν τούτοις, ut ait Theodor. et Irenæus. Qui igitur convenit, ut θρησκείαν illis adhibuerit? Sed nimirum utrumque verum est. Angelos mundi conditores contemnendos esse docuit eatenus, ut supra illos attollendos se esse crederent, et ad summum illum Patrem emersuros. Ac nihilominus tamen, quandiu in hac vita degerent, exsecrandis illis mysteriis ac ritibus placandos; ne evolantes e corporibus animas pro suo jure retinerent. Quod Gnostici postmodum arripuerunt. Quorum illud erat, τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς ἀποδοτέον.

(37) *Ἢ τίνι τῷ λόγῳ τὸ ἐπίθετον.* Quid tandem sibi vult Epiphanius? Negat enim Simonem ullam sibi appellationem indidisse. Atqui is trium sibi personarum nomina vindicabat, et δύναμιν inter cætera Θεοῦ sese nominabat: hoc est, ut ego interpretor, Dei Filium. Vide Iren.—Quæritur a magno Petavio, quid velit Epiphanius, qui neget Simonem

ullam sibi appellationem indidisse, cum is trium sibi personarum nomina vindicaret, et δύναμιν Θεοῦ inter cætera nominaret sese. Responderi potest mentem Epiphanii esse, Simonem Magum Helenæ quidem tribuisse peculiarem appellationem, Spiritus sancti, sibi vero generalem magnæ virtutis Dei: adeo ut cum certa ac determinata multa nomina ac epitheta daret Helenæ, sibi nullum definiret, sed infinita assumeret: juxta id quod ipse Simon dixit apud Irenæum: *Esse se sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia Pater, et sustinere vocari se quodcunque eum vocant homines.* Et apud Hieronymum ad Matthæi caput XXIV: *Ego sum Sermo Dei, ego sum Speciosus, ego Paracletus, ego Omnipotens, ego omnia Dei.* Idem hæresiarcharum princeps fertur dixisse, in Tertulliano: *A dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse quærendum;* vel, juxta Rigaltii emendationem: *Ad oves aberrantes se, qui esset sapientia, descendisse quærendum;* aut, ut legerim: *Ad ovem se oberrantem, qui esset sapientia, descendisse quærendum*, aut *quærendam;* sive: *Ad hominem se oberrantem, qui esset sapientia, descendisse quærendum.* Neque enim adeo placet Desiderii Heraldi ad Arnobium lectio: *Ad Ennoiam se ovem errantem, quæ esset sapientia, descendisse quærendum.* Monitum quoque velim lectorem de levi menda quæ Tertulliani codices occupat, libro *De anima*, cap. 34, ubi scriptum est de Helenæ injectione prima Simonis, *genuisse angelicas potestates, ignaras Patris, artificis hujus mundi.* Castigandum quippe est, *artifices*, quia Irenæi, quem haud obscure imitatur eo loco Tertullianus, verba sunt: *Generare angelos et potestates, a quibus et mundum hunc factum dixit.* COTELERIUS, pol. ad *Monumenta Ecclesiæ Græcæ*, t. II, p. 763.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

χρόνῳ τινὶ εὑρίσκεται κατὰ διαδοχὴν τὸ χρεὼν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀποδοὺς, ὅτε ἐν μέσῃ τῇ τῶν Ῥωμαίων πόλει (38) ὁ τάλας καταπεσὼν τέθνηκε; Τίνι δὲ τῷ λόγῳ ὁ Πέτρος ἀπεφήνατο αὐτὸν μὴ κλῆρον μηδὲ μερίδα ἔχειν ἐν τῷ μέρει τῆς θεοσεβείας; Πῶς δὲ δύναται ὁ κόσμος Θεοῦ ἀγαθοῦ μὴ ὑπάρχειν, ὁπότε ἐξ αὐτοῦ πάντες οἱ ἀγαθοὶ ἐπελέγησαν; Πῶς δὲ ἀριστερὰ εἴη δύναμις ἡ ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις λαλήσασα, ἥτις περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ προεκήρυχε, καὶ τὰ φαῦλα πάντα ἀπαγορεύει; Πῶς δὲ οὐκ ἂν εἴη μία θεότης, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα Καινῆς καὶ Παλαιᾶς Διαθήκης, ὁπότε ὁ Κύριος εἶπεν· *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι;* Καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ νόμος ὑπ' αὐτοῦ κατηγγέλη, καὶ διὰ Μωϋσέως ἐδωρήθη, ἡ δὲ εὐαγγελικὴ χάρις δι' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας κεκήρυκται, ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· *Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε.* Καὶ ἄλλα πολλά ἐστι πρὸς ἀντίθεσιν τῆς τοῦ γόητος ἀντιλογίας. Πῶς δὲ ἔσται τὰ αἰσχρὰ ζωτικὰ, εἰ μή τι ἂν δαιμόνων εἴη τὸ φρόνημα, ὁπότε αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πρὸς τοὺς λέγοντας αὐτῷ· *Εἰ οὕτως ἡ αἰτία τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.* Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· *Οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν·* καὶ ἔδειξεν, ὡς τὸ φύσει ἀπέχεσθαι συζυγίας βασιλείας οὐρανῶν ἐστι δῶρον; Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον, ὃν αὐτὸς ὁ Σίμων παραφθείρων, αἰσχρῶς μεθοδεύει τὴν ἑαυτοῦ ἐπιθυμίαν, ὅτι· *Οὓς ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.*

Γ'. Πῶς δὲ πάλιν ὁ πλάνος, ἐπιλαθόμενος τῆς ἰδίας ληρῳδίας, ἑαυτὸν ἐλέγχει, ὥσπερ ἀγνοῶν ἃ προλέγει; Φήσας γάρ, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ γεγόνασιν οἱ ἄγγελοι διὰ τῆς αὐτοῦ ἐννοίας, πάλιν ἔλεγε μεταμορφοῦσθαι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, ὅπως λάθοι τοὺς αὐτοὺς ἐν τῷ κατιέναι. Ἄρα δεδιὼς ἐλάνθανε. Καὶ πῶς δέδιεν ὁ ληρολόγος, οὓς αὐτὸς ἐποίησεν ἀγγέλους; Πῶς δὲ οὐ παντὶ εὐθυέλεγκτος αὐτοῦ τοῖς συνετοῖς ἡ ὑποσπορὰ τῆς πλάνης εὑρεθήσεται, ὁπότε ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησὶν ἡ Γραφή; Καὶ συναδόντως τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησὶν, ὡς πρὸς τὸν Θεὸν Πατέρα τὸν ἴδιον· *Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς.* Εἰ τοίνυν ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχει ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μάτην τὰ πάντα τῷ συκοφάντῃ Σίμωνι εἴρηται, τὸ ὑπ' ἀγγέλων τὸν κόσμον ἐν ἐλαττώματι γεγενῆσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα δαιμονῶν ὁ πλάνος τῷ κόσμῳ παραλαλῶν ἐξ-

ipsi nullam prorsus invenerit. Quonam vero pacto, id quod compertum est, accidere potuit, ut certo definitoque tempore Romæ mortem obierit, cum media in urbe decidens ex alto miser interiit? Qua item ratione Petrus hanc in illum sententiam tulit: nullam eum in divino cultu sortem, ac partem obtinere [1]? Potest vero mundus a bono Deo non esse conditus, cum ab eo boni omnes electi sint? At hæc cur sinistra esse vis illa dicitur, quæ in lege ac per prophetas locuta sit? quæ Christi boni Dei adventum prædixerit? quæ nefaria omnia vetuerit? An non una utrobique divinitas idemque Novi simul ac Veteris Testamenti Spiritus esse debet, cum Dominus dixerit: *Non veni solvere legem, sed implere* [2]? Atque ut illud ostenderet, denuntiatam a se legem ac per Moysem concessam; Evangelii vero gratiam per semetipsum, adventumque cum carne suum hominibus promulgatam, ita Judæos allocutus est: *Si credideretis Moysi, mihi quoque credideretis. Ille enim de me scripsit* [3]. Sed et alia quamplurima sunt, quæ adversus contrarias præstigiatoris illius rationes opponere possumus. Ac nisi ille dæmonum sensus esset, quomodo fœda illa turpiaque conciliare vitam possent, cum in Evangelio Dominus ipse iis qui dixerant: *Si ita est causa viri cum uxore, non expedit nubere*, his verbis respondeat: *Non omnes capiunt istud. Sunt enim eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum* [4]? Quibus verbis ostendit a consuetudine mulieris abstinere, munus esse a cœlesti regno derivatum. Rursus idem alio in loco ita de honestis nuptiis loquitur, quas impius Simon violans turpiter libidini suæ viam ac rationem præparat: *Quos Deus conjunxit homo non separet* [5].

VI. Quemadmodum vero nugarum suarum oblitus impostor, velut eorum 60 quæ antea dixerat ignarus, seipsum refellit! Nam cum dixisset angelos a se per intelligentiam suam procreatos esse, subjecit postea, ut eosdem illos latere descendendo posset, figuram in unoquoque cœlo mutasse. Igitur latebat ideo, quod illos metueret. Atqui quid eos quos ipse condiderat angelos impostor ille metuebat? Nonne etiam convictu facilis prudenti cuilibet occulte proseminatus error ille fuerit, cum Scriptura teste, in principio creaverit Deus cœlum et terram [6]? Quibus consentaneum est quod Dominus in Evangelio Deum Patrem alloquens dicit: *Pater, Domine cœli ac terræ* [7]. Quod si cœli terræque conditor est Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, frustra omnia a sycophanta Simone jactantur, mundum scilicet ab angelis cum defectu fabricatum; cæteraque omnia, quæ fanaticus vete-

[1] Act. VIII, 21. [2] Matth. V, 17. [3] Joan. V, 46. [4] Matth. XIX, 10 sqq. [5] ibid. 6. [6] Gen. I, 1. [7] Luc. X, 21.

(38) *Ἐν μέσῃ τῇ τῶν Ῥωμαίων πόλει.* Hanc historiam veteres omnes Patres post Justinum referunt; Eusebius, Cyrillus et alii. Sed de statua Simoni cum hac inscriptione posita, SIMONI DEO SANCTO, vir quidam eruditus addubitat: qui Justinum Græcum hominem errore deceptum putat, cum vulgarem illam ac passim exstantem ἐπιγραφὴν legisset SEMONI DEO SANCO, Simonem pro Semone accepisse. Quæ mihi conjectura sane probabilis est visa.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

rator fraudulentis sermonibus in orbem invexit nonnullosque a se deceptos iisdem mendaciis circumvenit.

VII. Atque hæc compendiose a nobis adversus illius hæresin disputata lectori sufficient, quibus veritas ipsa, ac mali remedia monstrantur; redarguunturque ii qui immani illa corruptela ignaris hominibus fraudem facere conantur. Nunc alio transferenda, et ad alteram hæresin convincendam reflectenda est oratio. Est vero in hæretico illo varium quiddam atque duplex, qui tametsi impostor fuerit, Christi sibi nomen specie tenus imposuit: quemadmodum urinis ex aspidum ac viperarum ovis obortivi serpentium fetus corruptique formantur; id quod iis verbis a propheta dictum est: *Ova aspidum fregerunt, et qui ova illa comedere vellet, inania reperit, ibidemque regulum*[1]. Verum posteaquam Christi, uti diximus, potentia veritatis illum sermonibus impetiimus, ejusque perniciem omnem restinximus, gradum ad reliquas hæreses faciamus, charissimi

A ηγήσατο, καὶ ἀπάτην τισὶν ἐνεποίησε τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένων.

Ζ'. Καὶ ταῦτά μοι ἐν ἐπιτομῇ πρὸς τὴν τούτου αἵρεσιν εἰρημένα ἀρκέσει τοῖς ἐντυγχάνουσιν, εἰς πρόφασιν ἀληθείας τε καὶ ἴασεως, καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν διὰ τῆς τοιαύτης θηριώδους φθορᾶς πειρωμένων ἀδικεῖν τοὺς ἀγνοοῦντας. Ὑπερβήσομαι δὲ, καὶ ἐφ' ἑτέρας πάλιν βαδιοῦμαι αἱρέσεως ἔλεγχον. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ μεταβολὴ καὶ ἐνδυασμός, πλάνου μὲν ὄντος αὐτοῦ, μορφὴν δὲ ὀνόματος Χριστοῦ ἐνδυσαμένου, ὡς ἡ τῶν ἐκτρωμάτων ἑρπετώδης ἐξ οὐρίων ὠῶν ἀσπίδων κυΐσκομένη φθορὰ, καὶ ἄλλων ἐχιδνῶν, ὡς φησιν ὁ Προφήτης· *Ὠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ὁ μέλλων τῶν ὠῶν αὐτῶν φαγεῖν, εὗρεν οὐρια,* B *καὶ ἐν αὐτῷ βασιλίσκον.* Ἀλλὰ τῇ δυνάμει, ὡς ἔφην, τοῦ Χριστοῦ τοῦτον παίσαντες διὰ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, καὶ τὴν αὐτοῦ λύμην ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ἀγαπητοί.

ADVERSUS MENANDRIANOS (39),

Quæ est hæresis post adventum Christi II, ordine XXII.

I. Proxime quidam huic Menander adjungendus est, qui genere Samaritanus aliquanto tempore Simoni operam **61** dedit. Atque hic perinde ut alter mundum ab angelis fabricatum: seipsum vero Dei vim esse de cœlo missam asserit. In quo quidem majorem quam magister ille suus circumveniendis hominibus fraudem ac fallaciam commentus est. Se enim aiebat ad humani generis salutem emissum; atque, ut nonnullos suum ad mysterium contraheret, ne angelorum ac principatuum, potestatumque, quæ mundum condiderant, dominationi subessent. Cætera doctori suo consentanea iisdem præstigiis ac maleficiis attexebat, nec ab ejus dogmate dissidebat; nisi quod majorem se antecessore ac præceptore suo jactabat.

II. Verum in eadem cum isto incommoda delapsus est; iisdemque veritatis convictus sermonibus evertetur. Est enim ipse subversus, ejusque magna

ΚΑΤΑ ΜΕΝΑΝΔΡΙΑΝΩΝ,

Δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ εἰκοστὴ δευτέρα.

Α'. Ταύτῃ καθεξῆς συνάπτεται Μένανδρός τις, ὁ ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος (40) ἐγένετο μαθητεύων τούτῳ τῷ Σίμωνι ἐν χρόνῳ τινί. Ὁμοίως δὲ ἔλεγε καὶ αὐτὸς τὸν κόσμον γεγονέναι ὑπ' ἀγγέλων· ἑαυτὸν δὲ ἔλεγε δύναμιν (41) ἄνωθεν Θεοῦ καταπεπέμφθαι. Μείζονα δὲ κυδείαν οὗτος ὑπὲρ τὸν πρότερον ἐργασάμενος πρὸς ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων, C ἔλεγεν ἑαυτὸν πεπέμφθαι εἰς σωτηρίαν δῆθεν, καὶ εἰς τὸ συνάγειν τινὰς εἰς τὸ ἑαυτοῦ μυστήριον (42), διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων ἀγγέλων καὶ ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν κατακυριευθῆναι. Ὁμοίως δὲ τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ τὰ πάντα συνυφαίνων καὶ γοητείαις καὶ ταῖς ἄλλαις μαγγανείαις οὐ διέλειπεν· οὐδὲν δὲ διήλλαττε τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἑαυτὸν ἔλεγε μείζονα μᾶλλον ἢ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα αὐτοῦ διδάσκαλον.

Β'. Τῷ δὲ αὐτῷ ἐλαττώματι, ᾧ καὶ ὁ αὐτοῦ διδάσκαλος περιέπεσε, καὶ αὐτὸς ἁλοὺς διὰ τῶν αὐτῶν τοῦ ἐλέγχου τῆς ἀληθείας λόγων ἀνατραπήσεται

[1] Isa. LIX, 5.

(39) *Μενανδριανῶν.* De Menandro Tertul., *De præscr.*, c. 46: *Post hunc Menander discipulus illius, similiter magus, eadem dicens quæ Simon ipse; quidquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere quemquam posse salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset.* Vide Euseb., lib. III *Hist.*, cap. 20; Justinum, *Apol.* II; August., Philast., etc.

(40) *Ὃς ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος.* Justinus: Ἀπὸ κώμης Καππαρεταίας. Theodoretus: Ἀπὸ Χαβραὶ κώμης οὕτω καλουμένης.

(41) *Ἑαυτὸν δὲ ἔλεγε δύναμιν.* Atqui Iren., lib. I, cap. 21, scribit Menandrum dixisse primam virtutem incognitam omnibus esse: se vero ad hominum salutem ab angelis esse missum. Quare non μεγάλην illam se esse δύναμιν asseruisse videtur; ut ipsius magister, et erroris architectus; sed mi- D norem quamdam. Quod et diserte Theodor. asserit. Ἑαυτὸν δέ, inquit, οὐ τὴν πρώτην ὠνόμασε δύναμιν· ἄγνωστον γὰρ ἔφησε ταύτην· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνης ἀπεστάλθαι βρενθυόμενος. Quod si ita est, qui verum esse potest, quod subjicit Epiphanius: majorem se Menandrum antecessore suo ac præceptore jactasse? Nisi forte mendacii hac in parte Simonem arguens, eumque in ordinem redigens, sibi ipsi inferiores illius δυνάμεως nomen ac dignitatem arrogavit. Quem ad sensum revocanda sunt Tertulliani verba, ut quia δύναμιν se esse dicebat, etsi non eamdem, quam Simon, præ se ferret, idem de se professus fuisse dicatur.

(42) *Εἰς τὸ ἑαυτῶν μυστήριον.* Privatum quoddam baptismi genus Menander habuit; quo qui initiati essent immortales fore hac in vita persuaserat. Justinus *Apol.* II. Irenæus, Eusebius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Ἀνετράπη γὰρ οὗτος, καὶ ἔληξεν ἡ αὐτοῦ αἵρεσις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Ὑπερβήσομαι δὲ αὐτὴν, ἐφ' ἑτέραν πάλιν προκόπτων τῇ ὑφηγήσει ἐλεύσομαι. Τῷ γὰρ ὄντι οἱ παλαιοὶ ἱστοροῦσι μῦθον, ὡς ἐκ πολλῶν ἀσπίδων συνηγμένων ἐν ἄγγει ἑνὶ ὀστρακίνῳ, καὶ κατατεθεισῶν ἐν τοῖς θεμελίοις τῶν τεσσάρων γωνιῶν ἑκάστου τεμένους τῶν ἐν Αἰγύπτῳ οἰκοδομηθέντων εἰδώλων, καὶ εἴ τις τούτων ἰσχυροτέρα ηὕρηται παρὰ τὰς ἄλλας, ἐπελθοῦσα τὰς ἑτέρας κατέφαγε. Μείνασα δὲ καθ' ἑαυτὴν, καὶ τροφῆς μὴ εὐποροῦσα, στραφεῖσα αὕτη καὶ ἀπὸ τῆς κέρκου (43) ἑαυτὴν ἐσθίειν ἀρξαμένη, ἕως μέρους τινὸς τοῦ σώματος κατέφαγε. Καὶ οὕτως ἔμεινεν οὐκέτι τελεία, ἀλλ' ἡμισυ ὑπάρχουσα ἑρπετοῦ. Διὸ καὶ ἀσπιδογοργόνα ταύτην ἐκάλεσαν, ὥστε νοεῖν ἡμᾶς τὸ παλαιὸν μὲν εἶναι τοῦτο, νῦν δὲ μηκέτι τοῦτο εὑρισκόμενον, ἀλλ' ἠφανίσθαι, ὡς καὶ αὕτη παντελῶς ἀπελαυνομένη. Εἶχε μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν τὴν ἀντιλογίαν, αὐτὴ δὲ διὰ τῆς δυνάμεως Χριστοῦ ἠφάνισται. Καὶ ταύτην δὲ ὑπερβάντες, ἐπὶ τὰς ἐξῆς ἴωμεν, ἀγαπητοί.

A ex parte hæresis exstincta. Quamobrem missam illam faciemus, et ad aliam porro disputationem nostram promovebimus. Siquidem hæc a veteribus historia prodita est: Cum plures aliquando aspides in unum fictile vas conjectæ, et in fundamentis angulorum quatuor cujusque idolorum templi in Ægypto depositæ essent, ex iis aspidibus quæ fortior erat, in alias invasisse, easque devorasse. Quæ cum sola remansisset, et quo se aleret haberet nihil, in seipsam retorta, et a cauda paulatim arrodens parte se aliqua tenus corporis depasta est: adeo ut non amplius integra, sed dimidia sui parte mutilata, permanserit. Idcirco aspidogorgonem illam appellarunt; ut cum eam videmus, fuisse quondam istud ipsum intelligamus, nunc vero minime superesse, ac penitus esse sublatum. Quod ad eam contra quam agimus hæresin convenit. Cui cum disputationem nostram opposuerimus, Christi tamen est virtute profligata. Quare ab illa nos, charissimi, ad refellendam aliam convertamus.

B

ΚΑΤΑ ΣΑΤΟΡΝΙΑΙΑΝΩΝ (44),

Τρίτη αἵρεσις ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ εἰκοστὴ τρίτη.

62 CONTRA SATURNILIANOS,

Quæ est hæresis ab adventu Christi III, ordine XXIII.

Α'. Μετὰ τοῦτον Σατορνῖλός τις ἀνέστη, καὶ αὐτὸς ἐκεῖθεν τὰς ἀφορμὰς, ἀπὸ Μενάνδρου φημὶ καὶ τῶν πρώην, λαβών. Οὗτος πρὸς τῇ Συρίᾳ κατοικήσας, τουτέστιν Ἀντιοχείᾳ τῇ πρὸς Δάφνην, πολλήν τινα τέχνην καὶ ἐμπειρίαν πλάνης τῷ κόσμῳ παρεισήνεγκε. Δύο γὰρ οὗτοι ἐγένοντο συσχολασταὶ, Βασιλείδης τε καὶ Σατορνῖλος. Καὶ ὁ μὲν Βασιλείδης, πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ χωρήσας, ἐκεῖσε τὰ σκοτεινὰ αὐτοῦ τοῦ βάθους τῆς πλάνης ἐκήρυξεν· ὁ δὲ Σατορνῖλος, ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ διατρίβων, ὁμοίως τῷ Μενάνδρῳ τὸν κόσμον ὑπ' ἀγγέλων γεγενῆσθαι κατήγγελλεν. Ἕνα δὲ εἶναι Πατέρα ἄγνωστον, τὸν αὐτόν τε πεποιηκέναι δυνάμεις καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας. Τοὺς δὲ ἀγγέλους διεστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως· ἐπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὸν κόσμον δὲ κατὰ μεριτείαν ἑκάστῳ ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι. Ὁμοῦ δὲ συνελθόντας τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους ἐντεθυμῆσθαι, καὶ κοινῇ τὸν ἄνθρωπον πεποιηκέναι, κατὰ τὴν μορφὴν τῆς ἄνωθεν παρακυψάσης φωνῆς[1] (45). Ἦν μὴ δυνηθέντες παρακύψασαν κατασχεῖν, καὶ διὰ τὸ παραχρῆμα ἀναδραμεῖν, μιμήσασθαι ἠθέλησαν. Καὶ πεπλάσθαι μὲν τὸν ἄνθρωπον ὑπ' αὐτῶν οὐδενὸς ἕνεκα ἀλλ' ἢ διὰ τοιαύτην πρόφασιν. Ἐπειδὴ γάρ, φησὶν, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ φῶς παρακύψαν, ἐρεθισμόν τινα ἐνεποίησε τοῖς αὐτοῖς ἀγγέλοις, τούτους πρὸς πόθον τοῦ ἄνω ὁμοιώματος ἐπιχειρῆσαι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλάσμα ποιῆσαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἠράσθησαν τοῦ ἄνω φωτὸς πόθῳ τῷ

I. Post hunc Saturnilus nescio quis excitatus est, qui erroris illinc argumenta, hoc est a Menandro, ac prioribus illis accepit. Hic in Syria degens, Antiochiæ scilicet ad Daphnen, ingentem calliditatem ac fallendi peritiam in orbem invexit. Etenim duo illi condiscipuli fuere, Basilides ac Saturnilus. Quorum ille in Ægyptum profectus illic altissimas erroris sui tenebras vulgare instituit; Saturnilus eo quem dixi in loco habitans perinde ac Menander mundum ab angelis factum esse prædicabat. Præterea unum esse Patrem ignotum, qui virtutes, principatus, et potestates creaverit. Porro angelos a superiori virtute descivisse: ex quibus septem mundum, et quæ mundo sunt comprehensa condiderint, ejusque mundi suam quemque angelum partem divisione sortitum. Eosdem tamen in unum convenientes aiebat, cum in eorum animos incidisset, communiter hominem ad illius imaginem effinxisse vocis quæ furtim e cœlo prodierat. Quam obiter conspectam, et subinde recurrentem cum detinere minime potuissent, imitari voluisse; nec aliam fabricandi hominis occasionem illos habuisse. Cum enim superne lumen illud emicuisset, ea res angelos ipsos excitavit; qui cœlestis similitudinis exprimendæ desiderio, hominis figmentum elaborare conati sunt. Posteaquam enim cœlestis luminis amore capti sunt, quod quidem ubi apparuit ex illorum repente oculis evanuerat, ii summa illius

C

D

[1] F. καλλονῆς.

43) *Στραφεῖσα αὕτη, καὶ ἀπὸ τῆς κέρκου.* Sic apud Spartianum in Antonino Pio: *Visus est in Arabia jubatus anguis major solitis, qui se a cauda sedium comedit.*

(44) *Σατορνιλιανῶν.* Auctorem hæresis istius *Saturninum* Irenæus appellat, ut et Philastrius atque Augustinus; Justinus vero *Dialogo cum Tryphone*, et Theodoretus, *Saturnilum.*

(45) *Παρακυψάσης φωνῆς.* Iren., *lucida imagine apparente*: quasi esset φωτεινῆς εἰκόνος.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cupiditate ac voluptate perfusi, cum illius jucunditate satiari minime possent, eo quod repente sursum evolasset, tum demum impostor ille velut in scena ita invicem locutos angelos introducit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem* [1]. Ubi particulam *nostram*, quam in Genesi Deus usurpat, ideo decurtavit, ut errori suo fidem astrueret; quasi alii sint operis artifices, imaginem vero **63** ipsam ad alium referri significent, cum ita loquuntur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem*. Cæterum edito in lucem homine, angelos ait præ imbecillitate sua perficere opus suum minime quivisse; proinde in solo jacentem, ac subsultantem reptantis instar vermiculi, neque erigere se, neque aliud quidquam agere potuisse, donec virtus illa cœlestis hoc prospiciens, atque ob imaginem suam atque effigiem hominis miserta, vis suæ scintillam immisit; qua et illum erexit, et vitam impertiit. Nimirum per scintillam istam humanam animam intelligunt. Atque ideo servari, ait, omnino scintillam hanc oportet, perire vero quidquid hominis proprium est; quod tum accidit, cum id quod e cœlo delapsum est definito temporis intervallo sursum evolat; similiterque quod infimum est eo unde prodierat regreditur. Quod ad Christum attinet, ejusdem impostoris est dogma: cum sola illum hominis figura atque effigie venisse, omniaque ab eo specie tenus perfecta, cujusmodi fuit, nasci, ambulare, videri, pati.

II. Hinc illa falso appellata Gnosticorum secta ad profundam hujus sectæ nequitiam plurimum adjecit, quæ a Simone initium occasionemque nacta longe majores nugas accumulavit, quemadmodum postea in ejus refutatione docebimus. At Saturnilus unum ex iis quos constituit angelis fuisse Judæorum Deum existimat; ac tam hunc quam illum a sua virtute descivisse. Salvatorem vero de communi virtutum sententia a Patre missum, ut et Judæorum Deum in ordinem redigeret, et iis qui sibi crederent salutem afferret. Ejusmodi esse sectæ illius homines, qui cœlestis illius parentis scintillam habeant. Duos quippe homines principio esse factos, bonum unum, alterum malum: a quibus duplex item genus hominum, bonum scilicet ac malum in mundo proseminatum est. Et quoniam dæmones malis opitulabantur, ideo postremis, ut ante dixi, temporibus ad bonos homines ope sua sublevandos, malosque cum dæmonibus profligandos Salvator advenit. Jam uxores ducere, liberosque gignere ab Satana esse circulator idem pronuntiat. Quamob-

A πρὸς αὐτὸ, καὶ ἡδονῇ κατασχεθέντες, φανέντος καὶ ἀφαντωθέντος ἀπ' αὐτῶν, ἐρασθέντας τε αὐτοῦ, καὶ μὴ δυνηθέντας ἐμπλησθῆναι τῆς αὐτοῦ ἐρασμιότητος, διὰ τὸ ὑπὸ θῆξιν ἀναπτῆναι (46) τὸ αὐτοῦ φῶς, τούτου χάριν εἰρηκέναι φησὶ τοὺς ἀγγέλους δραματουργῶν ὁ αὐτὸς γόης· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον* (47) *κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· παρακόψας τὸ εἰρημένον ἐν τῇ Γενέσει ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ *καθ' ἡμετέραν*· ἐάσας τὸ *ἡμετέραν*, ἵνα δὴ ἔχῃ ἡ πλάνη αὐτοῦ τὴν πιθανότητα, ὡς δῆθεν ἄλλων μὲν ποιούντων, εἰκόνα δὲ ἑτέρου λέγειν ἐν τῷ· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν*. Γενομένου δὲ, φησὶ, τοῦ ἀνθρώπου, διὰ τὸ αὐτῶν ἀδρανὲς μὴ δύνασθαι αὐτὸν τελεσφορῆσαι, κεῖσθαι δὲ καὶ σκαρίζειν χαμαὶ κείμενον δίκην σκώληκος ἕρποντος· μὴ B δύνασθαι δὲ μήτε ἀνορθοῦσθαι, μήτε τι ἕτερον πράττειν, ἕως ἡ ἄνω δύναμις, παρακύψασα καὶ σπλαγχνισθεῖσα διὰ τὴν ἰδίαν αὐτῆς εἰκόνα τε καὶ ἰδέαν, κατ' οἶκτον ἀπέστειλε σπινθῆρα τῆς αὐτῆς δυνάμεως, καὶ δι' αὐτοῦ ἀνώρθωσε τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὕτως ἐζωογόνησε· δῆθεν τὸν σπινθῆρα ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν φάσκων. Καὶ τούτου ἕνεκα πάντως δεῖ τὸν σπινθῆρα σωθῆναι, τὸ δὲ πᾶν τοῦ ἀνθρώπου ἀπολέσθαι· ἐν τῷ ἄνω μὲν τὸ ἄνωθεν κατελθὸν ἀνακομισθῆναι χρόνῳ τισί· τὸ δὲ κάτωθεν καὶ αὐτὸ (48) φάσκει ὁ γόης ἐν σχήματι ἀνθρώπου ἐληλυθέναι, καὶ ἰδέᾳ μόνῃ· τὰ πάντα δὲ ἐν τῷ δοκεῖν πεποιηκέναι, τουτέστι τὸ γεγενῆσθαι, τὸ περιπατεῖν, τὸ ὀπτάνεσθαι, τὸ πεπονθέναι.

B'. Ἀπὸ τούτου δὲ ψευδωνύμως ἡ καλουμένη C Γνῶσις ἄρχεται πάλιν προστίθεσθαι τῷ βυθῷ τῆς αὐτῆς πονηρίας, ἀπὸ Σίμωνος μὲν λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πρόφασιν, προστιθεμένη δὲ περισσοτέρα ἄλλῃ φλυαρίᾳ, ὡς τὸν ταύτης ἔλεγχον ὕστερον ἐροῦμεν. Φάσκει γὰρ οὗτος (49), τοὺς ἀγγέλους λέγων, καὶ τὸν Θεὸν τῶν Ἰουδαίων ἕνα ἐξ αὐτῶν εἶναι· διεστάναι δὲ τὸν αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Τὸν δὲ Σωτῆρα ἀπεστάλθαι ἀπὸ Πατρὸς κατὰ γνώμην τῶν δυνάμεων ἐπὶ καταλύσει τοῦ Θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πειθομένων. Εἶναι δὲ αὐτοὺς τοὺς ταύτης τῆς αἱρέσεως, τοὺς ἔχοντας τὸν σπινθῆρα τοῦ ἄνωθεν Πατρός. Δύο γὰρ πεπλάσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους φάσκει, ἕνα ἀγαθὸν, καὶ ἕνα φαῦλον· ἐξ ὧν δύο εἶναι τὰ γένη τῶν D ἀνθρώπων ἐν κόσμῳ, ἀγαθόν τε καὶ πονηρόν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ δαίμονες τοῖς πονηροῖς ἐβοήθουν, τούτου ἕνεκα ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, ὡς προεῖπον, ἦλθεν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐπὶ καταλύσει τῶν πονηρῶν καὶ τῶν δαιμόνων. Τὸ γαμεῖν δὲ καὶ τὸ γεννᾷν ὁ αὐτὸς ἀγύρτης ἐκ τοῦ Σα-

[1] Gen. I, 26.

(46) *Ὑπὸ θῆξιν ἀναπτῆναι*. Utitur hac loquendi ratione aliquoties Epiphanius. Sed corrupte nonnunquam θίξιν pro θῆξιν habent exemplaria. Est autem θῆξις Hesyc. ῥοπὴ, στιγμὴ, τάχος.

(47) *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*. Minus igitur accurate Theodoretus usurpatam ab illis in hac sententia vocem ἡμετέραν scribit.

(48) *Τὸ δὲ κάτωθεν καὶ αὐτό*. Forte καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Σωτῆρα φάσκει, etc.

(49) *Φάσκει γὰρ οὗτος*. Neque hic mihi locus integer videtur. Suppleri fortasse potest ex Theodoreto: Οὗτος τῷ Μενάνδρῳ παραπλησίως, ἕνα ἔφησεν εἶναι Πατέρα πάντα· πᾶσιν ἄγνωστον· τοῦτον δὲ τοὺς ἀγγέλους δημιουργῆσαι, καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις. Quod autem apud Epiphan. subjicitur, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, indicat deesse nomen aliquod, puta τοῦ ἄνω Πατρός, ad quod pronomen αὐτοῦ pertineat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ταν ὑπάρχειν λέγει· ὅθεν καὶ οἱ πλείους αὐτῶν ἐμψύχων ἀπέχονται, ὅπως διὰ τῆς προσποιητῆς δῆθεν πολιτείας αὐτῶν τινας ἐπαγάγωνται εἰς τὴν αὐτῶν ἀπάτην. Τὰς δὲ προφητείας φάσκει ὁ αὐτὸς πάλιν γόης, τὰς μὲν ὑπὸ τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων πεπροφητεῦσθαι, τὰς δὲ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Σατανᾶν ἄγγελον φάσκει ἀντιπράττοντα τοῖς κοσμοποιοῖς ἀγγέλοις, μάλιστα δὲ τῷ Θεῷ τῶν Ἰουδαίων.

Γ'. Ὅταν δὲ ταῦτα φάσκῃ ὁ κτηνώδης, πάντως που καὶ αὐτὸς δειχθήσεται ἕνα Θεὸν ὁμολογῶν, καὶ ἐπὶ μίαν ἑνότητα μοναρχίας ἀνάγων τὸ πᾶν. Εἰ γὰρ οἱ ἄγγελοι πεποιήκασιν, ἄγγελοι δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως τὸ αἴτιον ἐσχήκασι τοῦ εἶναι· ἆρα οὐκ αὐτοὶ αἴτιοι τοῦ πλάσματος τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἡ ἄνωθεν δύναμις ἡ τοὺς ἀγγέλους ποιήσασα, ἐξ ὧν καὶ ἡ πλάσις τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκε. Καὶ γὰρ οὐκ αἴτιον τὸ ἐργαλεῖον τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, ἀλλ' ὁ ἐνεργῶν τὸ ἐνέργημα διὰ τοῦ ἐργαλείου, δι' οὗ τὸ ἔργον γίνεται, ὡς καὶ γέγραπται· *Μὴ δοξασθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν;* καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω δὲ ὁρῶμεν, ὅτι οὔτε μάχαιρα αἰτία φόνου, ἀλλ' ὁ τῇ μαχαίρᾳ τὸν φόνον ἐπιχειρήσας. Καὶ οὐ τὸ κηροπλαστεῖον δύναται δι' ἑαυτοῦ ποιεῖν τὰ πλασσόμενα, ἀλλ' ὁ τὸ κηροπλαστεῖον καὶ τὸ πλάσμα ἐργασάμενος. Οὐκοῦν οὔτε οἱ ἄγγελοι αἴτιοι, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀγγέλους ποιήσας, εἰ καὶ ἦν παραγγείλας αὐτοῖς τοῦ μὴ ποιῆσαι ἄνθρωπον. Εἰ [1] γὰρ καταψηφίζεται τῆς ἄνω δυνάμεως ἄγνοιαν καὶ ἀγνωσίαν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι παρὰ τὸ αὐτῆς θέλημα ἐπιτελουμένων, ἡ εὐδοκία [2] τῇ ἑαυτῆς τοὺς ἀγγέλους πεποιηκέναι πρὸς τὸ χρήσιμον τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἤθελε κατασκευάζειν, ποιήσασα τοὺς ἀγγέλους, καὶ μὴ ἐντειλαμένη τοῦ μὴ ἐπιτελέσαι τὸ ἐπιχείρημα, τουτέστι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλαστεῖον, ὡς ἡ αὐτῶν μυθώδης τεχνουργία περιέχει.

Δ'. Ἢ [3] οὐκοῦν πάλιν τὸν μυθολόγον ἐρωτητέον· ἤδει ἡ ἄνω δύναμις, ὅ τι μέλλουσι πράττειν; Ναί, φησίν. Ἆρα γοῦν, εἰ ἤδει, αὐτὴ πεποίηκε, καὶ οὐκ αὐτοί. Εἰ δὲ ἤδει μέν, οὐκ ἤθελε δέ, παρὰ δὲ τὴν αὐτῆς γνώμην ἐπεχείρησαν τὸ ἐπιχείρημα αὐτοί· τίνι τῷ λόγῳ οὐ κεκώλυκεν; Εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔσχε τοῦ κωλῦσαι, πρώτη φαυλότης, ὅτι καθ' αὐτῆς τοὺς ὑπ' αὐτῆς γεγονότας ἀγγέλους εἰς ἀντίθεσιν ἑαυτῆς καὶ παροξυσμὸν κατεσκεύασε· δεύτερον δὲ, ὅτι δυναμένη οὐ κεκώλυκεν, ἀλλὰ συνήργησεν εἰς τὸ πονηρὸν ἔργον τὸ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων γεγενημένον. Εἰ δὲ οὐ συνήργησε, καὶ βουληθεῖσα οὐκ ἠδυνήθη κωλῦσαι, πολλή τις ἀσθένεια ἐν τῇ θελησάσῃ καὶ μὴ δυνηθείσῃ· καὶ μᾶλλον ἰσχυρότερον εἴη τὸ ὑπ' αὐτῆς γενόμενον τῶν ἀγγέλων στίφος, ἢ ἡ αὐτὴ αἰτία οὖσα τῶν ὑπ' αὐτῆς γεγονότων ἀγγέλων. Ἐξάπαντος τοίνυν ἀλίσκεται ἡ τῆς αἱρέσεως ὑπόθεσις, ἀσυστασίᾳ μᾶλλον περιπίπτουσα, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Εἰ δὲ ἐγίνωσκε μὲν, ἀνάγκῃ δὲ ἐποίει τούτους, ὃ μὴ θέμις ἐστὶ (50) πράττειν παρὰ τὸ αὐτῆς βούλημα, ἐλαττώσει ἑτέρᾳ περι-

rem plerique ex horum disciplina animatis omnibus abstinent, ut affectato illo sanctioris vitæ genere nonnullos suum in errorem pelliciant. **64** De prophetarum oraculis ita veneficus ille disputat, ea partim a mundi opificibus angelis, partim a Satana profecta: et hunc ipsum Satanam putat angelum esse, qui mundi conditoribus angelis, præcipueque Judæorum Deo resistat.

III. Quæ cum ab illa pecude hunc in modum disseruntur, vel invitus convincitur unum confiteri Deum, atque ad unicum, singularemque dominatum universa referre. Etenim si mundus ab angelis factus est, cum ipsimet ante a cœlesti virtute principium atque originem habuerint, non illi fingendi hominis auctores sunt, sed suprema virtus illa potius, quæ angelos condidit, a quibus homo postea formatus est; nam nec artis instrumentum eorum causa est, quæ ab ipso fiunt: sed ille potius, qui cum instrumento eam actionem exprimit, per quam opus ipsum efficitur, quemadmodum scriptum est: *Num gloriabitur serra sine trahente ipsam* [4]? etc. Atque hoc cæteris in rebus ita sese habere cernimus. Neque enim gladius causa cædis est, sed is qui gladio ad perpetrandam cædem utitur. Neque cerearum imaginum typus quæ finguntur per se moliri potest, sed is omnino qui et typum ipsum, et expressam imaginem fecit. Quare non angeli ipsi, sed qui angelos produxit hominis causa censetur, tametsi ne hominem conderent illis interdixerit; nam vel cœlesti virtuti inscitiam, ac futurarum rerum quæ præter voluntatem suam perficiendæ sunt, ignorantiam ascribit, aut eam propria animi inductione putat angelos procreasse, quod hoc ipsum ad producendum hominem utile foret, quem formare cuperet: cum et angelos condidisset, nec eos prohibuisset opus ejusmodi, nimirum hominis molitionem aggredi, id quod fabulosum illorum artificium continet.

IV. Quamobrem rursum de fabularum inventore quærendum est: Ecquid cœlestis illa virtus noverat, quid essent angeli facturi? Noverat, inquit. Igitur non angeli ipsi, sed illa utique fecit. Quod si noverat quidem, sed fieri tamen nolebat, ac præter illius sententiam attingere opus istud aggressi sunt, cur non prohibuit? Sin obstare minime potuit: primum hoc vitium est, quod contra semetipsam conditos a se angelos, sibi ut resisterent ac se irritarent moliri voluerit; alterum, quod **65** cum posset, minime prohibuerit, imo etiam ad pessimum illud angelorum opificium exsequendum adjutricem sese præbuerit. Quod si nec illos adjuvit, et prohibere cum vellet non potuit: magnopere imbecillam eam oportet esse, quæ quod voluerit, efficere non potuit: eritque adeo condita illa ab ea angelorum caterva fortior, quam ipsamet quæ angelorum causa est ac principium. Igitur hæresis ista minime cohærere ipsa secum, atque a veritate recedere omni ex parte convincitur. Jam vero si

[1] F. ἤ. [2] F. ἡ εὐδοκία. [3] F. expung. ἤ. [4] Isa. x, 15.

(50) *Τούτους ὃ μὴ θέμις ἐστὶν.* Deest μέλλοντας.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

cœlestem virtutem minime illa quidem latebant, sed eos ipsos tamen, qui quod nefas esset præter voluntatem suam erant facturi, necessario condidit, alia rursus in re deficiet : nec ullum in cœlesti virtute complementum ex illius sententia residebit. Atque ut illum denuo interrogemus : Heus tu ! inquam, qui per fenestras intro prospexeris, ut eo ludibrio deliria tua prosequar, ibique quemadmodum angeli creati sint perviderit, eorumque in homine fingendo artificium cognoris, ac cœlestis virtutis solertiam perscrutatus fueris, unum, oro te, dic nobis : num illi quid molirentur noverant ; an ignorabant potius ? Si enim ignorabant, quæ vis illos cogebat, ut quod ignotum sibi esset efficerent ? Minime, inquit, ignorabant, imo quid acturi essent intellexerant. Aut igitur ad illud facinus aggressuros istos cœlestis virtus sciebat, aut nondum sciebat. Scivisse respondet. Quæro itaque num illos eo consilio necne ut hoc facerent produxerit. Negat eo consilio productos. Nihil enim nisi ipsos condidit. At hi inconsulta cœlesti virtute se ad opificium istud accinxerunt. Ergo quod angeli cognoscebant, cœlestis virtus illa nesciebat ? O mortalium longe omnium stolidissime ! Et hominis structura consistet, auctoresque illius angeli ejus rei notitiam habebunt, atque interim virtus illa, quæ angelos produxit, in ignoratione versabitur ? Sane perquam hoc stultum est ac ridiculum ; cum et opus artifice suo perfectius, et angelorum auctorem angelis ipsis qui hominem conflarunt, imbecilliorem constitues. Quamobrem hoc unum necessario superest, ut te ad unum omnis eumdemque conditorem, atque ad singularem principatum referre fateare.

A πεσεῖται πάλιν, καὶ οὐδὲ ἓν πλήρωμα εὑρεθήσεται ἐν τῇ ἄνω δυνάμει κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον. Ἔτι δὲ προσθείημεν αὐτὸν ἐρωτῶντες · Λέγε ἡμῖν, ὦ οὗτος ὁ διὰ θυρίδων παρακύψας, ἵν' οὕτω χλευάσω τὴν σὴν ληρῳδίαν, καὶ ἐν τῷ παρακύπτειν σκοπήσας ὡς ἐκτίσθησαν οἱ ἄγγελοι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν περὶ τὸ ἀνθρώπινον πλάσμα τεχνουργίαν, τότε κατώπτευσας[1], καὶ τῆς ἄνωθεν δυνάμεως ἐξιχνίασας τὴν μηχανοποιίαν, ᾔδεισαν οὗτοι τί πλάσσουσιν, ἢ ἠγνόουν ; Ἀγνοοῦντες δὲ, ὑπὸ τίνος ἠναγκάζοντο τὸ ἐν ἀγνωσίᾳ ἐπιτελεῖν ; Οὐχί, φησίν, οὐκ ἠγνόουν · ᾔδεισαν γὰρ ὃ ἔμελλον πράττειν. Ἡ τοίνυν ἄνωθεν δύναμις ᾔδει τούτους τοῦτο μέλλοντας ἐπιχειρεῖν, ἢ ἠγνόει ; Οὐκ ἠγνόει. Ἐποίησεν οὖν αὐτοὺς, ἵνα τοῦτο πράξωσιν, ἢ μή ; Οὐχί, φησίν. Ἐποίησε γὰρ αὐτοὺς μόνον. Οὗτοι δὲ παρὰ τὴν B ἄνω δύναμιν ἐπεχείρησαν πρὸς τὸ ποιῆσαι πλάσμα. Οὐκοῦν οὗτοι μὲν ᾔδεισαν, ἐκείνη δὲ ἡ ἄνωθεν δύναμις ἠγνόει κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἀβέλτερε ! Καὶ ἔσται μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων κατασκευὴ σύστασις [2], καὶ οἱ αἴτιοι ταύτης ἄγγελοι ἐγνώσει, ἡ δὲ τοὺς ἀγγέλους ποιήσασα δύναμις ἐν ἀγνωσίᾳ ; Ληρῶδες δ' ἂν εἴη τοῦτο καὶ ἠλίθιον, ὅτι μᾶλλον ἐντελέστερον τὸ ἔργον τοῦ τεχνίτου, καὶ ὁ τεχνίτης ἀδρανέστερος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἀγγέλων, αἰτίων ὄντων τῆς ἀνθρωπείας συστάσεως. Ὥστε οὖν ἐξάπαντος ἀνάγκη [3] ὁμολογήσειας ἂν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ποιητὴν τὸν ἕνα, καὶ ἐπὶ τὴν μίαν μοναρχίαν τὸ πᾶν ἄγειν.

V. Etenim Deus Pater hominem, cum cæteris C omnibus, suopte nutu ac voluntate procreavit, non **66** angeli, neque ex angelorum consilio. Nam cum Deus ita locutus est : *Faciamus hominem, ad imaginem nostram* dixit, non *ad imaginem* duntaxat. Quippe ad hujus opificii communionem Verbum suum, eumdemque Filium unicum adhibebat, estque communis iste fidelium omnium sensus a veritate profectus, qua cum accuratissime convenit ; id quod aliis compluribus locis manifeste ac prolixe sumus professi, nimirum Filium a Patre ad communiter procreandum hominem vocari, per quem Filium reliqua omnia produxerit. Sed neque Filium duntaxat advocari dixerim, imo vero sanctum etiam Spiritum. *Verbo* enim *Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*[1]. D Cæterum sive sponte, sive nolens hoc Saturnilus hæresis auctor admittere cogetur : unum omnino Deum ac Dominum esse conditorem universorum et artificem, adeoque vel hominis ipsius. Pudebit insuper illum velut calumniatorem eorum quæ adversus prophetas, necnon ad honestas nuptias nequissime damnandas effutiit. Quippe Dominus noster Jesus Christus in Evangelio perspicue prophetæ consentanea dicit ac pronuntiat : *Quoniam qui per*

Ε'. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον καὶ πάντα κατὰ τὴν ἰδίαν εὐδοκίαν, καὶ οὐχ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων συμβουλίαν τι γέγονε. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν Θεὸν, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν* εἶπε, καὶ οὐ *κατ' εἰκόνα* μόνον. Συνεκάλει γὰρ εἰς τὴν ἑαυτοῦ δημιουργίαν τὸν αὐτὸν Λόγον καὶ Μονογενῆ, ὡς ἔχει καὶ ἡ ἐξ ἀληθείας ὁρμωμένη πιστῶν ἔννοια, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἀληθείας ἀκρίβασμα, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις πλείοσι σαφῶς περὶ τούτου καὶ διὰ μήκους ἐποιησάμεθα τὴν ὁμολογίαν, ὡς ὁ Πατὴρ συγκαλεῖται τὸν Υἱὸν συνδημιουργεῖν τὸν ἄνθρωπον, δι' οὗ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐποίησεν. Οὐ μόνον δὲ συγκαλεῖν εἴποιμι τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *Τῷ γὰρ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Εἴτε δὲ βουληθείη, εἴτε καὶ μὴ βουληθείη, φημὶ δὲ ὁ Σατορνῖλος ὁ τῆς αἱρέσεως ταύτης ἀρχηγὸς, ἀναγκασθήσεται ἐξάπαντος τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, Θεὸν καὶ Κύριον τοῦ σύμπαντος ὄντα κτίστην τε καὶ δημιουργὸν, ἅμα τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου. Αἰσχυνθήσεται δὲ κατὰ πάντα τρόπον ὡς συκοφάντης καὶ εἰς τὸν περὶ προφητῶν λόγον, καὶ εἰς τὴν κατὰ τοῦ σεμνοῦ γάμου φαύλην κατηγορίαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διαῤῥήδην ἐκφωνεῖ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ λέγει

[1] Psal. xxxii, 6. [2] F. κατοπτεύσας, et ἐξιχνιάσας. [3] Vox ista supervacua. [4] F. ἀνάγκῃ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

συνῳδὰ τῷ προφήτῃ· *Ὅτι ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ πάρειμι·* καὶ πάλιν· ὅτι *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται κἀγὼ ἐργάζομαι.* Ἵνα δὲ δείξῃ τί ἐργάζεται αὐτοῦ ὁ Πατὴρ καὶ αὐτὸς, ἀπεφήνατο λέγων τοῖς ἐρωτήσασιν αὐτὸν, εἰ χρὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν· *Πῶς γέγραπται; Ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς·* καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα, *Ὅτι ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.* Καὶ εὐθὺς προσέθηκε λέγων· *Οὓς ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω·* ὡς ἐξάπαντος τὸν Σωτῆρα διδάσκειν τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων Θεὸν εἶναι τῶν πάντων, αὐτοῦ δὲ Πατέρα. Καὶ ὅτι ὁ γάμος οὐκ ἐκ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ τυγχάνει, πρῶτον μὲν ὁ Κύριος λέγει· *Οὓς ὁ Θεὸς, φησὶ, συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω·* καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος.* Ταῖς δὲ φύσει χηρευσάσαις ὡσαύτως παραγγέλλει, λέγων διὰ Τιμοθέου· *Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ. Μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι·* καὶ μεθ' ἕτερα· *Γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν·* ἀνυπέρβατον ὑπὲρ τοῦ γάμου νόμον τιθέμενος ἐκ Θεοῦ ὄντα, καὶ κατὰ σεμνότητα ἀνθρώποις κεχαρισμένον.

A *prophetas loquebar, ecce adsum*[1]. Ac rursum: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*[2]. Ut autem quid ageret tam Pater ejus, quam ipse, declararet, hoc ipsum explicavit iis a quibus interrogatus fuerat, oporteretne uxorem quacunque ex causa dimittere: *Quomodo scriptum est? Quoniam Deus hominem fecit, masculum et feminam fecit eos.* Tum quibusdam interjectis: *Propterea relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carnem unam.* Quibus continuo subjecit: *Quos Deus conjunxit, homo non separet*[3]. Quibus verbis omnino Salvator docuit, Creatorem hominum universorum esse Deum, eumdemque Patrem suum. Nuptias porro non ab Satana, sed a Deo derivatas esse primum Dominus ipse testatur: B *Quos Deus*, inquit, *conjunxit, homo non separet.* Tum sanctus Apostolus: *Honorabiles*, ait, *nuptiæ, et torus immaculatus*[4]. Deinde viduis eodem modo **67** præcipit, per Timotheum ita loquens: *Adolescentulas viduas devita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.* Tum quibusdam interjectis: *Nubant; filios procreent; matresfamilias sint*[5], etc. In quo legem ejusmodi sancit, quam prætergredi nemini liceat; quæ et a Deo profecta sit, et hominibus honestatis causa constituta.

Σ'. Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς Θεοῦ (51) προφητείας ὑπ' αὐτοῦ σεσυκοφαντημένων ὑπονοιῶν, ὡς μὴ εἶναι αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ, μυρία ἔστιν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς λέγει ὁ Μονογενὴς, ἐξ ὧν τὸν κόσμον ἑαυτοῦ εὐαγγελιζόμενος λέγει. Πρῶτον μὲν, ὅτι *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.* Καὶ πάλιν φησὶν· *Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε.* Τίς δὲ τῶν εὐφρονούντων, καὶ σύνεσιν ἐκ Θεοῦ κεκτημένων, οὐκ ἐλέγξειε τὸν ἀπατεῶνα Σατορνῖλον, γινώσκων ἐν δόξῃ ἀποκαλυφθέντα τὸν Σωτῆρα εἰς παράστασιν ἀληθείας, ἄλλως τὴν ἑαυτοῦ δόξαν μὴ ὑποδείξαντα ἀλλ' ἢ ἀναμέσον Ἠλίᾳ καὶ Μωϋσέως τῶν καὶ αὐτῶν ἐν δόξῃ ἰδίᾳ μετ' αὐτοῦ ὀφθέντων; Ἄλλα δὲ ὅσα τοιαῦτά ἐστιν, ἃ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Καινῇ Διαθήκῃ λεγόμενα τὴν σύστασιν ποιεῖται νόμου τε καὶ προφητῶν καὶ πάσης Παλαιᾶς Διαθήκης πρὸς τὴν Καινὴν Διαθήκην, ὅτι ἑνὸς Θεοῦ εἰσὶν ἀμφότεραι· ὡς λέγει· *Ἐλεύσονται ἐν κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἀναπαύσονται ἀπὸ ἀνατολῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν δὲ τὸ ἐκ προσώπου Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ προφητευόμενον, τό· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου·* καὶ πάλιν παρ' αὐτοῦ λεγόμενον τοῖς Φαρισαίοις· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες;* Καὶ ὡς ὁ Λουκᾶς διαβεβαιοῦται αὐτὸν τὸν Σωτῆρα μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν ὤφθαι κατὰ τὴν ὁδὸν τοῖς περὶ τὸν Ναθα-

VI. Quod vero ad opiniones illas attinet, quas de divinis prophetarum oraculis calumniose commentus est, cum ad Deum pertinere illos negavit, infinita quædam in medium afferre licet: cujusmodi C sunt quæ unicus ipse Dei Filius loquitur, cum decora sua ornamentaque proponens his verbis utitur. Primum: *Abraham pater vester desideravit videre diem meum: et vidit, et gavisus est*[6]. Ac rursum: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit*[7]. Ecquis vero prudens, et accepta divinitus sapientia præditus impostorem Saturnilum non facile convincat, cum Salvatorem videat veritatis comprobandæ gratia, semetipsum cum ingenti gloria retegentem, non eam aliter quam in medio Eliæ ac Mosis exhibere voluisse, qui et ipsi sua quisque instructi gloria cum illo conspecti sunt? Possunt et alia id genus afferri, quæcunque ipso Domini ore, totoque Testamento D Novo pronuntiata id aperte confirmant: legem ac prophetas, Vetusque Instrumentum omne cum Novo convenire, utrumque ab uno eodemque Deo manasse. Quemadmodum cum dicit: *Venient in sinum Abrahæ, Isaac et Jacob in regno cœlorum, et requiescent ab Occidente*[8], etc. Item illud, quod in persona Davidis de se prædictum fuerat: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis*[9]. Tum quod Pharisæis dixit: *Nunquamne legistis: Lapidem quem reprobarunt ædificantes*[10]? Eodem etiam pertinet quod Lucas asserit, Salvatorem a mortuis excitatum

[1] Isa. LII, 6. [2] Joan. V, 17. [3] Matth. XIX, 4 sqq. [4] Hebr. XIII, 14. [5] I Tim. V, 11 sqq. [6] Joan. VIII, 56. [7] Joan. V, 46. [8] Matth. VIII, 11. [9] Matth. XXII, 44; Psal. CIX, 1. [10] Matth. XXI, 42; Psal. CXVII, 22.

(51) *Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς Θεοῦ.* Forte τῆς Θεοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Nathanaeli, ac Cleophæ in via apparuisse, atque ex prophetarum testimoniis admonuisse, *Quoniam sic oportebat Christum pati, et a mortuis tertia die resurgere*[1]. Postremo nihil in tota Christi vita administrationeque cernitur, quod a prophetarum vaticiniis abhorreat.

VII. Ac de Saturniliana hæresi hactenus, ne in stolidis ejus quæstionibus, **68** earumque refutatione tempus conteram. Hac igitur omissa, deinceps ad Basilidæ condiscipuli illius, et erroris socii hæresin explicandam me conferam. Ambo quippe eorumdem dogmatum participes, velut a se invicem venena mutuati sunt; uti notissimum omnibus proverbium habet: Tanquam aspis a vipera mutuo virus accipiens. Ejusdem enim scholæ inter se sunt ac consessus; tametsi sua quisque fundata hæresi separatim constiterit. Quare nequitiam ipsam a se mutuo corrogarunt, dissensionem vero apud se privatim instituerunt. Sed sive prior iste viperæ instar quod ab antecessoribus hauserat id in Basiliden transfudit, sive hic in illum potius, cum et letale sit venenum, et ab istiusmodi serpentibus profectum, Christi Domini doctrina velut antidoto enervatum a nobis et exstinctum relinquemus. Tum implorato Dei auxilio ad reliquas, o charissimi, hæreses orationem promovebimus.

CONTRA BASILIDIANOS,

Quæ est hæresis IV, sive XXIV.

I. Basilides igitur, ut antea diximus, in Ægyptum profectus ibidem commoratus est. Inde in Prosopiticam, et Athribiticam præfecturam secessit; atque etiam in Saitica, et Alexandriæ versatus est, in Alexandrinoque agro, sive *nomo*. Sic enim Ægyptii cujusque civitatis agrum, ac circumjacentem regionem nominant. Atque hoc, quisquis es doctrinæ cupidus, ad usum tuum habebis, quod et ad eruditionem, et ad quorumdam locorum perspicuitatem faciat: quo nonnulla quæ in sacris Litteris scripta sunt, et quibusdam propter inscitiam dubitationem injiciunt, religiose confirmari, explicarique possint. Ubicunque enim apud Isaiam prophetam de civitatis alicujus nomis, puta Taneos, Memphis, vel Bubastico scriptum aliquid reperies, idipsum ex Ægyptiorum more circumjacentem cujuscunque civitatis agrum significat; quod eruditionis causa declarare voluimus. Ejusmodi igitur in locis is, quem diximus, circulator degebat, e quibus quantum apparet, hæc ipsa quæ in hanc

A ναὴλ (52) καὶ τὸν Κλεόπαν, καὶ τούτους νενουθετηκέναι ἀπὸ τῶν προφητῶν, Ὅτι οὕτως ἔδει τὸν Χριστὸν παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ οὐδέν ἐστιν ὅλως διαφωνοῦν τῆς τοῦ Κυρίου ἐνσάρκου παρουσίας πρὸς τὰς τῶν προφητῶν προφητείας.

Ζ'. Ἀλλ' ἕως τούτου περὶ τῆς Σατορνίλου αἱρέσεως εἰρήσθω, ἵνα μὴ ἀναλίσκω χρόνους περὶ τὰς μωρὰς αὐτοῦ ζητήσεις, καὶ τὰς τούτου ἀνατροπὰς ἐνειλούμενος. Ἐκ ταύτης δὲ παρελθών, ἐξῆς τὴν Βασιλείδου τοῦ συσχολαστοῦ τούτου καὶ συνηπατημένου δηλώσω. Μετέχουσι γὰρ οὗτοι, ὡς ἀπ' ἀλλήλων τὸν ἰὸν δανεισάμενοι, κατὰ τὴν ἐναργῆ παροιμίαν· Ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης (53) ἰὸν δανειζομένη. Ὁμοῦ γάρ εἰσι τῆς σχολῆς καὶ συνεδρίου ἀλλήλων. Καθ' ἑαυτὸν B δὲ ἕστηκεν ἑκάτερος[2] τὴν αἵρεσιν προστησάμενος· καὶ τὴν μὲν κακίαν παρ' ἀλλήλων ἠρανίσαντο, τὴν δὲ διαφωνίαν ἐν αὐτοῖς ἐνεστήσαντο. Εἴτε οὖν οὗτος δίκην ἐχίδνης, παρὰ τῶν ἀνωτάτω μετασχὼν, τῷ Βασιλείδῃ μεταδέδωκεν, ἢ ἐκεῖνος τούτῳ, ὅμως ὀλέθριος ὢν ὁ τούτων ἰὸς, καὶ ἀπὸ τοιούτων ἑρπετῶν ὁρμώμενος, διὰ τῆς τοῦ Κυρίου διδασκαλίας ἀντιδότου δίκην ἀμαυρωθεὶς τε καὶ ἀφανισθεὶς ὑφ' ἡμῶν καταλελείφθω. Ἡμεῖς δὲ Θεὸν ἐπικαλούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

ΚΑΤΑ ΒΑΣΙΛΕΙΔΙΑΝΩΝ,

Αἵρεσις Δ', ἡ καὶ ΚΔ'.

Α'. Βασιλείδης (54) μὲν οὖν, καθὰ ἄνω προδεδήλωται, ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ στειλάμενος τὴν πορείαν, ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· εἶτα ἔρχεται C εἰς τὰ μέρη τοῦ Προσωπίτου καὶ Ἀθριβίτου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Σαΐτην καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ Ἀλεξανδριοπολίτην χῶρον, ἤτοι *νομόν*. Νομὸν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον. Εὕροις δ' ἄν, ὦ φιλολόγε, καὶ τοῦτο εἰς ἑαυτοῦ ὠφέλειαν, πρὸς φιλομάθειαν καὶ σαφήνειαν, εἰς[3] εὐσεβῆ σύστασιν καὶ φράσιν τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων, τῶν εἰς ἀπορίας τινὰς ἐμβαλλόντων δι' ἀπειρίαν. Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τῆς Βουβάστου, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον[4] τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. Καὶ τοῦτο φιλομαθείας ἕνεκα ἑρμηνευέσθω. Ἦν γοῦν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ὁ προειρημένος ἀγύρτης τὴν διαβίωσιν ἔχων, ἐξ ὧν φαίνεται D ἢ καὶ εἰς δεῦρο ἀκμάζουσα αὐτοῦ αἵρεσις, ἐκ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας λαβοῦσα τὴν πρόφασιν. Καὶ ἀρχὴ

[1] Luc. XXIV, 46. [2] F. ἑκάτερος. [3] F. καὶ εἰς. [4] V. περίμετρον.

(52) *Τοῖς περὶ τὸν Ναθαναήλ.* De altero illo Cleophæ socio alii aliter existimant. Plerique Lucam esse suspicati sunt. Ambrosius Ammaonem hunc vocat. *Videtur enim*, ait ad Lucæ c. XXIV, *se istis* XII *demonstrasse; sicut se Ammaoni et Cleophæ seorsum jam vespere demonstraverat.* Sed deesse apud Ambrosium aliquid suspicor. Nam videtur *Ammaoni*, loci vocabulum esse, levi depravatione, pro Emmaunti. Porro alterius discipuli nomen substituendum.

(53) *Ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης.* In Collectaneis Proverb. *Στρωματ.* P. Schotti.

Ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης τὸν ἰὸν δανείζεται.

Tertul., lib. III *Contra Marcion.*, cap. 8: *Desinat nunc hæreticus a Judæo, aspis, quod aiunt, a vipera mutuari venenum.*

(54) *Βασιλείδης.* Basilides ad Antonini Pii tempora vixit, ut ait Clemens Alexandrinus VII *Strom.*, qui quidem Glauciam Petri interpretem magistrum suum jactabat. De hoc sparsim idem Alexandrinus, Irenæus vero fusius lib. I, cap. 23, Eusebius lib. IV *Hist.*, cap. 6, Theodor. ac cæteri.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ται μὲν κηρύττειν ὑπερβολὴν ὑπὲρ τὸν σχολαστὴν[1] αὐτοῦ γόητα, τὸν καταλειφθέντα ἐπὶ τῆς Συρίας, ἵνα ὅθεν τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνον διηγούμενος δόξῃ φαντασιάζειν πλέον τοὺς ἀκούοντας, ἀρέσκεσθαί τε καὶ συναγείρειν πλῆθη ὑπὲρ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ Σατορνῖλον. Καί τινες λοιπὸν φαντασιώδεις μυθοποιίας ὑπερβαλλόμενος (55), ἄρχεται μὲν οὕτως· τὰ ἀληθῆ δὲ εἰπεῖν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐννοίας ἐναρξάμενος ἡμῖν τὰ δεινά τε καὶ ὀλετήρια, ἀλλὰ προφάσεις λαβὼν ἐκ τοῦ Σατορνίλου καὶ Σίμωνος τοῦ προεληλεγμένου. Βούλεται δὲ ἑτέρως αὐτὰ μεταχειρίζειν, καὶ εἰς ὄγκον μείζονα διηγεῖσθαι τὰ μυθολογήματα.

A diem viget illius hæresis profluxit, quæ ab ejus disciplina occasionem atque originem accepit. Qui quidem præstigiatore illo suo condiscipulo, quem in Syria **69** reliquerat, majora multo prædicare cœpit, ut sublimioribus quam ille tractandis dogmatibus majorem auditoribus suis fucum faceret, iisdemque impensius arrideret, ac plures sodali suo Saturnilo sectatores colligeret. Itaque fabulosis quibusdam adjectis somniis hunc in modum exorsus est. Sed, ut quod res est dicam, non ille per sese ac suopte ingenio dira illa ac pestifera dogmata primus excogitavit, sed a Saturnilo, ac Simone Mago, quem supra refutavimus, erroris argumenta mutuatus est, quæ alia ratione tractare et majore cum pompa enarrare instituit.

Ὅτι, φησὶν, ἦν ἓν τὸ ἀγένητον, ὃ μόνος ἐστὶ πάντων πατήρ. Ἐκ τούτου προβέβληται, φησὶ, Νοῦς· ἐκ δὲ τοῦ Νοῦ Λόγος· ἐκ δὲ τοῦ Λόγου Φρόνησις· ἐκ δὲ τῆς Φρονήσεως Δύναμις καὶ Σοφία· ἐκ δὲ τῆς Δυνάμεώς τε καὶ Σοφίας ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, ἄγγελοι. Ἐκ δὲ τούτων τῶν δυνάμεών τε καὶ ἀγγέλων γεγονέναι ἀνώτερον πρῶτον οὐρανὸν, καὶ ἀγγέλους ἑτέρους ἐξ αὐτῶν γεγονέναι. Τοὺς δὲ ὑπ' αὐτῶν γεγονότας ἀγγέλους πεποιηκέναι αὖθις δεύτερον οὐρανὸν, καὶ αὐτοὺς δὲ πάλιν πεποιηκέναι ἀγγέλους· καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι τρίτον αὖθις πεποιήκασιν οὐρανόν· καὶ οὕτως οἱ καθ' ἕνα οὐρανὸν εἰς αὖθις[2] ἕτερον καὶ ἑτέρους κατασκευάζοντας, ἄχρι τριακοσίων ἑξηκονταπέντε οὐρανῶν ἐληλύκασι[3] τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου ἕως τούτου τοῦ καθ' ἡμᾶς οὐρανοῦ.

Erat, inquit, ingenium unum principium, qui solus est omnium parens. Ab hoc procreata Mens; B a Mente Verbum; ab hoc Prudentia, a qua Virtus et Sapientia prodiit. Ab utraque porro principatus, potestates et angeli. Deinde virtutes angelique isti primum ac supremum cœlum moliti, angelos rursum alios propagarunt. Qui et ipsi secundum cœlum fabricati sunt, et alios insuper angelos produxerunt. Hi tertium adjecere cœlum, atque ita singillatim uno post aliud cœlo identidem constituto ad CCCLXV perficiunt, quos a primo supremoque ad id quod nobis citimum est enumerant.

Β'. Ἀφραινόντων δ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπαγωγὸν τὸ πιστεύειν τῇ μανιώδει αὐτοῦ φλυαρίᾳ. Συνετοῖς δὲ εὐθυέλεγκτος καὶ ληρώδης ὁ τούτου λόγος καὶ ἡ γνώμη, πῶς εἰς ὑπερβάλλουσαν καὶ ἄπειρον κακοτροπίαν ἐξετόπισε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Ὁρίζει γὰρ, ὡς, κατὰ ποιητικόν τινα ἐνθουσιασμὸν ἐμβροντηθὲν τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον, ὀνόματα ἑκάστῳ ἄρχοντι τῶν οὐρανῶν ἐκτιθέμενον πρὸς τὸ διὰ τῶν ὀνομάτων, ὧν ποιητεύεται παρὰ τῶν μὴ τὸν νοῦν ἐῤῥωμένον ἐχόντων πιστεύεσθαι, εἰς ὄλεθρον τῆς τῶν ἠπατημένων ψυχῆς. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μαγγανικαῖς μηχανίαις προσανέχων οὐκ ἐπαύσατο, καὶ περιεργίαις ὁ ἀπατεών. Ὕστερον δέ φησιν ἀπὸ τῶν ἐν τούτῳ τῷ καθ' ἡμᾶς οὐρανῷ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ δυνάμεως τὴν κτίσιν ταύτην γεγενῆσθαι· ἐξ ὧν ἀγγέλων ἕνα λέγει τὸν Θεὸν, ὃν διελὼν τῶν Ἰουδαίων μόνον εἶναι ἔφη ἕνα· καὶ τοῦτον συναρίθμιον ἀγγέλοις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατὰ μιμολογίαν ὀνοματοποιουμένοις τάττων. Καὶ ἐξ αὐτοῦ πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τούτους ἅμα αὐτῷ μεμερικέναι τὸν κόσμον κατὰ διαίρεσιν κλήρῳ (56) τῷ πλήθει τῶν ἀγγέλων· τούτῳ δὲ λελογχέναι τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων. Βλασφημῶν δὲ αὐτὸν τὸν παντοκράτορα Κύριον, τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν μόνον, καὶ οὐχ ἕτερον (Πατέρα γὰρ τὸν αὐτὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ), τοῦτον

II. Sed hæc figmenta nonnisi insipientes allicere C possunt, ut insanis illorum nugis fidem accommodent. Sapientes vero facilem ad revincendum ineptam hujus cum orationem, tum sententiam judicabunt, illudque nullo negotio detegent, quantam quamque immensam in pravitatem mentem suam atque animum ablegarit. Etenim velut poetico quodam furore perculsus infelix homuncio, unicuique cœlorum principi certa nomina præscribit; quibus a se confictis nominibus a levibus et imbecillis ingeniis assensum exprimat, ac fraude sua circumventos in exitium animæ interitumque pertrahat. Præterea magicis artibus idem impostor ac præstigiis perpetuo fuit addictus. Qui ab angelis citimo huic cœlo proximoque nobis attributis, ac virtute quæ istic residet, creata postmodum inferiora censet hæc omnia. Horum ex angelorum D numero unum constituit deum, quem ut ab aliis distinguat **70** Judæis duntaxat præponit: atque eumdem ipsum in eorum angelorum ordinem refert, quibus histrionico more certas appellationes indidit. Ab illo vero formatum hominem docet; quo cum cæteri universam in angelorum multitudinem sortito mundum distribuerunt: ex quo factum est, ut illi Judæorum genus obveniret. Sic

[1] F. συσχολαστήν. [2] F. εἰσαῦθις. [3] F. ἐληλάκασι.

(55) *Καί τινες μυθοποιίας ὑπερβαλλόμενος.* Forte τινάς et ὑποβαλλόμενος.

(56) *Κατὰ διαίρεσιν κλήρῳ.* Non dubito quin ad locum illum respexerint horum somniorum artifices, qui est Deut. XXXII, 8, ex LXX Interpretum editione: Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

omnipotentem ille Dominum verum ac solum Deum nec alium contumeliose appetens (nos enim eumdem Domini nostri Jesu Christi Patrem confitemur); hunc, inquam, abnegans, unum ex iis quos appellat angelis constituit, ut est a nobis ostensum. Ergo Judæos sortito illi contigisse tradit : quem et longe reliquis angelis præfractiorem esse, ac virium suarum audacia fretum Israelitas ex Ægypto liberasse, quod cæteris ad audendum paratior, pervicaciorque foret. Atque ex eadem arrogantia factum est, uti per summam in Deum maledicentiam præstigiator ille narrat, idem ut Judæorum deus reliquas nationes suis ipsis Israelitis vellet subjicere, eamque ob causam bella concitaret. Sunt et alia plura quæ laxata contra Deum lingua, clatoque ore miserrimus homuncio jactare non est veritus. Veluti cum addit: propterea nationes reliquas cum Judæorum gente bella gessisse, eamque plurimis affecisse malis : ob aliorum angelorum videlicet invidiam, qui quod ab illo contemni se viderent commoti, suam quisque gentem contra Israelitas impulerunt. Indeque factum est, ut perpetua in hos bella, tumultusque concitati fuerint.

A ἐκεῖνος ἀρνούμενος, ἕνα βούλεται αὐτὸν παριστᾷν τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων ἀγγέλων, καθά μοι προδεδήλωται. Ἐληλυθέναι δὲ τοὺς Ἰουδαίους εἰς κλῆρον αὐτοῦ· καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὲρ ἀγγέλων αὐθαδέστερον, ἐξαγαγεῖν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου αὐθαδείᾳ βραχίονος τοῦ ἰδίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἑτοιμώτερον τῶν ἄλλων καὶ αὐθαδέστερον. Ὅθεν διὰ τὴν αὐθάδειάν φησιν αὐτοῦ, ὡς βλασφημεῖ ὁ γόης, βεβουλεῦσθαι τὸν αὐτὸν αὐτῶν θεὸν καθυποτάξαι τῷ γένει τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ ἄλλα ἔθνη· καὶ διὰ τοῦτο παρεσκευακέναι πολέμους. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ ἁγίου Θεοῦ χαλάσας τὴν γλῶτταν, καὶ ἐπάρας τὸ στόμα, οὐκ ἐντρέπεται λαλῶν ὁ ἐλεεινότατος. Διὰ τοῦτο γάρ, φησί, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη ἐπολέμησε τοῦτο τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτῷ ἐνεδείξαντο, διὰ τὴν B τῶν ἄλλων ἀγγέλων παραζήλωσιν, ἐπειδήπερ παροτρυνθέντες, ὡς καταφρονούμενοι ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ αὐτοὶ τὰ ἴδια ἔθνη ἐπὶ τὸ ἔθνος τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπέσεισαν (57). Τούτου ἕνεκα πόλεμοι πάντοτε καὶ ἀκαταστασίαι κατ᾽ αὐτῶν ἐπανέστησαν.

III. Ejusmodi est apta illa ad persuadendum impostoris oratio. Qui etiam de Christo perinde sentit, specie tenus duntaxat mortalibus apparuisse. Quippe quod in eo cernebatur, nihil præter imaginem fuisse; neque vero aut hominem exstitisse, aut carnem induisse. Subjicit et aliam velut in scena fabulam secundus histrio, cum de Christi cruce disputat. Negat enim Jesum esse passum, sed vicarium ei Simonem Cyrenæum substituit. Quo enim tempore Hierosolymis Dominus ejectus est, ut in Evangelio scriptum est, angariaverunt Simonem quemdam Cyrenæum ut ferret crucem [1]. Ex quo cavillandi concinnandique fabulam suam occasionem arripuit, nimirum Christum Simonem, cum is crucem portaret, in suam commutasse, ejusque **71** vicissim induisse formam ; itaque Simonem ad crucis supplicium suo loco tradidisse. Qui dum in cruce suffigitur, Jesum a nemine conspectum, eosque qui Simonem sufligerent deridentem ex adverso constitisse. Tum ad superos esse subvectum, cum pro se figendum Simonem substituisset, nihilque adeo perpessum in cœlum evolasse. Interea Simon, non Christus, in crucem sublatus est. Jesus enim, ait, in cœlum evectus virtutes omnes penetravit, donec ad Patrem suum reversus est. Hic enim est Patris ille commemoratus ante Filius, qui ad opem humano generi ferendam submissus est, propter eam quam inter homines perinde atque angelos perturbationem cœlestis Pater animadverterat. Atque idem, inquit, salus est nostra, qui in mundum venit, solisque nobis hanc rei veritatem aperuit. Tales sunt a nebulone isto consarcinatæ fabulæ. Deinceps vero

Γ'. Αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ ἀπατεῶνος πιθανολογία. Καὶ αὐτὸς δὲ περὶ Χριστοῦ, ὡς δοκήσει πεφηνότος, ὁμοίως δοξάζει. Εἶναι δέ φησιν αὐτὸν φαντασίαν ἐν τῷ φαίνεσθαι, μὴ εἶναι δὲ ἄνθρωπον, μηδὲ σάρκα εἰληφέναι. Δραματουργεῖ δὲ ἡμῖν ἄλλην δραματουργίαν ὁ δεύτερος μιμολόγος ἐν τῷ περὶ σταυροῦ λόγῳ Χριστοῦ· οὐχὶ Ἰησοῦν φάσκων πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ ἀπὸ Ἱεροσολύμων τὸν Κύριον ἐκβάλλεσθαι, ὡς ἔχει ἡ ἀκολουθία τοῦ Εὐαγγελίου, ἠγγάρευσάν τινα Σίμωνα Κυρηναῖον βαστάσαι τὸν σταυρὸν, ἔνθεν εὑρίσκει τῆς αὐτοῦ κυβείας ποιήσασθαι τὴν τραγῳδίαν· καὶ φησὶν, ἐκεῖνον ἐν τῷ βαστάζειν τὸν σταυρὸν μεταμεμορφωκέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος, καὶ ἑαυτὸν εἰς τὸν Σίμωνα, καὶ ἀντὶ ἑαυτοῦ παραδεδωκέναι Σίμωνα εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Ἐκείνου δὲ σταυρουμένου, ἑστῆκει κατάντικρυς ἀοράτως ὁ Ἰησοῦς, καταγελῶν τῶν τὸν Σίμωνα σταυρούντων. Αὐτὸς δὲ ἀνέστη εἰς τὰ ἐπουράνια, παραδοὺς τὸν Σίμωνα ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ ἀπαθῶς ἀνεχώρησεν εἰς τὸν οὐρανόν. Ὁ δὲ Σίμων αὐτὸς ἐσταυρώθη, καὶ οὐχ ὁ Χριστός. Ἰησοῦς γὰρ, φησὶν, ἀναπετασθεὶς εἰς τὸν ὠρανὸν, διῆλθε πάσας τὰς δυνάμεις, ἕως οὗ ἀποκατέστη πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ Πατέρα. Οὗτος γάρ ἐστι, φησὶν, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ὁ προειρημένος, ὁ ἀποσταλεὶς ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων δι᾽ ἣν εἶδεν ὁ Πατὴρ ἀκαταστασίαν ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς ἀγγέλοις. Καὶ οὗτός ἐστι, φησὶν, ἡ σωτηρία ἡμῶν, ὁ ἐλθὼν, καὶ ἡμῖν μόνοις ἀποκαλύψας ταύτην τὴν ἀλήθειαν. Τοιαῦται μὲν αἱ ραψῳδίαι τῆς τοῦ ἀγύρτου μυθοποιίας. Ἀλλὰ καὶ ἀπεντεῦθεν προκοπτούσης τῆς ἀκαθαρσίας τῆς ἀπὸ τοῦ Σίμωνος ἐναρξαμένης, πᾶσαν ἐπιτήδευσιν κακομηχανίας καὶ ἀσελγείας ἐπιτρέπει

[1] Marc. xv, 21.

(57) *Τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐπέσεισαν.* Forte ὑπ᾽ αὐτῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους ἐπιτελεῖν, ἄνδρας μετὰ γυναικῶν πολυμιξίαν τινὰ κακῆς ὑποθέσεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας ἐκδιδάσκει· ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος· Ἐπὶ τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν ἀποκαλύπτεσθαι ὀργὴν Θεοῦ, καὶ δικαιοκρισίαν ἐπὶ τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντας. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ἡδυπαθείας πολλοὶ εἰς τὴν αἵρεσιν ἐμπίπτουσιν, ἀδεῶς εὑρίσκοντες ἐπιτελεῖν τὴν ἡδονὴν ἑαυτῶν ἐν ταῖς αἰσχρουργίαις.

A progressum illa impuritate capiente, cujus auctor Simon fuit, nullum non pravitatis libidinisque genus obeundum discipulis permittit; virorumque ac mulierum promiscuos concubitus, et sceleratorum dogmatum congeriem sectatoribus suis proponit. Quod et ab Apostolo notatum est, cum ait, in his et horum similibus iram Dei revelari, ac justum judicium in eos, qui veritatem in justitia detinent [1]. Nam ob eas voluptates plerique ad hæresin desciscunt, ubi fœdissimis flagitiis impune libidinem suam explere possint.

Δ'. Διδάσκει δὲ πάλιν καὶ ἀνατρέπει φάσκων, μὴ δεῖν μαρτυρεῖν. Ὁ γὰρ μαρτυρῶν ἄμισθος εὑρεθήσεται, μαρτυρῶν ὑπὲρ τοῦ πεποιηκότος τὸν ἄνθρωπον· μαρτυρεῖ γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου Σίμωνος. Πόθεν δὲ τούτῳ μισθὸς εἴη, ὁπότε ἀποθνήσκει μὲν ὑπὲρ Σίμωνος τοῦ ἐσταυρωμένου, ὑπὲρ Χριστοῦ δὲ τοῦτο ποιεῖν ὁμολογεῖ, ὃ ἀγνοεῖ, ἀποθνήσκων ὑπὲρ οὗ οὐ γινώσκει; Δεῖ τοίνυν ἀρκεῖσθαι (58), καὶ μὴ προαλόντα ἀποθνήσκειν.

IV. Quin etiam alio documento suo sectatorum animos corrumpit. Ait enim martyrium obire nequaquam oportere. Qui enim id faciat mercede cariturum, cum in ejus qui hominem condidit gratiam istud suscipiat; et tamen ad Simonem qui suspensus in cruce sit martyrium referatur. Etenim undenam ei præmium exspectandum, qui pro Simone crucifixo mortem oppetens idipsum se Christi causa facere profitetur, et quidem imprudens? Nam pro eo quem ignorat, morti sese committit. Sufficere ergo nobis istud debet : neque si detenti fuerimus mortis pœna subeunda.

Ε'. Φωραθήσεται δὲ οὗτος διαβολικὴν δύναμιν εἰσηγούμενος κατὰ τῶν ψυχῶν, ἀπαρνησιθεΐαν αὐτὰς ἐκδιδάσκων· ὁπότε αὐτὸς ὁ Κύριος φησί· *Τὸν ἀρνούμενόν με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.* Ἀλλὰ φησὶν ὁ ἀγύρτης· Ἡμεῖς, φησὶν, ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὗες καὶ κύνες. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε· *Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μηδὲ δότε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί.* Κρύπτει γὰρ ἑαυτοῦ τὴν ἀδικίαν ἀπὸ τῶν νοῦν ἐχόντων· ἀποκαλύπτει δὲ τῇ αὐτοῦ σχολῇ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένοις. Ἐπειδὴ γὰρ ἀληθῶς τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα καὶ γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν· λέγει, ὅτι ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων δεῖ ὁμολογεῖν τὴν ἀλήθειαν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι· οἱ δὲ ἄλλοι ὗες καὶ κύνες, ὡς προεῖπον. Φάσκει δὲ μόνον περὶ Πατρὸς καὶ τοῦ ἑαυτοῦ μυστηρίου μηδενὶ ἀποκαλύπτειν, ἀλλὰ σιγῇ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς· ἑνὶ δὲ ἀπὸ χιλίων ἀποκαλύπτειν, καὶ δυσὶν ἀπὸ μυρίων. Καὶ ὑποτίθεται τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς λέγων, ὅτι Ὑμεῖς πάντα γινώσκετε· ὑμᾶς δὲ μηδεὶς γινωσκέτω. Αὐτὸς δὲ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἐρωτώμενοι Ἰουδαίους μὲν ἑαυτοὺς μηκέτι εἶναι φάσκουσι, Χριστιανοὺς δὲ μηκέτι γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἀρνεῖσθαι πάντοτε· ἔχειν δὲ ἑαυτῷ σιγῇ τὴν πίστιν, καὶ μηδενὶ ὑποδεικνύναι, τὴν αἰσχύνην ἑαυτοῦ ὑφορώμενος διὰ τὸ ἀπαρρησίαστον τῆς αἰσχρουργίας, καὶ κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας.

V. Enimvero diabolicam quamdam vim ad animarum illum invexisse perniciem facile deprehendemus, ut qui Deum ejurare illos edoceat, quandoquidem Dominus ipse dicit : *Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre* **72** *meo qui in cœlis est* [2]. At enim veterator loquitur : Nos, inquit, homines sumus : cæteri omnes nihil aliud quam sues et canes. Ideoque scriptum est : *Nolite jacere margaritas ante porcos, neque dare sanctum canibus* [3]. Siquidem de sua improbitate celat eos qui sapientiæ nonnihil habent, ac suæ duntaxat scholæ et circumventis a se hominibus exponit. Quoniam revera quæ ab illis dicuntur et fiunt, turpe est etiam eloqui [4]. Igitur coram hominibus profitendam esse veritatem docet. Nos enim homines sumus; cæteri suum canumque numero, uti diximus. Et illud admonet, ut de Patre duntaxat arcanoque suo nemini significent, sed tacitum apud se retineant, aut uni saltem e millibus, ac duobus ex decem millibus aperiant. Quin et suis discipulis ita præcipit : Date, inquit, operam ut omnia cognoscatis, nemo vero vos cognoscat. Cæterum tam ipse, quam qui ejus sectam amplexi sunt, quoties interrogantur, Judæos quidem se esse negant, Christianos vero nondum fuisse. Sic abnegare perpetuo fidem, eamque tacite apud se custodire, nec ulli patefacere suos instituit; quod nimirum suspectam habeat ipse turpitudinem suam, cum tam immanis fœditas, atque impura disciplina audacter evulgari non audeat.

Ϛ'. Ἔσχε δὲ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς τῆς κακῆς προφάσεως τὴν αἰτίαν ἀπὸ τοῦ ζητεῖν καὶ λέγειν πόθεν τὸ κακόν. Πᾶς δὲ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ πραγματείας δειχθήσεται ὁποῖός ἐστιν. Ἔμπορος γοῦν οὗτος κακῶν ὁ

VI. Hujus vero pessimæ sectæ occasionem initiumque dedit illa quæstio ac disputatio : Undenam malum originem habuerit. Verum unusquisque cujusmodi sit, administratione ac negotiatione sua

[1] Rom. I, 18. [2] Matth. X, 33. [3] Matth. VII, 6. [4] Ephes. V, 12.

(58) Δεῖ τοίνυν ἀρκεῖσθαι. Scribe ἀρνεῖσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

declarabit. Proindeque malorum negotiator, non bonorum est ille mali artifex, quemadmodum Scriptura testatur : *Qui quærunt mala, mala eos apprehendent* [1]. Nam neque malum aliquando exstitit, neque radix ulla nequitiæ fuit, neque omnino malum solidum quiddam est ac consistens. Quippe malum quandoque nullum fuit; sed ex occasione introductum et ascitum in unoquoque inest, qui illud committit. Quod si minime committatur non inest, id quod supra demonstravimus. Etenim Dominus cum universa creasset, Ecce, inquit, valde bona sunt omnia [2]; quo istud ipsum ostenderet : non esse vetus admodum malum, neque initio priusquam ab homine inciperet, exstitisse. Per nos enim fit aut non fit. Ex eo ergo scilicet, quod quivis hominum malum facere possit, aut minime facere : si faciat, malum exsistet, nisi faciat, nullum erit omnino. Ubi igitur radix illa mali, pravitatisque natura subsistens?

A τοῦ κακοῦ ἐργάτης, καὶ οὐχὶ ἀγαθῶν [3], ὡς καὶ ἡ Γραφὴ εἶπεν· ὅτι *Ζητοῦντας κακὰ καταλήψεται κακά*. Οὔτε γὰρ ποτε κακὸν ἦν, οὔτε ῥίζα γέγονε κακίας, οὔτε ἐνυπόστατόν τὸ κακόν ἐστιν. Οὐκ ἦν γάρ ποτε τὸ κακόν. Ἐπείσακτον δὲ διὰ προφάσεως ἑκάστῳ τῶν ποιούντων τὸ κακὸν ἔνεστιν. Ἐν τῷ μὴ ποιεῖν οὐκ ἔνεστι, καθάπερ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις προδεδήλωται. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος μετὰ τὸ πάντα πεποιηκέναι, Ἰδοὺ πάντα καλὰ λίαν· δεικνὺς, ὅτι τὸ κακὸν οὐκ ἀρχαΐζει, οὐδὲ ἐξ ὑπαρχῆς ὑπῆρχε πρὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἐνάρξασθαι. Δι' ἡμῶν γὰρ γίνεται, καὶ δι' ἡμῶν οὐ γίνεται. Ἆρ' οὖν ἐν τῷ πάντα ἄνθρωπον δύνασθαι μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν, καὶ δύνασθαι ποιεῖν τὸ κακὸν, ὅταν μέν τοι ποιῇ, ἔστι τὸ κακὸν, ὅταν δὲ μὴ ποιῇ, οὐκ ἔστι τὸ κακόν. Ποῦ τοίνυν τοῦ κακοῦ ἡ ῥίζα, ἡ ὑπόστασις τῆς πονηρίας ;

73 VII. Admodum vero stolidus est, cum a virtute productam mentem asserit, a mente verbum ; ac hoc prudentiam : hanc virtutem sapientiamque peperisse : a quibus potestates, et virtutes, angelique prodierint: sed his omnibus superiorem quamdam vim statuit, ac principium, quod Abrasax appellat, ideo quod ejus vocis litteræ CCCLXV numerum efficiunt ; atque ex eo confictam illam suam de CCCLXV cœlis fabulam comprobare nititur. Quibus cœlis toti lem ex mathematicis rationibus situs ac locorum descriptiones accommodare omni ope ac studio contendit : nam illorum vanissima theoremata cum ipse, tum qui ex ejus disciplina sunt, sic arripuerunt, ut in usum conformata suum ad idolorum propugnatricis, falsæque et adulterinæ doctrinæ causam atque originem transferrent. Quæ quidem similium snpputationum comparatis exemplis corroborare conantur : nam Abrasax, ut ante dixi, CCCLXV numerum continet. Hinc igitur isti totidem diebus confici anni circuitum asserunt. Sed inanis hæc oratio per seipsam concidat necesse est. Siquidem annus præter CCCLXV dies tribus insuper horis constare cernitur. Eadem vero, inquit, hæc causa est cur in homine CCCLXV membra sint, ut quælibet illarum virtutum suum sibi vindicare possit. In quo quidem conflictum illud adulterinumque dogma non minus corruit. Quippe non plura CCCLXIV membris in homine numerantur.

B Ζ'. Εἰς δὲ πολλὴν οὗτος ἐλήλακε μωρίαν, φάσκων, ὅτι ἡ δύναμις τὸν νοῦν προεβάλετο, ὁ δὲ νοῦς τὸν λόγον, ὁ δὲ λόγος τὴν φρόνησιν, ἡ δὲ φρόνησις δύναμιν καὶ σοφίαν, ἐκ δὲ δυνάμεως καὶ σοφίας ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις καὶ ἄγγελοι. Λέγει δὲ τὴν ὑπεράνω τούτων δύναμιν εἶναι, καὶ ἀρχὴν Ἀβρασάξ, διὰ τὸ τὴν ψῆφον τοῦ Ἀβρασὰξ (59) ἔχειν τριακοσιοστὸν ἑξηκοστὸν πέμπτον ἀριθμὸν, ὡς ἐκ τούτου τὴν μαρτυρίαν τῆς αὐτοῦ μυθοποιίας τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε οὐρανῶν, συνιστᾷν πειρᾶσθαι. Οἷς οὐρανοῖς καὶ τοποθεσίας ἴσα τοῖς μαθήμασι διαιρῶν (60), καὶ συνιστᾷν ἐπιτηδεύων οὐ παρέργως μηχανᾶται. Τὰ γὰρ ἐκείνων μάταια θεωρήματα λαβὼν εἰς ἴδιον χαρακτῆρα, αὐτός τε καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν, εἰς αἰτίαν τῆς ἰδίας εἰδωλοποιοῦ καὶ πεπλανημένης ἐπιπλάστου διδασκαλίας μετήνεγκαν, καὶ βούλονται τὴν σύστασιν τούτων ἀπὸ τῶν ὁμοίων ψήφων ποιεῖσθαι, ὡς προεῖπον, τοῦ Ἀβρασὰξ τῶν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε τὸν ἀριθμὸν ἔχοντος δῆθεν, δεικνύντες δι' αὐτοῦ τὸ ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν ἀριθμὸν κατὰ περίοδον. Πέπτωκε δὲ αὐτοῦ ὁ ληρώδης λόγος. Εὑρίσκεται γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς (61) τριακοσίων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν καὶ ὡρῶν τριῶν. Εἶτα ἐντεῦθέν φησι, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔχει τριακόσια ἑξηκονταπέντε μέλη, ὡς ἑκάστῃ τῶν δυνάμεων ἀπονέμεσθαι ἓν μέλος, ὅθεν καὶ ἐν τούτῳ πέπτωκεν αὐτοῦ ἡ ἐπινενοημένη καὶ νόθος διδασκαλία. Εἰ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστὶ (62) τξδ' μέλη.

VIII. Ac beatus ille apostolorum successor Irenæus subtilius ea de re disputans hominis stultitiam cum pari imbecillitate conjunctam sane ad-

Η'. Θαυμαστῶς δὲ ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ τῶν ἀποστόλων διάδοχος, περὶ τούτου λεπτολογῶν, διήλεγξε τούτου τὴν ἀδελτηρίαν καὶ ἀδράνειαν. Ἀνατραπήσεται

[1] Eccli. VII, 1. [2] Gen. I, 31. [3] γρ. Ἔμποροι γοῦν οὗτοι κακῶν ἐρασταὶ καὶ οὐχὶ ἀγαθῶν.

(59) *Τοῦ Ἀβρασάξ*. Vide Baron. ad a. 120.

(60) *Ἴσα τοῖς μαθήμασι διαιρῶν*. Hanc lectionem e Vaticano substituimus Vulgatæ illi quæ perspicue corrupta videtur, et est hujusmodi, ἴσας τοῖς ποθητικοῖς διαιρέσεσι. Cornarius ποιητικοῖς legit. Sensus porro is esse potest, Basilidem CCCLXV illos cœlos e mathematicis rationibus, quæ totidem dies annuo orbi præfiniunt, constituisse. Quare ex iisdem illis mathematicorum decretis paulo post hominem refutat. Quippe cum præter CCCLX dies, VI insuper horæ tribuantur.

(61) *Εὑρίσκεται γὰρ ὁ ἐνιαυτός*. Horæ apud Epiphanium æquinoctiales duas continent. Vide hæres. LI.

(62) *Εἰ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί*. At R. Elias in *Thisbi* : רמ"ח אברים יש באדם : CCXLVIII membra in homine sunt. At Epiphanius ait esse CCCLXIV. Nisi forte pro εἰ legendum sit οὐ, ut sensus sit, non esse 365 membra. Tum enim et τξδ' pro τξδ' substituendum erit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

δὲ καὶ νῦν ἡ φλυαρία τοῦ ἄνωθεν καταβεβηκότος Βασιλείδου, καὶ τὰ ἄνω σαφῶς κατοπτεύσαντος, μᾶλλον δὲ ἄνωθεν πεπτωκότος ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ· ὅτι, εἰ οὗτος ὁ οὐρανὸς ὑπὸ τῶν κατ' αὐτὸν ἀγγέλων γεγενῆται, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν ἀνωτέρω, καὶ οἱ ἀνωτέρω ὑπὸ τῶν ἔτι ἀνωτέρω, ἄρ' οὖν ἡ ἄνω δύναμις, ἡ καὶ Ἀβρασὰξ καλουμένη, εὑρεθήσεται ἡ τὰ πάντα πεποιηκυῖα, καὶ ἡ αἰτία τῶν ὄντων πάντων, καὶ οὐδὲν δίχα αὐτῆς τι γεγενῆσθαι εὑρεθήσεται, ὁπότε αὐτὴ τὸ αἴτιον καὶ τὸ πρῶτον ἀρχέτυπον παρ' αὐτῶν καταγγέλλεται, τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῖς τοῦ κόσμου τούτου ὑστέρημα, ὑπό τινος ἑτέρου μὴ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς καὶ αἰτίας τῶν μετέπειτα γεγονότων. Ἐρωτητέον δὲ τὸν αὐτόν· Τίνι λόγῳ ἐπὶ τοσαύτην πληθὺν ἡμᾶς φέρεις, ὦ οὗτος, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, τουτέστιν ἐπὶ τὸν ἕνα Θεὸν τὸν παντοκράτορα; ὁπότε ἐξάπαντος ἤτοι οὕτω λέγων, ἢ οὕτω, δεῖ τὸν ἕνα αἴτιον πάντων ὁμολογεῖν Δεσπότην. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποθέσεως ἀπόκριναι, ὦ πλαστουργὲ τῆς μυθοποιοῦ ταύτης πραγματείας. Εἰ Σίμων ἐσταυρώθη ὁ Κυρηναῖος, ἄρα οὐ διὰ Ἰησοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν γεγένηται, ἀλλὰ διὰ Σίμωνος, καὶ οὐκέτι ὁ κόσμος ἐλπίσειε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ σώζεσθαι τοῦ μὴ παθόντος. Οὔτε γὰρ Σίμων δύναται σώζειν, ἄνθρωπος ὢν ψιλὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον. Ἅμα δὲ καὶ συκοφαντίας καταψηφίζει[1] τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκεν ὁ ἀγαθὸς Κύριος, βιασάμενος εἰς φόνον. Καὶ ἔσται λοιπὸν δυαρ, μᾶλλον δὲ κακοηθείας καὶ κυβείας ἔργον τὸ τοιοῦτον, ὅτι ὁ Κύριος, κυβείᾳ τινὶ ἑαυτὸν κρύψας, ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκε· καὶ ἔσται ἡ παρὰ σοῦ μωρολογία συκοφαντοῦσα μὲν τὴν ἀλήθειαν, μὴ δυναμένη δὲ, ἀλλ' ἐλεγχομένη ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ἀσυστάτως τὸ ποίημα τοῦτο εἰσηγουμένη.

A mirabiliter convicit. Nec minus in præsentia futiles ejusdem Basilidæ nugæ refellentur qui e cœlo delapsus, et cœlestia, manifeste contemplatus est, vel e cœlo potius, hoc est scopo veritatis excidit : nam si cœlum istud ab angelis quos ille constituit, est productum, et ii rursus a superioribus, superiores a supremis procreati sunt, eo res nimirum recidet, ut summa illa virtus, quæ Abrasax dicitur, universa condiderit, sitque omnium quæcunque sunt causa, nec absque illa quidquam exstiterit : **74** cum hæc ipsa principium, ac primum rerum omnium exemplar ab illis esse dicatur : adeoque sequitur mundi hujus quem vocant defectum non ad aliud esse quam ad primum illud principium causamque eorum, quæ sunt postea facta, referendum. Illud vero de eodem percontari oportet : Quid tu tandem, mi homo, nos in tantam multitudinem compellis, ac non potius ad principium ipsum, hoc est unum Deum et omnipotentem deducis? quandoquidem sive hoc sive alio modo statuas, unum omnino rerum omnium principium ac Dominum fateri necesse sit. Quin hoc velim mihi, fabulosi hujus commenti architecte, de Christo respondeas. Si in crucem Simon ille Cyrenæus est sublatus, non igitur per Christum parta nobis est salus, sed per Simonem; nec jam per Christum mundus salvum fore se sperare debeat, utpote qui minime sit passus. Neque enim salutis esse causa Simon potest, purus utique ac putus homo, neque quidquam amplius. Ad hæc unigenitum Dei Filium calumniæ condemnas, si alterum bonus Dominus violenter ad necem suo loco tradiderit. Nec aliud tota res præter somnium erit, imo malignitatis præstigiarumque specimen, cum semetipsum Dominus fraudulentis artibus subducens sui vicarium alterum substituat. Sicque tua illa stultissima cavillatio veritati quidem calumniam struet, nec quod volet tamen assequi poterit, sed de figmento illo temere ac sine ulla stabilitate proposito vel ab ipsa veritate redarguetur.

B

C

Θ'. Πάντη γὰρ ἐλέγχει τοῦτον τὸν αἱρεσιάρχην ἡ ἀλήθεια ἐν Παλαιᾷ καὶ Καινῇ Διαθήκῃ. Παντὶ γάρ τοι δῆλον, ὅτι Χριστὸς ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἦλθε, καὶ θελήματι ἰδίῳ καὶ τοῦ ἰδίου Πατρὸς, καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔλαβε τὴν σάρκα, ἐνανθρωπήσας ἐν ἡμῖν, ἐν τελειότητι Θεὸς ὤν, ἀπ' ἀρχῆς ἐκ Πατρὸς γεγεννημένος, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐν μήτρᾳ παρθένου γενέσθαι καταξιώσας, εἰς ἑαυτόν τε σῶμα ἀναπλασάμενος, καὶ γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνανθρωπήσας ἐν βεβαιώσει, ἵνα ἐν αὐτῇ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ σαρκὶ, καὶ τὴν ψυχὴν δῷ ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων· ὡς ἐλέγχει τούτους λέγων· *Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.* Τοῖς τε υἱοῖς Ζεβεδαίου φήσας· *Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ μέλλω πίνειν·* ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει Πέτρος· *Θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι.* Καὶ πάλιν· *Ὃς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ·* πάλιν δὲ

IX. Hæc enim hæresiarcham istum tam in Veteri quam Novo Testamento omni ex parte convincit. Siquidem nemini est obscurum, Christum sua sponte ad supplicium venisse, atque etiam voluntate cum sua tum Patris ac sancti Spiritus adductum, uti carnem indueret, et inter nos hominem se faceret, cum nihilominus perfectus esset Deus, a Patre principio sine ullo initio vel tempore genitus. Qui postremis temporibus in virginis utero formari voluit, sibique corpus effinxit, ac revera genitus, et homo sine ullo fuco factus est, uti pœnas in ea quam susceperat carne pro nobis experiretur, ac pro ovibus suis animam traderet. In quo hæreticos illos perspicue refellit dum ita loquitur : *Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur, et occidetur, et* **75** *tertia die resurget*[3]. Tum insuper cum Zebedæi filiis ait : *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum*[3]? Quo illa apostoli Petri verba pertinent : *Mortificatus carne, vivificatus autem spiritu*[4].

D

[1] F. καταψηφίζεις. [2] Matth. xx, 18. [3] ibid. 22. [4] I Pet. III. 18.

Digitized by Google Распознавание текста

Ac rursum : *Qui pro nobis in carne passus est.* Sed et Joannes ita scribens : *Si quis negat Christum in carne venisse, hic est Antichristus* [1]. Ad hæc sanctus Paulus : *Qui mortem, inquit, gustavit, mortem inquam crucis* [2]. Id quod Moses diu ante prænuntians dicebat : *Videbitis vitam vestram coram vobis e ligno suspensam* [3]. Vita porro nostra non Cyrenæus Simon, sed ille est ipse, qui pro nobis ideo passus est, ut nos passionibus nostris exsolveret, quique ideo mortuus carne mors ipsa mortis esse voluit, ejus ut stimulum frangeret : idem terræ ad interiora descendit, ut adamantinos vectes effringeret. Qua re confecta captivas sursum animas evexit, atque inferos exhausit.

A Ἰωάννης λέγων· *Εἴ τις οὐ λέγει τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, οὗτος Ἀντίχριστός ἐστιν.* Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλός φησι· *Γευσάμενος θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ·* ὡς καὶ Μωϋσῆς προαναφωνῶν ἔλεγεν·*Ὄψεσθε τὴν ζωὴν* (63) *ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι ὑμῶν ἐπὶ ξύλου.* Ζωὴ δὲ ἡμῶν οὐχ ὁ Σίμων ὁ Κυρηναῖος, ἀλλ' ὁ ὑπὲρ ἡμῶν πεπονθὼς, ἵνα τὰ ἡμέτερα πάθη διαλύσῃ, καὶ θανὼν σαρκὶ θάνατος θανάτῳ γένηται, ἵνα τὸ κέντρον τοῦ θανάτου κλάσῃ, καταβὰς εἰς τὰ καταχθόνια, ἵνα τοὺς ἀδαμαντίνους μοχλοὺς συντρίψῃ. Ὅπερ ποιήσας, ἀνήγαγε τῶν ψυχῶν τὴν αἰχμαλωσίαν, ἐκένωσέ τε τὸν ᾅδην.

X. Tantum igitur abest ut Simoni Christus causam mortis attulerit, ut ei semetipsum exposuerit. Nam quid tandem ais, mortalium omnium infelicissime? Non libere profiteri quæ vellet potuit, et ab illis nisi in cruce suspendi vellet recedere? At scilicet Dei Verbo adhibendæ joculares præstigiæ fuerunt, ut alium ad mortem, crucisque supplicium obeundum vice sua traderet, is præsertim qui dixerit : *Ego sum veritas et vita* [4]! Atqui neque vitæ est alteri mortem consciscere, neque quod revera inest in sese dissimulare, aliaque pro aliis ostendere, veritatis. Desinet enim veritas esse, si sit fraudis et erroris artifex, suumque ipsamet opus abscondat, ac contrariam calliditatem ad negotium suum accommodet. Postremo ut dicendi finem faciam : *Væ mundo a scandalis* [5], et operantibus iniquitatem! Quam multi non modo sibi tenebras offuderunt, sed et aliis quos errori suo postea faciles atque obsequentes nacti sunt! Sed prudentibus veritas apparebit; Basilidæ vero, et ejusmodi farinæ hominum studium constabit ab errore profectum.

B Γ'. Οὐκ ἄρα οὖν αἴτιος θανάτου γέγονεν ὁ Χριστὸς τῷ Σίμωνι αὐτὸς ἑαυτὸν παραδούς. Τί γὰρ λέγεις, ὦ ἄθλιε [7] πάντων ἀνθρώπων; Οὐκ ἠδύνατο ἐλευθεροστομεῖν καὶ ἀναχωρῆσαι ἀπ' αὐτῶν, εἰ μὴ ἐθέλησε σταυρωθῆναι; Ἀλλὰ παίγνιον ἐποίει κυβείας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἄλλον ἀντὶ αὐτοῦ παρεδίδου ἀποθανεῖν καὶ σταυρωθῆναι, ὁ λέγων· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια,* φησὶ, *καὶ ἡ ζωή!* Ἡ δὲ ζωὴ οὐκ ἂν ἑτέρῳ θάνατον παρασκευάσειε· καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἂν κρύψῃ τὸ ἐν ἀληθείᾳ παρ' αὐτῆς γενόμενον, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ὑποδείξῃ. Οὐκέτι γὰρ ἡ ἀλήθεια εὐρεθήσεται ἀλήθεια πλάνην ἐργαζομένη, καὶ κρύπτουσα τὸ ἑαυτῆς ἔργον, δι' ἐναντίου δὲ πραγματευομένη σοφίσματος. Καὶ ἁπλῶς ἐκ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἵνα μὴ μηκύνω τὸν λόγον, *Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων,* καὶ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν! Πόσοι ἑαυτοῖς σκότος ηὔρηνται, καὶ ἄλλοις τοῖς μετέπειτα τῷ σκότει αὐτῶν πειθομένοις! Τοῖς δὲ συνετοῖς φανήσεται ἡ ἀλήθεια· ἡ δὲ Βασιλείδου καὶ τῶν τοιούτων πραγματεία πλάνης ἔργον ἐλεγχθήσεται.

Hæc habui quæ de hac hæresi, ejusque fabulis dissererem. A qua deinceps ad aliam me conferam. Quis enim non illam hæresin facile deprehendat nihil præter figmentum esse, 76 instarque cerastæ in arena defossam, solo cornu duntaxat exerto iis qui in ipsam incurrerant exitium afferre? Verum et *peccatorum cornu Dominus contrivit*, et *justi cornu solum exaltabitur* [6], hoc est veritatis fides. Posteaquam igitur veritatis illud doctrina D contrivimus, age cæteras persequamur, conciliato primum nobis adjutore Deo, cui gloria et honor, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

C Καὶ ταῦτά μοι περὶ ταύτης τῆς [8] αἱρέσεως καὶ τοῦ μύθου τούτου εἰρήσθω. Ἐντεῦθεν δὲ ἐφ' ἑτέραν αἵρεσιν βαδιοῦμαι. Τίνι γὰρ οὐ φωρατὴ ἔσται ἡ τοιαύτη αἵρεσις, μῦθός τις οὖσα, καὶ ὡς κεράστου τρόπον ἐν ἄμμῳ κεχωσμένη, διὰ δὲ τοῦ κέρατος ἐν ἀέρι προκύπτουσα, καὶ τὸν ὄλεθρον τοῖς περιτυγχάνουσιν αὐτὴν ἐργαζομένη; ἀλλὰ καὶ *τὸ κέρας τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ Κύριος συνέτριψε, τὸ δὲ κέρας τοῦ δικαίου μόνον ὑψωθήσεται,* ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀληθείας. Διὸ, καὶ τοῦτον συντρίψαντες τῇ τῆς ἀληθείας διδασκαλίᾳ, ἐπὶ τὰς μετέπειτα διέλθωμεν, Θεὸν βοηθὸν ἐπικαλούμενοι, ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADVERSUS NICOLAITAS,

Quæ est hæresis V, sive XXV.

I. Nicolaus e numero VII diaconorum fuit, qui

KATA ΝΙΚΟΛΑΪΤΩΝ (64),

Αἵρεσις Ε', ἡ καὶ ΚΕ'.

Α'. Νικόλαος γέγονεν εἷς ἀπὸ τῶν ἑπτὰ διακόνων, τῶν

[1] 1 Joan. IV, 2 [2] Phil. II, 8. [3] Deut. XXVIII, 66. [4] Joan. XIV, 6. [5] Matth. XVIII, 7. [6] Psal. LXXIV, 11.
[7] γρ. θελάτε. [8] γρ. αἱρέσεως τῆς τῶν μυθώδους.

(63) *Ὄψεσθε τὴν ζωήν.* Hic locus e Deut. XXVIII, 66, de Christo a nonnullis PP. accipi solet, ut ab Aug., lib. XVI *contra Faust.*, c. 23; Tertulliano lib. *contra Jud.*, c. 11.

(64) *Νικολαϊτῶν.* De sectæ vel auctore vel ἐπωνύμῳ, veteres a se invicem dissentiunt. Magistrum erroris fuisse præter Epiphanium censent Irenæus lib. I, cap. 27, Ignatius, Philastrius, et alii. At Clemens lib. III *Strom.*, Nicolaum cum ab aliis animi ornamentis, tum a temperantia commendat; ejusque virgines filias fuisse narrat : sed ex quadam sententia, quam is coram apostolis

Digitized by Google Распознавание текста

ἐκλελεγμένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἅμα Στεφάνῳ τῷ ἁγίῳ καὶ πρωτομάρτυρι, καὶ Προχόρῳ, καὶ Παρμενᾷ, καὶ τοῖς ἄλλοις. Οὗτος, ἀπὸ τῶν Ἀντιοχέων ὁρμώμενος, προσήλυτος γίνεται. Μετέπειτα δὲ καταδεξάμενος τὸν περὶ τοῦ κηρύγματος λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸς συνήφθη τοῖς μαθηταῖς, ἔν τε τοῖς προχριτέοις τὰ πρῶτα ἐξεταζόμενος. Ἐντεῦθεν καὶ ἐν τοῖς [1] ἐκλεγεῖσιν εἰς τὴν τῶν χηρῶν τότε ἐπιμέλειαν ἐγκατηριθμήθη. Ὕστερον δὲ τοῦτον ὑπέδυ ὁ διάβολος, καὶ ἐξηπάτησεν αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ αὐτῇ πλάνῃ τῶν προειρημένων παλαιῶν, κατατρωθῆναι μειζόνως ὑπὲρ τοὺς πρώην. Γύναιον γὰρ οὗτος ἔχων εὔμορφον, καὶ ἀπὸ τοῦ γυναίου ἐγκρατευσάμενος, ὡς κατὰ μίμησιν ὧν ἑώρα Θεῷ προσανεχόντων, μέχρι τινὸς ἐκαρτέρει. Οὐ μὴν εἰς τέλος ἤνεγκε κρατεῖν τῆς αὐτοῦ ἀκρασίας· ἀλλὰ βουληθεὶς ὡς κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφειν, προφάσεις τινὰς οὐκ ἀγαθὰς ἑαυτῷ θηρώμενος ἐπενόει πρὸς ἀπολογίαν τοῦ ἰδίου τῆς ἀκολασίας πάθους, ἃ μᾶλλον συνέφερεν [2] αὐτῷ. Εἶτα οὖν τοῦ σκοποῦ ἐκπεσὼν, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ συνήφθη ἀπεριέργως. Οὗτος δὲ, αἰσχυνόμενος τὴν ἑαυτοῦ ἧτταν, καὶ ὑφορώμενος φωραθῆναι, ἐτόλμα λέγειν, ὅτι, εἰ μή τις καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαγνεύει, ζωῆς οὐ δύναται μετέχειν τῆς αἰωνίου. Ἐκ προφάσεως γὰρ εἰς πρόφασιν μετηνέχθη ἑτέραν. Ὁρῶν γὰρ τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον κάλλει μὲν διαπρέπουσαν, ταπεινότητι δὲ φερομένην, ἐζηλοτύπησε ταύτην, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀσέλγειαν τοὺς ἄλλους εἶναι νομίσας, τὰ πρῶτα μὲν ἐμπαροινῶν εἰς τὴν ἰδίαν γαμετὴν διετέλει, καὶ διαβολάς τινας αὐτῇ ἐπιφέρων διὰ λόγων· τὸ δὲ πέρας ἑαυτὸν κατέσπασεν οὐ μόνον εἰς τὴν χρῆσιν τῆς σαρκὸς τὴν κατὰ φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εἰς βλάσφημον ὑπόνοιαν, καὶ βλάβην κακοτροπίας, καὶ πλάνην παρεισδύσεως πονηρᾶς.

ab apostolis delecti sunt, una cum S. Stephano protomartyre, ac Prochoro, Parmena sociisque cæteris. Hic oriundus Antiochia sese ad Judæorum sectam aggregavit. Postea Christianum dogma complexus, ad discipulos adjunctus, atque inter primarios annumeratus est [3]. Inde in eorum ordinem relatus est, qui ad viduarum præfecturam electi sunt. Verum postea in eum se diabolus insinuavit, ejusque mentem veterum illorum, quos commemoravimus, erroribus imbuit, ut etiam majus ipsi quam iisdem illis vulnus infligeret. Nam cum uxorem haberet eleganti specie mulierem, ab ea sibi aliquandiu temperavit, ut eos imitaretur, quos Deo penitus addictos cerneret. Sed non intemperantiam suam perpetuo coercere potuit. Quippe canis instar ad vomitum redire cupiens, et malos quosdam colores excusationesque prætexens, ea ad libidinis suæ patrocinium excogitavit, quæ magis ex usu sibi esse viderentur. Qua spe cum excidisset, tum demum sine ulla tergiversatione cum uxore consuetudinem habere instituit. Verum suæ sibi ignaviæ conscius, ac ne deprehenderetur veritus, jactare illud ausus est : nisi qui singulis diebus luxuriæ vacet, sempiternam salutem neminem posse consequi. Ita ab excusatione una in alteram delapsus est. Cum enim conjugem suam præstanti esse forma videret, humilemque sese præstare, zelotypia commotus, ac de libidine sua cæterorum mores interpretatus, **77** primum uxorem suam contumeliose est aggressus, eique certa crimina per calumniam objecit. Demum vero non solum ad usitatum inter homines ac naturalem usum corporum prolapsus est; verum etiam in plenum illud in Deum contumeliæ dogma, improbitatisque damnum, atque errorem pravitatis omnis conciliatorem erupit.

Β'. Καὶ ἐντεῦθεν ἄρχονται οἱ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως κακῶς τῷ κόσμῳ ἐπιφύεσθαι· φημὶ δὲ Γνωστικοὶ, καὶ Φιβιωνῖται, καὶ οἱ τοῦ Ἐπιφανοῦς καλούμενοι, Στρατιωτικοί τε καὶ Λευῖτικοὶ, καὶ ἄλλοι πλείους. Ἕκαστος γὰρ τούτων, τὴν ἑαυτοῦ αἵρεσιν τοῖς πάθεσιν αὐτοῦ ἐπισπώμενος, μυρίας ὁδοὺς ἐπενόησε κακίας. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν Βαρβηλὼ τινὰ δοξάζουσιν, ἣν ἄνω φάσκουσιν εἶναι ἐν ὀγδόῳ οὐρανῷ. Ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς προβεβλῆσθαί φασι. Μητέρα δὲ αὐτὴν εἶναι οἱ μὲν τοῦ Ἰαλδαβαὼθ (ὃν) λέγουσιν, οἱ δὲ τοῦ Σαβαώθ. Τὸν δὲ υἱὸν ταύτης κεκρατηκέναι τοῦ ἑβδόμου οὐρανοῦ ἐν θράσει τινὶ καὶ ἐν τυραννίδι. Λέγει δὲ τοῖς ὑποκάτω, ὅτι *Ἐγώ εἰμι*, φησὶν, *ὁ πρῶτος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἕτερος Θεός*. Τὴν δὲ Βαρβηλὼ ἀκηκοέναι

II. Ab hoc fonte derivati, ac pessime in mundum introducti sunt hæretici illi, qui eam sibi, quam falso nominant, cognitionem vindicant : cujusmodi sunt Gnostici, Phibionitæ, et quibus ab Epiphane nomen est inditum. Tum etiam Militares, Levitici, aliique complures. Quorum quilibet hæresin propriam ad animi sui affectiones accommodans, sexcentas nequitiæ vias excogitavit. Nam eorum aliqui Barbelonem nescio quam celebrant, cui in octavo cœlo domicilium attribuunt. Hanc a Patre productam affirmant; matremque alii Jaldabaoth, alii Sabaoth faciunt. Et quidem illius, ut aiunt, filius septimi cœli per summam audaciam ac tyrannidem compos est factus. Isque inferiores alloquens : *Ego*, inquit, *primus sum, ac postremus, nec alius præ-*

[1] *gr.* ὅθεν καὶ ἐν τοῖς. [2] *gr.* συνέφερεν τοῦ ἰδίου σκοποῦ ἐκπεσόντι τῇ ἰδ. γυν. συναφθῆναι. [3] Act. VI, 5 sqq.

dixerat, δεῖν παραχρήσασθαι τῇ σαρκί, flagitiosi dogmatis occasionem esse natam. Sic enim ille lib. II *Strom.* : Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάου ἕπεσθαι ἀπομνημόνευμά τι τάνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί. Ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἐδήλου τάς τε ἡδονὰς, τάς τε ἐπιθυμίας· καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. Οἱ δὲ εἰς ἡδονὴν τράγων δίκην ἐκχυθέντες, οἷον ἐφυβρίζοντες τῷ σώματι καθηδυπαθοῦσιν.

(65) *Οἱ μὲν τοῦ Ἰαλδαβαώθ.* A יַלְד et אבא deductum videtur, quasi *matricem patrum, ac propagatricem vim* dixeris.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ter me Deus est. Quod audiens Barbelo lacrymata est. Eamdem porro venusta specie principibus semper apparere dicunt, ab iisque semen per voluptatem ac profluvium auferre; nimirum ut vim suam in diversos distractam iterum recuperet. Cujus dogmatis occasione fœditatis suæ mysterium in orbem invexit. Atque eorum plerique, quos commemoravimus, quo tandem pacto quod ne proferre quidem licet miro improbitatis artificio in promiscuo mulierum concubitu, immanique turpitudine volutari docuerunt? quemadmodum sanctissimus Paulus alibi declarat his verbis: *Quæ enim occulto fiunt ab ipsis turpe est vel dicere* [1].

III. Verum si qui contrariam huic errori refutationem a Spiritu sancto profectam videre cupiat, ea ex sancti Joannis Apocalypsi cognosci poterit, qui ad unam Ecclesiarum ex Christi Domini persona scribens, sive ad episcopum, qui ei præpositus fuerat, cum angeli sancti virtute qui in altari erat, ita loquitur: *Sed hoc habes boni, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi* [2]. Alii vero Prunicam quamdam **78** eodem quo isti commento venerantes, et ex illo turpitudinis dogmate cupiditatibus suis obsequentes, Prunicæ, inquiunt, vires ex corporibus profluviisque colligimus; ex semine nimirum, ac menstruis, de quibus paulo post, cum de his particulatim agemus, subtilius disseremus, non ut audientium, legentiumve sensus inquinemus, sed ut prudentioribus vehementius adversus illos odium pessimorumque facinorum detestationem injicere possimus. Neque vero scelestos illos calumniose traducimus, sed quæ ab ipsis geruntur, ea uti se res habet, palam omnibus exponimus. Sunt et ex illis aliqui, qui Jaldabaoth præcipue colunt, eumque Barbelonis priorem natu filium esse prædicant: ideoque habendus ei honor est, inquiunt, quod recondita multa patefecit. Hinc est quod certos libros Jaldabaoth nomine inscriptos ac commentitios habent; necnon barbaras principum, ut asserunt, ac potestatum per unumquodque cœlum appellationes innumeras, qui omnes hominum animis sunt contrarii. Sane ingens humano generi fraus est ex istiusmodi hominum errore comparata. Alii Caulaucauch cuidam eamdem venerationem deferunt, quo nomine unum ex principibus appellant. Quibus vocum terriculis commentitiisque ac barbaris appellationibus imperitis hominibus imponere conantur. Sed peritioribus, et iis qui cujuscunque nominis, ac propositæ rei notitiam per divinam quamdam scientiam ejusdem sunt Dei beneficio consecuti, quid facilius quam ista fabulosorum ab illis errorum conficta dogmata refellere?

IV. Cum enim Prunicum nominant nihil ea vox

τὸν λόγον τοῦτον, καὶ κλαῦσαι. Ταύτην δὲ ἀεὶ φαίνεσθαι τοῖς ἄρχουσιν ἐν εὐμορφίᾳ τινὶ, καὶ ἀποσυλᾶν τὸ ἐξ αὐτῶν σπέρμα δι' ἡδονῆς καὶ ἐκχύσεως, ἵνα δῆθεν τὴν αὐτῆς δύναμιν τὴν εἰς διαφόρους σπαρεῖσαν αὖθις πάλιν ἀνακομίζῃ. Καὶ οὕτως ἐκ τοιαύτης ὑποθέσεως τὸ τῆς αὐτοῦ αἰσχρολογίας μυστήριον τῷ κόσμῳ ὑπεισήνεγκε. Καί τινες, ὡς ἔφην, τῶν προειρημένων διὰ πολλῆς κακομηχανίας, ἃ μὴ θέμις λέγειν, πῶς ἐν πολυμιξίᾳ γυναικῶν, καὶ ἐν αἰσχροποιίαις ἀνηκέστοις ἀναστρέφεσθαι ἐδίδαξαν, ὡς καί που ὁ ἁγιώτατος Ἀπόστολός φησι· *Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.*

Γ'. Τῷ δὲ βουλομένῳ τὴν ἀντίθετον ἰδεῖν ἐκ Πνεύματος ἁγίου περὶ τῆς τούτου αἱρέσεως ἀνατροπὴν, ἰστέον ἐστὶν ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, ὃς, γράφων μιᾷ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκ προσώπου Κυρίου, τουτέστι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐκεῖσε καταστάθεντι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, φησίν· *Ἔχεις δέ τι καλὸν, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ καὶ ἐγὼ μισῶ.* Προύνικόν [3] τε ἄλλοι τιμῶντες τινὰ, ὡς καὶ οὗτοι, μυθωδῶς πάλιν εἰς ταύτην τὴν ὑπόνοιαν τῆς αἰσχρουργίας τὰ ἑαυτῶν πάθη ἐπιτελοῦντές φασι· Τῆς Προυνίκου τὴν δύναμιν συλλέγομεν ἀπὸ τῶν σωμάτων, διά τε τῶν ῥευστῶν· φημὶ δὲ γονῆς καὶ καταμηνίων, περὶ ὧν ὀλίγῳ ὕστερον, ὅταν περὶ αὐτῶν μονομερῶς λέγειν ἐπιβαλλώμεθα, κατὰ λεπτότητα ὑφηγήσομαι, οὐκ εἰς τὸ χρᾶναι ἀκοὰς τῶν ἀκουόντων ἢ ἐντυγχανόντων, ἀλλ' εἰς τὸ τοῖς συνετοῖς ἀπέχθειαν μᾶλλον ἐργάσασθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀποτροπὴν τῆς τῶν κακῶν ἐργασίας, οὐ συκοφαντῶν τοὺς ἁλιτηρίους, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα εἰς τοὐμφανὲς θριαμβεύων. Ἕτεροι δὲ τῶν προειρημένων Ἰαλδαβαὼθ δοξάζουσι, φάσκοντες αὐτὸν εἶναι πρῶτον υἱὸν, ὡς ἔφην, τῆς Βαρβηλώ· καὶ διὰ τοῦτό φησι δεῖν ἄγειν αὐτῷ τὴν τιμὴν, ὅτι πολλὰ ἀπεκάλυψεν. Ὅθεν καὶ βιβλία τινὰ ἐξ ὀνόματος τοῦ Ἰαλδαβαὼθ ποιητεύονται ἐκτυποῦντες, καὶ ὀνομασίας μυρίας βαρβαρικὰς ἀρχόντων, φησὶ, καὶ ἐξουσιῶν καθ' ἕκαστον οὐρανὸν ἐναντιουμένων τῇ τῶν ἀνθρώπων ψυχῇ. Καὶ πολλὴ ἁπλῶς ἡ διὰ τῆς πλάνης αὐτῶν γινομένη τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλή. Ἄλλοι δὲ τὸν Καυλαυκαὺχ ὡσαύτως δοξάζουσιν, ἄρχοντά τινα τοῦτον οὕτω καλοῦντες, φαντασιάζειν φιλοτιμούμενον τοὺς ἀπείρους διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐκπλήξεως, καὶ ἐπιπλάστου τῆς τοῦ ὀνόματος βαρβαρωνυμίας. Τοῖς δὲ ἐμπείροις καὶ ἐκ Θεοῦ λαβοῦσι περὶ ἑκάστης ὀνομασίας καὶ ὑποθέσεως τῆς ἀληθινῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως χάριν, πῶς οὐκ εὐθυέλεγκτα τὰ τῆς μυθώδους αὐτῶν πλάνης διδάγματα καὶ ἐχέγγυα;

Δ'. Προύνικον ἐὰν εἴπωσι (66), τὸ ὅλον ἐστὶν ἡδυ-

[1] Ephes. v, 12. [2] Apoc. II, 6. [3] γρ. Προῦνεικον.

(66) *Προύνικον γὰρ ἐὰν εἴπωσι.* Προύνικος Hesychio bajulum ac mercenarium significat. Οἱ μισθοῦ κομίζοντες τὰ ὤνια ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, οὓς τινες παιδαρίωνας καλοῦσι, δρομεῖς, τραχεῖς, ὀξεῖς εὐχίνητοι, γοργοὶ, μισθωτοί. Idem fere apud Suidam Vulgo a πρό et ἐνείκω deducunt, aut a πρό et νεῖκος. Nam et ὑβριστὴν interpretantur; itaque Phavorinus. Qui et addit πόριλος τὸ αἰδοῖον. Quod de

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ταθείας καὶ ἐκκαρδίας ἐξεύρεσις. Πᾶν γὰρ τὸ πρου- A
νικευόμενον λαγνείας ὑποφαίνει τὸ ἐπώνυμον· φθο-
ᾶς δὲ τὸ ἐπιχείρημα. Ἐπὶ τοῖς γὰρ τὰ σώματα δια-
φορεύουσιν. Ἑλληνική τίς ἐστιν ἡ λέξις τὸ Ἐπρου-
νίκευσε [1] ταύτην. Ὅθεν καὶ ἐν μύθοις ἀναγράφουσιν
οἱ τὰ Ἑλληνικὰ συγγραψάμενοι Ἑλλήνων ἀπα-
τεῶνες, περὶ κάλλους λέγοντες οὕτως, ὅτι κάλλος
προύνικον. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Καυλαυκαὺχ τίς τῶν
γινωσκόντων οὐ καταγελάσειεν, ὅτι τὰς Ἑβραΐστι
καλῶς εἰρημένας λέξεις, καὶ Ἑλληνιστὶ καλῶς ἑρμη-
ευθείσας, καὶ νῦν παρὰ τοῖς Ἑλληνιστὶ ἀναγινώ-
σκουσι φανερὰς οὔσας, καὶ οὐδὲν σκολιὸν ἐχούσας,
ὑτοὶ εἰς εἰδωλοποιίας τε καὶ εἰς μορφὰς, καὶ εἰς
νυποστατικὰς ἀρχὰς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἀνδριαντοπλα-
ίας τοῖς ἀφελέσι διὰ φαντασίας τὴν πλάνην ὑποσπεί-
οντες, ἀνατυποῦσιν εἰς τὴν τῆς αἰσχρᾶς αὐτῶν καὶ B
υθώδους τέχνης ὑποσποράν; Καυλαυκαὺχ γὰρ ἐν τῷ
Ησαΐᾳ (67) γέγραπται, λέξις τις οὖσα ἐν τῇ δωδε-
άτῃ ὁράσει, ἔνθα λέγει· *Θλῖψιν ἐπὶ θλίψει, ἐλπίδα*
π' ἐλπίδι. Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν προσδέχου.
ὰς καὶ αὐτὰ τὰ Ἑβραϊκὰ ῥήματα τελειότατα ἐν-
εῦθα παραθήσομαι αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἐστὶ γεγραμ-
μένον. Τὸ γὰρ Σαυλασαῦ σαυλασαῦ ἑρμηνεύεται *Θλῖ-*
ψις ἐπὶ θλίψιν. Καυλακαὺκ καυλακαύκ, *ἐλπὶς ἐπ'*
ἐλπίδι· Ζιηρσὰμ ζιηρσάμ, *ἔτι μικρὸν ἔτι μικρὸν*
προσδέχου. Ποῦ οὖν ἡ τούτων μυθολογία; ποῦ ἡ
σύστασις τῆς φαντασιολογίας; Πόθεν τῷ κόσμῳ τὰ
ζιάνια; Τίς ὁ ἀναγκάσας εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι
ἔθρον τοὺς ἀνθρώπους; Εἰ μὲν γὰρ γινώσκοντες
ἐτεποίησαν τὰς ὀνομασίας εἰς φαντασίαν ἀπωλείας, C
ὐτοῖς προφανῶς αἴτιοι γεγόνασιν· εἰ δὲ ἀγνοοῦντες
μὴ ᾔδεισαν ἔφασαν, οὐδὲν αὐτῶν ἀθλιώτερον. Μωρὰ
ρ ταῦτα ὡς ἀληθῶς· καὶ παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτη-
μένῳ ἐν Θεῷ ἔνεστιν ἰδεῖν. Ἡδυπαθείας γὰρ χάριν
υτούς τε καὶ τοὺς πειθομένους ἀπώλεσαν καὶ ἀπολ-
ύουσι. Πνεῦμα γάρ ἐστι πλάνης, ὥσπερ φύσημα ἐν
λῷ διαφόροις κινήμασιν ἕκαστον τῶν ἀφρόνων κι-
ῶν κατὰ τῆς ἀληθείας. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ αὐλὸς
ημά ἐστι τοῦ δράκοντος, δι' οὗ ἐλάλησεν ὁ πονη-

aliud quam voluptatum excogitatas illecebras indicat. Nam quidquid προυνικευόμενον dicitur, id veneream libidinis significationem, et tentatam ab aliquo corruptelam demonstrat. Nam ad eorum facinus, qui puellis stuprum offerunt, Græcorum usitata vox est, Ἐπρουνίκευσε ταύτην, hoc est, stuprum huic obtulit. Unde etiam impostores illi qui de rebus Græciæ scripserunt, cum de pulchritudine mentionem faciunt, κάλλος προῦνικον appellant. Quod vero ad vocem Caulaucauch attinet, quis eorum qui nominis hujus potestatem noverit risum tenere possit, cum istos videat vocabula quædam Hebraico bene concepta, nec minus commode Græce reddita, ab **79** iisque qui Græce legunt plane intellecta, cum difficile nihil habeant, hæc illos tamen exprimendis suis idolis accommodare, hoc est inanibus formis, ac subsistentibus principiis, et, ut ita dicam, simulacrorum figmentis, dum vana illa nominum ambitione rudiorum mentibus errorem suum aspergunt, quo turpem illam ac fabulosam artem latius dissipent? Etenim vox illa Caulaucauch apud Isaiam scripta legitur in duodecima visione, cum ita loquitur : *Tribulationem super tribulatione, spem super spe : adhuc paululum, paululum adhuc exspecta*[2]. Quare ipsamet Hebraica verba, totidem ut illic leguntur descripta syllabis hoc loco subjiciam. Quippe Tsau latsau, tsau latsau, *tribulationem super tribulationem*, significat. Caulacau, *spem super spem.* Zeer scham, zeer scham, *adhuc paululum, paululum adhuc exspecta.* Ubinam igitur est illorum commentum? Ubi vanissimum illud somnium fetus instar ab istis conceptum? Unde hæc in mundo zizania? Quænam genus hoc hominum necessitas coegit, sibi ut voluntarium exitium consciscerent? Si enim ejusmodi vocabula cum eorum vim intelligerent perniciosa ludificatione detorserunt, manifeste sibimetipsis mali auctores fuerunt : sin per ignorantiam quæ nescirent usurpaverint, nihil his fingi potest infelicius. Stolida quippe sunt hæc, atque

[1] γρ. προυνικεῦσαι ταύτην. [2] Isa. xxviii, 10.

vatum videtur. Sed nemo notionis ejus, quam phanius ei voci tribuit, mentionem facit, ut n sit quod πορνεύεσθαι, vel φθείρειν. Ac suspicari t in ea significatione dici, quasi πορνικεύειν et νικόν. Vir quidam doctus apud Diogenem in ocrate vocem illam ausus est rescribere, pro quod vulgo legitur πορνικούς. Verba Diogenis sunt : Καὶ εἴποτε μέλλοι εἰς ἄστυ ἀπιέναι, τοὺς θορυβώδεις πάντας καὶ πορνικοὺς ὑποφαίνειν αὐτοῦ τῇ παρόδῳ. Verum sine veterum auctate codicum nefas est aliquid immutare. Hesychium vero, ut recte observat idem, in ulo Σκίταλοι, ἀπὸ τῶν ἀφροδισίων, καὶ τῆς νυκτερινῆς. Ubi προῦνικία pro re venerea ata videtur.

[1] *Καυλαυκαὺχ γὰρ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ.* Locus ille xxviii, com. 10 et 13 legitur ; sed Hebraica XX Senioribus discrepant : צו לצו צו לצו קו לקו קו לקו זעיר שם זעיר שם, *Præceptum ad ptum, spes ad spem*, etc. ; vel : *Manda, re-. exspecta, reexspecta ;* quod de sacrilega i ac dicacitate Judæorum interpretatur Hieronymus. At LXX : Θλῖψις ἐπὶ θλίψιν, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι. Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρόν. Videntur ע pro ע legisse. Nec ideo accusandus est Epiphanius, ut a nescio quo factum est, quasi Hebraice nescierit. Hebraica ut erant exscripsit ille ; tum ad singula vocabula Græcam interpretationem adjunxit, cujusmodi in Ecclesia passim exaudiri solebat : et ἑρμηνεύεται, dixit, hoc est ita a LXX redditur. Quod autem idem ille censet, Nicolaitas impurissimi Dei sui nomen Καυλαυκαύχ e psal. xxix sumpsisse : ubi ita scriptum est קול בכח vox robusta ; ac perperam Epiphanium ex Isaia transtulisse, mihi non probat ; nam illis ipsis Isaiæ verbis abusos hæreticos testis est Hieron., cujus hæc verba sunt : *Hisque verbis abuti solet immundissima hæresis apud simplices quosque atque deceptos, ut terrorem faciat novitate sermonum ; quod scilicet qui hæc verba cognoverit, et in coitu eorum meminerit, absque ulla dubitatione transeat ad regna cœlorum.* Nicetas lib. I *Thesauri* Nicolaitas scribit Prunicum mulierem, et Caulaucam veneratos esse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ridicula; quæ quisquis divinitus prudentiam nactus sit nullo negotio pervideat. Siquidem voluptatis gratia cum seipsos, tum quos habent sectatores perdiderunt, perduntque quotidie. Et quidem erroris ille spiritus quidam velut in tibia flatus est, qui unumquemque insipientium hominum diversis contra veritatem agnitionibus commovet. Atque adeo tibia serpentis figuram imitari videtur, per quem malus dæmon locutus est, atque Evam decepit. Ad cujus exemplar expressa, et ad humanum genus illudendum confecta tibia est. Tu vero et illam mihi effigiem intuere, quam qui tibia canit in sese repræsentat. Hic enim sursum faciem attollit, ac deorsum demittit, tum ad dextra sinistraque perinde ut ille vergit. Quippe diabolus iisce gestibus utitur, ut contumeliam in superos ostentet, et quæ in terra sunt funditus evertat, totumque adeo terrarum orbem eodem exitio comprehendat, dum dextra pariter ac sinistra perniciem iis affert qui in ejus se fraudem committunt, ac sic tanquam musico instrumento **80** fraudulentis illius sermonibus afficiuntur.

ρὸς, καὶ ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Ἀπὸ τοῦ τύπου γὰρ ἐκείνου κατὰ μίμησιν ὁ αὐλὸς τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπάτην κατεσκευάσθη. Καὶ ὅρα τὸν τύπον, ὃν αὐτὸς ὁ αὐλῶν ἐν τῷ αὐλῷ ποιεῖται. Αὐλῶν γὰρ ἄνω ἀνανεύει, καὶ κάτω κατανεύει· δεξιά τε κλίνει καὶ εὐώνυμα ὁμοίως ἐκείνῳ. Τούτοις γὰρ καὶ ὁ διάβολος τοῖς σχήμασι κέχρηται, ἵνα κατὰ τῶν ἐπουρανίων ἐνδείξηται τὴν βλασφημίαν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφανισμῷ ἀφανίσῃ, καὶ ὁμοῦ συμπεριλάβῃ τὴν οἰκουμένην, δεξιά τε καὶ εὐώνυμα λυμαινόμενος τοὺς τῇ πλάνῃ πειθομένους τε καὶ θελγομένους, ὥσπερ ἐπὶ μουσικοῦ ὀργάνου, ταῖς φωναῖς ταῖς πεπλανημέναις.

V. Sunt et alii quidam ex hæreticorum illorum grege, qui inania quædam nomina confingunt, itaque dicunt: Initio tenebras, ac voraginem, et aquam fuisse: quæ a se invicem spiritus secreverit. Verum tenebræ contra spiritum iracundia ac furore percitæ sursum excurrentes cum eo congressæ sunt. Inde matrix nescio quæ genita prodiit, quæ ejusdem spiritus consuetudinem appetiit. Ex eaque quatuor Æones producti sunt. Ab his XIV alii procreati. Item dextra, sinistraque, necnon lumen ac tenebræ. Secundum hos omnes turpem quemdam æonem editum narrant, eumque cum ea, quam paulo ante diximus, matrice coiisse: et ab utroque deos atque angelos, et dæmones, ac septem spiritus ortum habuisse. Sed histrionica illa figmenta nullo negotio deteguntur: nam cum unum initio Patrem desiniant, subinde plures deos ostendunt, ut ipsummet errorem suum contra se quodammodo armare mendacia commonstrent, ac seipsum evertere; cum interim omni ex parte perspicua veritas appareat.

Ε'. Ἄλλοι δέ τινες ἐξ αὐτῶν κενά τινα ὀνόματα ἀναπλάττουσι, λέγοντες, ὅτι Σκότος ἦν καὶ βυθὸς καὶ ὕδωρ· τὸ δὲ πνεῦμα ἀνὰ μέσον τούτων διορισμὸν ἐποιήσατο αὐτῶν. Τὸ δὲ σκότος ἦν χαλεπαῖνόν τε καὶ ἐγκοτοῦν τῷ πνεύματι· ὅπερ σκότος ἀναδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι. Καὶ ἐγέννησε, φησὶ, τινὰ μήτραν καλουμένην, ἥτις γεννηθεῖσα ἐνεκίσσησεν ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι. Ἐκ δὲ τῆς μήτρας προελήλυθησάν τινες τέσσαρες Αἰῶνες· ἐκ δὲ τῶν τεσσάρων Αἰώνων ἄλλοι δεκατέσσαρες, καὶ γέγονε δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ, φῶς καὶ σκότος. Ὕστερον δὲ μετὰ πάντας τούτους προβεβλῆσθαί τινα αἰσχρὸν αἰῶνα, μεμῖχθαι δὲ τοῦτον τῇ μήτρᾳ τῇ ἄνω προδεδηλωμένῃ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ αἰῶνος τοῦ αἰσχροῦ καὶ τῆς μήτρας γεγονέναι θεούς τε καὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ δαίμονας, καὶ ἑπτὰ πνεύματα. Φωρατὴ δὲ τούτου τῆς πλάνης μιμολογία. Ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ἕνα Πατέρα λέγοντες καὶ ὁριζόμενοι, ὕστερον πολλοὺς θεοὺς ἐφηναν, εἰς τὸ δεῖξαι αὐτὴν τὴν πλάνην καθ' ἑαυτὴν τὰ ὑπ' αὐτῆς ψευδῆ λεγόμενα ὑπλίζειν, ἑαυτὴν δὲ λύειν, τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἐκ παντὸς μέρους εὐφαινομένης.

VI. Quid est igitur, Nicolae, tibi quod opponam? quidnam disputabo? Unde nobis turpem illum nescio quem æonem, ac nequitiæ radicem, et fecundam illam matricem ac denique plures deos ac dæmones invehis? Nam quod ad Apostolum attinet cum iis verbis utitur [1]: *Si sunt qui appellantur dii*, eos nusquam esse significat. Cum enim, *qui appellantur*, dicit, sola illos appellatione constare, cum reipsa minime subsistant, nec aliter quam quorumdam opinione docuit. *Nobis vero Deus*, inquit, *unus est*, nobis, inquam, qui veritatis sumus cognitione præditi. Nec qui appellaretur, sed qui revera esset Deus, adjunxit. Quod si unus nobis est Deus, plures omnino esse non possunt. Accedit et Christi in Evangelio dictum illud: *Ut cognoscant te solum verum Deum* [2]. Quo istiusmodi hominum, qui fictas fabulas, ac multiplicem divinitatem commenti sunt,

Ϛ'. Τί τοίνυν εἴπω πρὸς σε, ὦ Νικόλαε; τί διαλεχθήσομαι; Πόθεν, ὦ οὗτος, ἥκεις φέρων ἡμῖν αἰσχρὸν αἰῶνα, καὶ ῥίζαν πονηρίας, καὶ μήτραν γεννητικὴν, καὶ θεοὺς πολλοὺς, καὶ δαίμονας; Ὁ γὰρ Ἀπόστολος, φήσας· *Εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ*, οὐκ εἶναι τούτους ὑποφαίνει. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν, *λεγόμενοι*, ἔδειξεν αὐτοὺς ἐν τῷ λέγεσθαι μόνον εἶναι, μὴ ὄντας τῇ ὑποστάσει, ἀλλὰ διὰ τῆς τινῶν ὑπολήψεως. *Ἡμῖν δὲ*, φησὶν, *εἷς Θεὸς*, δηλονότι τοῖς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας ἐπισταμένοις. Καὶ οὐκ εἶπε λεγόμενον Θεὸν, ἀλλὰ ὄντα Θεόν. Εἰ δὲ ἡμῖν εἷς Θεὸς, οὐκέτι πολλοὶ θεοί. Καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησίν· *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν*, ἵνα ἀνατρέψῃ τὴν διάνοιαν τῶν τὰ μυθώδη λεγόντων, καὶ νομιζόντων εἶναι πολυθεΐαν. Εἷς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Ἅγιον Πνεῦμα· τρεῖς ὑποστάσεις, μία κυριότης, μία θεότης, μία δὲ

[1] I Cor. VIII, 5. [2] Joan. XVII, 3

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ξολογία, καὶ οὐ πολλοὶ θεοί. Ποῦ δὲ πληροῦται κατὰ σὲ, ὦ Νικόλαε, τὸ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον; ὅτι Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἱ ἐκ γεννητοῖς [1] ἐγεννήθησαν· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Εἰ τοίνυν εὐνοῦχοί εἰσι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, πῶς σὺ σεαυτὸν πεπλάνηκας, καὶ τούς σοι πειθομένους διὰ λαγνείας καὶ αἰσχροποιίας τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατέχων καὶ διδάσκων; Ποῦ δὲ παρὰ σοὶ πεπλήρωται τὸ, *Περὶ τῶν παρθένων δὲ ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος τὸ καλὸν οὕτως εἶναι·* καὶ πάλιν· *Ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία ἐν σώματι καὶ ἐν πνεύματι;* Καὶ πόσα ἐστὶ περὶ ἁγνείας καὶ ἐγκρατείας καὶ παρθενίας λέγειν! Παρὰ σοῦ γὰρ ὁ πᾶς βόρβορος τῆς ἀκαθαρσίας ἀναισχύντως ὁρίζεται. Ἀλλὰ διὰ τῶν δύο ἢ τριῶν τούτων ῥητῶν τῆς καταγελάστου αἱρέσεως, πρὸς ἀνατροπὴν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁ σκοπὸς ἐνταῦθά μοι παρακείσθω.

A sensus ac cogitationes everteret. Unus enim nobis est Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, personæ tres, una dominatio, divinitas una; una laudis omnibus, gloriæque prædicatio: proinde nequaquam plures dii sunt. Jam illud, quod usurpatum a Domino est, quomodo **81** te, Nicolae, tandem auctore perficitur? Esse quosdam eunuchos, qui ab hominibus castrati sunt; et alios esse qui tales a nativitate prodierint. Alios denique qui se regni cœlestis causa castraverint [2]. Quod si nonnulli cœlestis regni gratia facti sunt eunuchi, cur temetipsum, tuosque discipulos libidine ac fœdissima voluptate decipis, divinamque veritatem per summam injustitiam retines [3], ac perperam docendo depravas? Istud porro quo tandem pacto apud te geritur: *De* B *virginibus præceptum Domini non habeo; consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus ita bonum esse* [4]; ac rursum: *Virgo sollicita est de iis quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino, ut sancta sit corpore ac spiritu* [5]? Quam multa de castitate, continentia ac virginitate dici possunt! Nam apud te impuritatis omne cœnum sine pudore præfinitur. Verum duabus illis tribusve sententiis, quem mihi scopum evertendæ ridiculæ hujus sectæ præfixeram, hactenus lectoribus exposuisse sufficiat.

Ζ'. Προῶν δὲ καθεξῆς τὴν τούτῳ συνεζευγμένην αἵρεσιν, ὥσπερ χορτομανήσασαν ὕλην ἢ δάσος ἀκανθῶν πανταχόθεν συνηνωμένην [2], ἢ κατεξηραμμένην ἐν ἀγρῷ πληθὺν ξύλων τε καὶ φρυγάνων εἰς κατάκαυσιν ἑτοιμαζομένην ὑποδείξω, διὰ τὸ τῇ αὐτῇ αἱρέσει τοῦ ἐλεεινοῦ Νικολάου, ὥσπερ δι' ἐγκεντρισμοῦ C ἢ ψώρας ἀγρίας, ἢ λέπρας ἐξ ἑτέρων σωμάτων ἕτερα σώματα παραφθείρεσθαι. Οὕτω ἀπὸ μέρους εἰσὶ συνηνωμένοι οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτοῦ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, Σίμωνος δέ φημι, καὶ τῶν ἄλλων λαβόντες τὰς προφάσεις Γνωστικοὶ καλούμενοι, κατάγνωστοι δὲ τὸ πᾶν διὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι τῆς ἀκαθάρτου ἐργασίας αὐτῶν μοχθηρίαν καὶ αἰσχρουργίαν. Ὡς ἀληθῶς γὰρ καὶ τοῦτον πρὸς ὀλίγον ἐγκρατευσάμενον, εἶτα ἀποστάντα τῆς ἐγκρατείας, δίκην ὕδρωπος τοῦ ἑρπετοῦ καλουμένου ἐξ ὑδάτων εἰς γῆν ἀνελθόντος, καὶ εἰς ὕδωρ αὖθις ἀναστρέψαντος, καλάμῳ τῷ ἐν χειρὶ δοθέντι Χριστοῦ παίσαντες καὶ ὀλέσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς αἱρέσεις βαδίσωμεν.

VII. Deinceps itaque affinem huic hæresin, velut luxuriantem herbam, aut spinarum densissimam copiam undique collectam, aut lignorum in agro, virgultorumque desiccatam congeriem, et ad incendium præparatam in medium proferam, eo quod eadem illa perditi Nicolai secta, tanquam insitione quadam, vel potius uti feræ scabiei ac lepræ contagione alia ex aliis corpora, sic hominum tentantur ac corrumpuntur animi. Hoc itaque modo cum superiore hæresi cohærens ex aliqua parte, qui a Nicolao ipso, ejusque antecessoribus, Simone ac cæteris occasionem nacti Gnostici nominantur, κατάγνωστοι, hoc est damnandi penitus, propter impurissimi flagitii quod perpetrare solent turpitudinem ac nequitiam. Quamobrem cum nos illum hactenus continentiæ ad breve tempus cultorem, ac subinde desertorem, et hydropis similem (quod serpentis genus ex aquis in terram emergit, et eodem postea se recipit), calamo, qui Christo in manum traditus est, percussum confecerimus, reliquas ad D hæreses orationem nostram promovebimus.

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ (68) ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ
Ἕκτη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἕκτη.

82 ADVERSUS GNOSTICOS,
Quæ est hæresis VI sive XXVI.

Α'. Πάλιν οὗτοι οἱ Γνωστικοὶ διαφόρως ἀπὸ τούτου

I. Rursum Gnostici isti varie ab illo propagati

[1] Lege γενετῆς. [2] F. συνηνωμένον. [3] Matth. XIX, 12. [4] Rom. I, 18. [5] I Cor. VII, 25. [6] ibid. 34.

(68) *Γνωστικῶν*. Gnosticorum appellatio, quam impurissimi hæreticorum usurparunt, eximium quemdam atque exquisitum animi statum, ac sanctitatis significat, ut ex Alexandrino Clemente aliisque colligere licet. Nam apud illum I *Pædag.*, cap. 6, opponuntur οἱ Γνωστικοὶ τοῖς ψυχικοῖς, οἱ πνευματικοὶ vocantur. Οὐκ ἄρα οἱ μὲν Γνωστικοὶ, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, ἴσοι, καὶ πνευματικοὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ. Sed in aliis *Στρωματέων* libris, et in primis VII, de Gnosticis et γνωστικῇ δυνάμει pluribus disputat: cujus τρία esse dicit ἀποτελέσματα: nimirum τὸ γινώσκειν τὰ πράγματα· δεύτερον, τὸ ἐπιτελεῖν ὅ τι ἂν ὁ λόγος ὑπαγορεύῃ· καὶ τριτὸν τὸ παραδιδόναι δύνασθαι θεοπρεπῶς τὰ παρὰ τῇ ἀληθείᾳ ἐπικεχρυμμένα. Quare Gnostici sunt homines perfecta ac singulari quadam virtute, ac divinarum rerum scientia prædíti; nec ea quidem vulgari, sed abstrusa ac recondita. Unde qui a Nicolao, Basilide cæterisque propagati arcanas quasdam nugas,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

in mundo pullularunt, homines erroribus implicati, ac velut ex amaritudine procreati fructus, quemadmodum cuivis perspicuum est, et ad veritatis probationem non solum a fidelibus, sed etiam ab infidelibus deprehendi nullo negotio potest. Etenim vulvam, ac turpitudinem, cæteraque id genus in sermone jactare, nonne ridiculum mortalibus omnibus Græcis perinde ac barbaris, sapientibus insipientibusque videbitur? Sed hæc magna prorsus calamitas, ac vehemens, ut ita dicam, infelicitas est : damnatos illos, et errore deceptos sectarum artifices incitari contra nos atque insurgere, velut fœdas quasdam bestias, quæ molestiam nobis ac fetorem et pruritum conflictis illis suis mendaciis afferant. Ergo isti cum Nicolao conjuncti, et ab eo velut subventaneo serpentis ovo scorpii, sive aspidibus prognati quædam nobis inaniter sonantia nomina, librosque commenti sunt : velut inter cæteros quem Noriam appellant, atque ex superstitiosis Gentilium opinionibus conformatis ad institutum suum nugis illis ac fabulis veritati mendacium admiscent. Quippe Noriam istam Noemi conjugem faciunt. Quam idcirco Noriam vocant, ut quæ a gentilibus concinnata sunt barbaris vocibus dissimulantes, circumventis a se hominibus facilius illudant : quo quidem pacto, ut Pyrrhæ vocabulum interpretando redderent, Noriæ appellationem indiderunt. Nam cum nura apud Hebræos *ignem*, non illa quidem secretiore lingua, sed Syriaca significet; Hebræi siquidem *ignem* esauth nominant, illi præ inscitia atque imperitia eo vocabulo sunt abusi. Atqui neque Pyrrha illa Græcorum celebrata scriptis, neque ab illis conficta Noria, sed Barthenus Noemi conjux fuit. Græci vero Pyrrham Deucalionis uxorem fuisse memorant. Tum causam afferunt iidem illi, qui Philistionis mimos iterum nobis obtrudunt. Cum enim, inquiunt, in arca **83** esse

φυόμενοι ἡπατημένοι ἄνθρωποι, ὥσπερ ἀπὸ πικρίας καρποί, ὡς παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι, καὶ φωρατὸν πρὸς δοκιμὴν ἀληθείας, οὐ μόνον εἴποιμι πιστοῖς, ἀλλὰ τάχα καὶ ἀπίστοις, ἐν τῷ κόσμῳ ἐβλάστησαν. Τὸ γὰρ μήτραν καὶ αἰσχρότητα λέγειν, καὶ τὰ ἄλλα, πᾶς οὐχὶ καταγέλαστα φανείη πᾶσιν, ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις; Πολλὴ δὲ συμφορὰ καὶ μεγίστη, ὡς εἰπεῖν, ταλαιπωρία τοὺς ἐν καταγνώσει καὶ ἐν πλάνῃ ἐπισείεσθαι ἡμῖν τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοὺς, καὶ ἐπανίστασθαι, ὥσπερ κνωδάλων πλῆθος, ὀχλήσεις τε καὶ δυσοδμίας, κνισμούς τε καὶ ἐπεντριβὰς ἡμῖν ἐμποιοῦντας διὰ τῆς τοῦ μυθοποιοῦ πλάνης. Οὗτοι δὲ οἱ τούτῳ τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένοι, πάλιν ἀπ' αὐτοῦ ὡς ἀπὸ οὐρίσου ὠοῦ ὄφεως σκορπίοι ἢ ἐξ ἀσπίδων γεγεννημένοι, τινὰ ἡμῖν παρεισφέρουσι κενοφωνίας ὀνόματα, καὶ βίβλους πλάττουσι, Νωρίαν τινὰ βίβλον καλοῦντες, καὶ ἐξ ὑπονοίας Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας μεταποιοῦντες τὴν παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι μυθώδη ῥαψῳδίαν καὶ φαντασίαν, οὕτω τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ παραπλέκουσι. Ταύτην γάρ φασι τὴν Νωρίαν εἶναι τοῦ Νῶε γυναῖκα. Καλοῦσι δὲ Νωρίαν, ὅπως τὰ Ἑλληνικῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι ῥαψῳδηθέντα αὐτοὶ βαρβαρικοῖς ὀνόμασι μεταποιήσαντες, τοῖς ἡπατημένοις παρ' αὐτῶν φαντασίαν ἐργάσωνται, ἵνα δὴ καθ' ἑρμηνείαν ποιήσωσι τὸ τῆς Πύρρας ὄνομα, Νωρίαν τοῦτο ὀνομάζοντες. Ἐπειδὴ γὰρ νουρὰ (69) ἐν τῇ Ἑβραΐδι πῦρ οὐ κατὰ τὴν βαθεῖαν γλῶσσαν ἑρμηνεύεται, ἀλλὰ καὶ Συριακῇ διαλέκτῳ· ἠσαὺθ γὰρ τὸ πῦρ παρὰ Ἑβραίοις καλεῖται, οὐ (69*) κατὰ τὴν βαθεῖαν γλῶσσαν· τούτου χάριν αὐτοῖς συμβέβηκε κατὰ ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν τῷ ὀνόματι τούτῳ κεχρῆσθαι. Οὔτε γὰρ Πύρρα ἡ παρ' Ἕλλησιν, οὔτε Νωρία ἡ παρὰ τούτοις μυθευομένη, ἀλλὰ Βαρθενὼς [1] τῷ Νῶε γέγονε γυνή. Καὶ οἱ Ἕλληνες γάρ φασι τὴν Δευκαλίωνος γυναῖκα Πύρραν καλεῖσθαι. Εἶτα τὴν αἰτίαν ὑποτίθενται οὗτοι οἱ τὰ τοῦ Φιλιστίωνος (70) ἡμῖν

[1] γρ. παρθένος.

et exsecranda nescio quæ figmenta, velut mysteria, traderent, Γνωστικούς se ab exquisita illa rerum altissimarum notitia dici voluerunt. Augustinus : *Gnostici propter excellentiam scientiæ sic se appellatos esse, vel appellari debuisse gloriantur.* Apud Socratem, lib. IV, cap. 18, alias xβ', corrigendus interpres, qui quod Evagrius de insigni quodam monacho scripserat ad Mariam lacum habitante, προσοικεῖ δὲ αὐτῇ μοναχὸς τῆς παρεμβολῆς τῶν Γνωστικῶν ὁ δοκιμώτατος· ita vertit : *In ea monachus ex secta Gnosticorum vir spectatissimus habitavit.* Fallitur. Neque enim ex tam impura secta laudabilis ac probus exsistere monachus potuit; neque de virtutibus tam exquisite disputare. Quare Γνωστικός eodem sensu quo Clemens usus est, et Evagrius ipse, qui librum eo nomine inscripserat, accipiendus est, nempe ὁ καταξιωθεὶς τῆς γνώσεως, *eximia divinarum rerum scientia præditus.* Redeo ad hæresin Gnosticorum, quæ non una simplexque fuit, sed universi fere, quos fabulones Augustinus vocat : *Quique*, ut idem ait, *fabulas vanas, easque longas et perplexas contexuerunt*, Gnosticorum appellatione censentur. Epiphanius, infra hær. XXXI sub initium, decem Gnosticorum genera facit, a totidem illorum propagata ducibus, quos partim eodem illo loco, partim hæresi XXVII, n. 1, percenset. Sunt autem hi, Simon, Menander, Saturnilus, Basilides, Nicolaus, Carpocrates, Valentinus, Colorbasus, Ptolemæus et Secundus. Clemens Alexandrinus, lib. III *Strom.*, addit et Prodicum. Verum certa quædam ac peculiaris secta fuit, quæ sibi Gnosticorum nomen præ cæteris vindicavit; de quibus hoc in capite agit Epiphanius, et alii qui de hæresibus scripserunt, in primisque Tertullianum, qui *Scorpiacum* contra Gnosticos edidit; quam quidem hæresin Hieronymus *Contra Vigilantium* scribens Cajanam vocat.

(69) Ἐπειδὴ γὰρ νουρά. נורא Aramæa lingua *ignem* significat. Quod autem Judæis post captivitatem familiaris ac popularis lingua Syriaca foret : ideo nota non βαθείᾳ lingua, quæ et לשון לבודים dicitur, sed communi ac vulgari idem esse quod ignem asserit. Βαθεῖαν autem linguam alludens ad Ezechielis locum dixit, qui est cap. III, 5 : *Non enim ad populum profundi sermonis et ignotæ linguæ tu mitteris.* Hebraica lingua אש *ignem* significat, Aramæa אשתא. Qua voce *ignem* a Noemo vocatam Berosus prodidit. Atque inde fortassis Græci Ἑστία; originem deduxerunt.

(69*) Οὐ forte delendum. EDIT. PATROL.

(70) *Οὗτοι τὰ τοῦ Φιλιστίωνος.* Hieron. *Apol. II. cont. Ruf. Et quasi mimum Philistionis, vel Lentuli, ex Marulli stropham eleganti sermone conflctum*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

αὖθις προσφερόμενοι, ὅτι, πολλάκις βουλομένῃ μετὰ τοῦ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ γενέσθαι, οὐ συνεχωρεῖτο, τοῦ ἄρχοντος, φασί, τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος βουλομένου αὐτὴν ἀπολέσαι σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ. Αὐτὴν δέ φασιν ἐπικαθιζάνειν ἐν τῇ λάρνακι, καὶ ἐμπιπρᾶν αὐτὴν οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, ἀλλὰ πολλάκις, καὶ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον. Ὅθεν δὴ εἰς ἔτη πολλὰ ἐλήλακεν ἡ τῆς αὐτοῦ τοῦ Νῶε λάρνακος κατασκευὴ, διὰ τὸ πολλάκις αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς ἐμπεπρῆσθαι. Ἦν γὰρ, φασὶν, ὁ Νῶε πειθόμενος τῷ ἄρχοντι· ἡ δὲ Νωρία ἀπεκάλυψε τὰς ἄνω δυνάμεις καὶ τὴν ἀπὸ τῶν δυνάμεων Βαρβηλὼ τὴν ὑπεναντίαν τῷ ἄρχοντι, ὡς καὶ αἱ ἄλλαι δυνάμεις· καὶ ὑπέφαινεν, ὅτι δὴ [1] τὰ συληθέντα ἀπὸ τῆς ἄνωθεν μητρὸς διὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν σὺν αὐτῷ θεῶν τε καὶ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων συλλέγειν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς σώμασι δυνάμεως διὰ τῆς ἀπορροίας ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν.

A cum Noemo cuperet, nunquam id ei permissum est; quod eam princeps mundi conditor una cum cæteris omnibus diluvio vellet exstinguere. Ergo hæc insidens arcæ non semel ac secundo, sed sæpius, adeoque tertio illam incendit. Quo factum est, ut ad complures annos a Noemo hæc arcæ structura prorogata fuerit, cum ab illa sæpius esset exusta. Siquidem Noemus principi se obsequentem præstabat; Noria vero superas virtutes, et ab iis profectam Barbelonem principi contrariam indicavit, quemadmodum et aliæ fecere virtutes: atque illud præterea docuit: oportere quæ supremæ Parenti a conditore mundi principe, ac reliquis qui cum eo sunt diis atque angelis, et dæmonibus erepta sunt, ex insita corporum vi per marium ac feminarum profluvia colligere.

Β'. Καὶ ἁπλῶς περικακῶ τὴν πᾶσαν τούτων τοῦ σκότους πήρωσιν ὑποδεικνύων. Πολὺν γὰρ χρόνον ἀναλώσαιμι ἄν, εἰ ἐνταῦθεν τὴν περὶ τούτων γενομένην σύνταξιν ἐθελήσω λεπτολογῆσαι, τὰ ἄτοπα αὐτῶν τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διδάγματα καθ' ἑκάστην ὑφηγούμενος. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν, διαφόρως πάλιν ἐπεντριβόμενοι, τάς τε ὄψεις αὐτῶν [2] κρούοντες, καὶ περικρουόμενον, Βαρκαββᾶν τινα προφήτην παρεισάγουσιν, ἄξιον τοῦ αὐτῶν ὀνόματος. Καββᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται (71) *πορνεία* κατὰ τὴν Συριακὴν διάλεκτον, *φονοκτονία* δὲ κατὰ τὴν Ἑβραϊκήν. Καὶ πάλιν ἑρμηνεύεται *τετάρτη μοῖρα* τοῦ μέτρου. Χλεύης δὲ καὶ γέλωτος τὸ τοιοῦτον, μᾶλλον δὲ σχετλιασμοῦ ἄξιον παρὰ τοῖς τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπισταμένοις κατὰ τὰς ἰδίας γλώσσας. Φέρουσι δὲ ἡμῖν ἐκ τούτου τοῦ θαυμασιωτάτου προφήτου διήγησιν αἰσχρὰν, ὅπως φθορίμαιοις σώμασι πλησιάσαι πεισθῶμεν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐλπίδος ἐκπέσωμεν, οὐκ αἰσχυνόμενοι αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι τὰ τῆς πορνείας διηγεῖσθαι, πάλιν ἐρωτικὰ τῆς Κύπριδος ποιητεύματα. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν πάλιν ἐπίπλαστον εἰσάγουσιν ἀγώγιμόν τι *ποίημα* (72) ᾧ ποιητεύματι ἐπέθεντο ὄνομα, Εὐαγγέλιον τελειώσεως τοῦτο φάσκοντες. Καὶ ἀληθῶς οὐκ Εὐαγγέλιον τοῦτο, ἀλλὰ πένθους τελείωσις. Πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ θανάτου τελείωσις ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑποσπορᾷ τοῦ διαβόλου ἐμφέρεται. Ἄλλοι δὲ οὐκ αἰσχύνονται λέγοντες Εὐαγγέλιον Εὔας. Εἰς ὄνομα γὰρ αὐτῆς δῆθεν, ὡς εὑροέσης τὸ ὄνομα τῆς γνώσεως ἐξ ἀποκαλύψεως τοῦ λαλήσαντος αὐτῇ ὄφεως, σπορὰν ὑποτίθενται. Καὶ ὥσπερ ἐν ἀστάτῳ γνώμῃ μεθύοντος καὶ παραλαλοῦντος οὐκ ἴσα εἶη τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τὰ μὲν γέλωτι πεποιημένα, ἕτερα δὲ κλαυθμοῦ ἔμπλεα· οὕτως ἡ

II. Atque, ut uno verbo dicam, piget me omnem illorum cæcitatis caliginem oratione persequi. Multum enim insumendum erit temporis, si universam horum figmentorum ab illis concinnatam seriem hoc loco diligentius explicare voluero, et commentitiæ illorum cognitionis absurda dogmata sigillatim proponere. Alii porro varie ab illis ad communem perniciem exorti, et intuentium oculis præstigiis illudentes, et ipsimet illusi Barcabban nescio quem prophetam objiciunt, sua illa appellatione dignum. Cabba enim Syriaca lingua *stuprum* significat; Hebraice *parricidium*. Sed et *mensuræ quadrantem* eo nomine vocant. Risu igitur ac ludibrio digna, vel miseranda potius est ejusmodi nominum accommodatio apud eos, qui in suapte lingua vocis illius potestatem intelligunt. Cæterum ex tam admirabili propheta turpem nobis narrationem afferunt: qua ut corruptis consuescamus corporibus persuadeant, atque ab omni spe cœlestium excidamus. Nec illos pudet de stupris, amatoriisque ac venereis rebus nudis ac simplicibus verbis disserere. Sunt et ex iis nonnulli, qui adulterinum quoddam et adscititium poema venditant, quod opus perfectionis Evangelium inscribunt, cum revera non Evangelium, sed doloris sit ac luctus perfectio. Universa quippe consummataque mortis acerbitas in eo **84** diaboli fetu continetur. Alii Evangelium Evæ sine ullo pudore jactitant. Sub hujus enim nomine; utpote quæ cognitionis nomen a serpente quocum collocuta est, didicerit, perfidiæ suæ semina sparserunt. Ac quemadmodum ebrii, quorum inconstans animus, et inconsidera-

[1] For. δεῖ. [2] For. ἀνθρώπων.

(71) *Καββᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται.* Tam Hebraice quam Syriace *tabernaculum*, et *fornicem* significat: necnon et *prostibulum*, ac *lupanar*. Numer. quoque XXV, com. 8, LXX μήτραν reddiderunt. Unde et πορνείας stuprique notio. Φονοκτονίαν vero, sive parricidium, nusquam legere memini. Suspicor Epiphanium קבה tanquam a נקב derivatum accepisse, quod est perforare.

(72) *Ἀγώγιμόν τι ποίημα.* Cornarius *illiciens poema*. Ἀγώγιμον est quod advehitur, aut importatur. Nos *ascititium* ex communi potestate interpretari maluimus. Quanquam n. 17, pag. 100, ἀγώγιμον μῦθον in priori illa Corna. notione usurpatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tus est sermo, nequaquam sibi consentanea loquuntur; sed alias ridicula verba, alias mœroris ac doloris plena proferunt : eodem prorsus modo sese habet ab illis impostoribus orta ac propagata nequitia.

A τῶν ἀπατεώνων γέγονε κατὰ πάντα τρόπον τῆς κακίας ἡ ὑποσπορά.

III. Qui quidem stolidis testimoniis, ac visis in illo suo quod præ se ferunt, Evangelio nituntur. Ita enim inquiunt : *In arduo monte constiteram, cum ecce video procerum hominem, et mutilum alium. Inde vocem tonitrui instar exaudio. Propius igitur ad audiendum accedo ; tum me hunc in modum est alloculus : Ego idem sum ac tu, et tu idem atque ego; et ubicunque tu es, illic ego sum, ac per omnia sum dispersus. Et undecunque volueris me colligis, me vero colligendo, temetipsum colligis.* O doctrinam a nequissimo dæmone profectam! Undenam humani generis ingenia pervertit, et ad stolida, minimeque consentanea a verbo veritatis abripuit? Nihil enim propemodum ei, qui mente atque prudentia præditus est, Scriptura vel exemplis, aut ulla re alia, ad eos refellendos uti necesse est. Siquidem recta ratio stolidas illorum fabulas et adulteriorum ac flagitiorum libidines facile per se ipsa dignoscit. Hæc igitur atque his similia commenti Gnostici, qui cum Nicolai secta conjuncti sunt a veritate exciderunt; nec eorum duntaxat, quibus errorem persuaserunt, depravarunt ingenia; sed et animos corporaque pariter adulteriis ac promiscuæ libidini servilem in modum subjecerunt. Etenim suos ipsos conventus multiplicis ac promiscui concubitus fœditate contaminant; ubi et humanis carnibus, et turpissimis sordibus vescuntur. Quæ omnino commemorare non audeo, nisi me aliqua fortasse necessitas impulerit : ita me animi mei vehemens quidam dolor ob ea quæ isti perperam gerunt stupore defixum detinet, illud magnopere mirantem, quantam in malorum gravitatem, ac profundam voraginem diabolus illos immittat, qui sibi fuerint obsecuti; adeo ut eorum mentes et corda, manus, ora, corporaque pariter atque animos **85** inquinet, quos in tantis tenebris irretitos tenere potuerit. Sed illud vereor, ne sic totam illam pestilentissimi veneni vim quasi reguli cujusdam faciem aperiens, ita detegam, ut ad eorum qui hæc nostra legent perniciem potiusquam ad emendationem redundet. Siquidem vel aures ipsas polluit tam infinitæ audaciæ in divinum numen contumeliosa series; ac vel sola narratio turpitudinis ipsius, et sordidissimæ fœditatis ac lutulentæ flagitiosa ratio. Hinc est quod a nonnullis scite admodum Borboriani, hoc est *cœnosi* nominantur; alii Coddianos vocant. Est enim codda idem Syriace quod *paropsis*, aut *catinus :* pro eo quod nemo communi cum illis uti cibo possit; sed separatim contaminatis illis apponi soleat : neque quisquam ob eorum spurcitiem vel pane cum illis vesci com-

Γ'. Ὀρμῶνται δὲ ἀπὸ μωρῶν μαρτυριῶν καὶ ὁπτασιῶν ἐν ᾧ Εὐαγγελίῳ ἐπαγγέλλονται. Φάσκουσι γὰρ οὕτως, ὅτι Ἔστην ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ εἶδον ἄνθρωπον μακρὸν, καὶ ἄλλον κολοβόν· καὶ ἤκουσα ὡσεὶ φωνὴν βροντῆς, καὶ ἤγγισα τοῦ ἀκοῦσαι, καὶ ἐλάλησε πρός με, καὶ εἶπεν· Ἐγὼ σὺ, καὶ σὺ ἐγώ. Καὶ ὅπου ἐὰν ᾖς, ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι, καὶ ἐν ἅπασίν εἰμι ἐσπαρμένος. Καὶ ὅθεν ἐὰν θέλῃς συλλέγειν με· ἐμὲ δὲ συλλέγων, ἑαυτὸν συλλέγεις. Καὶ ὦ τῆς τοῦ διαβόλου ὑποσπορᾶς! Πόθεν τὸν νοῦν ἐξέτρεψε τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ εἰς μωρὰ καὶ ἀσύστατα περιέσπασεν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας; Οὐκ ἔστι γὰρ σχεδὸν τῷ νοῦν ἔχοντι χρεία ἀπὸ Γραφῆς ἢ ἀπὸ παραδειγμάτων, ἢ ἑτέρου τινὸς πράγματος ποιεῖσθαι τούτων τὴν ἀνατροπήν. Τῷ γὰρ ὀρθῷ λογισμῷ εὔδηλος αὐτῶν καὶ φωρατὴ ἡ τῆς μωρολογίας δραματουργία, καὶ μαχῶν ἐργασία. Ταῦτά τοι καὶ τὰ τοιαῦτα εἰσηγούμενοι οἱ ἀμφὶ τὴν γνῶσιν συνεζευγμένοι τῇ τοῦ Νικολάου αἱρέσει, τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκασιν, οὐ μόνον τὸν νοῦν τῶν πεισθέντων αὐτοῖς ἐκτρέψαντες, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς δουλώσαντες πορνείᾳ καὶ πολυμιξίᾳ. Αὐτὴν γὰρ τὴν σύναξιν αὐτῶν ἐν αἰσχρότητι πολυμιξίας φύρουσιν, ἐσθοντές τε καὶ παραπτόμενοι, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν καὶ ἀκαθαρσιῶν· ὡς οὔτε τολμήσω τὸ πᾶν ἐξειπεῖν, εἰ μή τι ἀναγκασθείην διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐν ἐμοὶ ἀλγούσης διανοίας περὶ τῶν ματαίως ὑπ' αὐτῶν γινομένων ἐκπληττόμενος, εἰς οἷον ὄγκον καὶ κακῶν βυθὸν ὁ ἐχθρὸς τῶν ἀνθρώπων διάβολος ἄγει τοὺς αὐτῷ πειθομένους· ὥστε μιᾶναι καὶ νοῦν, καὶ καρδίαν, καὶ χεῖρας, καὶ στόματα, καὶ σώματα, καὶ ψυχὰς τούτων τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ τοσαύτῃ σκοτώσει πεγιδευθέντων. Δέδια δὲ μή πη ἄρα τὸν μέγαν τοῦτον ὅλον ἰὸν ἀποκαλύψαιμι, ὥσπερ βασιλίσκου τινὸς ὄφεως τὸ πρόσωπον, εἰς λύμην μᾶλλον τῶν ἐντυγχανόντων ἢπερ εἰς διόρθωσιν· χραίνει μὲν γὰρ τὰ ὦτα ἀληθῶς ἡ τῆς μεγάλης τόλμης βλάσφημος συναγωγὴ, καὶ τῆς αἰσχρότητος αὕτη συλλογή τε καὶ διήγησις, καὶ ἡ τῆς ἀγυρτώδους αἰσχρουργίας βορβορώδης κακόνοια. Παρά τισι δὲ φύσει Βορβοριανοὶ (73) καλοῦνται· ἕτεροι δὲ Κοδδιανοὺς αὐτοὺς ἐπιφημίζουσι. Κοδδὰ γὰρ λέγεται κατὰ τὴν Συριακὴν διάλεκτον παροψὶς, ἢ τρυβλίον, ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαί τινας μετ' αὐτῶν ἐσθίειν· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μεμιαμμένοις δίδοσθαι τὰ βρώματα, καὶ μή τινα δύνασθαι σὺν αὐτοῖς διὰ τὸν μολυσμὸν κἂν ἄρτον συνεσθίειν. Διά τοι τοῦτο ἀφωρισμένους τούτους ἡγούμενοι οἱ συμμέτοικοι Κοδδιανοὺς ἐπωνόμασαν. Οἱ αὐτοὶ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ Στρατιωτικοὶ καλοῦνται καὶ Φιδιωνῖται, ὡς ἄνωθέν μοι ἐν μέρει λέλεκται. Τινὲς δὲ αὐτοὺς Ζακχαίους

(73) *Παρά τισι δὲ φύσει Βορβοριανοί.* Theodoretus Barbeliotas, sive Borborianos certos hæreticos separatim memorat, quos et Naasinos, et Stratioticos, et Phibionitas appellat, quæ sunt Gnosticorum vocabula. Quod ad vocem attinet κοδδά, notant קוּדָה esse scutellam, vel craterem testaceum. [Vox autem est Chaldaica. EDIT.]

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καλοῦσιν, ἄλλοι δὲ Βαρβηλίτας. Ὅμως ἐπεὶ οὐδὲ παρελθεῖν δυνήσομαι ὅλα, ἀναγκάζομαι ἐξειπεῖν. Ἐπειδὴ καὶ ὁ ἅγιος Μωϋσῆς ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου ἐμφορούμενος γράφει, ὅτι, Ἐάν τις ἴδῃ φόνον, καὶ μὴ ἀναγγείλῃ, ἐπικατάρατος ὁ τοιοῦτος εἴη. Διόπερ οὐ δύναμαι τοῦτον τὸν μέγαν φόνον, καὶ τὴν μεγάλην ταύτην φονώδη ἐργασίαν παρελθεῖν, καὶ οὐχὶ δηλῶσαι. Δηλώσας γὰρ τάχα τοῖς συνετοῖς τὸ πτῶμα τοῦτο, ὥσπερ τὸ φρέαρ τῆς ἀπωλείας, φόβον καὶ φρίξιν ἐμποιήσω, εἰς τὸ μὴ μόνον ἀποδρᾶναι τοὺς συνετούς, ἀλλὰ καὶ καταλιθάσαι τὸν ἐν τῷ βαράθρῳ τοῦτον σκολιὸν ὄφιν καὶ βασιλίσκον, εἰς τὸ μηδὲ πλησιάσαι τινὰ τολμᾷν. Καὶ ταῦτα μὲν ἤδη περὶ αὐτῶν εἰρημένα, ὀλίγα τινὰ ὄντα, ἐν μέρει τετάχθω.

A muniter queat. Quam ob causam qui cum illis habitant, velut a communi consortio segregatos putantes, Coddianos appellarunt. Iidem porro Militares in Ægypto, ac Phibionitæ sunt dicti, de qua re nonnihil antea significavimus. Sunt qui Zacchæos vocent, alii Barbelitas. Enimvero cum universa prætermittere nequeam, nonnulla necessario de illis attingenda sunt. Nam et sanctus Moyses divini Spiritus afflatu scripsit: Si quis parricidium viderit, nec denuntiaverit, exsecrabilis esto. Quare non possum ingentem illam cædem ac parricidiale facinus prætermittere: non possum, inquam, illud non omnino detegere. Fortassis enim si præcipitem hanc ruinam, velut exitii puteum, prudentibus ostendero, metum iis ac terrorem incutiam, ut non modo fugiant ipsi, sed et tortuosum illum in ea voragine serpentem ac basiliscum lapidibus obruant, ut nullus deinceps audeat accedere. Atque hæc de illis hactenus dicta sunto, pauca de multis, atque ex parte solummodo delibata.

Δ'. Παρελεύσομαι δὲ εἰς τὸν οἶκον τοῦ βυθοῦ τῆς θανατώδους αὐτῶν διηγήσεως. Διάφορος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ τῆς ἡδονῆς αὐτῶν κακοδιδασκαλία. Ὅτι πρῶτον μὲν κοινὰς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἔχουσι. Καὶ εἴ τις ξένος παραγένοιτο τοῦ αὐτῶν δόγματος, σημεῖόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν πρὸς γυναῖκας, καὶ γυναικῶν πρὸς ἄνδρας· ἐν τῷ ἐκτείνειν τὴν χεῖρα δῆθεν εἰς ἀσπασμὸν ὑποκάτωθεν τῆς παλάμης, ψηλάφησίν τινα γαργαλισμοῦ ἐμποιεῖν, διὰ τούτου ὑποφαίνοντες, ὡς τῆς αὐτῶν θρησκείας ἐστὶν ὁ παραγενόμενος. Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπιγνόντες ἀλλήλους τρέπονται εὐθὺς εἰς ἑστίασιν. Δαψιλῆ δὲ τὰ ἐδέσματα κρεωφαγίας καὶ οἰνοποσίας παρατιθέασι, κἂν πένητες εἶεν. Ἐκ τούτου δὲ συμποσιάσαντες, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰς φλέβας τοῦ κόρου ἐμπλήσαντες ἑαυτῶν, εἰς οἶστρον τρέπονται. Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ, τῆς γυναικὸς ὑποχωρήσας, φάσκει λέγων τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, ὅτι Ἀνάστα, λέγων, ποίησον τὴν ἀγάπην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ· οἱ δὲ τάλανες μιγέντες ἀλλήλους. Καὶ ὡς ἐπὶ ἀληθείας αἰσχύνομαι εἰπεῖν τὰ παρὰ τοῖς αὐτοῖς αἰσχρὰ πραττόμενα κατὰ τὸν ἅγιον Ἀπόστολον, *Ὅτι τὰ παρ' αὐτοῖς γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.* Ὅμως οὐκ αἰσχυνθῶ λέγειν, ἃ αὐτοὶ ποιεῖν οὐκ αἰσχύνονται, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φρίξιν ἐργάσωμαι τοῖς ἀκούουσι τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα αἰσχρουργήματα. Μετὰ γὰρ τὸ μιγῆναι πάθει πορνείας, προσεπιτούτοις ἀνατείνοντες τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν εἰς οὐρανὸν, δέχεται μὲν τὸ γύναιον καὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ῥύσιν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος εἰς ἰδίας αὐτῶν χεῖρας, καὶ ἵστανται εἰς οὐρανὸν ἀνανεύσαντες, ἐπὶ χεῖρας δὲ ἔχοντες τὴν ἀκαθαρσίαν· καὶ εὔχονται δῆθεν οἱ μὲν Στρατιωτικοὶ καλούμενοι καὶ Γνωστικοὶ τῷ πατρὶ, φασὶ, τῶν ὅλων, προσφέροντες αὐτὸ τὸ ἐπὶ ταῖς χερσὶ, καὶ λέγουσιν· Ἀναφέρομέν σοι τοῦτο δῶρον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως αὐτὸ ἐσθίουσι, μεταλαμβάνοντες τὴν ἑαυτῶν ἀκαθαρσίαν· καὶ φασι· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Πάσχα. Διὸ πάσχει τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν τὸ πάθος τοῦ Χρι-

B IV. Nunc ad pestiferæ illorum doctrinæ velut sedem ac voraginem me conferam. Varia enim apud illos nefariæ disciplina voluptatis est. Primum quod communes inter se feminas habent Ac si quis ejusdem sectæ peregrinus advenerit, signum quoddam viri a feminis, feminæ a viris accipiunt. **86** Hæc autem ejusmodi est: Cum salutandi ac complectendi causa manum porrigunt, eam infra palmam contrectando ac defricando leniter titillant, eoque signo ejusdem religionis hospitem esse demonstrant. Inde posteaquam mutuo se agnoverint ad convivium accinguntur. Quod ipsum, tametsi pauperes sint, ingenti epularum apparatu, vinoque et carnibus instructissimum præbent. Finito convivio cum satietate venas C distenderint, ad libidinem proritantur. Tum vir ab uxore discedens sic eam alloquitur: Surge, et fratri charitatem exhibe. Ita ad concubitum venitur. Pudet me bona fide quæ apud illos turpissime perpetrantur, exponere; quemadmodum ait Apostolus: *Quæ apud ipsos fiunt, turpe est et dicere* [1]. Verum quæ illos facere nihil pudet, neque me pudebit eloqui, ut qui fœdissima illorum flagitia audierint, horrore quodam afficiantur. Etenim peracto stupro subinde contumeliosis cœlum vocibus appetentes, utrique maris profluvium cavis manibus excipiunt, ac sublatis rursum oculis fœdum illud et abominabile manibus præferentes consistunt; ac preces concipiunt Militares quidem et D Gnostici ad universorum, ut aiunt, parentem, cui et quod manibus gestant offerunt, cum hoc solemni carmine: Hoc tibi munus, nimirum Christi corpus, offerimus: atque ita tum eo vescuntur, et impurissimas suas sordes degustant, itaque dicunt: Hoc est corpus Christi; et hoc est Pascha. Idcirco corpora nostra patiuntur, et Christi supplicia confiteri coguntur. Eodem modo quoties mulier menstruos fluxus patitur, fœdissimum illum sangui-

[1] Ephes. v, 12.

Digitized by Google Распознавание текста

nem collectum una omnes absorbent. Atque hic est, inquiunt, sanguis Christi.

καταμήνιον συναχθὲν αὐτῇ αἷμα τῆς ἀκαθαρσίας, ἔστι τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ.

V. Propterea in apocryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, et dixit mihi: Hoc est lignum vitæ.* Idipsum de menstruis mulierum profluviis interpretantur. Cæterum cum inter sese Venerem exerceant, **87** liberos tamen suscipere prohibent. Non enim prolis studio, sed ut libidini suæ serviant, ei corruptelæ vacant. Ita miseris hominibus diabolus illudit, et opus Dei fraudibus suis implicatum per ludibrium traducit. Proinde sic libidini satisfaciunt suæ, ut impurissimum semen in seipsos recipiant, neque illud ad propagandam sobolem emittant, sed sua ipsi turpitudine pascantur. Quod si forte quispiam excreti seminis immissionem anteverterit, et ex eo gravida facta sit mulier, audi quid demum flagitiosius aggrediantur. Nam informem adhuc fetum ex utero detractum, quocunque iis tempore visum est, infantem, inquam, abortione projectum in mortario pistillo tundunt. Cui ad vitandam nauseam mel ac piper cum aliis aromatibus et unguentis admiscent. Tum in unum collecto porcorum ac canum sodalitio, unusquisque e comminuto infantuli corpusculo digito delibat. Sic humanis carnibus pasti ad orandum Deum sese convertunt. Et cupiditatis, inquiunt, princeps nequaquam nobis illusit; sed quod exciderat fratri nostro collegimus. Atque id perfectum esse Pascha demum existimant. Præter hæc alia insuper dira atque exsecranda committunt. Cum enim rursus in se mutuo bacchari ac furere cœperint, respersis spurcissimi humoris profusione manibus consurgunt, atque ita fœdatas gerentes toto corpore nudi comprecantur, ut ea re majorem sibi apud Deum fiduciam acquirant. Cæterum in curando corpore dies noctesque pariter mulierculæ et homunciones occupantur, ac se et unguento perfundunt, et lavant, et convivia celebrant, et ebrietati ac Veneri indulgent, eosque qui jejunant exsecrantur. Negant enim esse jejunandum, quod ad hujus sæculi conditorem principem jejunium pertineat; imo alimento potius opus esse dictitant, quo robustiora sint corpora, ut idoneo tempore possint fructui reddendo sufficere.

VI. Porro tam Veteri quam Novo utuntur Testamento, licet eum qui in Vetere locutus est abdicent. Et quidem quoties vocem aliquam reperiunt, quæ dogmati suo contrariam habere sententiam videtur, ab hujus mundi principe profectam illam esse prædicant. **88** Sin aliquis ad illorum libidinem accommodari locus, et utcunque configurari possit non ipsa quidem potestate verborum, sed pro depravati illorum ingenii captu, eo vero ad id quod cupiunt traducto ab veritatis spiritu pronuntiatum esse dictitant. Atque istud ipsum est, inquiunt, quod de Joanne Dominus usurpavit: *Quid*

A στοῦ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅταν γένηται αὐτὴν γενέσθαι ἐν ῥύσει τοῦ αἵματος, ὡσαύτως λαβόντες κοινῇ ἐσθίουσι. Καὶ τοῦτο, φασὶν,

Ε'. Διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες, ὅτι *Εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρποὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ εἶπέ μοι· Τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς*, ὃ αὐτοὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν ῥύσιν. Μισγόμενοι δὲ μετ' ἀλλήλων τεκνοποιίαν ἀπαγορεύουσιν. Οὐ γὰρ εἰς τὸ τεκνοποιῆσαι παρ' αὐτοῖς ἡ φθορὰ ἐσπούδασται, ἀλλ' ἡδονῆς χάριν, τοῦ διαβόλου ἐμπαίζοντος τοῖς τοιούτοις, καὶ καταχλευάζοντος τὸ ἐκ Θεοῦ πλάσμα πεπλανημένον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἡδονὴν ἐπιτελοῦσιν, εἰς ἑαυτοὺς δὲ B ἀπολαμβάνουσι τὰ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν σπέρματα, μὴ εἰς τεκνογονίαν καταβαλλόμενοι, ἀλλὰ αὐτοὶ τὸ τῆς αἰσχρότητος ἐσθίοντες. Ἐὰν δὲ καὶ προληφθῇ τις αὐτῶν ἐγκατασπεῖραι τὴν καταβολὴν τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν ἀπορρύσεως, καὶ ἐγκυμονήσῃ ἡ γυνὴ, τί δεινότερον τολμῶσιν οἱ τοιοῦτοι, ἄκουε. Κατασπάσαντες γὰρ τὸ ἔμβρυον καιρῷ οἵῳ δ' ἂν ἐπιχειρήσωσι, λαμβάνουσιν ἐκτρωθὲν τοῦτο τὸ βρέφος, ἐν ὅλμῳ τινὶ κόπτουσιν ὑπέρῳ, καὶ ἐγκαταμίξαντες μέλι καὶ πέπερι, καὶ ἄλλα τινὰ ἀρώματα, καὶ μύρα, πρὸς τὸ μὴ ναυτιᾷν αὐτοὺς, οὕτως συναχθέντες πάντες οἱ [τῆς] τῶν χοίρων τούτων καὶ κυνῶν θιασῶται, μεταλαμβάνουσιν ἕκαστος τῷ δακτύλῳ ἀπὸ τοῦ κατακοπέντος παιδίου. Καὶ οὕτως τὴν ἀνθρωποθορίαν ἀπεργασάμενοι, εὔχονται λοιπὸν τῷ Θεῷ, ὅτι Οὐκ C ἐνεπαίχθημεν, φασὶν, ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ συνελέξαμεν τὸ παράπτωμα τοῦ ἀδελφοῦ. Καὶ δῆθεν τοῦτο τὸ τέλειον Πάσχα ἡγοῦνται· ἄλλα δὲ ὅσα δεινὰ αὐτοῖς τετόλμηται. Ὅταν γὰρ πάλιν ἐμμανεῖς ἐν ἑαυτοῖς γένωνται, φύραντες ἑαυτῶν τὰς χεῖρας τῆς ἑαυτῶν αἰσχρότητος τῇ ἀπορρύσει, ἐγείρονται, καὶ τὰς ἑαυτῶν μεμολυσμένας χεῖρας ἔχοντες, εὔχονται γυμνοὶ ὅλῳ τῷ σώματι, ὡς διὰ τῆς τοιαύτης ἐργασίας εὑρίσκειν πρὸς Θεὸν τὴν παῤῥησίαν. Τὰ σώματα δὲ αὐτῶν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τημελοῦσι γυναικάρια καὶ ἀνθρωπάρια, μυριζόμενοι, λουόμενοι, θοινᾳζόμενοι, κοίταις τε καὶ μέθαις σχολάζοντες. Καὶ καταρῶνται τὸν νηστεύοντα, λέγοντες· Οὐ δεῖ νηστεύειν. Τοῦ γὰρ ἄρχοντος τούτου τοῦ ποιήσαντος τὸν αἰῶνα ἔστιν ἡ νηστεία. Δεῖ δὲ τρέ- D φεσθαι εἰς τὸ τὰ σώματα εἶναι ἰσχυρὰ, εἰς τὸ δύνασθαι τὸ καρπὸν ἀποδιδόναι κατὰ καιρὸν αὐτοῦ.

Ϛ'. Χρῶνται δὲ καὶ Παλαιᾷ καὶ Καινῇ Διαθήκῃ. Ἀπαγορεύουσι δὲ τὸν λαλήσαντα ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ. Καὶ ὅταν μὲν ῥῆμα εὕρωσί τι κατ' αὐτῶν δυνάμενον ἔχειν τὸν νοῦν, φασὶν ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται· ἐὰν δέ τις εἰς ὁμοίωσιν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας δυνηθείη σχηματίζεσθαι λόγος, οὐχ ὡς ἔστι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' ὡς ἔχει ὁ αὐτῶν νοῦς ὁ ἡπατημένος, τοῦτον μετασκευάζοντες εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν, φάσκουσιν ἐκ τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας λελαλῆσθαι. Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὃ εἶπεν ὁ Κύριος περὶ Ἰωάννου· *Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; Κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευό-*

Digitized by Google Распознавание текста

μενον; Ὅτι οὐκ ἦν, φασὶ, τέλειος ὁ Ἰωάννης. Ἐνεπνέετο γὰρ ὑπὸ πολλῶν πνευμάτων κατὰ κάλαμον τὸν ἐπὶ ἑκάστῳ ἀνέμῳ κινούμενον. Καὶ ὅτε μὲν ἤρχετο τὸ πνεῦμα τοῦ ἄρχοντος, Ἰουδαϊσμὸν ἐκήρυττεν· ὅτε δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ Χριστοῦ ἐλάλει. Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὅτι *Ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν* (74). Περὶ ἡμῶν, φασὶν, εἶπεν, ὅτι ὁ ἐν ἡμῖν μικρότερος μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει.

existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam[1]? Quod, ut asserunt, nondum esset perfectus Joannes. Nam a pluribus ventis perflabatur; arundinis more, quæ ad unumquemque ventum agitatur. Itaque cum in eum principis spiritus incumberet, Judaicum cultum prædicabat; cum vero Spiritus sanctus adveniret, de Christo sermonem instituebat. Quo quidem hæc verba pertinere putant: *Qui minor est in regno cœlorum major est illo*[2]. Quippe ad nos ista referuntur, aiunt, ut qui inter nos minor est, is Joanne sit præstantior.

Ζ'. Καὶ εὐθὺς ἐπιστομίζονται οἱ τοιοῦτοι ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Ἐκ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστῃ λέξει ἀναφανδὸν ἡ ἀλήθεια δειχθήσεται, καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φράσεως ἀποδοθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ ὁ Ἰωάννης μαλακὰ ἠμφίεστο, καὶ ἐν οἴκοις βασιλέων ὑπῆρχεν, ὀρθὴ ἂν πρὸς αὐτὸν ἡ λέξις, καὶ εὐθεῖα πρὸς ἔλεγχον τοῦ αὐτοῦ ὑπῆρχεν. Εἰ δὲ, *Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον;* καὶ οὐχ οὕτως εἶχεν, οὐκέτι τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸν οὐ μαλακὰ φοροῦντα Ἰωάννην τοῦ λόγου ἐπενεκτέον, ἀλλὰ ἐπὶ τοὺς οὕτως εὑρήσειν τὸν Ἰωάννην νομίσαντας, καὶ ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐν οἴκοις βασιλέων πολλάκις κατὰ ὑπόκρισιν κολακευομένους. Ἐνόμιζον γὰρ οὗτοι, ἐξερχόμενοι καὶ παρὰ Ἰωάννου ἐπαίνους εὑρίσκειν, καὶ μακαρισμοὺς ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένοις παραπτώμασιν. Ὡς δὲ οὐχ ἡῦρον, ἀνατρεπτικῶς παρὰ τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἴρηται, ὅτι Τί ἐνομίζετε εὑρίσκειν; Συμπεριφερόμενον τοῖς ὑμῶν πάθεσιν ἄνθρωπον, ὡς κατὰ τοὺς μαλακὰ φοροῦντας; Οὐχ οὕτως. Οὐ γάρ ἐστιν Ἰωάννης κάλαμος σαλευόμενος γνώμαις ἀνθρώπων, ὡς δονούμενος κάλαμος ὑπὸ ἑκάστης ἀνθρώπων ὑποκρίσεως καὶ ἀπάτης. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, *Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἔστι μείζων Ἰωάννου*, ἵνα μή τινες νομίσωσι καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος μείζονα εἶναι τὸν Ἰωάννην, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ὑπὸ γυναικὸς ἐγεννήθη, τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ἔφη, ὅτι *Ὁ μικρότερος αὐτοῦ*, τουτέστι τῷ χρόνῳ (74*) τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ *παρουσίας, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ ἑξάμηνον ἐγεννήθη ὁ Σωτὴρ τῆς Ἰωάννου γεννήσεως, δηλονότι μείζων αὐτοῦ ὤν. Ἦν γὰρ ἀεὶ, καὶ ἔστι. Τίνι δὲ τοῦτο οὐ δῆλόν ἐστιν; Ἆρα γοῦν ματαίως τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς πεποιήτευται, ἀπὸ ἀγαθῶν εἰς φαῦλα μεταβεβλημένα.

VII. Verum os illis subinde a veritate ipsa præcluditur. Nam ex iis quæ cum unaquaque dictione connexa sunt, perspicue veritas apparebit, ac quid loquendi rationi consentaneum sit certissima fide monstrabitur. Etenim si Joannes mollioribus vestibus uteretur, atque in principum palatiis degeret, recta ipsum vox illa peteret, et in ejus reprehensionem esset sine ulla ambage collata. Cum vero ita locutus fuerit: *Quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum*[3]? istud porro ab Joanne procul abfuerit, nihil est cur hujus loci criminationem referri ad Joannem arbitremur, qui delicatum illum cultum minime omnium adhibuit; sed ad eos potius, qui ejusmodi se Joannem reperturos putabant, quibusque sæpius adulari solent ii qui principum aulas ac palatia frequentant. Exeuntes enim illi collaudandos se ab Joanne, et ob ea quæ in dies patrabant scelera felices prædicandos existimabant. Qua spe cum essent frustrati, ad eos refellendos ita Salvator locutus est: Quid vos nacturos esse credebatis? Hominemne qui se pravis animi vestri affectionibus accommodaret, quod ii faciunt qui mollioribus vestibus induuntur? Minime vero. Non enim Joannes arundo quædam est hominum opinionibus agitata, vel qualibet eorum fraude ac simulatione concussa. Sed quoniam illud adjecerat: *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista*[4], ne quis Joannem sibi persuaderet, etiam ipso Salvatore esse majorem, **89** quo is a muliere, nimirum beata semperque Virgine Maria per Spiritum sanctum esset genitus, ut nos contra hunc errorem instrueret, subjecit: *Qui minor est in regno cœlorum, major est illo.* Quod videlicet ratione temporis est ab eo dictum quo in hunc mundum humana carne præditus advenit, quoniam sexto a Joannis nativitate mense Christus est in lucem editus. Qui haud dubie major erat illo, cum et sit semper et fuerit. Quis hoc vero potest ignorare? Frustra igitur ab illis excogitata sunt omnia, et ex bonis in mala conversa.

Η'. Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά· *Ἐρωτήσεις* γάρ τινας Μαρίας ἐκτίθενται· ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ, εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται. Ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν· εὐαγγέλια δὲ ἕτερα εἰς ὄνομα τῶν μαθη-

VIII. Cæterum libri penes illos quamplurimi sunt. Nam *Interrogationes* quasdam Mariæ venditant. Alii de eo quem diximus Jaldabaoth sub Sethi nomine complures libros supposititios obtrudunt. Sed et Adami revelationes alias, et alia item evan

[1] Matth. xi, 7. [2] ibid. 11. [3] ibid. 8. [4] ibid. 11.

(74) Forte addendum μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ed. Patr.

(74*) *Τουτέστι τῷ χρόνῳ.* Locum ex Vaticano codice suæ integritati restituimus. Quod ad evangelici illius loci sensum attinet, eodem modo Chrysost. et Theophylactus exponunt, quo Epiphanius.

Digitized by Google Распознавание текста

gelia falsa discipulorum nomine conscribere sunt ausi. Nec eos dicere pudet Salvatorem nostrum ac Dominum Jesum Christum ejusmodi per sese turpitudinem monstrasse. Etenim in Mariæ *Interrogationibus* quas majores vocant (sunt enim aliæ minores perinde commentitiæ), hunc illi patefecisse fingunt, cum eam in montem eduxisset, essetque precatus, ac producta de latere suo muliere cum ea rem habere cœpisset; tum seminis sui profusione degustata monstrasset, ita, ut vivere possimus, esse faciendum Addunt et perturbatam fuisse Mariam, atque humi cecidisse, eamque a Christo cum his verbis erectam: *Quare dubitasti modicæ fidei?* Atque hoc ipsum esse volunt, quod in Evangelio dicitur: *Si terrena dixi vobis, et non credidistis, cœlestia quomodo credetis* [1]? Item illud: *Cum videritis Filium hominis eo ascendentem ubi erat prius* [2]; hoc est, inquiunt, profluens semen exsorptum, ut eo unde exierat revertatur. Tum quod alibi scriptum est: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis meum sanguinem* [3]. Ad quæ perturbatis discipulis, ac dicentibus: *Quis hoc potest audire* [4]? de turpitudine sermonem eum institutum ferunt, ideoque turbatos retro pedem retulisse. Nondum enim perfecte corroborati erant ac stabiliti. Quo etiam Davidis illud dictum referunt: *Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo* [5]. **90** Atque in eo quod scriptum est: *Secus decursus aquarum*, indicari viri fœditatem asseruit; istud vero: *Quod fructum suum dabit in tempore suo*, voluptatis demonstrare proluviem; nam quod additum est, *Et folium ejus non defluet* [6], tum a nobis, inquiunt, perficitur, cum in terram decidere non patimur, sed ipsimet illud absumimus.

IX. Ac ne prolatis illorum testimoniis plus detrimenti quam utilitatis afferam, idcirco pleraque silentio prætermittam. Alioquin omnia, quæ ab illis dicuntur, hoc loco explicando commemorarem. Nam quod in Scriptura legimus Raab coccinum in fenestra posuisse [7], non coccinum erat, inquiunt, sed muliebre pudendum: in quo coccineus color menstruum sanguinem significat. Quin etiam eodem illud spectat: *Bibe aquam de tuis vasis* [8]. Siquidem interire carnem, nec excitari denuo prædicant, eamque ad principem pertinere. Vim autem illam, quæ in menstruis est ac semine, animam esse, quam collectam comedimus. Unde cum carnibus aut oleribus, aut pane, aut alio quopiam vescimur, bene de creatis rebus meremur, dum ex his omnibus animam corrogamus, ac nobiscum in cœlum evehimus. Ideoque genere omni carnium utuntur, ut generis, aiunt, nostri misereamur. Cæterum eamdem inesse putant animalibus, et bestiis,

A τῶν συγγράψασθαι τετολμήκασιν· αὐτόν τε τὸν Σωτῆρα ἡμῶν καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὐκ αἰσχύνονται λέγειν, ὅτι αὐτὸς ἀπεκάλυψε τὴν αἰσχρουργίαν ταύτην. Ἐν γὰρ ταῖς *Ἐρωτήσεσι* Μαρίας καλουμέναις μεγάλαις (εἰσὶ γὰρ καὶ μικραὶ αὐτοῖς πεπλασμέναι) ὑποτίθενται αὐτὸν αὐτῇ ἀποκαλύπτειν, παραλαβόντα αὐτὴν εἰς τὸ ὄρος, καὶ εὐξάμενον, καὶ ἐκβαλόντα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἀρξάμενον αὐτῇ ἐγκαταμίγνυσθαι· καὶ οὕτως δῆθεν τὴν ἀπόῤῥοιαν αὐτοῦ μεταλαβόντα δεῖξαι, ὅτι δεῖ οὕτως ποιεῖν, ἵνα ζήσωμεν· καὶ ὡς τῆς Μαρίας ταραχθείσης, καὶ πεσούσης χαμαί, αὐτὸν πάλιν αὐτὴν ἐγείραντα εἰπεῖν αὐτῇ· *Ἵνα τί ἐδίστασας, ὀλιγόπιστε;* Καί φασιν, ὅτι καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι *Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον* B *ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε, τὰ ἐπουράνια τῶς πιστεύσετε;* καὶ τὸ, *Ὅταν ἴδητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον·* τουτέστι τὴν ἀπόῤῥοιαν μεταλαμβανομένην, ὅθεν καὶ ἐξῆλθε· καὶ τὸ εἰπεῖν· *Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα.* Καὶ τῶν μαθητῶν ταρασσομένων, καὶ λεγόντων, *Τίς δύναται τοῦτο ἀκοῦσαι;* φασὶν, ὡς περὶ τῆς αἰσχρότητος ἦν ὁ λόγος· διὸ καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Οὕπω γὰρ ἦσαν, φασὶν, ἐν πληρώματι ἑστερεωμένοι. Καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν Δαβίδ· *Ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ·* περὶ τῆς αἰσχρότητος τοῦ ἀνδρὸς, φασὶ, λέγει, C *Ἐπὶ τὴν ἔξοδον τῶν ὑδάτων.* Καὶ, *Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει*, τὴν τῆς ἡδονῆς ἐπίῤῥοιαν, φασὶ, λέγει· *Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται*, ὅτι οὐκ ἐῶμεν αὐτὸ χαμαὶ πεσεῖν, ἀλλὰ αὐτοὶ αὐτὸ ἐσθίομεν.

Θ'. Καὶ ἵνα μὴ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐν μέσῳ ἄγων βλάψω μᾶλλον ἢπερ ὠφελήσω, τούτου χάριν τὰ πολλὰ ὑπερβήσομαι. Ἐπεὶ [9] ἂν τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς κακῶς λεγόμενα ἐνταῦθα παρατιθέμενος διηγόρευον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, φασὶ, τεθεικέναι τὴν Ῥαὰβ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι, οὐκ ἦν, φασὶ, κόκκινον, ἀλλὰ τὰ μόρια τῆς γυναικείας φύσεως· καὶ τὸ κόκκινον αἷμα τῶν καταμηνίων λέγει. Καὶ τὸ εἰπεῖν, *Πίετε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων*, περὶ τούτου λέγει. Φασὶ D δὲ εἶναι τὴν σάρκα ἀπολλυμένην, καὶ μὴ ἐγειρομένην· εἶναι δὲ ταύτην τοῦ ἄρχοντος. Τὴν δὲ δύναμιν τὴν ἐν τοῖς καταμηνίοις καὶ ἐν ταῖς γοναῖς ψυχὴν εἶναί φασιν, ἣν συλλέγοντες ἐσθίομεν. Καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν (75) κρέα, ἢ λάχανα, ἢ ἄρτον, ἢ τι ἕτερον, χάριν ποιοῦμεν ταῖς κτίσεσι, συλλέγοντες ἀπὸ πάντων τὴν ψυχὴν, καὶ μεταφέροντες μεθ' ἑαυτῶν εἰς τὰ ἐπουράνια. Διόπερ καὶ πάντων μεταλαμβάνουσι κρεῶν λέγοντες, ἵνα ἐλεήσωμεν τὸ γένος ἡμῶν. Φάσκουσι δὲ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε ταῖς

[1] Joan. III, 12. [2] Joan. VI, 63. [3] ibid. 54. [4] ibid. 61. [5] Psal. I, 3. [6] ibid. [7] Josue II, 21. [8] Prov. V, 15. [9] F. πῶς ἄν.

(75) *Καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν.* Idem Manichæi jactitare solebant, ut ex Aug. lib. *Adversus Faustum* apparet.

Digitized by Google Распознавание текста

ζώοις καὶ ἐν κνωδάλοις, καὶ ἰχθύσι, καὶ ὄφεσι, καὶ ἀνθρώποις ἐγκατεσπάρθαι, καὶ ἐν λαχάνοις, καὶ ἐν δένδρεσι, καὶ ἐν γεννήμασι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας τῆς πορνείας, τὰς ὑφ' ἡμῶν ἐνταῦθα προειρημένας ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, οἷς αὐτοὶ ἔπλασαν ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις, καὶ λέγοντες· Μίγηθι μετ' ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν ἄρχοντα. Καθ' ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὀνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ' αὐτοῖς πεπλασμένων, καὶ δῆθεν εὔχονται λέγοντες· Προσφέρομέν σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προσενέγκῃς τῷ δεῖνι. Τῇ δὲ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ ὑποτίθενται ἑαυτοὺς προσφέρειν, ἵνα καὶ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ. Καὶ ἕως ἂν ἔλθῃ, μᾶλλον δὲ κατέλθῃ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε πτώσεις τῆς λαγνείας, καθ' ἑκάστην ὀνομά τι ἐπικαλεῖται τὸ τοιοῦτο ἐργαζόμενος. Καὶ ἄρχεται πάλιν κατιέναι διὰ τῶν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ ἐπιτελῶν καὶ ἐμπαίζων ταῖς ἠπατημέναις. Ὅταν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀριθμοῦ ὄγκον ἐλάσῃ ἑπτακοσίων τριάκοντα πτώσεων, λέγω δὴ μίξεων αἰσχρῶν, καὶ ὀνομάτων τῶν παρ' αὐτοῖς πεπλασμένων, τότε λοιπὸν τολμᾷ ὁ τοιοῦτος, καὶ λέγει· Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· ἐπειδὴ ἄνωθεν καταβέβηκα διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν τξε' ἀρχόντων.

Γ'. Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Σὴθ ἄρχοντα· ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἶναί φασι τὸν Δάδην· τέταρτον γὰρ ὑποτίθενται οὐρανὸν, καὶ τρίτον· πέμπτον δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον τὸν καὶ Ἀδωναῖον. Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ φασὶν εἶναι οἱ μὲν τὸν Ἰαλδαβαὼθ, οἱ δὲ τὸν Ἡλιλαῖον. Ἄλλον δὲ ἑβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαὼθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐρανῷ τὴν Βαρβηλὼ καλουμένην, καὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ Κύριον τὸν αὐτὸν αὐτοπάτορα, καὶ Χριστὸν ἄλλον αὐτολόχευτον· καὶ Χριστὸν τοῦτον τὸν κατελθόντα, καὶ δείξαντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν γνῶσιν, ὃν καὶ Ἰησοῦν φασι· μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον· σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ἢ μόνον δόκησιν εἶναι. Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις χοῖρον μὴ ἐσθίειν. Εἶναι δὲ αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν οὐρανῶν καὶ ἀγγέλων τῶν ἑαυτοῦ. Τὴν δὲ ψυχὴν, ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι ἐντεῦθεν, διαβαίνειν διὰ τῶν ἀρχόντων τούτων· μὴ δύνασθαι δὲ διαπεράσαι, εἰ μή τι ἂν τῆς γνώσεως [1] ἐν πληρώματι γένηται, μᾶλλον δὲ ταύτης τῆς καταγνώσεως, καὶ ἐμφορηθεῖσα διαδράσειε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐξουσιῶν τὰς χεῖρας. Εἶναι δὲ δρακοντοειδῆ τὸν ἄρχοντα τὸν κατέχοντα τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ καταπίνοντα μὲν τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐν

et piscibus ac serpentibus animam, quæ hominibus insit, necnon et oleribus, et arboribus, ac germinibus infusam. Jam vero qui ex iis Phibionitæ vocantur exsecranda illa libidinis sacra, quæ a nobis explicata sunt, CCCLXV nominibus ascribunt, quæ principum esse propria commenti sunt. Ita mulierculis illudentes : Congredere mecum, inquiunt, ut te ad principem perducam. Tum ad singulos coitus barbarum aliquod unius ex illis nomen temere ab iis excogitatum pronuntiant, ac nimirum hac formula precantur : Tibi N. offerimus, ut N. vicissim offeras; inde alio rursus in congressu alteri se offerre prædicant, ut et is alteri repræsentet. Ita donec per CCCLXV libidinis ac lasciviæ gradus ascenderint, vel descenderint potius, quoties Venerem repetunt, ejusmodi aliquod nomen appellant. Inde per eadem illa turpitudinis vestigia relabuntur, ac circumventis a se mulierculis illudunt. **91** Postquam autem iterando sæpius concubitu, ac fictis illis nominibus repetendis DCCXXX numerum implerunt, deinceps qui id egerit, palam de se prædicare non dubitat : Ego sum Christus. Nam per CCCLXV nomina principum ex alto descendi.

X. Majorum porro principum nomina hæc esse memorant. In supremo, inquiunt, orbe residet Jao; in secundo Saclan, is qui stupris ac libidinibus præest; in tertio Sethus; in quarto Daden statuunt : quippe quartum esse cœlum asseverant, et tertium; ac rursus quintum, in quo Eloæum collocant, qui idem et Adonæus dicitur. At sextum occupare volunt alii Jaldabaoth, Elilæum alii. Sed et septimum esse nonnulli defiuiunt, cui Sabaoth insideat. Quod ab aliis negatur, qui Jaldabaoth septimam illam stationem attribuunt. In octavo Barbeloni domicilium esse fingunt, necnon et universorum Parenti illi, qui idem Dominus sit, et suimetipsius pater, quemadmodum et alteri cuidam Christo, qui per sese sit in lucem editus. Tum vero Christum, ibidem ipsum collocant, qui de cœlo descendit, et ejusmodi cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuisse Jesum prædicant. Verum eumdem negant de Maria natum, sed per Mariam ostensum asserunt; neque carnem aliter quam specie ipsa suscepisse. Quod ad Sabaoth pertinet, hunc asini quidam, alii porci figura constare censent. Ob idque Judæis, aiunt, suillis carnibus interdixerat. Hunc esse cœli terræque conditorem, tum eorum qui consequuntur cœlestium orbium, angelorumque suorum. Porro digredientem hinc animam per illos transire principes; neque tamen penetrare posse, nisi cognitione illa plenissime perfusa fuerit, vel condemnatione potius; qua quidem cumulata principum istorum ac potestatum manus effugiat. Addunt et hujus mundi præsidem draconis effigiem habere.

[1] *gr.* γενέσεως.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ab eoque animas absorberi cognitione illa destitutas, rursumque per caudam in hunc mundum refundi. Ex quo deinceps in porcorum aliorumque animantium corpora transfusæ per eadem denuo vestigia sursum efferantur. Quod si quis, aiunt, ea fuerit cognitione præditus, seseque per menstrua illa ac libidinis profusionem ex hoc mundo collegerit, cum **92** nihil hic detineri amplius, sed eos quos diximus prætergredi principes; et ad Sabaoth usque pervenire, atque illius proculcare caput (ita enim sacrilege atque impudenter effutiunt), indeque ad supremum illud domicilium evadere, ubi viventium mater est Barbero, quæ et ab illis Barbelo dicitur. Hanc esse animæ rationem adipiscendæ salutis. Illud vero præterea infelices illi ad fabulam adjunxerunt, eidem Sabaoth capillos esse muliebres, quod scilicet vocem illam Sabaoth principis alicujus esse nomen arbitrentur; neque illud intelligant, ubicunque ita dicitur: *Hæc dicit Dominus Sabaoth*, non cujuspiam id esse proprium nomen, sed prædicando potius numini velut quoddam laudationis vocabulum adhiberi. Quippe Dominus Sabaoth idem Hebraice quod *exercitum* significat. Et quidem ubicunque vox illa Sabaoth in Vetere Testamento legitur, *exercitum* sonat. Itaque pro eo quod Hebraice scriptum est: *Adonai Sabaoth*, Aquila perpetuo *Dominus exercituum* reddit. Sed isti furore atque amentia perciti ad Domini sui injuriam eum qui nusquam est inquirunt, et eum qui est reipsa, vel semetipsos potius perdiderunt.

A in incogniti Parentis comitatu viderat, meminisset, immissas ab eodem Parente in ejus animam virtutes esse dicunt, ut eorum quæ aspexerat recordata, corroborataque conditores orbis angelos effugeret, hoc ipso quod per omnia rerum quæ in mundo sunt, actionumque quæ ab hominibus suscipiuntur, genera transiret, adeoque scelesta exsecrandaque clanculum facinora perpetraret. Ut ita demum actionibus omnibus perfuncta, liberaque eadem Jesu anima incognitum ad Parentem evolaret, a quo illæ erant virtutes immissæ, quarum beneficio per omnia uti diximus actionum genera traducta, exsolutaque, sursum ad eum penetraret. Sic quæ ejus similes essent animæ, iisdem addictas studiis, eodemque modo liberatas ad incognitum B Parentem evolare sursum, dum functionibus omnibus obitis, et ab universis pariter expeditæ deinceps in libertatem asseruntur.

Τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι, δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσεσι πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθεὶς πρᾶξαι, ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς ἴσχυσεν. Οὐ μόνον δὲ αὐτὴν τὴν ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ τοῦτο δεδυνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν δυναμένην διὰ τῶν πράξεων χωρήσασαν ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους, καὶ αὐτὴ ἐὰν λάβῃ δυνάμεις, καὶ τὰ ὅμοια πράξῃ, καθάπερ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς προεῖπον. Ὅθεν εἰς τῦφον οὗτοι ἐληλακότες μέγαν οἱ ὑπὸ τοῦ ἀπατεῶνος τούτου ἀπατηθέντες, ἑαυτοὺς προκριτέους ἡγοῦνται καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν οὐκ Ἰησοῦ φασιν, ἀλλὰ Πέτρου καὶ Ἀνδρέου καὶ Παύλου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἑαυτοὺς ὑπερφερεστέρους εἶναι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς γνώσεως, καὶ τὸ περισσότερον τῆς διαπράξεως διαφόρων διεξόδων. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν φάσκουσι μηδὲν διενηνοχέναι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αἱ γὰρ ψυχαὶ ἐκ τῆς αὐτῆς περιφορᾶς εἰσι, καὶ ὁμοίως κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ πάντων καταφρόνησιν ποιησάμεναι. Καὶ αἱ πᾶσαι, φασὶ, ψυχαὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἠξιώθησαν, ἧς καὶ τοῦ Ἰησοῦ ἠξίωται. Διὸ καὶ ταῦτά φασι χωρεῖν διὰ πάσης πράξεως, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ διελήλυθεν. Εἰ δὲ καί τις πάλιν δυνηθείη ὑπὲρ τὸν Ἰησοῦν καταφρονῆσαι, διαφορώτερος ἔσται αὐτοῦ.

Verum quod anima Jesu in Judæorum ritibus enutrita, angelos illos contempsisset, ob id virtutes accepisse, quibus cum constitutis ad pœnas hominum perpessionibus defungi potuisset, mundi illos architectos transcenderit. Neque vero id unam Jesu animam perficere potuisse; sed et aliam quamlibet, quæ per actiones ejusmodi progressione facta super conditores orbis angelos efferri potuerit: hæc enim si vires acceperit paria cum Jesu eademque præstabit, ut paulo ante diximus. Ex quo miseri isti impostoris illius fraude decepti tam intolerabili arrogantia sunt, ut se vel ipsimet Jesu C anteponendos existiment. Horum alii non quidem Jesu, sed Petro, Andreæ, Paulo, cæteris apostolis præstare sese dicunt cum abundantia quadam scientiæ, tum quod progressiones varias ac decursus longe iis cumulatius obierint. Nonnulli vero sunt qui inter se ac Dominum nostrum Jesum Christum nihil interesse censeant. Quippe animæ ex eadem omnes circuitione sunt, eumdemque quem Jesus contemptum rerum omnium susceperunt. Universæ porro, inquiunt, eadem qua Jesu anima vi sunt ac virtute prædite. Ideoque perinde illas per actionum genera omnia traduci, quemadmodum Jesu anima progressa sit. Quod **104** si reperiri aliqua possit, quæ majorem quam Jesus contemptum suscipiat, ea D ipsi demum antecellet.

Γ'. Ἐπιχειροῦσι δὲ (83) οἱ τῆς ἀθεμίτου ταύτης σχολῆς παντοίας ἐπιχειρήσεις δεινῶν ἔργων καὶ ὀλετηρίων. Μαγεῖα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐπινενόηται, ἐπῳδάς τε διαφόρους πρὸς πᾶσαν μηχανὴν ἐφηύραντο, πρὸς φίλτρα καὶ ἀγώγιμα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ παρέδρους δαίμονας ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, εἰς τὸ διὰ πολλῆς μαγγανείας ἐν ἐξουσίᾳ μεγάλῃ πάντων, φασὶ, κυριεύειν, ὧν τε ἂν ἐθέλοι ἕκαστος, καὶ ἣ πράξει ἐπιχειρεῖν τολμήσειε, δῆθεν ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες,

III. Cæterum detestandæ disciplinæ hujus alumni horribilium ac teterrimorum facinorum varia genera moliuntur. Nam et maleficas artes exercent, et ad machinanda quælibet, veneficia et cantiones excogitarunt, velut ad philtra et amoris illecebras: imo etiam familiares sibi quosdam dæmones alliciunt, ut multiplicibus iis præstigiis summam sibi, ut aiunt, in omnia potestatem vindicent, ac quod cuique libuerit, et quodcunque agere in animum

(83) *Ἐπιχειροῦσι δὲ.* Euseb. lib. IV, cap. 7, scribit Carpocratem palam, ac sine tergiversatione maleficas artes præ se tulisse. Οἱ καὶ τοῦ Σίμωνος οὐχ ὡς ἐκεῖνος κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερὸν τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίου, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπομποῖς τε, καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι, καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις ἀγωγαῖς. Eadem habet Irenæus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

induxerit, id ipsum audeat suscipere. Hoc autem eo consilio faciunt, quod, uti miserandum in modum decepti sunt, certo sibi persuadeant, per tot tamque diversa facinora mundi fabricatoribus angelis, omnibusque quæ in mundo sunt prostratis ac contemptis, illorum se non mundi, sed fabularum potius artificum potestatem transgredi; quo cœlestem libertatem obtineant, et sursum aspirare atque evolare possint. Quod hominum genus ad Ecclesiæ Dei probrum et offendiculum adornasse ac submisisse Satanas videtur: quippe qui Christianorum sibi nomen indiderint, ut propter illos offensæ nationes ab sanctæ Dei Ecclesiæ utilitate abhorreant, nuntiatamque veritatem ob immania illorum facinora, et incredibilem nequitiam repudient; ut, inquam, frequentibus illorum sceleribus animadversis, eos quoque qui e sancta Dei Ecclesia sunt tales esse sibi persuadeant, atque ita ab verissima Dei, uti diximus, doctrina aures avertant; aut certe paucorum improbitate conspecta in universos eadem maledicta conjiciant. Atque ea demum causa est, cur plerique gentilium, ubicunque istius sectæ homines deprehenderint, nullam nobiscum velint neque dati acceptique, neque consilii, neque audiendi divini verbi societatem conjungere, ac ne aures quidem præbere sustineant; usqueadeo nefariis illorum flagitiis consternati, ac deterriti sunt.

IV. Porro isti in luxu atque deliciis assidue versantur, nihilque non ad corporum voluptatem ac jucunditatem suscipiunt: neque ad nos penitus accedunt, nisi forte ut imbecilles animos ad impia sua dogmata pelliciant. Neque enim alia re nobis similes sunt, quam quod solo Christiani nomine gloriantur, ut ementiti hujus vocabuli specie improbitatem suam exerceant. Sed horum, **105** uti scriptum est, judicium legitimum est, id quod Paulus apostolus tradidit [1]. Siquidem propter abominanda ipsorum facta, merces illis consentanea reddetur; nam cum animum suum rapi libidinis impetu ac furore permiserint, in infinita sese voluptatum genera præcipites committunt. Ita enim disputant, quæ ab hominibus mala judicantur, ea minime mala esse, sed honesta natura. Nihil enim natura malum est; sed ab hominibus duntaxat prava censentur. Quæ si quis omnia in hac una præsenti vita perfecerit, ejus anima non amplius in alia corpora transfunditur, ut in hanc lucem denuo procrectur; sed omni actionum genere perfuncta, libera atque immunis abscedet, cum nullius adhuc in hoc mundo debito actionis obligetur. Cujusmodi vero actionem intelligant rursum explicare vereor, ne velut opertum cœnum, ita graveolentem hanc cloacam aperiam, ac pestilæ cujusdam exhalationis ac fetoris occasionem

πρὸς πληροφορίαν τῆς τετυφλωμένης αὐτῶν διανοίας, ὅτι αἱ τοιαῦται ἐγχειρήσεις, κατισχύσασαι διὰ τῶν τοσούτων πράξεων, καὶ καταφρονήσασαι τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ὑπερβαίνουσι τὴν τῶν αὐτῶν μυθοποιῶν, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι κοσμοποιῶν, ἐξουσίαν, ὅπως ἂν τὴν ἄνω ἐλευθερίαν ἀσπάσωνται, καὶ τὴν ἄνω πτῆσιν κτήσαιντο. Εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ Σατανᾶ (84) παρεσκευασμένοι, καὶ προβεβλημένοι εἰς ὄνειδος καὶ σκάνδαλον τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς ἐπίκλην Χριστιανοί, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὠφέλειαν, καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας, καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας, εἰς τὸ τὰ ἔθνη κατανοοῦντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν, ὡς καὶ προεῖπον, τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν διδασκαλίας· ἢ καὶ ὁρῶντάς τινας πάντως[2] ὁμοίως βλασφημεῖν. Καὶ τούτου ἕνεκα οἱ πλείους τῶν ἐθνῶν, ὅπου δ' ἂν ἴδωσι τοιούτους, οὔτε ἐπὶ κοινωνίᾳ ἡμῖν προσφέρονται ληψοδοσίας, ἢ γνώμης, ἢ ἀκοῆς λόγου θείου, οὔτε τὴν ἀκοὴν ἐντιθέασιν, ἐπτυρμένοι ἀπὸ τῆς τῶν ἀθεμίτων ἀνοσιουργίας.

Δ'. Εἰσὶ δὲ ἐν ἀσωτίᾳ διατελοῦντες οὗτοι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐργαζόμενοι πρὸς εὐπάθειαν σωμάτων, ἡμῖν δὲ ὅλως οὐκ ἐγγίζοντες, εἰ μή τι ἄρα πρὸς τὸ δελεάσαι ψυχὰς ἀστηρίκτους ἐν τῇ αὐτῶν κακοδιδασκαλίᾳ. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ὁμοιοῦνται, ἢ μόνον ὀνόματι καλεῖσθαι σεμνύνονται, ὅπως διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐπιπλάστου τὰ τῆς ἑαυτῶν κακίας ἐργάσωνται. Τὸ δὲ κρῖμα τούτων κατὰ τὸ γεγραμμένον ἔνδικόν ἐστιν, ὡς ὁ ἅγιος Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἔφη· διὰ γὰρ τὰς κακὰς αὐτῶν πράξεις τὸ ἀνταπόδομα ἀποδοθήσεται αὐτοῖς. Ἀδεῶς γὰρ τὸν νοῦν αὐτῶν εἰς οἶστρον ἐκδεδωκότες, πάθεσιν ἡδονῶν μυρίων ἑαυτοὺς παραδεδώκασι. Φασὶ γὰρ, ὅτι ὅσα νομίζεται παρὰ ἀνθρώποις κακὰ εἶναι, οὐ κακὰ ὑπάρχει, ἀλλὰ φύσει καλά. Οὐδὲν γάρ ἐστι φύσει κακόν· τοῖς δὲ ἀνθρώποις νομίζεται εἶναι φαῦλα. Καὶ ταῦτα πάντα ἐάν τις πράξῃ ἐν τῇ μιᾷ ταύτῃ παρουσίᾳ, οὐκέτι μετενσωματοῦται αὐτοῦ ἡ ψυχὴ, εἰς τὸ πάλιν ἀντικαταβληθῆναι, ἀλλ' ὑπὸ ἓν ποιήσασα πᾶσαν πρᾶξιν, ἀπαλλαγήσεται ἐλευθερωθεῖσα, καὶ μηκέτι χρεωστοῦσά τι τῶν πρὸς πρᾶξιν ἐν τῷ κόσμῳ. Ποίαν δὲ πρᾶξιν εἰπεῖν, δέδια πάλιν, μὴ βορβόρου δίκην κεκαλυμμένου ὀχετὸν ἀποκαλύψω, καί τισι δόξω λοιμώδους δυσοδμίας ἐργάζεσθαι τὴν ἐμφόρησιν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδήπερ ἐξ ἀληθείας συνεχόμεθα τὰ παρὰ τοῖς ἡπατημένοις ἀποκαλύψαι, σεμνότερον εἰπεῖν τε, καὶ τῆς ἀληθείας μὴ

[1] Rom. I, 27. [2] For. πάντας.

(84) *Εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ Σατανᾶ.* Perditissimi hæreticorum Gnostici, Gnosticorum Carpocratiani fuerunt, ut qui turpissima quæque flagitia committentes adeo non erubescerent, ut etiam glorianda ac præse habenda putarent. Ideo de Carpocratianis nominatim et Irenæus, et Clem. in *Strom.* et Eusebius, et Epiphanius aliique scribunt, summam ad Christiani nominis infamiam ac dedecus eos a diabolo esse productos, ut gentiles cum Christianos homines tam impuros ac nefarios viderent, a Christiana professione penitus abhorrerent. Idem et Tert. in *Apo.* et Justinus scripserunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἔξω βαίνειν ἐμαυτὸν καταναγκάσω. Τί δὲ ἄλλο τι[1] πᾶσαν ἀῤῥητουργίαν καὶ ἀθέμιτον πρᾶξιν, ἣν οὐ θεμιτὸν ἐπὶ στόματος φέρειν, οὗτοι πράττουσι; Καὶ πᾶν εἶδος ἀνδροβασιῶν, καὶ λαγνιστέρων ὁμιλιῶν πρὸς γυναῖκας, ἐν ἑκάστῳ μέλει σώματος, μαγείας τε καὶ φαρμακείας καὶ εἰδωλολατρείας ἐκτελοῦντες. Καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἐργασίαν ἀποδόσεως τῶν ἐν τῷ σώματι ὀφειλημάτων εἰς τὸ μηκέτι ἐγκαλεῖσθαι, ἢ μέλλειν τι πράξεως ἔργον ἀπαιτεῖσθαι· καὶ τούτου ἕνεκα μὴ ἀποστρέφεσθαι τὴν ψυχὴν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν, καὶ πάλιν εἰς μετενσωμάτωσιν καὶ μεταγγισμὸν χωρεῖν.

A quibusdam videar præbuisse. Sed nihilominus, cum me veritas ipsa quodammodo cogat, ut hoc errore laborantium hominum arcana patefaciam, eam mihi necessitatem imponam, ut et honestioribus ea verbis enarrem, et a rei veritate nequaquam abhorream. Quid igitur isti aliud præter exsecrandum illud ac detestabile flagitium committunt, quod ne sermone quidem exprimere licet, hoc est præposteram marium consuetudinem, aut libidinosissimos cum feminis qualibet corporis parte concubitus; tum magicas insuper artes, ac veneficia, idolorumque cultus? Atque hanc dissolvendorum corporis debitorum rationem esse confirmant, ne appellari amplius possint, aut ab iis ipsis opus aliquod repetatur, eoque modo illud obtineri, ut ne posteaquam hinc excesserit anima denuo revertatur, et ad illos aliena in corpora transitus ac migrationes sese referat.

Ε'. Οὕτως γὰρ ἔχει τὰ αὐτῶν συντάγματα, ὡς ἀναγνόντα τὸν συνετὸν θαυμάζειν καὶ ἐκπλήττεσθαι, καὶ ἀπιστεῖν εἰ ταῦτα οὕτως ὑπὸ ἀνθρώπων γενήσεται, οὐ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς πόλιν κατοικούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ θηρῶν καὶ ὁμοίων θηρσὶ καὶ κτήνεσι, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν τὰ κυνῶν καὶ ὑῶν πράττειν τολμώντων. Φασὶ γάρ· Δεῖ πάντως πᾶσαν χρῆσιν τούτων ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ, ἐξελθοῦσαι καὶ ὑστερήσασαί τινος ἔργου, τούτου ἕνεκα καταστραφῶσιν εἰς σώματα πάλιν αἱ ψυχαὶ, εἰς τὸ πρᾶξαι αὖθις ἃ μὴ ἔπραξαν. Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν (85-86), ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἶπε διὰ παραβολῆς ὅτι· *Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἐν ᾧ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, καὶ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μή πως ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ ὁ ὑπηρέτης βάλλῃ σε εἰς φυλακήν. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.* Μῦθον δέ τινα πλάττουσιν οἱ αὐτοὶ πρὸς[2] ἐπίληψιν τῆς παραβολῆς ταύτης· καὶ φασιν εἶναι τὸν ἀντίδικον ἐκεῖνον τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων ἀγγέλων ἕνα, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο κατεσκευάσθαι, εἰς τὸ ἀπάγειν τὰς ψυχὰς πρὸς τὸν κριτὴν, τὰς ἐντεῦθεν ἐξερχομένας ἐκ σωμάτων, ἐκεῖσε δὲ ἐλεγχομένας μὴ ποιησάσας πᾶσαν ἐργασίαν. Παραδίδοσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος τῷ ὑπηρέτῃ. Ἄγγελον δὲ εἶναι τὸν ὑπηρέτην, ἐξυπηρετούμενον τῷ κριτῇ τῷ κοσμοποιῷ εἰς τὸ φέρειν τὰς ψυχὰς πάλιν, καὶ εἰς σώματα καταγίζειν διάφορα. Εἶναι δὲ τὸν ἀντίδικον τοῦτον, ὃν ἔφημεν τὸν Κύριον εἰρηκέναι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὃν αὐτοὶ ἄγγελον ἕνα τῶν κοσμοποιῶν φασιν, ὄνομα ἔχοντα Ἄβολον. Φασὶ γὰρ εἶναι τὴν φυλακὴν τὸ σῶμα· τὸν δὲ ἔσχατον κοδράντην θέλουσιν εἶναι τὴν μετενσωμάτωσιν.[3] Καθ' ἑκάστην παρουσίαν ἐπιτελεῖν σωμάτων ἐσχάτην πρᾶξιν, καὶ μηκέτι ὑπολείπεσθαι πρὸς τὸ ἀθέμιτόν τι πρᾶξαι. Δεῖ γὰρ, φασὶν, ὡς προείπομεν, πάντα[4] ἐλθοῦσαν, καὶ πράξασαν καθ' ἕκαστον, καὶ ἐλευθερωθεῖσαν, ἀνελθεῖν πρὸς ἄνω ἄγνω-

V. Ejusmodi enim illorum monimenta sunt, ut si quis ea sapiens legerit, vehementer obstupescat, vixque ab hominibus fieri ista posse sibi persuadeat, non modo iis nostri generis hominibus, qui in republica versantur, sed etiam iis, qui in medio ferarum earumdem ac pecudum similes degunt, quique cum canibus ac suibus paria propemodum perpetrant. Si quidem experiri omnia oportere dicunt, ne egressæ istinc animæ, opere aliquo prætermisso, ob id rursus in corpora compingantur, **106** ut illud perficiant, quod non fecerunt. Hoc vero ipsum esse, quod in Evangelio Jesus hac parabola significat: *Esto, inquit, consentiens adversario tuo, dum adhuc es in via cum ipso, et da operam ut ab eo libereris: ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro, et minister in carcerem te mittat. Amen, amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*[5]. Cui quidem interpretandæ parabolæ fabulam quamdam commenti sunt; et adversarium illum unum esse ex mundi fabricatoribus angelis putant, qui hujus rei causa sit constitutus, ut exsolutas corporis vinculis, atque hinc migrantes animas ad judicem deducat; ubi nondum omnia præstitisse convictæ a principe ministro traduntur, qui ex angelorum grege unus opifici mundi hujus judici ad transferendas, et in varia corpora deportandas animas operam suam collocat. Esse porro adversarium illum, quem a Domino commemoratum in Evangelio diximus, unum ex mundi artificibus angelis nomine Abolum. Nam et custodiam esse corpus interpretantur, et novissimum quadrantem migrationem animarum, quas accessionibus ad corpora singulis ultimas actiones obire necesse sit, nullum ut amplius scelus ac flagitium supersit. Oportet enim, ut antea dictum est, pervagatam omnia, singulisque perfunctam animam, ac solutam, mundi effectoribus ac præcipuo hujus auctore superatis, ad supremum illum ignotumque

[1] Forte τί δὲ ἄλλο ἢ. [2] γρ. πρὸς ἐπίπολυ. F. ἐπίλυσιν. [3] Deest nonnihil. [4] For. εἰς πάντα. [5] Matth. v, 25, 26.

(85-86) *Καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν.* Vide Tert. l. *De anima*, c. 35. Sed et Irenæum, loco citato, ex quo nonnulla Theodoretus transtulit; in quibus leve quoddam inest mendum, quod obiter a nobis corrigendum est. Scribit igitur Irenæus: Καὶ εἰ μὲν πράσσεται παρ' αὐτοῖς τὰ ἄθεα, καὶ ἐκθεσμα, καὶ ἀπειρημένα, ἐγὼ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι. Irenæi vetus Interpres hæc posteriora ita uti apud Theodor. exstant, legisse videtur. Nam vertit, *ego nequaquam credo.* Scribendum vero οὐκ ἂν πιστώσαιμι, *affirmare non ausim.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

penetrare. Addunt insuper vel in prima migratione confectis omnibus sursum evolare liberas opus esse, vel nisi unico illo adventu universa perfecerint, tum vero unaquaque transitione paulatim omnibus facinoribus, flagitiisque defunctas sese in libertatem asserere. Præterea nos iis, qui digni sunt, inquiunt, arcana ista committimus, ut quæ esse videntur mala, natura autem minime sunt, exsequantur, eaque re cognita liberentur. Solent vero Carpocratiani, quos ad suam sectam fraudulenter pellexerint, iis candente ferro, vel novacula, vel acu notam quamdam ad imam auriculam imprimere.

107 VI. Ex horum factione Marcellina quædam ad nos venit, quæ Aniceti Romani episcopi tempore plerosque labefactavit; Aniceti inquam illius, qui Pio, aliisque pontificibus successit. Etenim Romæ primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt. Inde Linus; tum Cletus. Post hunc Clemens, Petri et Pauli temporum æqualis, de quo Paulus meminit ad Romanos [Philippenses] scribens [1]. Neque vero miretur aliquis, quod ante ipsum in pontificiam dignitatem alii apostolis successerint, cum Petri ac Pauli esset æqualis, iisdem enim ille temporibus vixit. Utrum illis

[1] Philipp. IV, 3.

στον, ὑπερβᾶσαν τοὺς κοσμοποιοὺς καὶ τὸν κοσμοποιόν. Φασὶ δὲ πάλιν, ὅτι δεῖ κἂν τε ἐν μιᾷ παρουσίᾳ τῆς μετενσωματώσεως πραξάσας λοιπὸν ἄνω ἐλευθερωθείσας ἀπιέναι. Εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ παρουσίᾳ πράξουσι, καθ' ἑκάστην παρουσίαν μετενσωματώσεως καταβραχὺ ποιησάσας ἑκάστου ἔργου ἀθεμίτου τὴν ἐργασίαν, λοιπὸν ἐλευθερωθῆναι. Λέγουσι δὲ πάλιν, ὅτι· Τοῖς ἀξίοις ταῦτα καταξιοῦμεν διηγεῖσθαι, ἵνα πράξωσι τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ, οὐκ ὄντα δὲ φύσει κακὰ, ἵνα μαθόντες ἐλευθερωθῶσι. Σφραγῖδα δὲ ἐν καυτῆρι, ἢ δι' ἐπιτηδεύσεως ξυρίου, ἢ ῥαφίδος ἐπιτιθέασιν οὗτοι οἱ ὑπὸ Καρποκρᾶ ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις.

Ζ'. Ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς ἤδη πῶς Μαρκελλίνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου ἐπισκόπου Ῥώμης, τοῦ κατὰ τὴν διαδοχὴν Πίου, καὶ τῶν ἀνωτέρω. Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι (87) πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ ἐπίσκοποι· εἶτα Λῖνος· εἶτα Κλῆτος· εἶτα Κλήμης, σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους [Φιλίππ.] Ἐπιστολῇ. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντες τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων. Εἶτ' οὖν ἔτι

(87) *Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι.* Romanorum pontificum, qui a Petro proximi fuerunt, perobscura series est, varieque scriptorum opinione jactata. De qua cum tam insignis Epiphanii locus iste sit, pauca ad eum ipsum illustrandum explicanda videntur. Ac præcipua quidem de Lini ac Cleti pontificatu controversia nascitur. Quos plerique non Petri successores, nec ordinarios pontifices; sed chorepiscopos exstitisse putant, ab eoque vice sua, quo præsertim tempore abesset, Urbi præfectos. Alii legitimos et ordinarios faciunt. Utriusque sententiæ mentionem facit Epiphanius, et utra verior sit, incertum relinquit. Priorem ex pseudo-Damaso amplectitur Onufrius in *Chronico*, qui a Petro adhuc superstite chorepiscopos duos constitutos ait, Linum, atque Cletum, anno pontificatus sui XIV, paulo vero antequam moreretur, eumdem Petrum successorem ordinasse Clementem anno Christi 68. Linus porro eodem anno, quo Petrus, paucis mensibus interjectis, nempe IX Kal. Oct. passus est. Clemens primus post Petrum Romanus pontifex annos sedit IX, menses IV, dies XXVI. Qui cum Vespasiano VII, et Tito V coss. anno Christi 77 mortuus esset, successorem habuit Cletum: qui Clementis hactenus non collega, sed administer fuerat. Atque is pontificatum sex annis tenuit mensibus V, diebus tribus, cum episcopus ac pontificum minister annis antea XX, mensibus V, diebus XII exstitisset. Ut in totum annis XXVI, mensibus X, diebus XV episcopatum gesserit. Moritur autem anno Christi 84, Domitiano IX et Virginio coss. Hunc Anacletus excepit. Hæc Onufrius. A quibus veteres plerique præstantissimi scriptores, ac recentiores dissentiunt; quatenus Linum et Cletum, sive Anacletum, post Petrum legitimos, et ordinarios Pontifices numerant, ut Irenæus lib. III, cap. 3; Eusebius in *Chron.* et in *Historia;* Tertul. Epiphanius, et alii innumeri. Quibus libenter accedimus. Sed illorum plerique Cletum eumdem cum Anacleto faciunt. Quæ omnia recte in *Annalibus* ac diligenter exposita sunt. Sed viciosa est ibidem annorum ratio, et biennii ἀναχρονισμὸς ubique commissus, de quo ad hær. LI disputamus. Quocirca castigatam pontificum Romanorum seriem, et ad veros annos redactam hoc loco subjiciam; eorum duntaxat, quos Epiphanius recenset.

Primus igitur Romæ pontificatum tenuit Petrus; qui anno Neronis XIII passus est, Capitone et Rufo coss. qui est Julianus CXII, æræ Dionysianæ LXVII, non LXIX, ut est in *Annalibus*, aut, ut Onufrio placet, LXVIII. Hic enim uno duntaxat anno; illi biennio verum tempus antevertunt. Cujus causam ad hæresin LI aperiemus.

Eodem anno Linus successit. Cui annos imputant XI, menses II, dies XXIII. Idemque mortuus est anno Dionysiano LXXVIII, Sept. XXIII, non, ut illi censent, LXXX.

Tertius Linum Cletus excepit, sedit que annos XII, menses VII, dies II. Obiit anno Dionysiano XCI, Aprilis XXVI, Trajano, et Glabrione coss.

Quartus est Clemens, cui anni tribuuntur IX, menses VI, dies VI. Moritur anno Dionys. centesimo, IX Kal. Dec.

Quintus Romæ præfuit Anacletus, annis IX, mensibus III, diebus X. Obiit anno 110.

Sextus Evaristus, qui et ipse annos sedit IX, menses III. Mortuus est anno 119, Octobr. XXVI.

Septimus est Alexander, qui X annos Ecclesiæ præfuit, aut etiam aliquot eo amplius menses. Vixit ad annum usque 130. Quo eodem anno

Octavus Romanorum pontificum creatus est Xistus. Is annis decem expletis mortuus est anno Christi circiter 140.

Nonus Telesphorus annos sedit XI, menses IX, dies III, martyrium fecit anno 152.

Decimus Hyginus, annis IV. Qui obiit anno 156.

Undecimus Pius. Cui annos imputant *Annales* IX, menses VI. Obiit anno 165.

Duodecimus Anicetus; annis VIII, minus mensibus III, ac diebus VII. Moritur anno 173.

Hactenus Romanorum Pontificum series ex *Annalibus* deprompta, sed ad veros annos redacta. Quorum quidem singillatim tempora perscrutari plus molestiæ, quam utilitatis habet.

In Epiphanii *Catalogo* post Telesphorum perperam Evaristus reperitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

περιόντων αὐτῶν ὑπὸ Πέτρου λαμβάνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παραιτησάμενος ἦργει (λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ· *Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἑστάθητω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ*· τισὶ τοῦτο συμβουλεύων, εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον), ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὗτος καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύνατο ἔτι περιόντων τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ τῶν περὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἀποστόλους πολλάκις ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν (88) ἀφικνεῖται· Πέτρος δὲ πολλάκις Πόντου τε καὶ Βιθυνίαν ἐπεσκέψατο. Ἐνεχώρει δὲ μετὰ τὸ κατασταθῆναι Κλήμεντα, καὶ παραιτήσασθαι (εἴγε οὕτως ἐπράχθη· διανοοῦμαι γάρ, οὐχ ὁρίζομαι), ὕστερον μετὰ τὸ τετελευτηκέναι Λῖνον καὶ Κλῆτον ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη (89), ἕκαστον μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου καὶ Παύλου τελευτὴν, τὴν ἐπὶ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει (90) Νέρωνος γενομένην, τοῦτον αὖθις ἀναγκασθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν κατασχεῖν. Ὅμως ἡ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν· Πέτρος καὶ Παῦλος, Λῖνος καὶ Κλῆτος, Κλήμης, Εὐάρεστος, Ἀλέξανδρος, Ξύστος, Τελέσφορος, Εὐάρεστος, Ὑγῖνος, Πῖος, Ἀνίκητος, ὁ ἄνω ἐν τῷ καταλόγῳ προδεδηλωμένος.

Καὶ μή τις θαυμάσῃ, ὅτι ἕκαστα οὕτως ἀκριβῶς διήλθομεν. Διὰ γὰρ τούτων ἀεὶ τὸ σαφὲς δείκνυται. Ἐν χρόνοις τοίνυν, ὡς ἔφημεν (91), Ἀνικήτου, ἡ προδεδηλωμένη Μαρκελλίνα ἐν Ῥώμῃ γενομένη, τὴν λύμην τῆς Καρποκρᾶ διδασκαλίας ἐξεμέσασα, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε λυμηναμένη ἠφάνισε· καὶ ἔνθεν γέγονεν ἡ ἀρχὴ Γνωστικῶν τῶν καλουμένων. Ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων, τινὲς δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λοιπῆς ὕλης, ἅτινα ἐκτυπώματά φασιν εἶναι τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ταῦτα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου γεγενῆσθαι τὰ ἐκτυπώματα τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ, ὅτε ἐνεδήμει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Κρύβδην δὲ τὰς τοιαύτας ἔχουσιν εἰκόνας· καὶ φιλοσόφων τινῶν, Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ λοιπῶν· μεθ' ὧν φιλοσόφων καὶ ἕτερα ἐκτυπώματα

A adhuc superstitibus impositis manibus episcopus a Petro consecratus, eaque detrectata provincia ab omni administratione vacaverit (ita enim in quadam Epistola scripsit : *Recedo, exeo, instet populus Dei*, nonnullis videlicet hoc modo consulens ; nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus), an potius secundum apostolos ab episcopo Cleto sit constitutus, liquido non constat. Quanquam vel hæc quidem ratione poterant viventibus adhuc apostolis, Petro scilicet ac Paulo episcopi alii subrogari ; quod iidem illi prædicandi Evangelii gratia in alias urbes regionesque profectionem susciperent, carere autem episcopo Roma non posset : siquidem Paulus in Hispaniam pervenit ; Petrus vero Pontum ac Bithyniam sæpenumero peragravit. Ac fieri sane potuit, ut primum Clemente constituto, cum is defugeret (si ita tamen contigit, quod ego opinando potius quam asseverando dixerim), postea Lino Cletoque mortuis, qui XII annorum spatio singulatim episcopatum obtinuerunt, post apostolorum Petri Paulique necem, quæ in annum Neronis XII incurrit, tum demum pontificatum capessere sit coactus. Sed utcunque sese res habuerit, Romanorum pontificum ista successio est : Petrus et Paulus, Linus ac Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Xystus, Telesphorus, Evaristus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui est a me paulo ante in episcoporum ordine numeratus.

Ac nemini sane mirum videatur, cur singula tanta cum diligentia percurrerim. Per hæc enim perpetuo certa accurataque veritas ostenditur. Quamobrem Aniceti ut dictum est tempore, Marcellina **108** illa Romam veniens, et Carpocratianæ doctrinæ virus evomens, multos illic errore suo depravatos in exitium impulit ; indidemque Gnosticorum sunt excitata primordia. Habent porro Carpocratiani depictas coloribus imagines, quidam etiam aureas aut argenteas, vel ex alia materia factas, quas esse Jesu effigies affirmant : easdemque a Pontio Pilato ad Christi similitudinem effictas quo tempore inter homines degebat. Sed ejusmodi imagines occultas habent, necnon et philosophorum quorumdam, ut Pythagoræ, Platonis, Aristotelis,

πρόληψιν usurparunt. Quare nihil ab illis commissum ; uti nec ab Josepho, qui, quod Judæorum historici consueverant, imperatorum ac principum annos, a Nisan sæpius inchoasse creditur ; tametsi aliquot ab illo mensibus iniissent. Quo illa Talmudistarum regula pertinet : qui in Tractatu ראש השנה, cap. 1, fol. 3 docent, Israelitarum quidem regum annos ab antecedente Nisan ordiri ; exterorum vero principum, a Tisri. Quod et R. Issachar ben Mordechai in *Computo* tradidit. Quamobrem si quis exempli causa ultimo die mensis Adar regnum capessat, sequenti Nisan secundus imperii illius annus numerabitur. כי אמרינן יום אחד חשוב שנה בסוף שנה *Dies unus in fine anni pro anno reputatur*. Quod si quis primo die Nisan cœperit, non ante vertentem annum primus ejus annus censebitur.

(88) *Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος καὶ ἐπὶ τὴν Ἱσπανίαν.* Quod facturum se Romanis denuntiaverat (*Rom.* XV, 28).

(89) *Ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη.* Singuli nimirum, nam ex Eusebii *Chronico* hæc mutuatus est Epiphanius, ubi Lino XI, Cleto XII anni tribuuntur.

(90) *Τὴν ἐπὶ δωδεκάτῳ ἔτει.* Passi sunt apostoli L. Fonteio Capitone, et Julio Rufo coss. quibus anno Neronis XIII finito, cœpit XIV ex ante diem III Eid. Octobr. Hic est annus Julianus CXII, æræ Dionysianæ LXVII. Quamobrem non anno XII Neronis, ut scripsit Epiphanius, sed XIII labente mortui sunt apostoli. Quem dum Eusebius, et Hieronymus XIV appellant, frustra in *Annalibus* reprehenduntur. Etenim plerique Christianorum scriptorum solent annorum initia a verno Paschalique mense, quod ecclesiastici anni caput est, arcessere : id quod a viris eruditis observatum est. Cum igitur annus Neronis XIV cœperit Octobris XI anni Juliani CXII, Eusebius ac reliqui ejus initium a mense verno κατὰ

(91) *Ἐν χρόνοις τοίνυν, ὡς ἔφημεν.* Ex Irenæo tam hæc, quam sequentia mutuatus est. Vide c. 24, lib. I.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

aliorumque, quibus eas quas dixi Christi effigies miscent, et erectas simul omnes adorant, ad easque gentilium ritus instituunt. Collocatis enim simulacris istis, quæ a gentilibus fieri solent deinceps perficiunt. Quinam vero sunt gentiles ii ritus alii quam sacrificia, cæteraque generis ejusdem? Cæterum ita soli animæ salutem attribuunt, ut ab ejus communione corpora segreganda putent.

VII. Quamobrem omni illos ope profligare oportet atque evertere. Neque enim est quod ejusmodi dogmata præsertim a tali impostore profecta quispiam contemnat. Atenim dicat aliquis : Nonne ea sunt cognitu facilia, stultitiæque plenissima? Sunt ea vero. Sed insipientibus stulta plerumque persuadentur, imo etiam prudentes a recta via deflectunt, nisi animi vis adsit veritatis exercitatione firmata. Quamobrem cum in iisdem quibus Simon magicis artibus cæteraque errorum fæce Carpocras hæreat, nos easdem quoque ad illum evertendum rationes adhibebimus. Si enim ignota illa nec ullo nomine explicabilis virtus aliorum angelorum causa fuit, vel ei tribuenda erit ignorantia, qui sit universorum parens : quod ignarus eorum fuerit, quæ iidem illi quos designabat effecturi erant angeli, neque istud sciverit, subtracturos se ab ejus potestate, eaque quæ minime vellet aliquando esse facturos, vel sic illos procreasse dicendus est, ut quod fieri nollet facturos esse cognosceret, quod iis auctoribus postea sit secutum : atque hoc modo quidquid ausi isti fuerint, hoc ille et scientia ipsa, et consensione ac voluntate perfecit. Igitur si, ut ante dictum est, ea nosset, quæ facturi erant angeli, neque tamen fieri vellet, cur eos qui id egerint produxit unquam, ut quæ nollet auderent aliquando facere? Sin angelos ipse condidit, sua ut illa opera præstarent, fieri igitur ea non noluit, cum **109** ideo auctores illorum angelos ante produxerit. Quod si ad eadem illa facienda produxit, et ea tamen quæ facta sunt interdixit, enimvero calumnia ac malitia quædam intercessit. Si vero illis ut efficerent permisit, quæ vero sunt ab iis effecta, homines videlicet et animas, præter istorum voluntatem ad sese aggregare studet, hoc demum nihil erit aliud, nisi cupiditas quædam alienorum appetens, cum homines ab angelis efficti iisdem ipsis invitis a supremo illo dominatore rapiuntur. Imo etiam imbecillitatis istud erit, cum ipse sibi moliri nequeat, quæ sunt ab iis facta quorum est auctor per vim ac violentiam auferre. Quo fit ut ad inane commentum ac fabulam tota illorum doctrina recidat, quæ hoc asserat; tametsi infimæ virtutes mediocribus subjaceant, a mediocribus tamen, quæ illa-

A τοῦ Ἰησοῦ τιθέασιν, ἱδρύσαντές τε προσκυνοῦσι, καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελοῦσι μυστήρια. Στήσαντες γὰρ ταύτας τὰς εἰκόνας, τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη λοιπὸν ποιοῦσι. Τίνα δέ ἐστιν ἐθνῶν ἔθη ἄλλ' ἢ θυσίαι καὶ τὰ ἄλλα; Ψυχῆς δὲ εἶναι μόνης σωτηρίαν φασὶ, καὶ οὐχὶ σωμάτων.

Ζ'. Δεῖ τοίνυν τούτους ἀνατρέπειν παντὶ σθένει. Μηδεὶς γὰρ καταφρονείτω λόγου, καὶ μάλιστα παρὰ ἀπατεῶνος. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν· Οὐ γάρ ἐστι φωρατὰ καὶ μωρίας ἔμπλεα; Ἀλλ' ἔσθ' ὅπη καὶ τὰ μωρὰ πείθει τοὺς ἄφρονας, καὶ τοὺς συνετοὺς παρεκτρέπει, ἐὰν μὴ παρῇ ὁ νοῦς ὁ ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἡσκημένος.
B Ἐμπεσόντος τοίνυν καὶ τούτου τοῦ Σίμωνος μαγείᾳ, καὶ τῶν λοιπῶν, τοῖς αὐτοῖς καὶ τοῦτον ἀνατρέψομεν. Εἰ γὰρ ἡ ἄγνωστος καὶ ἀκατονόμαστος δύναμις αἰτία γέγονεν ἄλλων ἀγγέλων, ἢ ἔστιν ἄγνοια παρὰ τῇ αὐτῇ, τουτέστι τῷ πατρὶ τῶν ὅλων, εἰ μὴ ᾔδει ἃ μέλλουσι πράττειν οἱ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευαζόμενοι ἄγγελοι, ἀγνοήσας, ὅτι ἀποστήσονται, καὶ ποιήσουσιν ἃ μὴ αὐτὸς ἐβούλετο· ἢ τούτους μὲν ἐποίησε, γινώσκων ὅτι ποιήσουσιν ὃ αὐτὸς οὐ βούλεται, παρ' αὐτῶν δὲ γέγονε, καὶ ἔσται διὰ τῆς γνώσεως καὶ εὐδοκίας αὐτὸς ποιήσας ἃ ἐκεῖνοι τετολμήκασιν. Εἰ τοίνυν, ὡς προεῖπον, ἐγίνωσκε μὲν ἃ ποιήσουσιν, οὐκ ἠβούλετο δὲ ἵνα ποιήσωσι, τίνι τῷ λόγῳ τοὺς πεποιηκότας ἐποίει, εἰς τὸ πράττειν ἃ μὴ αὐτὸς ἐβούλετο; Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν πεποίηκε τοὺς ἀγγέλους, ἵνα ποιήσωσι τὰ
C ὑπ' αὐτῶν γινόμενα, ἄρα ἤθελε γενέσθαι, διὸ καὶ τοὺς πεποιηκότας προκατεσκεύασεν ἀγγέλους. Καὶ εἰ προκατεσκεύασεν εἰς τὸ ποιῆσαι, ἀπαγορεύει δὲ τὰ ὑπ' αὐτῶν γενόμενα, συκοφαντία ἂν εἴη ἐν μέσῳ. Εἰ δὲ συνεχώρει μὲν τοῦ ποιεῖν αὐτοὺς, βούλεται δὲ τὰ ὑπ' αὐτῶν γενόμενα, τουτέστιν ἀνθρώπους καὶ ψυχὰς, πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνειν παρὰ τὴν τούτων βούλησιν· ἄρα ἔσται πλεονεξία ἐν μέσῳ, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἁρπαζομένων τῶν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων
D ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ ἄνω παρὰ τὴν τούτων βούλησιν. Ἀλλὰ καὶ ἀδράνεια εἴη· ἐπειδὴ, μὴ αὐτὸς δυνάμενος ἑαυτοῦ ποιεῖν, ἁρπάζει τὰ ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων γενόμενα. Καὶ ἔσται λοιπὸν μῦθος καὶ μωρολογία, τῶν μὲν κάτω δυνάμεων ὑπερβῆναι τοὺς ἐν μέσῳ, τοὺς δὲ ἐν μέσῳ τιμωρεῖσθαι αἰτίους ὄντας τῶν κάτω· καὶ τοὺς κάτω ὑπὲρ τοὺς μέσους πρὸς τὸν ἄνω σώζεσθαι, καὶ ἐλευθεροῦσθαι, λέγω δὴ τὰς ψυχὰς τῶν ἐν τῇδε τῇ κτίσει. Εἴη δ' ἂν ὁ μὲν ἄνω μὴ δυνηθεὶς ποιῆσαι ἀσθενὴς κρινόμενος, οἱ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενοι δυνάμενοι ποιῆσαι ἃ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐβούλετο καὶ οὐκ ἠδύνατο. Οὐ γὰρ δύναται ἃ ἐκεῖνος (92) ἐπιτροπεῖ, εἶναι αὐτῷ κακὸν, οὐδὲ ὑπὸ κακῶν γεγονέναι. Εἰ γὰρ ἦν κακὸν, ἐχρῆν ἀπόλλυσθαι. Εἰ δὲ ὅλως

(92) *Οὐ γὰρ δύναται, ἃ ἐκεῖνος*. Deesse nonnihil hujus loci integritati suspicor. Aut hæc, aut similia scripsit Epiphanius. Οὐ γὰρ δύναται ποιεῖν, ἃ ἐκεῖνος ἐπιτροπεῖ εἶναι αὐτῷ. Οὐ δύναται δὲ τὸ πᾶν εἶναι κακὸν, οὐδὲ ὑπὸ κακῶν γεγονέναι. Duo erant Carpocratianorum dogmata : alterum, mundum, creatasque res omnes non a bono illo supremoque Deo, sed ab inferioribus angelis fuisse conditas; alterum, in malorum genere censeri mundum, quæque mundo continentur universa. Utrumque dogma Epiphanius impugnat. Primum quidem; quod ex eo consequens est, imbecilliorem angelis esse Deum. Alterum vero, quod cum pars aliqua totius Universitatis salutem obtineat, non possit a bonorum genere penitus excludi.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μέρος τι τοῦ ἔργου σώζεται, οὐκέτι τὸ ἔργον φαῦλον, κἂν τε μέρος αὐτοῦ σωζόμενον εὑρίσκοιτο, οὔτε οἱ ποιήσαντες φαῦλοι τὸν σωζόμενον τεχνησάμενοι. Εἰ δὲ ὅλως ἐξ ἀγγέλων ἡ ψυχή, καὶ ἄνωθεν λαμβάνει δύναμιν παραχθεῖσα· ἆρα γε οἱ ἄγγελοι πλέον σωτηρίας τεύξονται, ὅτι ἡ ἀπ' αὐτῶν ψυχὴ σώζεται, καὶ φαύλων οὖσα. Σωζομένης δὲ αὐτῆς, οὐκέτι φαῦλος οὔτε αὐτὴ ἡ ψυχὴ ἡ γενομένη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, οὔτε οἱ ἄγγελοι, ἐξ ὧν αὐτὴ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει.

A rum causæ sunt, pœnas expeti, infimasque mediocribus superatis ad supremum omnium auctorem evolare, ac libertatem consequi; hoc est animas, quæ in hac rerum conditarum universitate continentur. Quamobrem supremus ille, qui eas creare nequiverit, imbecillitatis arguetur. Quos ipse vero produxerit, ejusmodi esse videbuntur, qui ea facere possint, quæ vel ille noluerit, vel ut maxime vellet, facere nullo modo potuerit. Neque enim quorum ille desiderio tenetur, ea ipsi mala esse possunt, vel a malis producta, nam si mala sunt, perire funditus oportuit. Sin pars est operis aliqua servanda, malum ipsum esse non potest, si vel ejus ulla pars salva reperitur: neque ipsimet artifices mali sunt, qui eum qui servandus est fuerint fabricati. Jam si ab angelis omnino propagata sit anima, atque in lucem producta vim quamdam cœlitus acceperit, multo igitur magis salutem obtinebunt angeli, cum ab ipsis anima etiam malis procreata servetur. Denique si salva esse possit anima, neque ipsa mala erit ab angelis producta; neque angeli, a quibus hæc ortum habuerit.

Η'. Παντὶ δὲ τῷ τὸν νοῦν ἐῤῥωμένον ἔχοντι ἰστέον ἂν εἴη, ὅτι ἀνοίας ἐστὶ τὸ πᾶν τοῦτο ἀγυρτῶδες ἐργαστήριον. Καταισχυνθήσονται δὲ αὖθις οὗτοι καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων. Εἰ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἀπὸ παρθένου Μαρίας, ἀλλὰ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ τῆς αὐτῆς Μαρίας, σώζεται δὲ οὗτος· ἆρα καὶ αὐτοὶ σωθήσονται οἱ τοῦτον γεγεννηκότες. Καὶ εἰ ἡ Μαρία καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ὑπάρχουσιν, ἆρα τὸν Δημιουργὸν κτίστην ἔφασαν, καὶ οὐκέτι ἐν ὑστερήματι ἔσται ὁ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὴν Μαρίαν ποιήσας ἐξ ὧν ὁ Ἰησοῦς παρὰ τοῦ ἄνω ἀγνώστου Πατρὸς ὑπάρχει. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῶν ἀγγέλων ἐστὶ, καὶ ὁ δημιουργὸς εἷς ἐστι τῶν ἀγγέλων· ἆρα γε ἀτοπήματι τῷ ἑνὶ πάντες περιπεσοῦνται, ὁποίῳ καὶ οἱ ἄγγελοι περιπεπτώκασι· καὶ ἀσύστατον εἴη ἂν τὸ παρ' αὐτῶν δραματούργημα, δηλητηρίου ἔμπλεων, καὶ πάσης ἰώδους διδασκαλίας μεμεστωμένον. Ταύτην δὲ αὖθις ὀπίσω τρέψαντες, ὥσπερ δράκοντος κεφαλὴν ξύλῳ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ γῆς λακήσαντες, ταῖς ἄλλαις θηριομόρφοις προσπελάσαντες, ἐπ' ὀλέθρῳ τούτων καὶ τῶν τοιούτων βαδιούμεθα.

VIII. Ac quicunque firmo et constanti ingenio præditus est, intelligere istud debet, nihil esse tota hac circulatorum officina stultius. Quos quidem suis ipsorum verbis ignominiose convincere hoc modo possumus. Etenim si Jesus Christus non de virgine Maria natus, sed de Josephi semine, eademque Maria propagatus est, et is salutem adipiscitur, etiam illos qui ipsum genuerint esse salvos oportet. Qui si a summo illo opifice facti sunt, sane hunc esse Creatorem inter illos convenit, neque qui Josephum Mariamque condidit defectui amplius ascribetur, **110** a quibus Jesus ortus est, qui ab ignoto illo Parente profectus est. Sin Jesus etiam ab angelis creatus est, et est angelorum unus opifex ipse, in unum et idem absurdum relabi universos necesse est; in quod et angeli ipsimet incurrerunt. Neque illorum fabula constabit, letalis cujusdam veneni, ac pestiferæ doctrinæ referta. Sed nos, profligata hac hæresi, et in fugam conversa, perinde ac serpentis capite fidei ac veritatis baculo humi illiso, ad alias monstrorum horrendas effigies promoto gradu, funditus eas delere atque evertere conabimur.

ΚΑΤΑ ΚΗΡΙΝΘΙΑΝΩΝ,

Ἤτοι Μηρινθιανῶν,

Ὀγδόη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ὀγδόη.

Α'. Κήρινθος δὲ αὖθις, ἀφ' οὗπερ οἱ Κηρινθιανοὶ λεγόμενοι, ἀπὸ ταύτης τῆς θηριώδους σπορᾶς τὸν ἰὸν τῷ κόσμῳ φέρων ἧκει. Σχεδὸν δὲ οὐδὲν ἕτερον παρὰ τὸν προειρημένον Καρποκρᾶν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τῷ κόσμῳ κακοποιὰ φάρμακα ἐκβλυστάνει. Τὰ ἴσα γὰρ τῷ προειρημένῳ εἰς τὸν Χριστιανὸν συκοφαντήσας, ἐξηγεῖται καὶ οὗτος ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι, καὶ τὸν κόσμον ὁμοίως ὑπὸ ἀγγέλων γεγενῆσθαι. Οὐδὲν γὰρ οὗτος παρὰ τὸν πρῶτον διήλλαξε τῇ εἰσαγωγῇ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ μόνον, ἐν τῷ προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπό μέρους. Φάσκει δὲ οὗτος τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων. Ἐγένετο δὲ οὗτος ὁ Κήρινθος ἐν τῇ Ἀσίᾳ διατρίβων, κἀκεῖσε τοῦ κηρύγματος τὴν

ADVERSUS CERINTHIANOS,

Sive Merinthianos,

Quæ est hæresis VIII, vel XXVIII.

I. Sequitur Cerinthus: a quo Cerinthiani hæretici nominantur, qui eodem ex ferino satu procreatus virus suum in orbem terrarum profudit. Atque is nihil propemodum aliud, quam nobis supra commemoratus ille Carpocras asseruit, eademque cum eo letalia in mundum venena propagavit. Siquidem pari in Christum calumnia censet, hunc e Maria Josephique semine esse prognatum: mundumque similiter ab angelis fabricatum. Neque ulla alia re discrepantem ab illo doctrinam invexit, nisi quod Judaicos etiam ritus adscivit. At idem legem ac prophetas ab angelis profectos asserit, eumque qui legem tulerit ex eorum angelorum esse numero a quibus orbis est conditus. Porro Cerinthus iste in Asia versatus doctrinam suam proferre isthic cœpit. Qui, ut ante diximus, minime a prima illa su-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

premaque virtute fabricatum esse mundum censuit. Tum ita docuit : postquam ille Jesus adolevit, qui ex Josephi Mariæque semine natus est, in hunc delapsum a summo illo Deo esse Christum, hoc est Spiritum sanctum, columbæ specie ad Jordanem, ac tum ei incognitum Parentem, et per illum posteris patefecisse. Ob idque mox ut in ipsum cœlestis illa sese virtus infudit, portenta ac miracula patrasse, **111** ac demum posteaquam passus est, quod e cœlo venerat, eodem relicto Jesum revolasse. Jesum porro et obiisse mortem, et ad vitam excitatum esse; Christum vero qui descenderat pœnæ omnis expertem eo unde venerat reversum, qui idem ille est, qui columbæ specie delapsus fuerat : ita Jesum minime esse Christum.

A ἀρχὴν πεποιημένος. Ἤδη δὲ περὶ τούτου εἴπομεν, ὡς καὶ οὗτος ἐκήρυττεν οὐκ ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἄνωθεν δυνάμεως τὸν κόσμον γεγεννῆσθαι, ἄνωθεν δὲ ἐκ τοῦ ἄνω Θεοῦ, μετὰ τὸ ἀδρυνθῆναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγεννημένον, κατεληλυθέναι τὸν Χριστὸν εἰς αὐτὸν, τουτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἀποκαλύψαι αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς μετ' αὐτοῦ τὸν ἄγνωστον Πατέρα. Καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἦλθεν ἡ δύναμις εἰς αὐτὸν ἄνωθεν, δυνάμεις ἐπιτελεκέναι, καὶ αὐτοῦ πεπονθότος τὸ ἐλθὸν ἄνωθεν ἀναπτῆναι ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ ἄνω. Πεπονθότα δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πάλιν ἐγηγερμένον· Χριστὸν δὲ τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα εἰς αὐτὸν ἀπαθῆ ἀναπτάντα, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατελθὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ οὐ τὸν Ἰη-
B σοῦν εἶναι Χριστόν.

II. Verum et hic non minus quam reliqui omnes excidit, ut intueri facile potestis, quicunque veritatis amore tenemini. Nam eum a quo lex tradita sit bonum negat esse, cujus tamen legi utique tanquam bonæ obtemperare videtur. Qui vero convenit, ut qui malus sit bonam legem præscripserit ? Si enim non adulterari, vel non occidere est honestum, quanto melior is est, qui ista præcepit, si is qui ea non commisit confessione omnium bonus habetur! Quonam pacto mali cujusdam facinoris accusari potest, qui bona consulit, ac tam bonam legem hominibus descripsit ? Enimvero furiosus et amens est, qui ea jactare non est veritus. Atque idem ille, charissimi, fuit, qui apostolorum tempore tumultum illum excitavit, cum Jacobus cæterique apostoli litteras Antiochiam scripserunt his verbis : *Quoniam cognovimus, quosdam a nobis ad vos esse profectos, suisque vos perturbasse sermonibus, quibus non mandavimus* [1], etc. Idemque eorum unus est, qui se Petro opposuerant, cum ad sanctum Cornelium ivisset, a quo post oblatum per visum angelum erat arcessitus [2]. Quo tempore dubitante Petro linteum illud cum iis, quæ continebat, objectum est, et a Domino istud ipsum audiit; ne quid commune vel impurum appellaret. Igitur Cerinthus circumcisorum gregem adversus Petrum revertentem commovit Hierosolymis, dicens : *Ingressus est ad viros præputium habentes* [3]. Quod quidem ab eo factum est, antequam suum in Asia dogma prædicaret, seque in exitii sui gurgitem profundius immitteret. Nam cum circumcisus hic esset, ut eos qui retento præputio fideles erant ulciscerétur, occasionem e circumcisione nactus est.

Β'. Ἐκπέπτωκε δὲ καὶ οὗτος, ὡς ὁρᾶτε πάντες οἱ τῆς ἀληθείας ἐρασταί. Φάσκει γὰρ τὸν νόμον δεδωκότα οὐκ ἀγαθὸν, οὗ τῷ νόμῳ πείθεσθαι δοκεῖ, δῆλον δὲ, ὅτι ὡς ἀγαθῷ. Πῶς οὖν ὁ πονηρὸς τὸν ἀγαθὸν νόμον δέδωκεν; Εἰ γὰρ καλὸν τὸ μὴ μοιχεύειν, καὶ καλὸν τὸ μὴ φονεύειν, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἐντειλάμενος βελτίων εἴη, ἐάν γε ὁ μὴ πράξας ἀγαθὸς ὁμολογεῖται! Πῶς δὲ κατηγορηθήσεται κακὰ πράττων ὁ τὸ ἀγαθὸν συμβουλεύων, καὶ ἀγαθὸν διδοὺς νόμον; Ἀλλὰ μανιώδης ὁ ἀνὴρ τοιούτοις ἐγχειρῶν. Οὗτος δέ ἐστιν, ἀγαπητοὶ (93), εἷς τῶν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὁ τὴν ταραχὴν ἐργασάμενος, ὅτε οἱ περὶ Ἰάκωβον γεγράφασιν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν Ἐπιστολὴν, λέγοντες·
C *Ὅτι ἐγνωμέν τινας ἐξ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐλθόντας, καὶ ταράξαντας ὑμᾶς λόγοις, οἷς οὐ διετειλάμεθα.* Καὶ οὗτος εἷς ἐστι τῶν ἀντιστάντων τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ, ἐπειδὴ εἰσῆλθε πρὸς Κορνήλιον τὸν ἅγιον, ὅτε μετεστείλατο αὐτὸν καταξιωθεὶς ὀπτασίας ἀγγέλου. Καὶ ὁ Πέτρος ἐδίσταζε, καὶ εἶδε τὸ δραμα τῆς ὀθόνης, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἤκουσε παρὰ Κυρίου, μηδὲν κοινὸν λέγειν ἢ ἀκάθαρτον. Οὗτος οὖν παρεκίνει περὶ τοῦ Πέτρου ἀνελθόντος εἰς Ἱερουσαλὴμ τὰ πλήθη τῶν ἐκ περιτομῆς λέγων, ὅτι· *Εἰσῆλθε πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας.* Ἐποίησε δὲ τοῦτο Κήρινθος πρὶν ἢ ἐν τῇ Ἀσίᾳ κηρύξαι τὸ αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ περισσότερον τῆς ἑαυτοῦ ἀπωλείας βάραθρον. Διὰ γὰρ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐμπερίτομον, δῆθεν ἀντιδικίας ἕνεκα τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ πιστῶν, διὰ τῆς περιτομῆς τὴν πρόφασιν ἐθηράσατο.

III. Sed cum Dominus humani generis curam perpetuo gerat, et in veritatis amantibus filiis certam ac constantem illius fidem stabilire ac confirmare soleat, cum sanctissimo apostolo Petro confutandi illius facultatem ac rationem dedisset, manifeste omnibus est Cerinthi comperta stoliditas. Ita enim Apostolus locutus est : *Ego eram in civitatem Joppe : et vidi media luce circa horam sextam* **112** *linteum*

D Γ'. Τοῦ δὲ Κυρίου πάντοτε τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἀνθρωπότητος ποιουμένου, καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς τῆς ἀληθείας υἱοῖς ἀσφαλιζομένου, καὶ ὄντος Πέτρῳ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ ποιήσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐλέγχους, φανερὰ γίνεται ἡ τοῦ Κηρίνθου ἄνοια. Φησὶ γὰρ ὁ ἅγιος Πέτρος· *Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ· καὶ εἶδον ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ περὶ ὥραν ἕκτην ὀθόνην καθιεμένην ἐν τέτρασι*

[1] Act. xv, 24 sqq. [2] Act. x, 18 sqq. [3] Act. xi, 3.

93) *Οὗτος δέ ἐστιν, ἀγαπητοί.* Idipsum Philastrius scribit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АБР

ἀρχαῖς, ἐν ᾗ ἦν πάντα τετράποδα καὶ ἑρπετά. Καὶ εἶπέ μοι· Θῦσον καὶ φάγε. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Κύριε, μηδαμῶς· ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Ἀπεκρίθη δέ μοι ἐκ δευτέρου φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Καὶ ἐξ αὐτῆς ἰδοὺ δύο ἄνδρες εἰστήκεισαν εἰς τὴν οἰκίαν. Καὶ εἶπέ μοι τὸ Πνεῦμα· Πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος. Καὶ λοιπὸν διηγεῖται, ὡς ἐν παραβολῇ ταῦτα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἴρηται· καὶ ὡς οὐ τότε ἐδίδαξεν, ἕως ὅτε ὁ Κύριος ἐναργῶς ἔδειξεν αὐτῷ ἃ διὰ τῶν λόγων καὶ τύπων αὐτὸν ἐδίδασκεν. Εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ ἀνοίξαντος τὸ στόμα, ὅτε ἦλθεν εἰς Καισάρειαν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ Κορνήλιον. Καὶ ἰδὼν Πέτρος εἶπε· *Μή τις δύναται κωλῦσαι τὸ ὕδωρ ἀπὸ τούτων τῶν καταξιωθέντων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀρχῆς;* Τὸ πᾶν δὲ ἦν τοῦτο μυστήριον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, ὅπως ὅ τε ἅγιος Πέτρος καὶ πᾶς τις γνώσεται, ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ἡ τῶν ἐθνῶν σωτηρία, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. Προὔλαβε γὰρ ὁ Θεὸς δοῦναι τὴν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὴν τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίαν, καὶ τὴν ἀποδοχὴν τῆς εὐχῆς, καὶ νηστειῶν, καὶ ἀγαθοποιιῶν· ἵνα ὃ ἐπιστεύθησαν οἱ ἀπόστολοι, μάλιστα ὁ ἅγιος Πέτρος, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, μὴ ἀποστερήσωσι τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν κεκλημένον.

Δ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ἐπραγματεύθη, κινηθέντα ὑπὸ τοῦ προειρημένου ψευδαποστόλου Κηρίνθου· ὡς καὶ ἄλλοτε στάσιν αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰργάσαντο ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὁπηνίκα Παῦλος ἀνῆλθε μετὰ Τίτου, ὡς καὶ οὗτος ἔφη, ὅτι *Ἄνδρας ἀκροβύστους εἰσήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ*, ἤδη περὶ τούτου λέγων, Κεκοίνωκε, φησὶ, τὸν ἅγιον τόπον. Διὸ καὶ Παῦλος λέγει· *Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι· διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ, οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ.* Καὶ τοῖς ἐν ἀκροβυστίᾳ παραγγέλλων ἔλεγεν· *Μὴ περιτέμνεσθε· ὅτι, ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.* Διήρκεσε δὲ ἡ περιτομὴ χρόνῳ ὑπηρετήσασα, ἕως ἡ μείζων περιτομὴ παρεγένετο, τουτέστι τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ὡς παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι, καὶ σαφέστερον δείκνυται ἀπὸ τῶν παρὰ τοῖς ἀποστόλοις εἰρημένων, μάλιστα παρὰ τῷ ἁγίῳ Ἀποστόλῳ. Φάσκει γὰρ οὕτως· *Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ.* Παντὶ δὲ τῷ βουλομένῳ κατανοεῖν τὰ παρὰ τοῖς ἀποστόλοις τότε πεπραγματευμένα, θαυμάσαι ἔπεστι, πῶς τὰ παρὰ τῇ αἱρέσει ταύτῃ ἐξ ἐπινοίας πνεύματος πλάνης ἐνεργηθέντα τὸν χαρακτῆρα ὑποδείκνυσι τῶν διὰ τῶν αἱρέσεων τούτων ἐν τοῖς ἀποστόλοις τὴν κίνησιν ἐργασαμένων. Ἀποστάντων γὰρ τούτων, καὶ εἰς ψευδαποστόλους τραπέντων, καὶ ἄλλους ψευδαποστόλους ἀποστειλάντων, ὡς καὶ ἤδη προείρηται, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐν ἀρχῇ, καὶ εἰς ἄλλους τόπους, ἐγόντας, ὅτι, *Ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε, καὶ φυλά-*

A *quatuor initiis summitti de cœlo, in quo erant omnia quadrupedia, et reptilia. Et dixit mihi : Occide et manduca. Dixi autem : Nequaquam, Domine; quia nihi unquam commune vel immundum introivit in os meum. Respondit autem mihi vox de cœlo : Quæ Deus mundavit, tu ne communia dixeris. Et confestim ecce duo viri astiterunt in domo. Et dixit mihi Spiritus : Vade cum ipsis nihil hæsitans* [1]. Atque ita deinceps, quæ sibi nuntiata sunt velut per parabolam edisserit : nec se, prius ad docendum accessisse, quam aperte Dominus ea monstraret, quæ verbis antea, figurisque significaverat. Etenim simulat quc os aperire cœpit tum cum Cæsaream attigit, Spiritus sanctus in Cornelium delapsus est. Quod ubi Petrus conspexit, *Nunquid*, ait, *aquam quis prohibere* B *potest ab his, qui Spiritu sancto, uti et nos initio, dignati sunt* [2] ? Hoc vero totum mysterium quoddam, ac divinæ benignitatis opus erat, ut tam Petrus quam cæteri omnes intelligerent, non hominibus, sed Deo gentilium salutem esse tribuendam. Etenim munus illud divini Spiritus, et angeli aspectum largiri antea voluit, necnon et illius approbare preces ac jejunia, reliquaque ab eo præclare gesta ; ut quod apostolis præcipueque Petro, commissum fuerat, eo ne privatum hominem illum vellent, quem Deus reipsa vocaverat.

IV. Atque hæc quidem eo modo tunc administrata sunt, quæ falsus ille apostolus Cerinthus seditiose commoverat. Quemadmodum alias Hierosolymis cum suis idem ille tumultus concivit : quando scilicet cum Tito Paulus advenit, atque ita idem ille C locutus est. *Viros præputium habentes secum induxit* [3], quibus de Tito significabat : Locum, inquit, sanctum profanum fecit. Quare ita Paulus dixit : *Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem quam habemus in Christo. Quibus neque ad horam cessimus subjectione* [4]. Deinde præputio præditos his verbis hortabatur : *Nolite circumcidi. Nam si circumcidamini, Christus nihil proderit* [5]. Circumcisio porro tandiu suum tempus habuit, donec major circumcisio ejus est loco substituta, **113** nempe illa lotionis iterata generatio ; id quod nemini D obscurum est, evidentiusque per ea quæ cum ab aliis apostolis, tum præcipue a Paulo dicta sunt, ostenditur. Ita enim ille : *Quibus neque ad horam cessimus subjectione.* Quod si quis ea quæ tum ab apostolis gesta sunt animadvertere voluerit, huic admirari cumprimis occurret, quemadmodum quæ tum ab hac hæresi mendacis instinctu spiritus administrata sunt, proprias illorum notas exprimant, qui per istiusmodi hæreses motus illos in apostolis concitarunt : nam cum isti a fidei integritate defecissent, et in falsos apostolos essent conversi, aliosque perinde falsos apostolos misissent, qui dicerent : *Nisi circumcidamini, et custodiatis legem*

[1] Act. xi, 5-12. [2] Act. x, 47. [3] Act. xi, 3. [4] Galat. ii, 3-5. [5] Galat. v, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Moysi, non potestis salvari[1], ingens inde facta commotio est, ut ante diximus. Atque illi ipsi sunt quos Paulus falsos apostolos vocat, operarios subdolos, transformantes se in apostolos Christi [2].

V. Matthæi enim Evangelio non integro, sed ex parte duntaxat utuntur, nimirum propter genealogiam, quæ ejus est carnis propria, quod quidem Evangelii testimonium afferunt, atque ita prædicant. *Sufficit discipulo, si sit sicut magister ejus* [3]. Quid igitur, inquiunt? Circumcisus est Jesus: tu quoque ipse circumcidere. Christus ex legis præscripto vitam instituit: tu igitur eadem facito. Hinc nonnulli sic ab illis tanquam venenatis serpentibus abrepti verisimilibus illorum rationibus assentiuntur, ex eo maxime quod et Christus circumcisionem susceperit. Quod ad Paulum pertinet, hunc penitus explodunt, propterea quod circumcisionem abdicarit, et eumdem idcirco rejiciunt, quod istud usurpaverit. *Quicunque in lege justificamini a gratia excidistis* [4]; et, *Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit* [5].

VI. Ad hæc Cerinthus homo stolidus, ac stolidorum magister, dicere nihil est veritus, passum quidem ac crucifixum esse Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, ac tum demum cum mortui resurgent omnes excitandum. Itaque ejusmodi illorum et dicta, et dogmata cohærere nullo modo possunt. Indidemque Paulus sic eos qui resurrecturos mortuos diffiderent redarguit. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit* [6]. Eodemque pertinet illud: *Edamus et bibamus, cras enim moriemur* [7]. **114** Tum istud: *Nolite errare: Corrumpunt bonos mores colloquia prava* [8]. Ac rursum eos, qui Christum adhuc resurrexisse negarent, hoc modo convincit: *Si Christus non resurrexit, vana est prædicatio nostra; inanis et fides vestra: invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam suscitavit Christum, quem non suscitavit* [9]. Quibus indicat, Christum a mortuis excitatum prædicasse quidem apostolos, quasdam vero hæreses tametsi surrexisse Christum assererent, mortuorum tamen resurrectionem negasse. Etenim in hac ipsa regione Asiæ, necnon et in Galatia illorum ejusmodi schola cumprimis ac disciplina floruit. De quo istud a majoribus traditum accepimus, nonnullos ex eo genere citra baptismum excessisse, ac pro iis alios baptismum eorumdem suscepisse nomine, ne cum extrema demum resurrectione revocati ad vitam essent, prætermissi baptismi pœnas penderent, atque ejus qui mundum condidit dominationi subessent. Cujus rei gratia usurpatum illud ab Apostolo eadem ad nos auditione perlatum est: *Si omnino mortui non resurgunt, quid est quod*

A ξητε τὸν νόμον Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι· οὐχ ἡ τυχοῦσα τότε ταραχὴ ἐγένετο, ὡς προείρηται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρημένοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ.

Ε'. Χρῶνται γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ ἀπὸ μέρους, καὶ οὐχὶ ὅλῳ· ἀλλὰ διὰ τὴν γενεαλογίαν τὴν ἔνσαρκον, καὶ ταύτην μαρτυρίαν φέρουσι ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, πάλιν λέγοντες, ὅτι Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος. Τί οὖν, φασί; Περιετμήθη ὁ Ἰησοῦς· περιτμήθητι καὶ αὐτός. Χριστὸς κατὰ νόμον, φασὶν, ἐπολιτεύσατο, καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα ποίησον. Ὅθεν καί τινες ἐκ τούτων, ὡς ὑπὸ δηλητηρίων ὑφαρπαχθέντες, πείθονται ταῖς πιθανολογίαις διὰ τὸ τὸν Χριστὸν περιτετμῆσθαι. Τὸν δὲ B Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ. Ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι· Ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· καὶ ὅτι, Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

Ζ'. Οὗτος δὲ ὁ Κήρινθος ἀνόητος καὶ ἀνοήτων διδάσκαλος φάσκει πάλιν τολμήσας, Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι. Μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι, ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις. Ἀσύστατα τοίνυν ταῦτα παρ' ἐκείνοις τὰ ῥήματα καὶ νοήματα. Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐκπλητ- τόμενος τοῖς μὲν ἀπιστοῦσι τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν τῇ μελλούσῃ ἔσεσθαι, λέγει· *Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται·* καὶ τὸ, *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν·* καὶ τὸ, *Μὴ πλανᾶσθε· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί·* τίνι δὲ τοῖς λέγουσι τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγερμένον ὡσαύτως τὸν ἔλεγχον ἐπιφέρει, λέγων· *Εἰ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία καὶ ἡ πίστις ὑμῶν· εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν·* ὡς τῶν μὲν ἀποστόλων κηρυττόντων Χριστὸν ἐγηγέρθαι, τινῶν δὲ αἱρέσεων λεγουσῶν Χριστὸν μὲν ἐγηγέρθαι, νεκροὺς δὲ μὴ ἐγείρεσθαι. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πατρίδι, φημὶ δὲ Ἀσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Γαλατίᾳ πάνυ ἤκμασε τὸ τούτων διδασκαλεῖον, ἐν οἷς καί τι παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς· ὡς τινῶν μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἀνε- D βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκεί- νων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀνα- στάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας, γίνεσθαι δὲ ὑποχειρίους τῆς τοῦ κοσμο- ποιοῦ ἐξουσίας. Καὶ τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις (94) ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φησι τὸν αὐτὸν ἅγιον Ἀπόστολον εἰρηκέναι· *Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν;* Καλῶς δὲ ἄλλοι τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντες, φασὶν ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν

[1] Act. xv, 1. [2] II Cor. xi, 3. [3] Matth. x, 25. [4] Galat. v, 4. [5] ibid. 2. [6] I Cor. xv, 16. [7] ibid. 32. [8] ibid. 33. [9] ibid. 14, 15.

(94) *Καὶ τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις.* Tertul. lib. *De resur.* et v *contr. Mar.* ad eum modum Apostoli locum illum explicat: de quo interpretes consule.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ὥσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται· δεικνύντες, ὅτι ὁ τελευτήσας καὶ ἀναστήσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιδέεται τῆς διὰ τοῦ λουτροῦ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων. Τούτων δὲ οἱ μὲν τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγέρθαι κεκηρύχασιν, ἀνίστασθαι δὲ μετὰ πάντων· οἱ δὲ, ὅτι ὅλως νεκροὶ οὐκ ἀναστήσονται. Διὸ μέσος χωρήσας ὁ Ἀπόστολος πρὸς ἀμφοτέρους τούτους καὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις, ἐν τῇ μιᾷ ἐργασίᾳ τὴν ἀνατροπὴν πεποίηται ἐν τῇ περὶ νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ ἐν ταῖς μαρτυρίαις, αἷς κατὰ λεπτότητα διεξιὼν, τὴν βεβαίαν σύστασιν ἐποιήσατο τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ σωτηρίας, καὶ ἐλπίδος, φάσκων· *Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν*· καὶ πάλιν ὅτι, *Χριστὸς ἐγήγερται ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα* τὰς ἀμφοτέρας σχέσεις τῶν αἱρέσεων ἐλέγξας, τὸ ἀμόλυντον τῆς διδασκαλίας κήρυγμα ἐξ ἀληθείας διδάξῃ τοὺς βουλομένους εἰδέναι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν καὶ σωτηριώδη διδασκαλίαν.

A *baptizantur pro ipsis*[1]? Verum alii commode hoc Apostoli dictum interpretantur de iis qui instante morte, si quidem catechumeni sint, ea spe freti sacra lavatione purgantur; ac mortuos surrecturos esse demonstrant, ob idque condonatione illa scelerum, quæ per baptismum obtinetur indigere. Sed illorum alii nondum Christum surrexisse prædicant, ac cum cæteris omnibus esse surrecturum; alii mortuos surrecturos unquam funditus negant. Itaque medium quoddam iter ingressus Apostolus cum utrosque illos, tum reliquas omnes hæreses eadem opera disturbat, cum de mortuorum excitatione disputat, atque ejusmodi testimoniis utitur, quibus singillatim expositis mortuorum resurrectionem, ac salutem et spem nostram solidissimis

B rationibus confirmat, his verbis: *Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, et hoc mortale induere immortalitatem*[2]; ac rursum: *Christus resurrexit primitiæ dormientium*[3], ut ambarum hæreseum respondentibus sibi ex adverso opinionibus convulsis veram ac sinceram Christianæ fidei disciplinam iis traderet, qui divinam veritatem salutaremque doctrinam vellent percipere.

Η'. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὸς ἂν εἴη Κήρινθος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀπατηθέντες, οἱ τάλανες, καὶ ἄλλοις αἴτιοι γεγονότες ἀπωλείας, τῶν θείων Γραφῶν σαφῶς ἡμῖν κατὰ λεπτότητα περὶ πάντων διηγουμένων. Οὔτε γὰρ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ ὁ Χριστός· ἐπεὶ πῶς ἔτι σημεῖον εἴη τὸ γέννημα; καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εἰρημένον πῶς ἔτι συσταθήσεται, ὡς εἶπεν· *Αὐτὸς ὁ Κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν* C *γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν*, καὶ τὰ ἑξῆς; Πῶς δὲ ἔτι πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον παρὰ τῆς ἁγίας Παρθένου πρὸς τὸν Γαβριήλ· *Πῶς ἔσται τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω;* καὶ αὐτοῦ λέγοντος· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι*, καὶ τὰ ἑξῆς; Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἐλεγχθήσεται αὐτῶν ἡ ἄνοια, τοῦ Εὐαγγελίου σαφῶς λέγοντος ὅτι, *Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς*; Ἔστι δὲ γνῶναι σαφῶς, ὅτι οὐδὲ ὅλως συνῆλθον. Μὴ γένοιτο γὰρ τοῦτο εἰπεῖν! Ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ σταυρὸν (95) προενόει παραθέσθαι αὐτὴν Ἰωάννῃ τῷ ἁγίῳ παρθένῳ, ὡς λέγει· *Ἴδε ἡ μήτηρ σου*· καὶ τῇ αὐτῇ· *Ἴδε ὁ υἱός σου*. Ἔδει γὰρ αὐτὸν παραδοῦναι αὐτὴν τοῖς αὐτῆς συγγενέσιν, ἢ D τοῖς τέκνοις τοῦ Ἰωσὴφ, εἴπερ ἦσαν ἐξ αὐτῆς, Ἰακώβῳ φημὶ καὶ Ἰωσῇ καὶ Ἰούδᾳ καὶ Συμεῶνι, υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσὴφ (96) ἀπὸ τῆς ἄλλης γυναικός. Οὐδὲ γὰρ, ὅτι κέχρηται τῇ Παρθένῳ, ὅλως εὑρίσκεται, μετὰ τὸ γεγεννηκέναι ἡ Παρθένος ἄχραντος. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἤδη ἐν ἄλλῳ μοι λόγῳ σαφῶς πεπραγμάτευται, καὶ πραγματευθήσεται. Ὧδε δὲ ἐν μέρει, ὡς ἐν παρεκβάσει περὶ τῆς τούτων ὑποθέσεως εἰρη-

115 VII. Quocirca deprehensus undique Cerinthus ac convictus tenetur, una cum iis, qui eodem in errore versantur, infelices homines atque ejusdem secum exitii aliis insuper auctores, quippe cum hæc omnia sacræ litteræ perspicue accurateque nobis edisserant: nam neque de Josephi semine natus est Christus: qui enim prodigium posset illius esse generatio, ac quod ab Isaia dictum est probari omnino posset: *Dominus ipse dabit vobis signum*: *Ecce virgo concipiet, et pariet filium*[4], etc.? Quanam vero ratione perfici poterit illud, quod Gabrieli Virgo sanctissima dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*[5]? cui ille respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[6], etc.? Nonne illorum ex eo stultitia facile convincitur, quod diserte in Evangelio scriptum est: *Inventa est in utero habens antequam convenirent*[7]? Illud autem certissimum est, nunquam illos omnino convenisse. Absit enim ut id unquam dicamus! Alioqui cum in cruce penderet, non sancto Joanni, qui et ipse virginitatem servavit, matrem commendaret suam, cum ita locutus est: *Ecce mater tua*. Et illam alloquens: *Ecce filius tuus*[8]. Hanc enim vel cognatis suis committere oportuit, vel Josephi liberis, si quos ex ipsa sustulerat, puta Jacobo, Jose, Judæ, Simeoni, quos Josephus alia ex uxore genuerat. Neque enim illum cum Maria consuevisse ullo modo reperimus, posteaquam incorrupta illa et castissima Virgo peperit. Verum de his alio in libro accurate tractavi-

[1] I Cor. xv, 29. [2] ibid. 53. [3] ibid. 20. [4] Isa. vii, 14. [5] Luc. i, 34. [6] ibid. 35. [7] Matth. i, 18. [8] Joan. xix, 26, 27.

(95) *Ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ σταυρόν*. Idem argumentum urget *Adversus Helvidium* Hieronymus: *O furor cæcus, et in proprium exitium mens vesana! Dicis ad crucem Domini matrem ejus fuisse præsentem. Dicis Joanni discipulo ob viduitatem, et solitudinem commendatam, quasi juxta te non haberet quatuor filios, et innumeras filias, quarum consortio frueretur.* Vid. August. lib. I *De nup. et concup.*, cap. 11.

(96) *Υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσήφ*. Vide hær. LXXVIII.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АЕР

mus, tractabimusque postea. Interim hoc in loco pauca quædam de hoc argumento velut obiter attigimus, ne dum aliis mederi morsibus aliisque venenatis serpentibus remedium afferre volumus, in alia quædam mala transversos lectores abripiamus. Enimvero si quis judicii nonnihil habeat, inanis omnino et ridicula illorum doctrina comprobabitur, quæ et ab apostolis falsitatis convicta, et a sapientibus damnata, et a Deo ipsaque adeo veritatis prædicatione est ejecta.

VIII. Cæterum iidem illi Merinthiani, sic enim accepimus, appellantur. Utrum vero Cerinthus ipse Merinthus alio nomine sit dictus liquido nescire me fateor : an præter hunc alter eo nomine appellatus exstiterit, adjutor illius et socius, id quidem soli Deo **116** compertum est. Hoc enim sæpe jam diximus, non ipsum solum Hierosolymis frequenter apostolis restitisse, sed et qui eum in Asia sunt secuti. Atque ut unus idemque sit, aut alius ejusdem cum illo opinionis, et partium fautor, nihil admodum refert. Forma quidem nequissimæ illorum doctrinæ ac velut nota quadam ejusmodi est qualem descripsimus; et Cerinthianos simul ac Merinthianos appellari constat.

His igitur de horrenda illorum ac serpentum simili improbitate disputatis, ad eas quæ deinceps consequuntur promovenda est oratio. Sed habendæ in primis gratiæ sunt, quod pessimorum dogmatum pelagus istud sine ulla noxa transmisimus; et illud suppliciter postulandum, ut cum in reliquas hæreses incurrerimus, quasi in maritima quædam, ac monstris referta brevia delati, nihil ab his incommodi patiamur, sed ab ea quæ inter disputandum illuxerit, veritate salutem consequamur, cum et hujus soliditatem astruemus, et contrariarum hæreseon inanitatem erroremque demonstrabimus. Quod si quispiam considerare, et aliqua illas adumbrare similitudine voluerit, quam hactenus refutavimus, ob duplicem illam appellationem cum bicipiti quodam serpente reipsa comparandam putabit, eoque viperæ genere quam Sepedonem vocant, quæ pilis toto corpore est sparsa rubentibus; neque capræ, aut ovis ei natura vel pellis est, sed serpentis; eademque morsu obviis quibusque letum affert, ut et hæresis illa sectatores suos enecat : cum aut Vetere Testamento ritusque ad evertendum Novum utitur; aut fraudulentis rationibus ex Novo Testamento depromptis, apostolos, qui e circumcisione ad Christi se fidem, applicarunt falso impugnare nititur. Cujus quidem tabificum virus, atque dentes quoniam veritatis quasi fuste contudimus et contrivimus, ad eas quæ consequuntur refellendas, uti diximus progreditur ac festinat oratio.

A ται, ἵνα μὴ, ἑτέρων δηγμάτων βουλόμενος ποιῆσαι ἴασιν, καὶ ἑτέρων δηλητηρίων ἄκος καὶ ἀλεξητήριον, εἰς ἄλλα τοὺς ἐντυγχάνοντας παρεκτρέψω. Πλὴν ἐκ παντὸς τῷ τὴν σύνεσιν κεκτημένῳ μάταιος ἡ τούτων καταχλεύαστος διδασκαλία συσταθήσεται, παρὰ μὲν ἀποστόλοις ἐλεγχομένη, παρὰ δὲ τοῖς συνετοῖς καταγινωσκομένη, ἐκ Θεοῦ δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀληθείας κηρύγματος ἐκβαλλομένη.

Θ'. Καλοῦνται δὲ πάλιν οὗτοι Μηρινθιανοὶ, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φήμη περιέχει. Εἴτε γὰρ ὁ αὐτὸς Κήρινθος, Μήρινθος πάλιν ἐκαλεῖτο, οὐ πάνυ τι σαφῶς περὶ τούτου ἴσμεν· εἴτε ἄλλος τις ἦν Μήρινθος ὀνόματι, συνεργὸς τούτῳ, Θεῷ ἔγνωσται. Ἤδη B γὰρ εἴπομεν, ὅτι οὐ μόνον αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις πολλάκις ἀντέστη τοῖς ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Πλὴν ἦτοι αὐτὸς εἷς, ἢ καὶ ἄλλος σὺν αὐτῷ συνεργὸς, τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονῶν καὶ συμπράττων, καὶ τὰ ἴσα, οὐδὲν διαφέρει. Ἡ γὰρ πᾶσα αὐτῶν κακοτροπία τῆς διδασκαλίας τοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα· Κηρινθιανοί τε ὁμοῦ καὶ Μηρινθιανοὶ οὗτοι καλοῦνται.

Καὶ ταῦτα περὶ τῆς δεινῆς καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας αὐτῶν διεξιόντες, πάλιν ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνομεν· εὐχαριστοῦντες μὲν, ὅτι τὸ πέλαγος τούτων τῶν κακῶν δογμάτων ἀβλαβῶς διενηξάμεθα· εὐχόμενοι δὲ, ἵνα ἐν ταῖς ἑξῆς παρεντυχόντες, ὡς εἰς διαθαλάττια καὶ θηριώδη βράχη παρεμπεσόντες, μὴ ἀδικηθῶμεν, ἀλλὰ σωτηρίας τύχωμεν τῆς ἀπὸ τῆς μελ- C λούσης ἡμῖν καθ' ὑφήγησιν ἀναφαίνεσθαι ἀληθείας, ἐν τῷ ἡμᾶς συνιστᾷν αὐτήν τε καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κενοφωνίαν. Τῷ γὰρ βουλομένῳ σκοπεῖν, καὶ τὰς τούτων ἰδέας ἀναγράφειν, καὶ αὕτη παρεικασθήσεται, ὡς ἀληθῶς δικεφάλῳ τινὶ ὄφει, διὰ τὸ διώνυμον, καὶ τῇ καλουμένῃ σηπεδόνι ἐχίδνῃ, τῇ κομώσῃ μὲν πᾶν τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν θριξὶν ἐρυθραῖς, οὐκ ἐχούσῃ δὲ οὐδὲ αἴγὸς οὐδὲ προβάτου φύσιν ἢ δορὰν, ἀλλὰ ἑρπετοῦ, καὶ τὴν λύμην ἐργαζομένῃ διὰ τοῦ δήγματος τοῖς παρεντυγχάνουσιν· ἀνατρεπούσῃ δὲ τοὺς αὐτῇ πειθομένους πῇ μὲν ἀπὸ παλαιᾶς θρησκείας τὰ τῆς Νέας Διαθήκης ἀφανιζούσῃ, πῇ δὲ διὰ λόγων ψευδῶν, ὡς ἀπὸ Νέας Διαθήκης, κατὰ τῶν ἀπὸ περιτομῆς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἀποστόλων τὰς ψευδηγορίας D περιφερούσῃ· ἧς τὴν τε σῆψιν καὶ τὸν ἰὸν, καὶ τοὺς ὀδόντας τῷ ξύλῳ τῆς ἀληθείας παίσαντες καὶ συντρίψαντες, ἐπὶ τὰς μετέπειτα, ὡς προεῖπον, χωρῆσαι ἐν τῇ Θεοῦ δυνάμει σπεύσωμεν.

ADVERSUS NAZARÆOS,

Quæ est ordine IX, vel XXIX.

1. Exinde Nazaræi proximi sunt, qui sive prio-

ΚΑΤΑ ΝΑΖΩΡΑΙΩΝ (97),

Ἑνάτη, ἢ καὶ εἰκοστὴ ἑνάτη.

Α'. Ναζωραῖοι καθεξῆς τούτοις ἕπονται, ἅμα τε

(97) *Ναζωραίων.* De Nazaræis, vel Nazarenis vide quæ ad Judaicas hæreses tomo priore diximus: nam istos à prioribus diversos fuisse, non admodum persuadet Epiphanius. Erant enim Nazaræi, *qui cum Dei Filium confiterentur esse Christum, omnia tamen veteris legis observabant*, ait Augustinus. Qui et Matthæi Hebraicum Evangelium habere sese jactitabant, uti postea dicetur. De iis

Digitized by Google Распознавание текста

αὐτοῖς ὄντες, ἢ καὶ πρὸ αὐτῶν, ἢ σὺν αὐτοῖς, ἢ μετ' αὐτοὺς ὅμως σύγχρονοι· οὐ γὰρ ἀκριβέστερον δύναμαι ἐξειπεῖν, τίνες τίνας διεδέξαντο. Καθὰ γὰρ ἔφην, σύγχρονοι ἦσαν ἀλλήλοις, καὶ ὅμοια κέκτηνται τὰ φρονήματα. Οὗτοι γὰρ ἑαυτοῖς ὄνομα ἐπέθεντο οὐχὶ Χριστοῦ, οὔτε αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἀλλὰ Ναζωραίων. Καὶ πάντες δὲ Χριστιανοὶ Ναζωραῖοι τότε ὠσαύτως ἐκαλοῦντο. Γέγονε δὲ ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἰεσσαίους, πρὶν ἢ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν λάβωσιν οἱ μαθηταὶ καλεῖσθαι Χριστιανοί. Ἐκαλοῦντο δὲ Ἰεσσαῖοι, διὰ τὸν Ἰεσσαί, οἶμαι. Ἐπειδήπερ ὁ Δαβὶδ ἐξ Ἰεσσαί, ἐκ δὲ τοῦ Δαβὶδ κατὰ διαδοχὴν σπέρματος ἡ Μαρία, πληρουμένης τῆς θείας Γραφῆς κατὰ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς τὸν Δαβίδ· *Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.*

Β'. Δέδια δὲ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν λέξεως, ὡς ταύτην τὴν ὑπόμνησιν ποιοῦντι, παρακινούσης με τῆς ἀληθείας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ λέξει θεωρίας ὑποφαίνειν, διὰ τὸ μὴ πολὺ πλάτος περιποιήσασθαι τῇ συντάξει τῆς διηγήσεως. Τοῦ γὰρ Κυρίου φήσαντος τῷ Δαβίδ, *Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου*, καὶ τὸ, *Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται*· δῆλον, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀμετάθετός ἐστιν ἐπαγγελία. Καὶ πρῶτον μὲν ὅτι ὅρκος παρὰ Θεῷ τί ἐστιν ἀλλ' ἢ ὅτι· *Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει Κύριος*; Οὐ γὰρ κατὰ μείζονος ἔχει ὅρκον Θεὸς, ἀλλὰ οὐδὲ ὄμνυσι τὸ Θεῖον. Εἰς παράστασιν δὲ βεβαιώσεως ὁ λόγος ἔχει τὴν δύναμιν. Μεθ' ὅρκου γὰρ ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ, *Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας θήσειν ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ*. Μαρτυροῦσι δὲ οἱ ἀπόστολοι, ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἔδει τὸν Χριστὸν γεννηθῆναι· ὥσπερ οὖν καὶ ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Παρήσω δὲ τὸ πλῆθος τῶν μαρτυρίων, ἵνα μὴ εἰς πολὺν ὄγκον ἀγάγω τὸν λόγον, ὥς γε προεῖπον. Εἴποι δ' ἄν τις ἴσως· Τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, τίνι τῷ λόγῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ οὐ καθέζεται; *Ἦλθον γὰρ*, φησὶ τὸ Εὐαγγέλιον, *χρῖσαι αὐτὸν εἰς βασιλέα*· καὶ γνοὺς ἀνεχώρησε, καὶ ἐκρύβη ἐν Ἐφραὶμ πόλει τῆς ἐρήμου. Φθάσαντες δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ ῥητοῦ τούτου, καὶ ἐρωτώμενοι περὶ τῆς μαρτυρίας ταύτης καὶ τῆς ὑποθέσεως, ὅτι τίνι τῷ λόγῳ κατὰ τὸ σαρκικὸν οὐ πεπλήρωται ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τὸ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβίδ· ἐνομίσθη γὰρ τοῦτό τισι μὴ πεπληρῶσθαι· ὅμως ὡς ἔστιν ἐροῦμεν. Οὐδεμία γὰρ λέξις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Γραφῆς διαπίπτει.

res illis, sive æquales, sive posteriores exstiterint, in idem fere tempus incurrunt. Neque enim affirmare certo possumus utri utris successerint. **117** Eadem enim, ut diximus, ætate vixerunt, et in iisdem dogmatibus sunt opinionibusque versati. Atque illi quidem non a Christo, neque ab Jesu nomen acceperunt, sed se Nazaræos appellarunt. Siquidem Christiani tum omnes Nazaræi vocabantur. Quanquam pro exiguo tempore, Jessæorum penes illos nomen resedit, antequam Christiani Antiochiæ nominari cœperint. Ac Jessæi, ut opinor, ab Jesse vocati sunt. David enim Jesse filius erat, a quo generis continuata serie Maria prodiit; in eoque Scripturæ sacræ vaticinium ad exitum perductum est, cum in Vetere Testamento Davidi Dominus ista respondisset : *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam* [1].

II. Sed illud in singulis Scripturæ verbis afferendis vereri mihi succurrit, de quo sæpius commonere soleo, ne dum eas, quæ verbis ipsis insunt, sententias expendere veritatis studium cogit, longius quam par sit instituti moles operis excrescat. Cum igitur Dominus Davidi dixerit; *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam;* et illud : *Juravit Dominus David, et non pœnitebit eum* [2]; manifestum est Dei promissionem revocari non posse. Atque in primis jusjurandum illud quod Deo tribuitur, quidnam est aliud, nisi istud ipsum, quod alibi dicitur : *Per memetipsum juravi, dicit Dominus* [3]? Neque enim per majorem aliquem jusjurandum Deus concipit, sed nec jurat quidem omnino. Sed ea loquendi ratio ad astruendam rei firmitatem pertinet. Nam Davidi jurejurando promisit Dominus : De fructu ventris ipsius super sedem ejus se esse positurum. Ita porro testantur apostoli, de Davidis stirpe nasci Christum oportuisse : uti revera Jesus Christus Dominus noster indidem oriundus est. Verum ego ne prolixiorem, ut ante dixi, sermonem instituam, testimoniorum amplissimam copiam prætermitto. Atenim, dicat aliquis, Cum ex Davidis stirpe, quatenus carne constat, procreatus sit Christus, hoc est, e beata Virgine Maria, quid ita tandem in Davidis solio minime consedit? *Venerunt enim*, ait Evangelium, *ut ipsum ungerent in regem* [4]; et cum cognovisset, recessit, atque Ephraimi, quod oppidum in deserto situm est, delituit. Itaque quoniam opportune ad hujus evangelici dicti mentionem sumus delapsi, deque ejusmodi testimonio, argumentoque nata quæstio est, cur scilicet quod a propheta prædictum fuerat, **118** in Davidis so-

[1] Psal. cxxxi, 11. [2] Psal. cix, 4. [3] Gen. xxii, 16. [4] Joan. vi, 15.

Hieronymus *Epist. ad August.* : *Usque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæresis est, quæ dicitur Minæorum, et a Pharisæis nunc usque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Christum Filium Dei*, etc. *Sed dum volunt et Judæi esse, et Christiani, nec Judæi sunt, nec Christiani.* Ergo Nazaræi Christiano se nomine venditabant. Fuisse vero qui in mero Judaismo præcipuam quamdam eodem nomine sectam constituerent, ab uno Epiphanio didicimus. De iisdem agit Augustinus lib. 1 *contra Cresconium* cap. 31 : *Et nunc sunt quidam hæretici, qui se Nazarenos vocant, a nonnullis autem Symmachiani appellantur, et circumcisionem habent Judæorum, et baptismum Christianorum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

lio consessurum esse Christum, non sit in Salvatore, quod ad carnem pertinet, aliquando perfectum. Hoc enim sunt qui negent impletum fuisse; nos tamen plane ita contigisse monstrabimus. Nulla enim vel minima divinæ Scripturæ dictio potest excidere.

III. Quocirca thronus ille Davidis ac regale solium nihil aliud est, quam Ecclesiæ sanctæ sacerdotium, quod regia simul ac pontificia dignitate in unum contracta ei Dominus attribuit, ac Davidis æternum illud, neque periturum unquam solium in eamdem contulit. Illic enim Davidica sedes perpetua successione ad Christum usque permansit, cum nullo unquam tempore de Judæ tribu principes desiissent; donec ille venit *cui reposita erant. Et ipse*, inquit, *exspectatio gentium* [1]. Etenim sub adventum Christi Domini desiit de tribu Judæ principum illa succcessio, qui ad id usque tempus populi duces fuerant. Nam tum illa series in-

A Γ'. Θρόνος γὰρ Δαβὶδ καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ ἱερωσύνη, ὅπερ ἄξίωμα βασιλικόν τε καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάψας ὁ Κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, τὸν θρόνον μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ τὸν τοῦ Δαβὶδ μὴ διαλείποντα εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐκεῖσε γὰρ κατὰ διαδοχὴν (98) διήρκεσε θρόνος Δαβὶδ, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, μὴ διαλειπόντων τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων, ἕως ἦλθεν ᾧ *τὰ ἀποκείμενα ἦν. Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*, φησίν. Ἔληξαν γὰρ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἐξ Ἰούδα ἄρχοντες, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἡγούμενοι. Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις (99), καὶ ἔστη, ἐξότε αὐτὸς γεννᾶται ἐν Βη-

[1] Gen. XLIX, 10

(98) *Ἐκεῖσε γὰρ κατὰ διαδοχήν.* Tritam ac vulgarem de oraculi Jacobæi interpretatione sententiam sequitur Epiphanius. Quæ est ejusmodi, nunquam e tribu Juda principes defuturos, donec Christus adveniret, hoc est, sub ipsum Messiæ adventum desituros principes, qui hactenus e tribu Juda exstiterant. Quod in Alexandro contigisse putat; qui postremus reegia illa Judæ familia fuit. Cui Herodes successit, homo neque Judæ tribulis, nec omnino Judæus, sed Idumæus, et alienigena: ante quem qui de tribu Juda citimi principes fuerant, iidem et ad Leviticam pertinebant veluti Machabæi, ac deinceps alii. Hæc quidem Epiphanius veteres secutus. Sed in hac opinione multa sunt a viris doctis olim animadversa, partim falsa, partim dubia, et incerta. Falsum est ad Christum usque Dominum imperasse natos e tribu Judæ principes; cum tot annis antea, imo sæculis, stirps illa regia defecerit. Quod vero in Machabæis continuatam hujus seriem affirmant; eosdemque materno saltem genere ex illa Judæ tribu oriundos fuisse; neque verum est; neque ad rem pertinet. Id quod erudite Perrerius noster ad illum *Genes.* locum demonstrat. Multo igitur verior, et Jacobi verbis aptior est ista sententia, ut cum dixit: *Non auferetur sceptrum de Juda, neque dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est* (*Gen.* XLIX, 10): hoc unum velit, *Non auferetur*, vel, ut Hebraice legitur, non recedet *sceptrum*, sive imperium ac potestas, *de Juda*, hoc est a tribu Juda, regioneque illa, quam in promissa terra occuparit, cuique nomen dederit, ut per Judam tam populus ipsa ab Juda oriundus, aut nominatus; quam regio illi attributa significetur. Nam tametsi ante Christum translato in captivitatem, oppressoque Judæ populo, imperii series illa interrupta videatur, non tamen penitus recessit, aut exstinctum est, ante Judaicum excidium, secundum quod tempus templo, urbe, imperio, ac πολιτείᾳ exuti, alienis legibus ac dominationi subjacent. Prævideratque Spiritus sanctus divortium illud regni ac populi; cum sub Roboamo alii Israelitæ; alii, Judæ populus ac regnum nominari cœperunt. Noverat ab Assyriis profligandum alterum illud; adeo ut imperium ab eo prorsus auferretur ac recederet, nec unquam in integrum restitueretur. Quare ad hujus discrimen, de altera illa regni populique portione, quæ ab Juda magna ex parte nata, et ab eo cognominata est, et in ejus ditione agroque collocata, pronuntiavit? Non ante recessuram ab ea potestatem atque imperium, ac reipubl. formam, quam Christus advenisset. Hæc ipsa utriusque regni comparatio non mediocriter ad illustrandum oraculum illud perti-

B nere videtur. Ex quo consequens est, in Alexandro minime fatalem illam imperii dignitatem ac potestatem desiisse; sed post Christi nativitatem et Herodis obitum exstingui cœpisse, in ipso autem urbis excidio funditus deletam. Cætera apud Perrerium nostrum legito.

(99) *Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις.* Quæ hic ab Epiphanio narrantur, neque secum cohærent; nec cum historiæ fide consentiunt. Legitimorum principum, qui de tribu Judæ prodierant, seriem intercidisse putat, quo tempore imo ἐξότε, hoc est posteaquam Christus Bethlehemi natus est: idque sub Alexandro contigisse; qui postremus ex illustri ac regia illa familia fuit, Herodis et Augusti temporibus. Quæ omnia perturbata sunt, et ἀσύγκλωστα. Placet itaque liquidam illorum temporum rationem ex Josepho aliisque colligere.

Simon Jonathæ ac Judæ Macchabæi frater Ptolemæi generi insidiis moritur anno Græcorum CLXXVII, I Mach. cap. XVI. 14, qui et Sabbaticus C erat, quanquam Josephus anno priore id accidisse significet, dum post Simonis obitum annum Sabbaticum, et quidem haud mediocri intervallo, cœpisse scribit lib. XIII, cap. 15. Ergo anno periodi Julianæ MMMMDLXXIX, mense XI, hoc est Sebath, exeunte scilicet hieme, necatus est. Eodem anno successit Joannes Hyrcanus ejus filius. Qui quidem cum annos XXXI imperasset, moritur relictis V liberis. Succedit Aristobulus natu maximus, qui primus regium sibi diadema sumpsit, et anno uno regnavit. Quo mortuo, Salome conjux, quam Græci Alexandram vocant, Aristobuli fratres, quos ille in vinculis habuerat, solvit, et Jannæum Alexandrum, qui et ætate, et moderatione præstabat cæteris, regem constituit. Regnavit hic annos XXVII, moriturque ætatis anno XL, relictis cum uxore Alexandra liberis duobus Hyrcano, et Aristobulo. At Alexandra annos IX regnum administravit. Post D cujus obitum ambo fratres ita inter se convenerunt, ut Hyrcanus pontificatum teneret. Aristobulus regnum. Hircanus summum sacerdotium iniit coss. Hortensio, et Metello: qui est annus urbis DCXXV. In quem anni illi ex Josepho singillatim enumerati incidunt, si unum duntaxat ex iis inchoatum accipias. Est hic annus per. Julianæ MMMMDCXLV, ante vulgarem Christi natalem 68, Augusti annus primus, si a Julii Cæsaris nece inchoetur, accidit anno Urbis DCCX, periodi Julianæ MMMMDCLXX. Herodis vero primus, quo scilicet regnum a Romanis consecutus est, incurrit in consulatum Domitii Calvini, et Asinii Pollionis, qui est ab Urbe condita DCCXV, period. Julian. MMMMDCLXXIV, sive, ut alii Agrippa et Caninio coss. quo anno pacifice regnare cœpit, estque,

Digitized by Google Распознавание текста

θλεὲμ τῆς Ἰουδαίας (1), ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ A γένους ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ. Ἀφ' οὗ Ἀλεξάνδρου διέπεσεν οὗτος ὁ κλῆρος ἀπὸ χρόνων αὐτοῦ τε καὶ Σαλίνας (2), τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως καὶ Αὐγούστου τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτορος. Ὃς καὶ διάδημα ἐπέθετο ἑαυτῷ ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος, εἷς τῶν χριστῶν καὶ ἡγουμένων ὑπάρχων. Συναφθεισῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ ἱερατικοῦ, Ἰούδα δέ φημι καὶ Ἀαρών, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευΐ, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγίνοντο. Οὐ γὰρ διήμαρτέ τι τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς αἰνιγμάτων. Τότε δὲ λοιπὸν ἀλλόφυλος βασιλεὺς Ἡρώδης, καὶ οὐκέτι οἱ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διάδημα ἐπέθεντο· μεταπεσούσης δὲ τῆς βασιλικῆς καθέδρας ἐν Χριστῷ ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἀπὸ μὲν οἴκου τοῦ σαρκικοῦ Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλὴμ τὸ βασιλικὸν μετέστη ἀξίωμα· ὧδε δὲ ὁ θρόνος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ἐκ δύο προφάσεων ἔχων τὸ ἀξίωμα, τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ. Καὶ τὸ μὲν βασιλικὸν ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ δύο τρόπους, διά τε τὸ εἶναι αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῦ βασιλέως κατὰ σάρκα, καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ, βασιλέα μείζονα ἀπ' αἰῶνος κατὰ τὴν θεότητα· τὸ δὲ ἱερατικὸν, ὅτι αὐτὸς ἀρχιερεὺς καὶ ἀρχιερέων πρύτανις. Καταστα θέντος εὐθὺς Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ Κυρίου καλουμένου καὶ ἀποστόλου, ἐπισκόπου πρώτου υἱοῦ τοῦ Ἰωσὴφ φύσει ὄντος, ἐν τάξει δὲ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου κληθέντος διὰ τὴν συναναστροφήν.

tercidit ac suppressa penitus est, a quo Christus Bethlehemi, quod est Judææ oppidum, in hanc lucem editus est : idque adeo sub Alexandro contigit, qui e sacerdotum pariter ac regum stirpe erat oriundus. Ab hujus igitur Alexandri nec non et Saalinæ, quæ et Alexandra vocata est, tempore, sors est illa regni conditioque sublata, cum Herodes Judææ, Augustus vero Romanorum imperium obtineret. Et quidem Alexander ille unus e christorum, hoc est unctorum ducumque numero diadema sibimet imposuit. Cum enim duæ invicem tribus conjunctæ fuissent, quarum altera regni, sacerdotii altera jus habebat, eratque Judæ prior, posterior Aaronis ac Leviticæ gentis universæ, inde factum est, iidem ut reges ac sacerdotes essent. Neque B enim ullum ex obscuris sacrarum litterarum oraculis veritate sua caruit. Tum igitur Herodes rex alienigena submotis Davidis posteris diadema sumpsit. Atque imperii demum solio peregrinum in hominem translato, a carnalis Judæ familia ac Hierosolymis per Christum regia est in Ecclesiam transfusa dignitas. Cujus sedes ad omnium perpetuitatem temporum in eadem ipsa constituta, ex ambarum dignitatum, regni videlicet ac sacerdotii, amplitudine coalescit : nam quod ad regiam majestatem attinet, eam a Christo Jesu Domino nostro duplici jure communicatam accepit : quod et ille quatenus carne constat, de Davidis stirpe propagatus fuerit, et rex divinitatis quam idem habet, ratione **119** longe sit amplior, et æternus. Sacerdotii vero dignitatem ideo sortitus est, quod et pontifex sit, et pontificum omnium moderator ac princeps. Quare Jacobus ille, qui Domini frater appellatus est, et ejusdem apostolus, primus omnium est episcopus constitutus; qui cum Josephi naturalis esset filius, Domini frater ob id vocatus est, quod in ejus convictu ac consuetudine versaretur.

Δ'. Ἦν γὰρ ὁ Ἰάκωβος οὗτος (3) υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ C

IV. Hic enim Josephi ex alia fuit quam Maria con-

Urbis conditæ DCCXVII. Period. Julian. MMMMDCLXXVII ante vulgarem Christi natalem 37. Quamobrem Alexandri illius obitus tot annis Christi ortum, imo et Augusti atque Herodis imperium antecessit, contra quam Epiphanius scripsit. Nam immanis ἀναχρονισμὸς resarciri utcunque poterit, si luxata hæc et alieno loco posita dixeris, ἐξότε αὐτός, etc. Ut ita omnino legendum sit: Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις ἐξότε αὐτὸς γεννᾶται ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, καὶ Αὐγούστου τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος· καὶ ἔστη ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ γένους ἱερατικοῦ, καὶ βασιλικοῦ, ἀφ' οὗ Ἀλεξάνδρου διέπεσεν οὗτος ὁ κλῆρος, ἀπὸ χρόνων αὐτοῦ τε, καὶ Σαλίνας, τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης, ὃς καὶ διάδημα, etc. Hac quidem ratione labem illam priorem evitabimus, neque Alexandri exitum cum Christi ortu copulabimus. Verum huic conjecturæ nostræ non admodum confidimus. Quippe in hæresi L, 1, eadem pene historiæ σύγχυσις ab D Epiphanio repetita. Quæ ut postremo castiganda videatur, illud tamen unum supererit contra veritatem historiæ dictum, in Alexandro sacerdotalem illam regiamque desiisse stirpem ; nam ex Josepho constat post Alexandrum, Hyrcanum, et Aristobulum ex eadem progenie aliquandiu pontificatum atque imperium obtinuisse. Postremo Josephus in calce lib. XIV scribit Antigono Alexandri fratre Aristobuli filio securi ab Antonio percusso, Assamonæorum stirpem desiisse, quod contigit Agrippa et Camidio coss. anno Urbis DCCXVII, longo post Alexandrum illum priorem et Alexandram tempore.

(1) *Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.* Ita in quibusdam Matthæi exemplaribus, pro Ἰούδα, ut animadvertit Hieronymus : quod etsi vitiosum in Comm. *ad cap.* II *Matthæi* putet esse, tamen non aliter ipsemet in Eusebii *Chronico* scripsit : neque vero improbanda est ista lectio, ut ad Eusebium Pontacus observat.

(2) *Αὐτοῦ τε καὶ Σαλίνας.* Josephus lib. XIII, Alexandri uxorem, Hyrcani et Aristobuli matrem, Alexandram appellat, quam et mortuo conjuge IX annis præfuisse scribit. Quo eodem Alexandræ nomine Aristobuli Hyrcani majoris filii uxorem vocat : Τελευτήσαντος δὲ Ἀριστοβούλου, inquit, Σαλώμη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λεγομένη δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων Ἀλεξάνδρα, λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, etc. Nusquam Saalinæ nomen apud Josephum legere memini. Quanquam non aliter illam Christiani scriptores, quam Salinam nominant. Eusebius in *Chronic.*, Hieronym. *in cap.* IX *Dan.* aliique , de quibus Sealiger *Animadvers. ad Euseb.* num. 1941. Unus Marianus Scotus anno mundi 4120, Alexandram Salomam recte nuncupat. Eadem porro, nisi fallor, Alexandra, sive Salome utriusque fratris uxor, Aristobuli, et Alexandri, fuit : quæ post Aristobuli mortem, Jannæum Alexandrum vinculis illeo solutum ad regnum evexit, quod cum eo nuptias copulasset.

(3) *Ἦν γὰρ ὁ Ἰάκωβος οὗτος.* Frustra sibi persuasit Epiphanius Jacobum Minorem Josephi B. Ma-

Digitized by Google Распознавание текста

juge filius: id quod pluribus locis a me commemoratum est, manifestiusque disputatum. Quin etiam e Davidis genere propagatum illum reperimus, utpote Josephi filium, eumdemque Nazaræum : nam Josephi liberorum hic primus, ac consecratus fuit. Imo et sacerdos ex veteris illius ritu sacerdotii fuisse perhibetur. Quamobrem semel ei quotannis in Sancta sanctorum concessum est ingredi, quemadmodum summis sacerdotibus lege esse præscriptum e sacris Litteris didicimus. Quod quidem de Jacobo plerique ante nos memoriæ prodiderunt, ut Eusebius, Clemens, et alii. Sed et bracteam eidem in capite gestare licuisse, quos proxime nominavi idonei scriptores commentariis suis testatum reliquerunt. Quocirca sacerdos, uti diximus, Jesus Christus Dominus noster in æternum fuit, secundum ordinem Melchisedec [1], idemque rex secundum superiorem ac cœlestem ordinem, ut una cum lege sacerdotium transferret. Fuit vero propter B. Mariam e Davidis oriundus stirpe, atque in regali solio sedet in æternum, et regni illius non erit finis [2]. Nimirum transferre illum non minus regni quam sacerdotii ordinem oportuit : quippe cum ejus regnum minime ex hoc mundo sit, ut Pontio Pilato in Evangelio respondisse fertur: *Regnum meum non est de hoc mundo* [3].Cum enim Christus sub quibusdam ænigmatum involucris universa compleret, quod hactenus gerebatur par fuit aliquo tenus pervenire. Neque vero ideo venit, ut qui regnasset hactenus, imperare porro pergeret : sed iis regnum, quos constituerat ipse dilargitus est, ne a C minoribus progredi ad majora dici possit. Manet quippe sedes illius, et regni ejus non erit finis, atque in Davidis solio considet, propterea quod Davidis regnum transtulit, idque ipsum una cum pontificatu servis suis indulsit, hoc est catholicæ Ecclesiæ **120** pontificibus. Sed multa de ea re disputari possunt. Quoniam vero ad eum locum

[1] Hebr. VI, 20. [2] Luc. I, 32. [3] Joan. XVIII, 36.

riæ conjugis filium fuisse, ideoque Domini fratrem nominari. De qua re dictum est alio in loco.

(4) *Ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτόν.* Illud vero non modo falsum, sed et contra hypothesin est. Si Josephi filius est Jacobus, Josephus autem de stirpe David non Levitica ac sacerdotali fuit; qui tandem sacerdos esse Jacobus potuit? Dices maternum illi genus ab sacerdotali tribu propagatum. Sed ut illud demus, quis nescit, quod jampridem ab eruditis hominibus proditum est, maternum genus nullo numero fuisse : nedum ut propter illud jus ullum ad sacerdotium habere quisquam potuerit? Sed de tota hac Jacobi historia dicetur ad hær. LXXVIII, ubi de Jacobo uberiorem narrationem instituit.

(5) *Δι' ἣν αἰτίαν Ἰεσσαῖοι ἐκαλοῦντο.* Christianos olim Jessæos appellatos fuisse censet Epiphanius a Jesse Davidis progenitore : aut ab Jesu, quod Hebraice θεραπευτὴν sonat, aut Σωτῆρα. In quo a nonnullis vehementius agitari solet, sed hæreticis ferme, quorum sive non immerito reprehendant, intolerabilis superbia; sive perperam accusent, vanissima ac ridicula impudentia est. Ex hoc igitur grege quidam : *Profecto*, inquit, *cum illum Epiphanii locum lego, satis mirari nequeo hominis inscientiam, et in linguæ interpretatione, et in veritate historiæ. Adeo multis adversus utrumque modis*

A ἐκ γυναικὸς τοῦ Ἰωσὴφ, οὐκ ἀπὸ Μαρίας, ὡς καὶ εἰς πολλοὺς τόπους τοῦτο ἡμῖν εἴρηται, καὶ σαφέστερον ἡμῖν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ καὶ εὑρίσκομεν αὐτὸν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ὄντα, διὰ τὸν υἱὸν εἶναι τοῦ Ἰωσὴφ Ναζωραῖον γενόμενον. Ἦν γὰρ πρωτότοκος τῷ Ἰωσὴφ, καὶ ἡγιασμένος. Ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτὸν (4) κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὕρομεν. Διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι. Ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, καθὼς οἱ προειρημένοι ἀξιόπιστοι ἄνδρες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοῖς ἐμαρτύρησαν. Ἱερεὺς τοίνυν, ὡς ἔφην, B ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, βασιλεύς τε ὁμοῦ κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἄνωθεν, ἵνα μεταγάγῃ τὴν ἱερωσύνην ἅμα τῇ νομοθεσίᾳ. Τοῦ δὲ σπέρματος Δαβὶδ διὰ τὴν Μαρίαν καθεζομένου ἐν θρόνῳ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἔδει γὰρ αὐτὸν νῦν μεταγαγεῖν τὴν τάξιν, τοῦ τε βασιλείου. Καὶ γὰρ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς ἔλεγεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ Ποντίῳ Πιλάτῳ· *Ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.* Τοῦ γὰρ Χριστοῦ τὰ πάντα πληροῦντος δι' αἰνιγμάτων, ἕως τινὸς μέτρου αἱ ὑποθέσεις ἔφθανον. Οὐ γὰρ ἦλθεν, ἵνα προκοπὴν λάβῃ βασιλείας ὁ βασιλεύων ἀεί· ἐχαρίσατο δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένοις τὸ βασίλειον, ἵνα μὴ ὀνομασθῇ ἀπὸ τῶν μικρῶν C ἐπὶ τὰ μείζονα προκόπτειν. Μένει γὰρ αὐτοῦ ὁ θρόνος, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, καὶ κάθηται ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ· τὸ βασίλειον τοῦ Δαβὶδ μεταστήσας, καὶ χαρισάμενος τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις ἅμα τῇ ἀρχιερωσύνῃ, τουτέστι τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτου λέγειν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ εἰς τὸν τόπον ἐλήλυθα εἰπεῖν δι' ἣν αἰτίαν Ἰεσσαῖοι ἐκαλοῦντο (5),

peccat in illo uno de Nazaræis capite. Sed de historia mox videro. De nominis τοῦ Ἰησοῦ interpretatione hoc vulgo criminari solent : quod Ἰησοῦ nomen Græcæ originis esse crediderit, ἀπὸ τοῦ ἰάσασθαι, sive ἰήσασθαι Ionice concepto, quod est θεραπεύειν, cum ab Hebraica voce petenda nominis illius notio sit, quæ Salvatorem significat. Verum hæc συνωνύμως, et quidem haud absurde usurpavit Epiphanius. Etenim ישע, a quo ישועה, vel ישע, idem est ac σώζειν, quod in corporis animique morbis idem est ac θεραπεύειν et ἰάσασθαι. Quamobrem non secundum ἀκριβολογίαν et κυριολεξίαν Hebraica vox θεραπεύειν sonat; sed μεταληπτικῶς, ut et Jesum, qui proprie salvator est, *medicum* ac *curatorem* non incommode interpretari liceat. *Ipse enim salvum faciet populum a peccatis eorum*, ait angelus (*Matth.* I, 21). Quod quemadmodum præstiterit, declarat Petrus (*Act.* X, 38) : *Qui pertransiit benefaciendo, et liberando omnes oppressos a diabolo.* Adde jam Græcum ex propinquo vocabulum, quod ab Hebræo et pronuntiatione et vero potestate non admodum abhorrebat, unde nominis ista notatio prodiit. Eadem porro leguntur apud Cyrillum catech. VI, Ἰησοῦς, inquit, τοίνυν ἐστὶ κατὰ μὲν Ἑβραίους *σωτὴρ*, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν τὸ *ἰώμενος*· ἐπειδὴ ἰατρός ἐστι ψυχῶν καὶ σωμάτων,

Digitized by Google Распознавание текста

πρὶν τοῦ καλεῖσθαι Χριστιανοὶ οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες, τούτου ἕνεκα ἔφημεν, ὅτι ὁ Ἰεσσαὶ πατὴρ γίνεται τοῦ Δαβίδ. Καὶ ἤτοι τοῦ Ἰεσσαὶ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπεκλήθησαν Ἰεσσαῖοι, διὰ τὸ ἐξ Ἰησοῦ ὁρμᾶσθαι μαθηταὶ ὄντες αὐτοῦ, ἢ διὰ τὸ τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου. Ἰησοῦς γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον θεραπευτὴς καλεῖται, ἤτοι ἰατρὸς καὶ σωτήρ. Ὅμως τούτῳ τῷ ὀνόματι, πρὶν τοῦ Χριστιανοὺς αὐτοὺς καλεῖσθαι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκτηντο. Ἀπὸ Ἀντιοχείας δὲ, καθάπερ ἄνω ἐπεμνήσθημεν, ὡς ἔχει ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόθεσις, ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ καὶ πᾶσα ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι.

A delapsi sumus, ut reddenda causa nobis esset, cur ii qui Christo nomen dederant, priusquam Christianorum nomen essent adepti, Jessæi vocarentur, idcirco monuimus Jessæum Davidis patrem fuisse. Aut ab illo igitur Jessæ, aut a Jesu Christi Domini nostri appellatione Jessæorum nomen obtinuerunt: quod ab Jesu disciplina profecti, ejusdemque discipuli forent; aut illud denique ex notatione ipsa nominis, quo Dominus vocatus est, originem accepit. Jesus enim Hebraice curatorem, hoc est medicum ac servatorem significat. Quidquid sit, constat eo nomine, priusquam Christiani vocarentur, appellatos fuisse. Atque ab urbe demum Antiochia, uti supra meminimus, adeoque ipsa rei veritas comprobat, cum discipuli ipsi, tum omnis Ecclesia Dei Christianorum vocabulo comprehensa.

Ε'. Εὑροις δ' ἄν, ὦ φιλολόγε (6), καὶ τούτου τὴν ὑπόθεσιν, ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Φίλωνος ὑπομνήμασιν, ἐν τῇ περὶ Ἰεσσαίων αὐτοῦ ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, ὃς τούτων τὴν πολιτείαν καὶ τὰ ἐγκώμια διεξιὼν, καὶ τὰ αὐτῶν μοναστήρια ἐν τῇ κατὰ τὴν Μαρίαν λίμνῃ ἱστορῶν περιοικίδι, οὐ περί τινων ἑτέρων ὁ ἀνὴρ ἱστόρησεν, ἀλλὰ περὶ Χριστιανῶν. Οὗτος γὰρ γενόμενος ἐν τῇ χώρᾳ, Μαρεώτην δὲ τὸν τόπον καλοῦσι, καὶ καταχθεὶς παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς κατὰ τὸν χῶρον τοῦτον μοναστηρίοις ὠφέληται. Ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν Πάσχων ἐκεῖ γενόμενος, τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο, καὶ ὡς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν Πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες, ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν. Ἦν δὲ τῷ ἀνδρὶ πάντα ταῦτα πεπραγματευμένα εἰς τὴν περὶ πίστεώς τε καὶ πολιτείας τῶν Χριστιανῶν ὑπόθεσιν. Ὡς οὖν τότε ἐκαλοῦντο Ἰεσσαῖοι, ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, καὶ Μάρκου τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ κηρύξαντος, κατὰ τοὺς χρόνους τινὲς ἐξελήλυθασι πάλιν, τῶν ἀποστόλων δῆθεν ἀκόλουθοι, λέγω δὲ οἱ ἐνταῦθά μοι δηλούμενοι Ναζωραῖοι, ὄντες μὲν κατὰ τὸ γένος Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ

B V. Quod quidem argumentum uberius pertractatum, quisquis es studiosus in Philonis commentariis invenies, eoque libro quem de Jessæis inscripsit: ubi illorum vitæ disciplinam, ac præconia celebrans, eorumque monasteria, quæ ad Marianam paludem circumquaque posita sunt describens, non de aliis ullis, quam de Christianis ista narravit. Nam cum eam regionem lustrasset (Mareotes hic vulgo locus dicitur) atque ad ipsos, eorumque monasteria divertisset, magnam ab iis utilitatem accepit. Etenim cum ipsis Paschalibus feriis illuc accessisset, omnem eorum vitæ rationem diligenter inspexit, observavitque nonnullos totam illam sacrosanctam hebdomadem sine ullo cibo transigere; alios alternis illum diebus capere; quosdam vero C sub vesperam. Quamobrem quæcunque toto illo opere a Philone tractata sunt, ea Christianorum ad fidem vivendique rationem omnino pertinent. Cum igitur Jessæi tunc temporis dicerentur, paulo post ascensum Christi Domini, postquam Marcus in Ægypto divinum verbum prædicavit, nonnulli tunc prodierunt apostolorum asseclæ, Nazaræi videlicet isti,

καὶ θεραπευτὴς πνευμάτων. Quæ omnia comiter accipienda sunt, non ut ab ἰάσασθαι deductum τοῦ Ἰησοῦ vocabulum dixerint Patres, sed ut notione ac significatione Græcum nomen cum Hebræo convenire demonstrent.

(6) *Εὕροις δ' ἄν, ὦ φιλολόγε.* Hinc illæ lacrymæ. Scripsit Philo Judæus de Essæis, vel Essenis libros aliquot. Quorum unus inscribitur: Περὶ τοῦ, πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον· alius, Περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ Ἱκετῶν ἀρετῶν. In iis duo Essenorum genera constituit: unum τῶν πρακτικῶν, qui in oppidis socialem vitam instituunt, nuptiarum expertes; alterum τῶν θεωρητικῶν, qui contemplationi totos sese tradiderant, ac procul ab urbano strepitu in agris, ac præsertim ad Mareotidem, in σεμνείοις et μοναστηρίοις degerent. Postremos istos Eusebius Christianos fuisse credidit lib. *Histor.* II, cap. 11, eademque Hieronymi cæterorumque Patrum opinio fuit, quam Epiphanius secutus est. Sed hoc unum addit ex conjectura, Jessæus illos ab Jessæ Davidis patre nominatos. Quod postremum minus verisimile puto. Neque enim, opinor, usquam legitur, Jessæorum nomen Christianis attributum, et Essæos illos, non Jessæos a Philone appellatos esse constat. Sane si Jessæi unquam Christiani vocati sunt, multum id ad receptam illam ac veterem opinionem asseverandam faciet, quæ Essæorum nomine Christianos a Philone comprehensos statuit. Ac profecto fieri istud potuit, ut cum ante Christianæ religionis ortum Esseni his moribus, eoque vitæ instituto, quod in priore libro Philo prædicat, in Ægypto florerent, atque inter Judæos et essent et haberentur sanctissimi; posteaquam auctore Marco Christianorum genus exstitit, quorum vitæ ratio primis illis temporibus cum Essenorum disciplina ma- D gnopere congruebat, ab Alexandrinis gentilibus Esseni sint vocati. Quos enim et Judæos, tunc quidem, omnes viderent, et Essenorum communem illam vitæ rationem, atque ab omni luxu, et ambitione remotam complectentes cernerent cum et alioqui ex Essenorum Judaica factione plerique se ad Christianos aggregassent, quodnam iis aliud nomen quam Essæorum affingerent? Nam et diu postea Christiani omnes a Græcis ac Romanis Judæi nominati, et pro Judæis habiti sunt, ut non absurdum sit Philonianos illos Essæos θεωρητικούς, Christianos fuisse. Quæ autem adversus ea magno cum strepitu ac stomacho disputantur, cum aut levia sint, aut facile dissolvi possint, nihil erit, quod nos vetustissimæ illius opinionis, ac tantorum Patrum auctoritatis et consensionis pœniteat. Vide quæ de his eruditissime Serrarius noster lib. III *Trihæresii* adversus Scaligerum ac Junium disserit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

de quibus præsens institutus est sermo. Erant illi genere quidem Judæi, atque ad legem et circumcisionem adhæserant: sed quemadmodum qui e specula procul ignem aspiciunt, neque cujus rei gratia, quemve ad usum hoc incendium excitatum fuerit sciunt, utrumnam ad obsonia **121** coquenda, cibosque victui præparandos, an ut eremia aridaque virgulta, ut assolet, concremarent; sic illi istud ipsum imitati semetipsos incendio consumpserunt. Siquidem solo Jesu nomine audito, conspectisque quæ ab apostolis fierent portentis ac miraculis, in illum et ipsi quoque crediderunt. Quem cum Nazareti scirent in Virginis utero genitum, atque in Josephi domo nutritum, et idcirco Jesum Nazarenum in Evangelio nominari, quemadmodum apostoli loquuntur: *Jesum Nazarenum virum approbatum signis ac prodigiis* [1], ex eo nomen sibi istud imponunt, ut Nazaræi vocentur, non Naziræi, quæ vox sanctificatum significat. Hic enim quondam primogenitis, Deoque consecratis dignitatis honor est habitus: quorum e numero Sampson, aliique post ipsum, vel ante ipsum complures exstiterunt. Imo et Joannes Baptista ex illo dedicatorum Deo hominum genere fuit; qui vinum aut siceram non bibit. Fuit enim hominibus ejusmodi eorum dignitati consentanea vivendi ratio constituta.

VI. Sed alii Nazaræos seipsos appellant. Quippe Nazaræorum secta Christum antecessit, nec eum cognovit. Verum Christiani, ut initio monui, ab omnibus Nazaræi nuncupati sunt, quemadmodum illi dixerunt, qui Paulum apostolum accusarunt: *Hunc*, inquiunt, *hominem invenimus pestiferum, et corrumpentem populum, et auctorem sectæ Nazarenorum* [2]. At sanctus Apostolus neque nomen istud ejurat, tametsi ab illorum hæresi abhorreret, et quod sibi adversariorum improbitate propter Christum impositum erat vocabulum, libenter admisit. Ita enim ante tribunal dixit: *Neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque quidquam eorum quibus me accusant admisi. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt hæresin, sic deservio: credens omnibus quæ in lege et prophetis scripta sunt* [3]. Neque vero mirum est, Apostolum semetipsum Nazarenum confiteri, cum universi tunc eo nomine Christianos vocarent, ab oppido Nazaret, nec ullus alterius esset vocis usus illis temporibus, **122** qua eos qui Christo nomen dederant possent exprimere. De quo sane scriptum est, *quoniam Nazarenus vocabitur* [4]. Nam et hodie hæreses omnes, Manichæi scilicet, Marcionistæ, Gnostici, cæterique qui Christiani non sunt, Christianorum tamen ab omnibus nomine comprehendi solent; et unaquæ-

νόμῳ δὲ προσανέχοντες, καὶ περιτομὴν κεκτημένοι· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ σκοποῦ τινες θεασάμενοι πῦρ, καὶ μὴ νοήσαντες δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν πυρὰν ταύτην ἐξάψαντες, ἢ χρησιμότητα, τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ τὰ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὀψώνια πρὸς ἐδωδὴν διὰ τῆς πυρᾶς κατασκευάζοντες, ἢ ἐπὶ ἀφανισμῷ τινων καυστικῶν ξύλων ἢ φρυγάνων τῶν ὑπὸ πυρὸς εἰωθότων ἀναλίσκεσθαι· οὕτω καὶ αὐτοὶ μιμησάμενοι, πῦρ ἀνάψαντες, ἑαυτοὺς ἐνέπρησαν. Ἀκούσαντες γὰρ μόνον ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ θεασάμενοι τὰ θεοσήμεια τὰ διὰ χειρῶν τῶν ἀποστόλων γινόμενα, καὶ αὐτοὶ εἰς Ἰησοῦν πιστεύουσι. Γνόντες δὲ αὐτὸν ἐκ Ναζαρὲτ ἐν γαστρὶ ἐγκυμονηθέντα, καὶ ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ ἀνατραφέντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον καλεῖσθαι, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, *Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἐν τε σημείοις καὶ τέρασι*, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο τὸ ὄνομα ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, τὸ καλεῖσθαι Ναζωραίους, οὐχὶ δὲ Ναζιραίους, τὸ ἑρμηνευόμενον ἡγιασμένους. Τοῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιὸν (7) πρωτοτόκοις καὶ Θεῷ ἀφιερωθεῖσιν ὑπῆρχε τὸ ἀξίωμα, ὧν εἷς ὑπῆρχεν ὁ Σαμψών, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν, καὶ πρὸ αὐτοῦ πολλοί. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τῶν αὐτῶν ἀφηγησαμένων [5] τῷ Θεῷ καὶ αὐτὸς εἷς ὑπῆρχε, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπινεν. Ὥριστο γὰρ τοῖς τοιούτοις αὕτη ἁρμόδιος τῷ ἀξιώματι ἡ πολιτεία.

Ϛ'. Ἄλλοι δὲ Νασαραίους [6] (8) ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν. Ἦν γὰρ ἡ αἵρεσις τῶν Νασαραίων πρὸ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν οὐκ ᾔδει. Ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι τοὺς Χριστιανοὺς Ναζωραίους ἐκάλουν, ὡς προεῖπον, ὡς λέγουσι κατηγοροῦντες Παύλου τοῦ ἀποστόλου· *Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὕρομεν λοιμὸν, καὶ διαστρέφοντα τὸν λαὸν, πρωτοστάτην τε ὄντα τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως.* Ὁ δὲ ἅγιος Ἀπόστολος οὐκ ἀρνεῖται μὲν τὸ ὄνομα, οὐχὶ τὴν τούτων αἵρεσιν ὁμολογῶν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀπὸ τῆς τῶν ἀντιλεγόντων κακονοίας διὰ τὸν Χριστὸν ἐπενεχθὲν αὐτῷ ἀσμένως καταδεχόμενος. Φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βήματος· *Οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασίν τινα ὄχλου ποιοῦντα, οὐδὲ ὧν μου κατηγοροῦσιν οὐδὲν πεποίηκα. Ὁμολογῶ δέ σοι τοῦτο, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν αἵρεσιν οὗτοι φάσκουσιν, οὕτω λατρεύω· πιστεύων πᾶσι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἐν τοῖς προφήταις.* Καὶ οὐ θαῦμα, ὅτι ὁ Ἀπόστολος ὁμολογεῖ ἑαυτὸν Ναζωραῖον, πάντων καλούντων τοὺς Χριστιανοὺς τότε τούτῳ τῷ ὀνόματι διὰ Ναζαρὲτ τὴν πόλιν, ἄλλης μὴ οὔσης χρήσεως τῷ ὀνόματι πρὸς τὸν καιρὸν, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους καλεῖν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας. Περὶ οὗ γέγραπται, *Ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.* Καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, Μανιχαίους τέ φημι καὶ Μαρκιωνιστὰς, Γνωστικούς τε καὶ ἄλλους Χριστιανοὺς τοὺς μὴ ὄντας Χριστια-

[1] Act. II, 22. [2] Act. XXIV, 5. [3] ibid. 12–14. [4] Matth. II, 23. [5] F. αὐτοὺς ἀφιερωσαμένων [6] γρ. Ἀλλ' οὐ δὲ Νασοραίους.

(7) *Τοῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιόν.* Si de primogenitis omnibus intelligat, falsum erit. Neque enim primogeniti omnes Nazaræi fuerunt, sed ἀορίστως, et de quibusdam accipe, ut de Sampsone, et si qui alii ejusdemmodi fuerint.

(8) *Ἄλλοι δὲ Νασαραίους.* De his egimus ad hæresin Nazaræorum, quæ est in lib. I, ordine XX.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

νοὺς καλοῦσι· καὶ ὅμως ἑκάστη αἵρεσις, καίπερ ἄλλως λεγομένη, καταδέχεται τοῦτο χαίρουσα, ὅτι διὰ τοῦ ὀνόματος κοσμεῖται. Δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ σεμνύνεσθαι ὀνόματι, οὐ μὴν τῇ πίστει καὶ τοῖς ἔργοις. Οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τότε μαθητὰς Ἰησοῦ ἑαυτοὺς ἐκάλουν, ὥσπερ οὖν καὶ ἦσαν· ἀκούοντες δὲ παρὰ ἄλλων Ναζωραῖοι, οὐκ ἠναίνοντο, τὸν σκοπὸν θεωροῦντες τῶν τοῦτο αὐτοὺς καλούντων, ὅτι διὰ Χριστὸν αὐτοὺς ἐκάλουν· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Ναζωραῖος ἐκαλεῖτο, ὥσπερ ἔχει τὰ Εὐαγγέλια, καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· διὰ τὸ ἐν τῇ πόλει Ναζαρὲτ αὐτὸν, κώμῃ δὲ τὰ νῦν οὔσῃ, ἀνατετράφθαι ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ, γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τῆς μεμνηστευμένης Ἰωσὴφ τῷ ἐν τῇ αὐτῇ Ναζαρὲτ μετῳκηκότι, μετὰ τὸ ἀπὸ Βηθλεὲμ αὐτὸν μεταναστάντα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατοικισθῆναι.

Ζ'. Οὗτοι δὲ οἱ προειρημένοι αἱρεσιῶται, περὶ ὧν ἐνταῦθα τὴν ἀφήγησιν ποιούμεθα, παρέντες τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, οὔτε Ἰεσσαίους ἑαυτοὺς κεκλήκασιν, οὔτε τῶν Ἰουδαίων ἔμειναν ἔχοντες τὸ ὄνομα, οὔτε Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, ἀλλὰ Ναζωραίους, δῆθεν ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου, τῆς Ναζαρὲτ ἐπωνυμίας. Τὰ πάντα δέ εἰσιν Ἰουδαῖοι, καὶ οὐδὲν ἕτερον. Χρῶνται δὲ οὗτοι οὐ μόνον Νέᾳ Διαθήκῃ, ἀλλὰ καὶ Παλαιᾷ, καθάπερ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Οὐ γὰρ ἀπηγόρευται παρ' αὐτοῖς νομοθεσία καὶ προφῆται καὶ γραφεῖα, τὰ παρὰ Ἰουδαίοις (9) καλούμενα Βιβλία, ὥσπερ παρὰ τοῖς προειρημένοις· οὐδέ τι ἕτερον οὗτοι φρονοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ κήρυγμα τοῦ νόμου, καὶ ὡς οἱ Ἰουδαῖοι πάντα καλῶς ὁμολογοῦσι, χωρὶς τοῦ εἰς Χριστὸν δῆθεν πεπιστευκέναι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ καὶ νεκρῶν ἀνάστασις ὁμολογεῖται, καὶ ἐκ Θεοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι. Ἕνα δὲ Θεὸν καταγγέλλουσι, καὶ τὸν τούτου παῖδα Ἰησοῦν Χριστόν. Ἑβραϊκὴν δὲ διάλεκτον ἀκριβῶς εἰσιν ἠσκημένοι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ πᾶς ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ Γραφεῖα λεγόμενα, φημὶ δὲ τὰ Στιχήρη, καὶ αἱ Βασιλεῖαι, καὶ Παραλειπόμενα, καὶ Αἰσθὴρ, καὶ τἆλλα πάντα Ἑβραϊκῶς ἀναγινώσκεται, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παρὰ Ἰουδαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ μόνον πρὸς Ἰουδαίους διαφέρονται καὶ Χριστιανούς· Ἰουδαίοις μὲν μὴ συμφωνοῦντες, διὰ τὸ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι· Χριστιανοῖς δὲ μὴ ὁμογνωμοῦντες, διὰ τὸ ἔτι νόμῳ πεπεδῆσθαι, περιτομῇ τε καὶ Σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Περὶ Χριστοῦ δὲ οὐκ οἶδα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοί, τῇ τῶν προειρημένων περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον μοχθηρίᾳ ἀχθέντες, ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσιν· ἢ, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἔχει, διὰ Πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας διαβεβαιοῦνται. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἵρεσις ἡ Ναζωραίων ἐν τῇ Βεροιαίων περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ ἐν τῇ Δεκαπόλει περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη, καὶ ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ. Ἐκεῖθεν γὰρ ἡ ἀρχὴ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων μετάστασιν, πάντων τῶν μαθητῶν

A que secta, licet alio nomine censeatur, id sibi nominis libenter asciscit, quod hoc esse sibi decori atque ornamento judicat. Quippe solo Christi vocabulo, non fide atque operibus gloriari videntur. Eodem modo sancti Christi discipuli sese tum id quod erant Jesu discipulos vocabant; neque tamen cum ab aliis Nazareni dicerentur, nomen istud recusabant, cum ad eorum, a quibus sic appellabantur, finem scopumque respicerent, qui hoc sese nomine Christi causa donabant; quandoquidem et Jesus ipse Nazarenus appellatus est, ut in Evangeliis et apostolorum Actibus legitur: pro eo quod in oppido Nazareti, qui hodie pagus est, in ædibus Josephi fuerit educatus, posteaquam Bethlehemi de Virgine Maria secundum carnem natus est, quæ quidem Jo-
B sepho desponsa fuerat, qui Nazareti tunc habitabat, cum relicto Bethlehemo in Galilæa domicilium collocasset.

VII. Quod vero ad hæreticos illos attinet, de quibus modo sermonem instituimus, omisso Jesu nomine, neque Jessæos seipsos vocant, neque Judæorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazarenos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri ipsi Judæi, neque aliud præterea sint. Porro non solum Novo, sed et Veteri Testamento Judæorum instar utuntur. Neque enim apud illos legis libri, prophetæ, aut hagiographa prohibentur, quæ Judæi Biblia nuncupant, ut et a Judæis approbantur, a quibus Nazaræi nulla in re dissentiunt, qui ad legis præscriptum ac Judæorum more
C omnia sua dogmata profitentur, nisi quod in Christum credunt. Nam et mortuos excitari putant, et a Deo universa producta. Unum esse Deum, ejusque Filium Jesum Christum prædicant. Hebraicæ vero linguæ scientissimi sunt: ac cum universa lex apud illos, tum prophetæ, et hagiographa, hoc est libri illi qui versibus distincti sunt, et prophetæ, **123** Paralipomena, Esther, cæteraque id genus Hebraice ut et a Judæis leguntur. Hoc igitur uno tam a Judæis, quam a Christianis differunt: ab illis quidem, quod in Christum credant; a Christianis vero, quod Judaicis adhuc ritibus implicentur, velut circumcisione, Sabbato, aliisque cæremoniis. De Christo vero certo illud affirmare nequeo, utrum
D Cerinthi vel Merinthi impietate illa decepti, simplicem illum hominem asseverent, an, uti sese res habet, per Spiritum sanctum de Maria Virgine genitum esse fateantur. Cæterum hæc Nazaræorum secta in Beroensi civitate potissimum viget, ad Cœlen Syriam, atque etiam in Decapoli, juxta Pellam, et in Basanitide, in ea quæ vulgo Cocabe, Hebraice Chochabe dicitur. Hinc enim, post illam ab Hierosolymis secessionem, illorum initia profecta sunt, cum Pellæ discipuli omnes habitarent, a Christo de relinquenda Hierosolymorum urbe migrandoque præmoniti, quod ejus immineret obsidio. Qua qui-

(9) *Καὶ γραφεῖα, τὰ παρὰ Ἰουδαίοις.* Quæ ἁγιόγραφα dicuntur. Atque hic triplicem sacrorum librorum partitionem complectitur, quæ est תורה, hoc est *lex*; נביאים *prophetæ*; et כתובים ἁγιόγραφα, sive γραφεῖα. De quo vide Hieron. *Prologo galeato*; Eliam in *Thisbi*, verbo כתב.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dem occasione factum est, ut in Peræa iis quibus A diximus locis degerent. Indeque Nazaræorum hæresis sunt deducta primordia.

τῶν ἐν Πέλλῃ ᾠκηκότων, Χριστοῦ φήσαντος καταλεῖψαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἐπειδὴ ἤμελλε πάσχειν πολιορκίαν. Καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τὴν Περαίαν οἰκήσαντες, ἐκεῖσε, ὡς ἔφην, διέτριβον. Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ τοὺς Ναζωραίους αἵρεσις ἔσχε τὴν ἀρχήν.

VIII. Verum et isti nibilominus aberrant, cum de circumcisione gloriantur: et exsecratione etiam nunc obstricti sunt, quod legem penitus observare nequeant. Quomodo enim legis observare mandatum istud poterunt: *Ter quotannis apparebis coram Domino Deo tuo per Azymorum dies, et Scenopegiam, et Pentecosten, in Hierosolymitano loco*[1]? Cum enim lex interclusa sit, et quæ ab ea præscribuntur perfici amplius non possint, cuilibet prudenti perspicuum est, advenisse Christum, non ut legem B everteret, sed ut eam ipsam impleret, et eam exsecrationem solveret, quæ contra violatæ legis crimen fuerat constituta. Posteaquam enim Moyses universam legem promulgavit, ad finem voluminis pervenit, ac sub maledicto cuncta conclusit: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro hoc, ut faciat ea*[2]. Eo itaque Christus advenit, ut quæ diræ cujusdam vinculis imprecationis erant obstricta solveret. **124** Qui quidem pro exiguis illis, quæ perfici non poterant, nobis magna concessit, in quibus exsequendis nihil, ut in prioribus illis, est quod cum altero repugnet. Atque hoc fere modo in omni confutanda hæresi, quæ Sabbati, vel circumcisionis, vel alterius hujusmodi ritus observationem præscriberet, istud ipsum C demonstrare studuimus, Dominum nobis quæ essent perfectiora tribuisse. Ecquidnam igitur ad sui excusationem afferre illi poterunt, qui Spiritui sancto parere detrectant, ei inquam Spiritui, qui per apostolos edixerit, ne gentilibus ad Christianam religionem traductis onus imponeretur aliud, quam hæc necessaria: ut a sanguine, et suffocato, et fornicatione et idolis immolato sese continerent[3]? Annon divina eos excidere gratia necesse est, cum ita sanctus Paulus apostolus scripserit: *Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit; quicunque in lege gloriamini a gratia excidistis*[4]?

Η'. Πεπλάνηνται δὲ καὶ οὗτοι, περιτομὴν αὐχοῦντες· καὶ ἔτι οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, μὴ δυνάμενοι τὸν νόμον πληρῶσαι. Πῶς γὰρ δυνήσονται πληροῦν τὰ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένα, ὅτι *Τρὶς τοῦ ἔτους ὀφθήσῃ ἐνώπιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, κατά τε τὰ Ἄζυμα καὶ Σκηνοπηγίαν καὶ τὴν Πεντηκοστὴν, ἐν τῷ τόπῳ Ἱεροσολύμων*. Ἀποκλεισθέντος γὰρ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ μὴ δυναμένων πληροῦσθαι, παντὶ τῷ νοῦν ἔχοντι σαφὲς ἂν εἴη, ὅτι Χριστὸς ἦλθε πληρωτὴς τοῦ νόμου, οὐ τὸν νόμον καταλύσων, ἀλλὰ τὸν νόμον πληρώσων, καὶ ἀφελεῖν τὴν κατάραν τὴν κατὰ τῆς παραβάτεως τοῦ νόμου ὁρισθεῖσαν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐντείλασθαι τὸν Μωϋσέα πᾶσαν ἐντολὴν, ἦλθεν ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς βίβλου, καὶ συνέκλεισε τὸ πᾶν εἰς κατάραν, λέγων· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς λόγοις τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, τοῦ ποιῆσαι αὐτούς*. Ἦλθεν οὖν λύων μὲν τὰ πεπεδημένα δεσμοῖς τοῖς τῆς κατάρας, χαριζόμενος δὲ ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τῶν μὴ δυναμένων πληροῦσθαι τὰ μείζονα, καὶ οὐ μαχόμενα θάτερον θατέρῳ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πλήρωσιν, ὡς τὰ πρότερα. Οὕτως γὰρ κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν φθάνοντες, ἐν τῇ περὶ σαββατισμοῦ, καὶ περιτομῆς, καὶ τῶν ἄλλων πολλάκις ἐπειργασάμεθα, πῶς ὁ Κύριος ἡμῖν τὰ ἐντελέστερα κεχάρισται. Πῶς οὖν οἱ τοιοῦτοι δυνήσονται ἀπολογίαν ἔχειν, μὴ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὑπακούσαντες, τῷ διὰ τῶν ἀποστόλων εἰρηκότι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσι, μὴ βάρος ἐπιτίθεσθαι, πλὴν τῶν ἐπάναγκες, ἀπέχεσθαι αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας καὶ εἰδωλοθύτου; Πῶς δὲ οὐκ ἐκπεσοῦνται τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, λέγοντος Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου, ὅτι *Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει· οἵτινες ἐν νόμῳ καυχᾶσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε;*

IX. Quamobrem contra hanc etiam hæresin brevis illa nostra disputatio sufficiet. Facile enim isti D refelli convincique possunt, ac Judæi potius, quam cujusvis alterius generis sunt, tametsi Judæis sint inimicissimi. Neque enim Judæorum posteri solum capitali illos odio prosequuntur; sed et mane, ac meridie, et ad vesperam, ter de die, cum in synagogis suis ad orandum conveniunt diris illos devovent, ac solemni imprecatione proscribunt. Ac Nazaræos, inquiunt, Deus exsecretur. In hos enim offensiore et acerbiore animo sunt, quod cum e Judæorum

Θ'. Ἀρκέσει οὖν καὶ ἐν ταύτῃ τῇ αἱρέσει ἡ διὰ τῆς συντομίας παρ' ἡμῶν διάλεξις. Εὐθυέλεγκτοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ εὐάλωτοι, καὶ Ἰουδαῖοι μᾶλλον, καὶ οὐδὲν ἕτερον. Πάνυ δὲ οὗτοι ἐχθροὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπάρχουσιν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀνιστάμενοι ἑσωθεν[5] (10), καὶ μέσης ἡμέρας, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς, καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες, ὅτι Ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. Καὶ γὰρ τούτοις περισσότερον

[1] Exod. XXIII, 17. [2] Deut. XXVII, 26. [3] Act. XV, 28, 29. [4] Galat. V, 2, 4. [5] F. ἔωθεν.

(10) Ἀλλὰ ἀνιστάμενοι ἑσωθεν. Non dubito quin scribendum sit ἔωθεν. Quod autem Judaicas illas imprecationes in Nazaræos hæreticos conferri scribit Epiphanius, Hieronymus ad Christianos transfert. Ita enim ille *ad Isa.* LII: *Et sub nomine, ut sæpe dixi, Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἐκέχουσι, διὰ τὸ ἀπὸ Ἰουδαίων αὐτοὺς ὄντας, Ἰησοῦν κηρύσσειν εἶναι Χριστὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον πρὸς τοὺς ἔτι Ἰουδαίους, τοὺς Χριστὸν μὴ δεξαμένους. Ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον (11) Εὐαγγέλιον πληρέστατον Ἑβραϊστί. Παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο, καθὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν, ἔτι σώζεται. Οὐκ οἶδα δὲ, εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας τὰς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον. Ἀλλὰ καὶ ταύτην φωράσαντες, ὡς βληχρὸν καὶ ὀδύνης ἐμποιητικὸν διὰ τοῦ ἰοῦ σφηκίον, καταθλάσαντές τε τοῖς τῆς ἀληθείας λόγοις, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ὦ ἐπιπόθητοι, παρὰ Θεοῦ αἰτοῦντες τὴν βοήθειαν.

A numero sint, nihilominus Jesum esse Christum prædicent, quod iis qui Judæorum adhuc cæremonias colunt, inprimis est contrarium, qui Christum videlicet repudiant. Est vero penes illos Evangelium secundum Matthæum, Hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime prout Hebraicis litteris initio scriptum est, in hodiernum tempus usque conservant. Verum illud nescio, num genealogias illas amputarint, quæ ab Abrahamo ad Christum usque perductæ sunt. Postremo cum illam hæresin sic tanquam imbecillem quemdam et venenatum crabronem deprehenderimus, ac veritatis oratione obtriverimus, nos ad alias deinceps, o charissimi, divino freti præsidio conferamus.

ΚΑΤΑ ΕΒΙΩΝΑΙΩΝ,

Δεκάτη, ἡ καὶ τριακοστή.

125 ADVERSUS EBIONÆOS,

Quæ est hæresis X, vel XXX.

Α'. Ἐβίων, ἀφ' οὗπερ Ἐβιωναῖοι, καθεξῆς ἀκολουθῶν, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσας, πολύμορφον τεράστιον, καὶ, ὡς εἰπεῖν, τῆς μυθευομένης πολυκεφάλου Ὕδρας ὀφιώδη μορφὴν ἐν ἑαυτῷ ἀνατυπωσάμενος, πάλιν ἐπανέστη τῷ βίῳ, ἐκ τῆς τούτων μὲν σχολῆς ὑπάρχων, ἕτερα δὲ παρὰ τούτους κηρύττων καὶ ὑφηγούμενος. Ὡς γὰρ εἴ τις συνάξειεν ἑαυτῷ ἐκ διαφόρων λίθων τιμίων κόσμον, καὶ ποικίλης ἐσθῆτος ἔνδυμα, καὶ διαφανῶς ἑαυτὸν κοσμήσει· οὕτω καὶ οὗτος, τὸ ἀνάπαλιν πᾶν ὁτιοῦν δεινὸν καὶ ὀλετήριον καὶ βδελυκτὸν κήρυγμα, ἄμορφόν τε καὶ ἀπίθανον, ἀζηλίας ἔμπλεων παρ' ἑκάστης αἱρέσεως λαβὼν, ἑαυτὸν ἀνετύπωσεν εἰς ἅπασας. Σαμαρειτῶν μὲν γὰρ ἔχει τὸ βδελυρὸν, Ἰουδαίων δὲ τὸ ὄνομα, Ὀσσαίων δὲ καὶ Ναζωραίων καὶ Νασαραίων τὴν γνώμην, Κηρινθιανῶν τὸ εἶδος, Καρποκρατιανῶν τὴν κακοτροπίαν, καὶ Χριστιανῶν βούλεται ἔχειν τὴν προσηγορίαν. Οὐ γὰρ δήπουθεν τήν τε πρᾶξιν καὶ τὴν γνώμην καὶ τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν τῶν Εὐαγγελίων καὶ ἀποστόλων περὶ πίστεως συγκατάθεσιν. Μέσος δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἁπάντων τυγχάνων, οὐδὲν πέφυκεν, ἀλλὰ ἐπ' αὐτῷ πληροῦται τὸ γεγραμμένον· *Παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ, μέσον Ἐκκλησίας καὶ συναγωγῆς.* Σαμαρείτης μὲν οὖν ὢν διὰ τῆς βδελυρίας, τοὔνομα ἀρνεῖται· Ἰουδαῖον δὲ ἑαυτὸν ὁμολογῶν, Ἰουδαίοις ἀντίκειται, καίτοι συμφωνῶν αὐτοῖς ἐν μέρει, ὡς ὕστερον ἐν ταῖς περὶ τούτου ἀποδείξεσι, καὶ τοῦ κατ' αὐτῶν ἐλέγχου παραστήσομεν, Θεοῦ ἐπιδοηθοῦντος.

I. Nazaræos Ebion, a quo Ebionitæ dicti, proxime consequitur, eademque cum illis dogmata profitetur: quod horrendum monstrum ac multiplex, et, ut ita dicam, fabulosæ illius, ac multorum capitum hydræ serpentinam in sese figuram exprimens, rursus ad exitium humani generis erupit. Ac licet ex illorum disciplina prodierit, nonnulla tamen præter quam ab illis doceantur, asseruit atque proposuit. Ut enim si quis variis ex lapillis ornatum sibi aliquem conficiat, aut variegatam coloribus vestem induat, atque exquisitam quamdam elegantiam adhibeat; sic ille contra, omnibus undique perniciosis ac pestiferis dogmatibus arcessitis, quidquid unaquæque hæresis horrendum inprimis, et exitiabile ac detestandum asserit, turpe, inquam, et absonum absurditatisque plenum et odiosum e singulis dogma concinnans, omnium in se formas speciesque transtulit. Nam Samaritanorum impuram superstitionem affectavit. A Judæis porro nomen accepit; ab Ossæis, Nazaræis et Nasaræis dogmata. Cerinthianorum deinde formam, Carpocratianorum nequitiam, Christianorum denique appellationem usurpare contendit. Neque enim ab his postremis cum nomine, facta ipsa pariter, ac mentem cognitionemque, et Evangeliorum atque apostolorum de fide consensionem expressit. Qui cum medius sit, ut ita dicam, inter omnes, proprie nullus est, in eoque quod scriptum est impletur: *Paulo minus versatus sum in omni malo, in medio Ecclesiæ et Synagogæ*[1]. Igitur cum revera Samaritanus ob exsecrandam nequitiam sit, istiusmodi tamen appellationem rejicit; et cum se idem Judæum faciat Judæis refragatur, quanquam cum his aliqua ex parte consentit, uti postea, cum ad ejus rei probationem, et hæreticorum ejusmodi confutationem perventum fuerit, Deo adjuvante monstrabimus.

[1] Prov. v, 14.

(11) *Ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον.* Quod et Hieronymus Græce reddidit, et citat ipse sæpius. Neque vero purum putum Matthæi Evangelium fuit, ut existimasse videtur Epiphanius, sed ab illis depravatum, quod et Evangelium κατὰ Ἑβραίους appellat Eusebius lib. III *Histor.*, cap. 19. Hieron. *in cap.* XII *Matth.*, cap. 13: *In Evangelio, quo utuntur Nazareni Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum, homo iste, qui aridam habet manum, cæmentarius scribitur.* Idem in *Script. eccles.* de Matthæo agens, hujus Hebraicum ipsum in Cæsariensi bibliotheca asservatum ætate sua narrat, cujus sibi a Nazaræis exscribendi facultas fuerit. Sed Nazaræorum Evangelium nequaquam Matthæi germanum fuit. Postremo num Hebraica veteri puraque lingua, an Syriaca, sive Hierosolymitana vulgarique Matthæus Evangelium scripserit, nonnisi ex conjecturis pronuntiari potest. Nihil enim certi exploratique ab auctoribus discas.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

II. Siquidem Ebion iste priorum illorum æqualis fuit, et eamdem cum ipsis originem accepit. Ac primum e virili concubitu ac semine, puta Josephi, natum esse Christum asseruit, ut ante significavimus, cum ita diximus : hunc **126** cæteris in rebus eadem cum aliis sentientem, hac una re discrepare, quod Judæorum ritus ac cæremonias amplexus sit, veluti Sabbatum, ac circumcisionem, aliaque id genus, perinde atque a Judæis ac Samaritanis observantur. Quin etiam plura iste quam Judæi Samaritanorum imitatione complectitur. Nam et hoc adjecit, ut ab externorum hominum tactu sese contineret, utque diebus singulis quoties mulierem attigisset, ab ejusque complexu surgeret, aqua sese proluerit, sicubi ejus esset copia, marinæ videlicet aut alterius generis. Quod si ab illa lotione ac mersione rediens in quempiam incurrat, denuo ad abluendum sese, sæpe etiam cum ipsis vestimentis regreditur. Hodie vero virginitas apud illos et castitas omnino prohibetur, id quod et cæteræ omnes ejusmodi hæreses usurpant. Nam olim de virginitate gloriari solebant, nimirum ob Jacobum fratrem Domini : adeoque libros suos ad seniores et virgines inscribunt. Sed hujus factionis exordium post Hierosolymitanæ urbis excidium cœpit. Quo tempore Christiani omnes cum in Peræa degerent, atque in urbe Pella potissimum, quæ in Decapolitana provincia est, cujus exstat in Evangelio mentio [1], prope Batanæam ac Basanitidem : cum illic, inquam, domicilium collocassent, hinc Ebioni data est propagandi erroris occasio. Qui in pago quodam Cocabe in regione Carnaimorum, Arnemi et Astarotharum, et Basanitidis tractu habitare cœpit, quemadmodum vetus ad nos usque fama pertulit. Inde igitur pessimi prædicandi dogmatis initium sumpsit, unde et impios Nazarenos cœpisse docuimus. Ambo enim collatis inter se capitibus suam alter cum altero improbitatem ac nequitiam communicavit. Atque etsi quadamtenus a se mutuo dissideant, in excogitando tamen pravissimo dogmate sese invicem expresserunt. Cæterum memini me aliis in locis, cum adversus alias hæreses contenderem, de Cocaborum situ atque Arabia disputasse.

III. Principio igitur Ebion, ut dixi, Christum e viri semine, nimirum Josephi, genitum affirmabat.

Β'. Οὗτος γὰρ ὁ Ἐβίων σύγχρονος μὲν τούτων ὑπῆρχεν, ἀπ' αὐτῶν δὲ σὺν αὐτοῖς ὡρμᾶται. Τὰ πρῶτα δὲ ἐκ παρατριβῆς καὶ σπέρματος ἀνδρὸς, τουτέστι τοῦ Ἰωσὴφ, τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι ἔλεγεν, ὡς καὶ ἤδη ἡμῖν προείρηται, ὅτι Τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις ἐν ἅπασι φρονῶν, ἐν τούτῳ μόνῳ διεφέρετο, ἐν τῷ τῷ νόμῳ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ προσανέχειν κατὰ σαββατισμὸν, καὶ κατὰ τὴν περιτομὴν, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσαπερ παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Σαμαρείταις ἐπιτελεῖται. Ἔτι δὲ πλείω οὗτος παρὰ τοὺς Ἰουδαίους ὁμοίως τοῖς Σαμαρείταις διαπράττεται. Προσέθετο γὰρ τὸ παρατηρεῖσθαι ἅπτεσθαί τινων τῶν ἀλλοεθνῶν· καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν, εἴ ποτε γυναικὶ συναφθείη, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἀναστῇ, βαπτίζεσθαι ἐν τοῖς ὕδασιν, εἴπου δὲ ἂν εὐπορίᾳ ᾖ θαλάσσης ἢ ἄλλων ὑδάτων. Ἀλλὰ καὶ εἰ συναντήσειέ τινι ἀνὼν ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταδύσεως καὶ βαπτισμοῦ, ὡσαύτως πάλιν ἀνατρέχει βαπτίζεσθαι, πολλάκις καὶ σὺν τοῖς ἱματίοις. Τὰ νῦν δὲ ἀπηγόρευται παντάπασι παρ' αὐτοῖς παρθενία τε καὶ ἐγκράτεια, ὡς καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις ὁμοίαις ταύτῃ αἱρέσεσι. Ποτὲ γὰρ παρθενίαν ἐσεμνύνοντο, δῆθεν διὰ τὸν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ αὐτῶν συγγράμματα πρεσβυτέροις καὶ παρθένοις γράφουσι. Γέγονε δὲ ἡ ἀρχὴ τούτου (12) μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν. Ἐπειδὴ γὰρ πάντες οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες τὴν Περαίαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κατῴκησαν, τὸ πλέον ἐν Πέλλῃ τινὶ πόλει καλουμένῃ τῆς Δεκαπόλεως τῆς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γεγραμμένης, πλησίον τῆς Βαταναίας καὶ Βασανίτιδος χώρας, τὸ τηνικαῦτα ἐκεῖ μεταναστάντων, καὶ ἐκεῖσε διατριβόντων αὐτῶν, γέγονεν ἐκ τούτου πρόφασις τῷ Ἐβίωνι. Καὶ ἄρχεται μὲν τὴν κατοίκησιν ἔχειν ἐν Κωκάβῃ τινὶ κώμῃ ἐκ τὰ μέρη τῆς Καρναΐμ, Ἀρνὲμ, καὶ Ἀσταρὼθ, ἐν τῇ Βασανίτιδι χώρᾳ, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Ἔνθεν ἄρχεται τῆς κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ὅθεν δῆθεν καὶ οἱ Ναζαρηνοὶ οἱ ἄνομοι προδεδήλωνται. Συναφθεὶς γὰρ οὗτος ἐκείνοις, καὶ ἐκεῖνος τούτῳ, ἑκάτερος ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας τῷ ἑτέρῳ μετέδωκε. Καὶ διαφέρονται μὲν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον κατά τι, ἐν δὲ τῇ κακονοίᾳ ἀλλήλους ἀπεμάξαντο. Ἤδη δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας αἱρέσεις περὶ τῆς τοποθεσίας Κωκάβων, καὶ τῆς Ἀραβίας διὰ πλάτους εἴρηται.

Γ'. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον (13) ὁ Ἐβίων, ὡς ἔφην, Χριστὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, τουτέστι τοῦ Ἰωσὴφ,

[1] Matth. IV, 25; Marc. V, 20, et VII, 31.

(12) *Γέγονε δὲ ἡ ἀρχὴ τούτου.* At *Chron. Alexand.* p. 597, refert anno Trajani VIII, Candido et Quadrato coss. Ebionitarum emersisse sectam.

(13) *Καὶ τὸ μὲν πρῶτον.* Duplex Ebionitarum factio fuit; nam alii merum ac simplicem hominem asserebant esse Jesum, atque a Josepho Mariaque genitum; alii e sancto Spiritu a Virgine susceptum ita fatebantur, uti Deum ac Verbum esse, aut exstitisse antea negarent. Eusebius lib. III, cap. 21. Origenes *contra Celsum* tom. II : Ἐβίων τε γὰρ ὁ πτωχὸς παρὰ Ἰουδαίοις καλεῖται, καὶ Ἐβιωναῖοι χρηματίζουσιν οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὸν Ἰησοῦν ὡς Χριστὸν παραδεξάμενοι. Quorum genera illa duo t. III commemorat : Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ διττοὶ Ἐβιωναῖοι, ἤτοι ἐκ Παρθένου ὁμολογοῦντες ὁμοίως ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν, ἢ οὐχ οὕτω γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὡς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Verum Ebionæorum nomen latius extendisse videri potest Origenes, ut Ebionæos illos appellet, qui cum alioqui de Christi divinitate recte sentirent, cum Christiana religione Judaicas cæremonias amplectendas crederent. Quod quidem tomo II sub initium significare videtur. Theodoretus de Ebionæis : Τὸν δὲ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας ἔφησε γεγενῆσθαι, ἄνθρωπον μὲν ὄντα, ἀρετῇ δὲ καὶ καθαρότητι τῶν ἄλλων διαφέροντα, κατὰ δὲ τὸν Μωσαϊκὸν πολιτεύοντα νόμον. Lego πολιτεύονται, neque ad Christum referri puto.

Digitized by Google Распознавание текста

ὡρίζετο· ἐκ χρόνου δέ τινος καὶ δεῦρο οἱ αὐτοῦ, ὡς εἰς ἀσύστατον καὶ ἀμήχανον τρέψαντες τὸν ἴδιον νοῦν ἄλλοι ἄλλως παρ' αὐτοῖς Χριστοῦ διηγοῦνται. Τάχα δὲ οἶμαι ἀπὸ τοῦ συναφθῆναι αὐτοῖς Ἠλξαῖον τὸν ψευδοπροφήτην, τὸν παρὰ τοῖς Ἀμψηνοῖς [1] καὶ Ὀσσηνοῖς καὶ Ἐλκεσσαίοις καλουμένοις, ὡς ἐκεῖνος φαντασίαν τινὰ περὶ Χριστοῦ διηγεῖται, καὶ περὶ Πνεύματος ἁγίου. Τινὲς γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ Ἀδὰμ τὸν Χριστὸν εἶναι λέγουσι, τὸν πρῶτον πλασθέντα τε καὶ ἐμφυσηθέντα ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιπνοίας. Ἄλλοι δὲ ἐν αὐτοῖς λέγουσιν ἄνωθεν μὲν ὄντα, πρὸ πάντων δὲ κτισθέντα πνεῦμα ὄντα, καὶ ὑπὲρ ἀγγέλους ὄντα, πάντων τε κυριεύοντα, καὶ Χριστὸν λέγεσθαι, τὸν ἐκεῖσε δὲ αἰῶνα κεκληρῶσθαι. Ἔρχεσθαι δὲ ἐνταῦθα ὅτε βούλεται, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἦλθε, καὶ τοῖς πατριάρχαις ἐφαίνετο ἐνδυόμενος τὸ σῶμα· πρὸς Ἀβραάμ τε ἐλθὼν καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὁ αὐτὸς ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἦλθε, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐνεδύσατο, καὶ ὤφθη ἄνθρωπος, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνῆλθεν. Πάλιν δὲ ὅτε βούλονται λέγουσιν, Οὐχί, ἀλλὰ εἰς αὐτὸν ἦλθε τὸ Πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνεδύσατο αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν καλούμενον. Καὶ πολλὴ παρ' αὐτοῖς σκότωσις, ἄλλοθι ἄλλως καὶ ἄλλως αὐτὸν ὑποτιθεμένοις. Καὶ δέχονται μὲν καὶ αὐτοὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον· τούτῳ γὰρ καὶ αὐτοὶ, ὡς καὶ οἱ κατὰ Κήρινθον χρῶνται μόνῳ· καλοῦσι δὲ αὐτὸ κατὰ Ἑβραίους, ὡς τὰ ἀληθῆ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι Ματθαῖος μόνος Ἑβραΐστι καὶ Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ ἐποιήσατο τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἔκθεσίν τε καὶ κήρυγμα. Ἤδη δέ που καί τινες πάλιν ἔφασαν, καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην μεταληφθὲν Ἑβραΐδα ἐμφέρεσθαι ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων γαζοφυλακίοις, φημὶ δὲ τοῖς ἐν Τιβεριάδι, καὶ ἐναποκεῖσθαι ἐν ἀποκρύφοις, ὥς τινες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων πεπιστευκότων ὑφηγήσαντο ἡμῖν κατὰ λεπτότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων τὴν βίβλον ὡσαύτως ἀπὸ Ἑλλάδος γλώσσης εἰς Ἑβραΐδα μεταβληθεῖσαν λόγος ἔχει, καὶ ἐκεῖσε κεῖσθαι ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις, ὡς καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς ἀναγνόντας Ἰουδαίους τοὺς ἡμῖν ὑφηγησαμένους εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι.

Verum aliquanto ab hinc tempore in hodiernum usque diem, qui ejus errorem secuti sunt, animis eorum in absurda ac perplexa **127** quædam abreptis, alii aliter de Christo pronuntiant. Ac suspicari sane licet, ab eo tempore quo se illis Elxæus adjunxit falsus quidam propheta, qui apud Sampsenos et Ossenos atque Elcessæos exstitit, ab eodem edoctos conflictum de Christo ac Spiritu sancto nescio quid effutire cœpisse. Nonnulli enim ex iis Adamum fuisse Christum prædicant, illum inquam Adamum, qui primus a Deo formatus ejusdem est animatus afflatu. Alii e cœlo Christum esse confitentur, sed ante omnia creatum, ac spiritum esse quemdam, angelisque præstare, atque omnium rerum dominatum tenere, appellari porro Christum. Qui cum perpetuam illic habitationem sortitus sit, quoties libuerit in hæc infima delabitur, quemadmodum in Adamo descendit et patriarchis corpore circumfusus apparuit; velut cum ad Abrahamum, Isaacum, et Jacobum adiit. Idem denique postremis temporibus venit, Adami corpore contectus, et homo visus est, in crucem sublatus resurrexit, et ascendit in cœlum. Rursus ubi libuerit ita sese rem habere negant; in eumque duntaxat sese sanctum infudisse Spiritum, qui est ipse Christus, eumque qui Jesus vocatus est induisse. Quamobrem densissima quædam illis est offusa caligo, dum alias aliter de Christo opinione sua statuunt. Atque Evangelium illi quidem secundum Matthæum admittunt, quo solo Cerinthianorum vel Merinthianorum instar utuntur, idque ipsum secundum Hebræos appellant. Etenim vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus Novi Testamenti scriptoribus Matthæum Hebraice, ac litteris Hebraicis evangelicam historiam texuisse. Nec defuere qui de Joannis Evangelio confirmarent, illud Hebraice translatum Tiberiade in Judæorum gazophylaciis asservari, et in secretioribus quibusdam penetralibus recondi: id quod nonnulli mihi, qui se ad Christi fidem e Judaismo transtulerant, accuratissime declararunt. Imo et apostolorum Actus in Hebraicum sermonem perinde conversos e Græco iisdem in thesauris haberi multorum sermone percrebuit: qui nobis ista narrabant indidem Christianæ amplectendæ fidei occasionem acceperunt.

Δ'. Ἦν δέ τις αὐτῶν Ἰώσηπος, οὐχ ὁ συγγραφεὺς, καὶ ἱστοριογράφος, καὶ παλαιὸς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὁ ἀπὸ Τιβεριάδος, ὁ ἐν χρόνοις τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος, τοῦ γέροντος· ὃς καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀξιώματος κομήτων ἔτυχε, καὶ ἐξουσίαν εἴληφεν ἐν τῇ αὐτῇ Τιβεριάδι Ἐκκλησίαν Χριστῷ ἱδρῦσαι, καὶ ἐν Διοκαισαρείᾳ, καὶ ἐν Καπερναοὺμ, καὶ ταῖς ἄλλαις· ὃς καὶ πολλὰ πέπονθεν ὑπ' αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων, πρὶν ἢ τῷ Βασιλεῖ ἐμφανισθῆναι. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰώσηπος τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιωματικῶν ἀνδρῶν ἐναρίθμιος ἦν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην (14) ἀπόστολοι καλούμενοι·

IV. Fuit ex illorum numero Josephus quidam non historiæ ille scriptor **128** antiquus, sed Tiberiadensis alter, qui beatæ memoriæ Constantini senioris imperatoris ætate vixit: a quo etiam Comitivam accepit, cum ea potestate, ut cum in urbe ipsa Tiberiadis, tum Diocæsareæ, Capharnaumi ac vicinis aliis in oppidis Ecclesias in Christi honorem exstrueret. Qui quidem priusquam ad imperatoris notitiam pervenisset, quamplurima ab ipsis Judæis est passus. Etenim hic ipse Josephus ex illorum erat ordine, qui apud Judæos principem locum dignitatis obtinent: quos quidem secundum

[1] F. Σαμψηνοῖς.

(14) *Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην.* Tam patriarcharum, quam apostolorum dignitates ac vocabula apud Judæos nonnisi post urbis excidium usurpata videntur. De patriarchis in Theod. cod

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

patriarcham apostolos nominant. Assident hi patriarchæ et cum eo sæpius diu noctuque versantur : quod eidem a consiliis sint, ac de iis referant, quæ ad legem pertinere videntur. Erat tum patriarchæ nomen Ellel. (Ita enim et a Josepho nominari solitum arbitror, nisi me ob temporis longinquitatem fallit memoria.) Is e stirpe Gamalielis originem traxerat, qui patriarchatum apud illos tenuit. Quem etiam suspicari merito possumus, ut a plerisque proditum est, e primi illius Gamalielis genere esse prognatum, qui sub Christi Domini passionem auctor ejus consilii Judæis fuit, ut a persequendis apostolis abstinerent. Moriens Ellel vicinum episcopum Tiberiensem arcessit, ab eoque lotione sacra sub vitæ exitum per medicinæ speciem expiatur. Cum enim episcopum per Josephum velut medicum evocasset, facessere jussis omnibus, supplex illum interpellat his verbis : Quæso te, inquit, mihi ut Christi signum impertias. Tum accitis ministris aquam inferri jubet, tanquam ægrotanti patriarchæ morbi quoddam ex aqua remedium parare vellet. Illi quid strueret ignari, imperata faciunt. Inde verecundiam simulans, et universos abire jubens patriarcha sacro baptismate ac divinis mysteriis initiatus est.

προσεδρεύουσι δὲ τῷ πατριάρχῃ, καὶ σὺν αὐτῷ πολλάκις καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ συνεχῶς διάγουσι, διὰ τὸ συμβουλεύειν καὶ ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν νόμον. Ὁ δὲ πατριάρχης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἐλλὴλ τοὔνομα ἦν (νομίζω γὰρ, ὅτι οὕτως τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰώσηπος ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ χρόνου σφάλλομαι). Ἐκ γένους δὲ Γαμαλιὴλ ἐτύγχανε, τοῦ παρ' αὐτοῖς γενομένου πατριάρχου. Ἔστι δὲ διανοηθῆναι, ὡς καὶ ἄλλοι οὕτως ὑπέθεντο, τοῦτον εἶναι γένος ἐκείνου τοῦ πρώτου (15) Γαμαλιὴλ, τοῦ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος τοῦ κατὰ Θεὸν συμβουλεύσαντος ἀποσχέσθαι τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλῆς. Τελευτῶν δὲ ὁ Ἐλλὴλ ἠξίωσε τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπίσκοπον πλησιόχωρον τῆς Τιβερίων ὄντα, καὶ ἐκομίσατο παρ' αὐτοῦ τὸ ἅγιον λουτρὸν ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ διὰ προφάσεως τῆς ἰατρικῆς ὑποθέσεως. Μεταστειλάμενος γὰρ αὐτὸν διὰ τοῦ προειρημένου Ἰωσήπου, ὡς ἰατρὸν ὄντα, καὶ ποιήσας πάντας ἔξω γενέσθαι, παρεκάλεσε τὸν ἐπίσκοπον, λέγων· Δώρησαί μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα. Ὁ δὲ, μεταπαλεσάμενος τοὺς ἐξυπηρετουμένους, προσέταξεν ὕδωρ ἑτοιμασθῆναι, ὡς τῆς νόσου ἕνεκα βοήθημά τι προσφέρειν μέλλων δι' ὑδάτων νοσοῦντι βαρέως τῷ πατριάρχῃ. Οἱ δὲ ἐποίησαν τὰ ἐπιτεταγμένα. Οὐ γὰρ ἐγνώκεισαν. Αἰδοῦς δὲ χάριν προφασισάμενος, τοὺς πάντας ἔξω ποιήσας ὁ πατριάρχης τοῦ λουτροῦ καταξιοῦται καὶ μυστηρίων ἁγίων.

V. Mihi vero hæc, uti dixi, omnia Josephus ipse narrabat. Hæc, inquam, non aliunde quam ex ipsomet illius ore didici, cum affecta jam ætate foret, ac LXX plus minus annum ageret. Ad hunc Scythopoli diverteram, quo se Tiberiade ille contulerat, ibique splendida quædam ædificia sibi comparaverat. Tum enim **129** Eusebius Vercellensis in Italia episcopus, a Constantio ob fidei integritatem exsulare jussus, ab illo hospitio erat exceptus. Cujus invisendi gratia cum ego et fratres quidam alii venissemus, iisdem nos ædibus recepti fuimus. Ubi cum Josepho familiariter versati, deque eo sciscitati quid ipsi demum accidisset, quod eum apud Judæos illustrem fuisse sciremus, quive gestæ rei esset ordo, ac quemadmodum ad Christianos transisset, hæc ab illo omnia auditione

Ε'. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐμοὶ αὐτῷ διηλέχθη. Ἐκ στόματος γὰρ αὐτοῦ ἀκήκοα πάντα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλου τινὸς, ἐν τῇ γηραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ, ὡς περὶ που ἐτῶν ἑβδομήκοντα γεγονότος αὐτοῦ, ἢ καὶ πλειόνων. Παρ' αὐτῷ γὰρ κατήχθην ἐν Σκυθοπόλει· μεταστὰς γὰρ τῆς Τιβεριάδος, κτίσεις ἐκεῖ ἐν Σκυθοπόλει διαφανεῖς ἐκτήσατο. Ἐν γὰρ τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ μακαρίτης Εὐσέβιος ὁ τῆς Ἰταλίας ἐπίσκοπος Βριγγέλλας [1] (16) πόλεως, ἐξορισθεὶς ὑπὸ Κωνσταντίου, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας ἐξενίζετο. Καὶ ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τούτου ἐγώ τε καὶ οἱ ἄλλοι ἀδελφοὶ ἐκεῖσε γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτῷ κατήχθημεν. Συντυχόντες δὲ τῷ Ἰωσήπῳ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ οἰκίας, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐρωτῶντες, καὶ γνόντες, ὅτι τῶν ἐμφανῶν ὑπῆρχε παρὰ Ἰουδαίοις, ἀνετάζοντες καὶ τὴν κατ' αὐτὸν ὑπόθεσιν, καὶ πῶς τὸν εἰς Χριστιανισμὸν μετ-

[1] For. Βεργέλλας.

lib. XVI, tit. 8, frequens est mentio. Et quidem apostoli patriarchæ velut assessores ex communi et usitata vocis notione dicti sunt, quod ad exigendas a Synagogis pecunias ab illo mitterentur, ut ex cod. Theod. patet lib. XIV, de Judæis. Qui locus quod ad Epiphanium illustrandum inprimis confert, hic ascribendus est : *Superstitionis*, inquit, *indignæ est, ut archisynagogi, sive presbyteri Judæorum, vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a patriarcha certo tempore dirigunturi, a singulis Synagogis exactam summam atque susceptam ad eumdem reportent. Qua de re omne quidquid considerata temporis ratione confidimus esse collectum, fideliter ad nostrum dirigatur ærarium. De cætero autem nihil prædicto decernimus esse mittendum.* De iisdem patriarchis quod Epiphanius indicat, non delectu, sed generis successione dignitatem adeptos, ac plerumque luxu ac deliciis corruptos, Hieronymi auctoritate confirmari potest, qui in comm. *in cap.* III *Isa.* ad hæc verba : *Et effeminati dominabuntur eis*, ita scribit : *Consideremus patriarchas Judæorum, et juvenes, sive pueros, effeminatosque ac deliciis affluentes, et impletam prophetiam esse cernemus.*

(15) *Τοῦτον εἶναι γένος ἐκείνου τοῦ πρώτου.* Qui Christianus fuit, ut ex Actis Inventionis sancti Stephani constat. Nec recte Judaicæ religionis tenacissimus, ac Christiani nominis osor acerrimus a quibusdam fuisse proditur, quod ab eo Saulus utrumque, hoc est Judaicam legem et Christianorum odium didicerit : quæ conjectura levis est. Quid enim necesse est, a præceptore postremum hoc hausisse Saulum, ac non potius suapte sponte, et aliorum hortatu exemploque suscepisse?

(16) *Ἐπίσκοπος Βριγγέλλας.* Corn. *Fregellæ* perperam reddidit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἦλθεν, ἀκηκόαμεν ταῦτα πάντα σαφῶς, καὶ οὐκ ἀπὸ ἐνηχήσεως ἑτέρου τινός. Ὅθεν καὶ ἀξιομνημόνευτα εἰς οἰκοδομὴν πιστῶν νομίσαντες τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα πραγματευθέντα, διὰ τὴν αἰτίαν τῶν ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις εἰς Ἑβραΐδα μετατεθέντων, οὐ παρέργως τὴν πᾶσαν αἰτίαν τοῦ προειρημένου Ἰωσήπου παρεθέμεθα. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον Χριστιανὸς, πιστὸς καταξιωθεὶς γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ Ἀρειανοὺς σφόδρα στηλιτεύων. Ἐν γὰρ τῇ πόλει ἐκείνῃ, Σκυθοπόλει φημὶ, μόνον οὗτος ὀρθόδοξος ὑπῆρχε, πάντες δὲ Ἀρειανοί. Καὶ εἰ μὴ ὅτι κόμης ἦν, καὶ τὸ τοῦ κόμητος ἀξίωμα ἐκώλυεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν τῶν Ἀρειανῶν διωγμὸν, οὐκ ἂν ὑπέστη κἂν ἐν τῇ πόλει διατρίβειν ὁ ἀνὴρ, μάλιστα ἐπὶ Πατροφίλου τοῦ Ἀρειανοῦ ἐπισκόπου, τοῦ πολλὰ ἰσχύσαντος πλούτῳ τε καὶ αὐστηρίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον γνώσει τε καὶ παῤῥησίᾳ. Ἦν δὲ καὶ ἄλλος τις νεώτερος ἐν τῇ πόλει ἀπὸ Ἑβραίων ὀρθῶς πιστεύων, ὃς οὐκ ἐτόλμα κατὰ τὸ φανερὸν, ἀλλὰ καὶ κρυφαίως ἡμᾶς ἐπεσκέπτετο. Πιθανὸν δέ τι ὁ Ἰώσηπος καὶ γελοιῶδες ὑφηγεῖτο· οἶμαι δὲ ταῦτα, ὅτι καὶ ἠλήθευεν. Ἔφασκε γὰρ, ὅτι, τελευτησάσης τῆς αὐτοῦ συμβίου, δεδιὼς μή πη ἄρα ἁρπάζωσιν αὐτὸν οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ καταστήσωσι κληρικόν. Πολλάκις γὰρ κολακεύσαντες αὐτὸν πεισθῆναι τῇ αἱρέσει, ὑπισχνοῦντο μείζονας προκοπὰς, εἰ δέον καὶ ἐπισκοπῆς αὐτὸν καταξιοῦν. Ὃ δὲ ἔφασκε τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικὶ, ὅπως διαδράσοι τὰς αὐτῶν χειροτονίας.

Ϛ'. Ἀλλὰ ἐπάνειμι τὴν ὑφήγησιν τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην ὑποθέσεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰωσήπου εἰς τοὐμφανὲς κατὰ λεπτότητα τοῖς βουλομένοις ἐντυγχάνειν διὰ τῶν ὑπ' ἐκείνου λόγων ἐμοὶ εἰρημένων ποιησόμενος. Καὶ ἤδη μὲν ὡς ἐκεῖνος ὑφηγεῖτο, τοῦ πατριάρχου λουτροῦ καταξιουμένου, διὰ τῶν ἐν ταῖς θύραις ἁρμογῶν εἴσω παρακύπτων, φησὶ, κατενόουν τὰ ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τῷ πατριάρχῃ γινόμενα, εἰς νοῦν τε ἔλαβον, καὶ παρ' ἐμαυτῷ ἐταμιευόμην. Καὶ χρυσίου ὁλκήν τινα ἱκανωτάτην ἔχων παρὰ χεῖρα ὁ αὐτὸς πατριάρχης, ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ, φάσκων, ὅτι Πρόσφερε ὑπὲρ ἐμοῦ. Γέγραπται γὰρ, διὰ τῶν ἱερέων τοῦ Θεοῦ δεσμεύεσθαι καὶ λύεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἔσται ταῦτα λελυμένα καὶ δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὡς οὖν ταῦτα ἐπράχθη, φησὶ, καὶ ἠνοίγησαν αἱ θύραι, ἠρωτᾶτο ὑπὸ τῶν ἐπισκεπτομένων ὁ πατριάρχης, πῶς ἔχοι διὰ τοῦ βοηθήματος· καὶ ὁμολόγει καλλίστως ἔχειν. Καὶ γὰρ ᾔδει ὃ ἔλεγεν. Ἔπειτα δὲ ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς τὸν ἀριθμὸν, πολλάκις τοῦ ἐπισκόπου ἐπισκεπτομένου αὐτὸν ἐν ἰατροῦ προφάσει, ἐκοιμήθη ὁ πατριάρχης μετὰ καλῆς ἀποθέσεως, παραδοὺς τὸν ἴδιον υἱὸν κομιδῇ νέον ὄντα Ἰωσήπῳ τε καὶ ἄλλῳ τινὶ ἐπιεικεστάτῳ. Τὰ πάντα τοίνυν ἐπράττετο διὰ τῶν δύο τούτων, διὰ τὸ ἔτι τὸν πατριάρχην παῖδα ὄντα νηπιάζειν, καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν ἀνατρέφεσθαι. Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τῆς διανοίας τοῦ Ἰωσήπου ἐνοχλουμένης πολλάκις διὰ τῶν γενομένων μυστικῶν, ἐν τῇ κατὰ τὸ

A certa, non aliena fide explorata didicimus. Quæ cum ad fidelium utilitatem memoria digna cumprimis arbitremur, propter eos libros qui in Judæorum thesauris servantur Hebraico sermone translati, quæ ad Josephum illum pertinerent accuratius exsequi voluimus. Nam is non modo Christianus erat, eamque fidem susceperat, sed et Arianos summa infamia traducebat. Quippe unus ipse rectam ac sinceram fidem Scythopoli retinebat, cum reliqui essent Ariani. Quod nisi comitis dignitate fuisset præditus, ut hic eum honor ab Arianorum violentia tueretur, ne in ipsa quidem urbe vir ille constitisset, præsertim sub Patrophilo Ariano episcopo, qui et opibus et crudelitate, et apud imperatorem Constantium familiari-
B tate atque audacia plurimum poterat. In eadem etiam urbe quidam erat ætate junior, qui e Judæo traductus ad Christum sinceram fidem retinebat; isque quod minime palam auderet, clanculum ad nos veniebat. Sed Josephus lepidum quiddam nobis ac ridiculum narrabat, nec dubito quin sit verissimum. Aiebat enim mortua conjuge veritum se ne ab Arianis violenter abreptus clericus fieret; sæpe enim blande illum adeuntes, ut ad suam factionem transiret hortabantur, ac majoris spe processus alliciebant, ut vel si necesse foret episcopatum ostenderent. Horum igitur metu alterum se matrimonium iniisse dicebat, quo se ab illa manuum impositione liberaret.

C VI. Sed ad patriarchæ historiam, et ipsius adeo Josephi redeamus: quam in lectorum gratiam iisdem, quibus ille referebat verbis, accurata fide repræsentabimus. Cum itaque patriarcha baptismo hunc in modum initiaretur, ego, inquiebat, **130** per januæ commissuram furtim introspectans omnia quæ ab episcopo patriarchæ fierent observabam, ac diligenter animo retinebam. Ubi inter cætera patriarcha vim quamdam auri non mediocrem tenens hanc episcopo porrexit: et, Pro me, inquit, offerto. Scriptum est enim, a sacerdotibus Dei alligari solvique in terris omnia, et eadem in cœlo soluta fore vel alligata[1]. Post hæc apertis foribus sciscitantibusque de patriarcha qui ad-
D erant, quemadmodum ex eo remedio valeret, percommode se habere respondit: quid enim diceret præclare noverat. Biduo dehinc vel triduo, adeunte sæpius per medici speciem episcopo, felici ex hac vita exitu patriarcha decessit, cum prius Josepho, et alteri cuidam honestissimo viro tenerrimæ adhuc ætatis filium commisisset. Quocirca omnia ab illis ambobus administrabantur, quod esset patriarcha adhuc ætate puer ac propemodum infans, et inter illorum manus educaretur. Per idem tempus Josephi animum sollicitum habebat eorum recordatio, quæ in baptismo fieri mystica arcanaque viderat: et quidnam ageret anxie cogitabat. Commodum illic gazophylacii cella quædam erat obsignata (gaza

[1] Matth. XVIII, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

porro Hebraice *thesaurum* significat). Cujus sigilli gratia plerisque varia de eo gazophylacio suspicantibus, Josephus clam ausus aperire nihil pecuniarum reperit, sed libros duntaxat pecuniis omnibus præstantiores. Quos dum evolvit, forte in illud incidit, de quo dictum est, Joannis Evangelium e Græco in Hebraicum translatum, una cum apostolorum Actibus. Ad hæc Matthæi quoque Hebraicam genealogiam invenit. Quibus perlectis, rursus ejus animus cruciari cœpit; et Christianam quidem fidem capessere molestum ei videbatur. Sed hæc duo nihilominus, et librorum lectio, et patriarchæ initiatio vehementer hominem angebant. Qui obdurato tamen, ut assolet, animo permansit.

VII. Inter hæc adolescente jam Elielis filio pupillo, qui ad spem patriarchatus educabatur (neque enim magistratus apud Judæos ullus præripit, sed parentibus filii succedunt), mox ut ætatis **131** florem ac vigorem attigit, ad ejus familiaritatem æquales quidam perniciose obrepunt otiosi adolescentes, ac moribus corrupti (Judas, opinor, patriarchæ nomen erat, neque tamen tanto intervallo probe commemini). Hi varia illum ad corruptelæ flagitiorumque genera pertrahebant, mulierum stupra, nefandas libidines, magicas præstigias, quibus ad cupiditates explendas illum adjuvabant; et amatoriis illecebris atque carminibus ad ejus complexum matronas ingenuas vi quadam adigebant. At Josephus, et alter pupilli curator senex puerum sequi coacti sane id permoleste ferre, et objurgare nonnunquam verbis, et hortari. Ille æqualibus suis multo magis obsequi, flagitia partim dissimulando, partim inficiando tegere. Neque enim tutores criminari ac vulgare scelera palam audebant, sed quasi erudiendi gratia opportuna monita suggerebant. Forte Gadara ad Thermas proficiscuntur. Frequens illic mercatus quotannis celebratur; ad quem undique lavandi causa dies aliquot confluunt, variorum ad morborum remedium, idque callidissimo dæmonis consilio geritur. Nam quæcunque loca divinis sunt celebrata prodigiis, in iis ex adverso exitiosas suas plagas tendere conatus est. Atque illic viri cum mulieribus promiscue

A λουτρὸν ὑποθέσει ἐσκέπτετο τί ἂν πράξειε· καὶ ἦν ἐκεῖσε γαζοφυλακίου τις οἶκος ἐσφραγισμένος. (Γάζα δὲ ἑρμηνεύεται (17) κατὰ τὴν Ἑβραΐδα *θησαυρός*.) Πολλῶν δὲ πολλὰ διανοουμένων περὶ τοῦ γαζοφυλακίου τούτου διὰ τὴν σφραγῖδα, ὁ Ἰώσηπος λελῃθότως τολμήσας ἤνοιξε· καὶ εὗρεν οὐδὲν χρημάτων, πλὴν βίβλους τὰς ὑπὲρ χρήματα. Ἀναγινώσκων δὲ ἐν ταύταις, ὡς ἤδη ἔφην, τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἑλλάδος εἰς Ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθὲν ηὗρετο, καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων Πράξεις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν (18) φυτὸν ἐκ τούτων ἀναγνοὺς, πάλιν τὴν διάνοιαν ἐτρύχετο, ἀσχάλλων μέν πως περὶ τῆς πίστεως τοῦ Χριστοῦ· ἤδη δὲ ἐκ δύο ὑποθέσεων ὑπονυττόμενος, τῆς τῶν βιβλίων ἀναγνώσεως καὶ τῆς τοῦ πατριάρχου μυσταγωγίας, ὅμως

B τῇ καρδίᾳ ἐσκληρύνετο οἷα γίνεται.

Ζ'. Ὡς δὲ ἐν τούτοις κατετρίβετο, ἀδρύνεται ὁ παῖς ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ Ἐλλὴλ εἰς πατριαρχίαν τρεφόμενος· οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ υἱὸς πατέρα διαδέχεται. Ὡς οὖν ἐπὶ τὸ ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας ὁ νέος ἦρχετο, προεφθείροντο αὐτῷ τινες ἥλικες ἀργοὶ καὶ ἐθάδες κακῶν (τάχα δὲ, οἶμαι, Ἰούδας οὗτος ἐκαλεῖτο· ὡ πάνυ δὲ σαφῶς ἐπίσταμαι διὰ τὸν χρόνον). Μετέφερον οὖν αὐτὸν οἱ συνηλικιῶται νεώτεροι εἰς πολλὰς κακῶν ἐπιτηδεύσεις, φθοράς τε γυναικῶν, καὶ λαγνείας ἀνοσίους, μαγγανείαις τισὶ μαγικαῖς ἐπιχειροῦντες αὐτῷ συνεργεῖν εἰς τὰ τῆς ἀκολασίας, ἀγύγιμά τινα ἐπιτελοῦντες, καὶ διὰ ἐπαοιδῶν βιαζόμενοι

C γυναῖκας ἐλευθέρας πρὸς τὴν τούτου φθορὰν ἐξ ἀνάγκης ἄγεσθαι. Ὁ δὲ Ἰώσηπος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ πρεσβύτης, ἀνάγκην ἔχοντες τῷ παιδὶ συνέπεσθαι, βαρέως μὲν ἔφερον, πολλάκις δὲ καὶ ἐγκλήματα προσέφερον διὰ λόγων, καὶ παρῄνουν. Ὁ δὲ μᾶλλον τοῖς νέοις ἐπείθετο, κρύπτων τὰ αἰσχρὰ, καὶ ἀρνούμενος. Οὔτε γὰρ ἐτόλμων οἱ περὶ Ἰώσηπον ἐξειπεῖν τὰ κατ' ἐκείνου φανερῷ τῷ λόγῳ, ἀλλὰ δι' ἐπιστήμην παρῄνουν. Παραγίνονται γοῦν εἰς Γάδαρα (19), εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα. Πανήγυρις δὲ ἐκεῖ κατ' ἔτος ἄγεται. Ἀπέρχονται γὰρ πανταχόθεν οἱ βουλόμενοι λούσασθαι ἡμέρας τινὰς, νοσημάτων δῆθεν ἀποβολῆς ἕνεκεν, ὅπερ ἐστὶ διαβολικὸν στρατήγημα. Ἔνθα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ (20) θαύματα γεγένηται, προὔλαβεν ὁ δι' ἐναντίας θεῖναι αὐτοῦ τὰ ὀλετήρια δίκτυα. Ἀν-

D δρόγυνα γὰρ ἐκεῖσε (21) λούονται. Κατὰ συγκυρίαν

amatoriis illecebris ac libidinibus opportunus fuerit.

(17) *Γάζα δὲ ἑρμηνεύεται.* Quæ vulgo Persica vox dicitur, eadem et ab Hebræis usurpata. Ezech. XXVII, 24 גִּנְזִים sunt אוֹצָרוֹת.

(18) *Τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν φυτόν.* Nisi vitii aliquid ei loco subsit, φυτόν appellari puto Christi Domini genealogiam, quæ arboris instar conformari vulgo solet.

(19) *Παραγίνονται γοῦν εἰς Γάδαρα.* Meminit Gadarenarum thermarum Eunapius in *Jamblicho:* Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ Γάδαρα, θερμὰ δέ ἐστι λουτρὰ τῆς Συρίας, τῶν γε μετὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαΐαις δεύτερα· ἐκείνοις δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερα παραβάλλεσθαι· πορεύονται δὲ κατὰ τὴν ὥραν εἰς τὰ Γάδαρα τοῦ ἔτους, etc. Ubi et fontes duos in eo loco fuisse meminit, quorum alteri Ἔρως, alteri Ἀντέρως nomen fuit, ex quibus puerulos duos cujusmodi videlicet amores finguntur, Jamblichus magus excivit. Ut intelligas quantopere ille locus

XVII. Sed apertam calumniam struit callidus ille serpens, animoque **141** mendicus. Ebion quippe Hebraica vox Græca lingua *mendicum* sonat. Est autem B hæreticus iste revera mente, spe factisque mendicus, utpote qui Christum merum esse hominem existimet, in eoque spem cum quadam fidei mendicitate collocet. At enim isti de ea re gloriantur, seque mendicos prædicant, quod apostolorum, inquiunt, tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abjicere [2]. Itaque se illorum exemplo ad mendicitatem redigi, ac bonis omnibus abdicare, proindeque passim mendicos appellari. Sed hoc ab illis ex ingenio confictum est; nam Ebioni proprium hoc erat nomen, non sine vaticinio tamen aliquo, quo mendicus infelixque fore significaretur, cum a parentibus id nominis accepisset. Quam vero alia multa et perperam affectata, et scelerata ac nefaria eorum instituto geruntur! Quoties enim aliquis illorum in C morbum incidit, aut a serpente morsus est, ad aquas descendit. Ibi appellationes omnes, quæ Elxai complexus est, invocat, cœli videlicet ac terræ, salis et aquæ, ventorum et angelorum, ut vocant, justitiæ; panis item et olei. Deinde solemne hoc carmen concipit: Adeste mihi, et hunc a me dolorem depellite.

Jam hoc antea declaravimus, omnia hæc Ebionem nescisse; ejusque discipulos aliquanto post cum Elxai coalescentes ab Ebione circumcisionem ac Sabbatum, aliosque ritus accepisse. Ab Elxai vero somnium illud, ut Christum formam esse quamdam humanæ similem, neque hominibus aspectabilem esse fingerent; longitudine millium XCVI, D qui sunt schœni quatuor et viginti; latitudine schœnorum VI, hoc est millium XXIV; crassitudini denique aliam mensuram attribuunt. Prope ipsum vero stare Spiritum sanctum muliebri figura, ita tamen ut videri nequeat; ejusdemque esse mensuræ. Roges unde eas mensuras acceperint. E montibus, inquiunt, observatas habemus, quorum ad verticem illorum capita pertingebant; quare montium altitudinem dimensi, Christi ac sancti Spiritus magnitudinem comperimus. Verum de his in Ossæorum hæresi jam ante disputavimus. Et nunc obiter ea perstrinximus, ne quod penes unamquamque nationem ac sectam reperitur, id si in aliis quoque cerneretur, alieno loco per oblivionem commemoratum putares.

Digitized by Google Распознавание текста

142 XVIII. Ergo Ebion tametsi in Asia, ac Romæ errorem suum disseminaverit, nihilominus spinosorum suorum germinum stolonumque radices ex Nabathæa atque Paneade potissimum trahit, necnon et Moabitide, Cochabisque, quod Basanitidis oppidum est trans Adraos : et in insula Cypro. Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam ætatem ad nuptias compellant, idque adeo a magistris potestate facta. Habent enim presbyteros suos, ac synagogæ principes; nam synagogam conventus suos, non ecclesiam nominant, ac Christi solum nomen præ se ferunt. Neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se conjungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt. Quidvis enim apud illos agere conceditur. Porro Abrahamum, et Isaacum, ac Jacobum, et Moysen, atque Aaronem admittunt, una cum Jesu, filio Nave, qui Moysis duntaxat successor, neque quidquam amplius fuerit. Secundum hos nullum alium ex prophetis asciscunt, sed cum exsecratione proscribunt ac derident, puta Davidem et Salomonem, atque Isaiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem; quibuscum Eliam atque Eliseum repudiant. Neque enim illorum vaticiniis assentiuntur, sed iis maledicentissime detrahunt; sed neque aliud præter Evangelium recipiunt. Quod ad Christum spectat, veritatis hunc esse prophetam sentiunt, et Christum Dei Filium progressione quadam virtutis, et conjunctione cum Deo factum, quatenus ad sublimia cœlestiaque provectus est. Prophetas vero non veritatis, sed intelligentiæ esse prophetas arbitrantur. Proinde Jesum solum prophetam et hominem, Deique Filium esse, licet merus homo sit, ut jam diximus. Qui ob egregiam virtutem Dei Filius appellari meruerit. Neque vero Moysis Pentateuchum integram admittunt, sed quædam verba circumscribunt. Quod si de esu animatorum illud objicias : Cur Abrahamus vitulum cum lacte angelis apposuerit[1]; aut cur Noemus illa comederit, et divinitus responsum acceperit, *Macta et manduca*[2]: quidve insuper Isaacus et Jacobus, ac Moyses similiter in solitudine sacrificaverint : negat Ebionita se illis credere. Et quid mea refert, inquiunt, ubi semel **143** Evangelium allatum est, quæ in lege continentur evolvere? Undenam igitur tenes quæ ad Moysen, Abrahamumque pertinent? Novi enim a vobis justos illos prædicari, iisque vos parentibus

ΙΗ'. Οὕτως μὲν οὖν ὁ Ἐβίων καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸ [3]εἶχε κήρυγμα καὶ Ῥώμῃ, τὰς δὲ ῥίζας τῶν ἀκανθωδῶν παραφυάδων ἔχουσιν ἀπό τε τῆς Ναβατέας (31) καὶ Πανεάδος τὸ πλεῖστον, Μωαβίτιδός τε καὶ Κωχάβων τῆς ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ ἐπέκεινα Ἀδραῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ. Ἀναγκάζουσι δὲ, καὶ παρ' ἡλικίαν ἐκγαμίζουσι τοὺς νέους, ἐξ ἐπιτροπῆς δῆθεν τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκαλίων. Πρεσβυτέρους γὰρ οὗτοι ἔχουσι καὶ ἀρχισυναγώγους. Συναγωγὴν δὲ οὗτοι καλοῦσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οὐχὶ ἐκκλησίαν· τῷ Χριστῷ δὲ ὀνόματι μόνον σεμνύνονται· καὶ οὐ μόνον ἑνί τινι γάμῳ τὰς συναφείας ποιεῖσθαι, ἀλλ' εἰ καὶ θελήσειέ τις τοῦ πρώτου γάμου διαζεύγνυσθαι, ἑτέρῳ δὲ συνάπτεσθαι, ἐπιτρέπουσιν ἄχρι καὶ δευτέρου καὶ τρίτου καὶ ἑβδόμου γάμου. Πάντα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀδεῶς πράττεται. Ἀβραὰμ δὲ ὁμολογοῦσι καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· Μωυσῆν τε καὶ Ἀαρὼν, Ἰησοῦν τε τὸν τοῦ Ναυῆ, ἁπλῶς διαδεξάμενον Μωυσέα, οὐδὲν δὲ ὄντα. Μετὰ τούτους δὲ οὐκέτι ὁμολογοῦσί τινα τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζουσι καὶ χλευάζουσι, Δαβίδ τε καὶ τὸν Σαλομῶνα, ὁμοίως δὲ τοὺς περὶ Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν καὶ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ· Ἠλίαν τε καὶ Ἐλισσαῖον ἀθετοῦσιν. Οὐ γὰρ συντίθενται, βλασφημοῦντες τὰς αὐτῶν προφητείας· ἀλλὰ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον δέχονται. Τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας, καὶ Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ κατὰ προκοπὴν, καὶ κατὰ συνάφειαν ἀναγωγῆς τῆς ἄνωθεν πρὸς αὐτὸν γεγενημένης. Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως (32) εἶναι προφήτας, καὶ οὐκ ἀληθείας. Αὐτὸν δὲ μόνον θέλουσιν εἶναι προφήτην, καὶ ἄνθρωπον, καὶ Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Χριστόν· καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον, ὡς προείπομεν, διὰ δὲ ἀρετὴν βίου ἥκοντα εἰς τὸ καλεῖσθαι Υἱὸν Θεοῦ. Οὔτε γὰρ δέχονται τὴν Πεντάτευχον Μωυσέως ὅλην, ἀλλά τινα ῥήματα ἀποβάλλουσιν. Ὅταν δὲ αὐτοῖς εἴπῃς περὶ ἐμψύχων βρώσεως· Πῶς οὖν Ἀβραὰμ παρέθετο τοῖς ἀγγέλοις τὸν μόσχον καὶ τὸ γάλα; ἢ πῶς ἔφαγε Νῶε, καὶ ἤκουσεν ἀπὸ Θεοῦ λέγοντος, *Θῦσον καὶ φάγε*; πῶς δὲ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἔθυσαν τῷ Θεῷ, ὁμοίως δὲ καὶ Μωυσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ; ἐκείνοις μὲν ἀπιστεῖ, καί φησι· Τίς χρεία με ἀναγινώσκειν τὰ ἐν τῷ νόμῳ, ἐλθόντος τοῦ Εὐαγγελίου; Πόθεν σοι τοίνυν τὰ περὶ Μωυσέως καὶ Ἀβραὰμ εἰδέναι; Οἶδα γὰρ, ὡς ὁμολογεῖτε αὐτοὺς εἶναι δικαίους, καὶ πατέρας ἑαυτῶν ἐπιγράφεσθε. Εἶτα ἀποκρίνεται, καὶ λέγει, ὅτι Χριστός μοι ἀπεκάλυψε· καὶ βλασφημεῖ τὰ πλείω τῆς νομοθεσίας, καὶ τοὺς περὶ Σαμψὼν καὶ Δαβὶδ καὶ

[1] Gen. xviii, 39. [2] Gen. ix, 3. [3] Leg. fortasse τε.

(31) Ἀπό τε τῆς Ναβατέας. Corrupta vox est Ναβατέας. Neque enim iis in locis Nabatea ulla, nisi fallor. Nabathæa quidem, sive Nabatæa Arabiæ Felicis regio est, aut ei certe proxima, hoc est Petrææ pars. Quare non dubito quin Batanea hoc loco legendum sit. Quæ est Syriæ regio, Palmyrenæ vicina, et Paneadi; Ptolem. Steph. : Βατανέαι συνοικία Συρίας, ἥ καὶ Βατανέα ἐνικῶς. Adde et in Og regno fuisse. Hinc pro eo, quod Hebræi, Græcique Og regem Basan appellant, Chaldæus מותנן habet, quod ad Batanææ vocabulum accedit, ut ad XII Jos. Masius observat. In eodem Basanitico tractu fuit et Edrai אדרעי, Græce Ἀδραΐ. Quam Adram Ptolem. putat idem Masius. Quæ in Cœlesyria a Ptolem. numeratur.

(32) Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως. Intelligentiæ prophetas, non veritatis, appellatos ideo crediderim, quod tametsi rerum altissimarum intelligentia essent sapientiaque præditi, non tamen mendacio omni caruerint.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἠλίαν καὶ Σαμουὴλ καὶ Ἐλισσαῖον καὶ τοὺς ἄλλους. gloriari. Ad hæc ita respondent : Sibi id a Christo patefactum. Ergo bonam legis partem contumeliose traducunt, et Sampsonem ac Davidem, Eliam, Eliseum cæterosque respuunt.

ΙΘ'. Ἐλέγχεται δὲ πανταχόθεν ὁ ἀγύρτης ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, διαῤῥήδην καὶ ὡς ἐν συντόμῳ, ἀπὸ μιᾶς λέξεως τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐλέγχοντος τῆς ἀπατηλῆς διδασκαλίας, καὶ λέγοντος· Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ (33) δικαιοσύνης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων. Καὶ οὐ πάντως, ὅτι κἂν τὸ τυχὸν οὐκ ἤσθιεν ὁ Ἰωάννης, ἢ πᾶν ὁτιοῦν ἤσθιεν ὁ Σωτὴρ, ἵνα τις ὑπολάβοι καὶ τὰ ἀπηγορευμένα. Ἡ Γραφὴ δὲ τὴν ἔμφασιν δηλοῖ τῆς ἀληθείας, ὡς τὸ φάγον αὐτὸν εἶναι καὶ οἰνοπότην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ [1] κρέα ἐσθίειν καὶ οἶνον πίνειν· καὶ τὸ, μὴ ἐσθίων, μήτε πίνων, ὅτι κρεῶν οὐ μετείληφε καὶ οἴνου, ἀλλ' ἢ ἀκρίδων μόνων ὁ Ἰωάννης καὶ μέλιτος μετελάμβανε, δῆλον δὲ, ὡς καὶ ὕδατος. Τίς δὲ οὐκ οἶδε τὸν Σωτῆρα ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ φαγόντα; καθάπερ ἔχει τὰ ἅγια Εὐαγγέλια τῆς ἀληθείας, ὅτι Ἐπεδόθη αὐτῷ ἄρτος καὶ μέρος ὀπτοῦ ἰχθύος· καὶ λαβὼν ἔφαγε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς· ὡς καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος πεποίηκε, καὶ φαγὼν, καὶ διαδούς. Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτου λέγειν. Δεῖ δέ με κατὰ λεπτότητα εἰς τὸν τούτων τῶν ῥημάτων τῶν ἐώλων τε καὶ σαθρῶν παρ' αὐτοῖς κηρυττομένων ἥκειν ἔλεγχον, καὶ τὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀνατροπήν.

XIX. Sed a Christo Domino penitus impostor ille manifesteque refellitur, qui depravatam omnem ejus doctrinam paucis verbis redarguit, cum ita loquitur : *Venit Joannes in via justitiæ non manducans, neque bibens, et dicunt, Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens* [2]. Quod perinde non est accipiendum ac si Joannes nulla omnino re, Christus omnibus promiscue, adeoque prohibitis, vesceretur. Sed Scriptura vim veritatis expressit, ut, non manducans et bibens, idem sit ac : Joannem carnibus vinoque non usum, nihil præter locustas ac mel edisse, ut aquam interim adhibuisse credatur. Ecquis nescit Christum Dominum excitatum a mortuis comedisse ; quemadmodum veritatis Evangelia continent? *Oblatum ei panem ac piscis assi particulam, de quibus cum manducasset, apostolis suis reliquias impertiit* [3]. Id quod ad Tiberiadis mare fecit, edit, inquam, ac distribuit [4]. Qua de re plurima dicenda nobis occurrunt. Sed ad putidos illos absurdosque sermones, qui ab ipsis instituuntur, singillatim refellendos atque evertendos transferenda nobis est oratio.

Κ'. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ῥητέον. Οὐ δύναται γὰρ ὁ γεννηθεὶς κατὰ πάντα ἄνθρωπος σημείου ἕνεκα τῷ κόσμῳ δοθήσεσθαι· ὡς περὶ αὐτοῦ προεθέσπιζε τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτε τῷ Ἀχὰζ ἔλεγεν· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον. Κἀκείνου μὴ αἰτήσαντος, τότε φησὶν ὁ προφήτης· Αὐτὸς Κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται (34) ἡ συναφθεῖσα ἀνδρὶ, καὶ γαμηθεῖσα γυνή· παρθένος δὲ ἐκείνη κυρίως λέγοιτ' ἂν ἡ ἄνευ ἀνδρὸς τὴν σύλληψιν τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ ἀλήθειαν ἐσχηκυῖα· ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαΐας (35) ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησί· Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ Κυρίου ἀνταποδόσεως, ἀνταποδιδόντος τοῖς ἀντικειμένοις. Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον; ἢ τίς ἑώρακε τοιαῦτα; Εἰ ὠδίνει γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἔτεκεν ἔθνος εἰς ἅπαξ; ὅτι ὠδίνει καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς. Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, λέγει Κύ-

XX. Ac primum de Christo, non merum hominem esse demonstrabimus. Neque enim qui nihil omnino sit præter hominem, signi instar exhiberi mundo potest : quod Spiritus sanctus de Christo prædixit, cum ita Achazo locutus est : *Pete tibi signum.* Illo vero petere detrectante, propheta subjecit : *Ipse Dominus dabit vobis signum : Ecce virgo concipiet* [5]. Virginis porro nomine non ea mulier significatur quæ nupserit, et cum viro conjuncta sit, sed ea demum proprie virgo dicitur, quæ divinum Verbum in se absque ullo viri complexu genuerit. Quemadmodum **144** Isaias alio in loco testatur : *Vox* [6] *clamoris ex urbe, vox e templo, vox Domini retributionis, retribuentis inimicis. Antequam perturiens pareret ; antequam veniret dolor partus, effugit, et peperit masculum. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? Nunquid parturiit terra die una : et peperit gentem simul? quia parturivit et peperit Sion filios suos. Ego vero dedi hanc exspectationem, et non recordati sunt, dicit Dominus.* Quænam igitur ea est exspectatio? quinam

[1] gr. κρέας. [2] Matth. XI, 18,19. [3] Luc. XXIV, 42. [4] Joan. XXI, 1 sqq. [5] Isa. VII, 10 sqq. [6] Isa. LXVI, 6-10.

(33) Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ. Hæc verba ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, vel ab Epiphanio inserta, vel librariorum vitio intrusa sunt.

(34) *Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται.* Vide omnino quæ erudite ad illum Isaiæ locum disserit Hieron. de voce עַלְמָה, in qua calumniari Judæi solent. Sed et Basilius ad VII Isa. eodem argumento adversus Judæos utitur, quo Epiphanius Ebionitas redarguit. Quod, nisi pariturum virginem propheta significasset, frustra tanquam signum illud ipsum regi denuntiasset.

(35) Ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαΐας. Hunc Isaiæ locum, quem de Christi Domini generatione, ac sacrosanctæ Virginis partu intelligit Epiphanius, Patres omnes ad spiritalem Ecclesiæ partum referunt ; quæ sine ullo dolore, pene momento infinitos Christo filios peperit, paritque quotidie. Ita D. Hieron., Theodoretus, Cyrillus, Euseb. lib. I *Eccles. histor.*, cap. 4, aliique complures.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hi filii, nisi quod citra parturiendi laborem Virgo peperierit, quod nusquam antea contigerat? quodque is qui illius est causa productus, Joannes ex divina promissione Elizabetha prognatus sit, licet illum antequam pareret mater parturierit? Quanam ergo fronte nudum hominem fuisse Salvatorem audent asserere? quod si verum esset, nonne cognitione comprehendi posset, contra quam de eo Hieremias testetur? *Homo*, inquit, *est, et quis cognoscet ipsum* [1]? Etenim de eo loquens propheta istud usurpat : *Quis cognoscet ipsum?* Atqui simplicem si hominem intelligat, omnino vel eum pater ipse, vel mater, cognatique omnes, ac vicini, tum contubernales ac cives cognoscerent.

Jam vero quoniam ita Mariæ ille fetus exstitit, idem ut Dei Verbum e cœlo prodierit : neque virili de semine, sed cœlesti patre genitus, sine tempore initioque ullo, postremis temporibus in uterum insinuare se Virginis, formatamque ex ea carnem induere voluit : propterea, *Homo quidem est*, ait, *sed quis cognoscet ipsum?* quandoquidem Deus e cœlo descendit, unigena Filius, ac Deus Verbum. Sed incredibilis quædam est aberrantium a veritate istorum infelicitas, qui prophetarum, angelorumque testimoniis relictis ad hæreticum Ebionem adhærescere maluerunt, qui ex animi sui libidine Judaica instituta complexus sese tamen a Judæis abalienavit. Quippe Gabriel cum nuntium suum ad Virginem perferret, occurrente illa : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quo securitati consuleret adjecit : *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te : ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [2]. Ubi per hæc verba, **145** *quod nascetur*, ab ipsa carnem, et quidquid ad humanam naturam attinet duxisse significat : tum virtutem Altissimi, ac Spiritum sanctum e cœlo sanctam Virginem obumbrasse ; unigenamque Dei Filium ac Deum Verbum in terras delapsum, hominem esse factum, ac de beata Virgine revera procreatum. Quam multa sunt istiusmodi testimonia! Ego vero quemadmodum pollicitus sum, ne longior hoc in opere esse cogar, latius evagari non soleo.

XXI. Venio nunc ad ea quæ de Petro ac cæteris apostolis mentiuntur. Petrus, inquiunt, lavabat quotidie, priusquam cibum sumeret. In quo circulatorum ejusmodi incredibilem calumniam, ac vaferrimum in ea tradenda disciplina consilium intuere. Etenim quod inquinantur sæpius, ac per lasciviam pleraque in vita peccant, quo sibi certam spem ac fiduciam concilient, aqua largius utuntur, ut seipsos decipiant, dum repetitis hisce lavationibus puros se esse posse confidunt. Atque hæc per

[1] Jerem. XVII, 9. [2] Luc. I, 34, 35.

ριος. Ποία δὲ προσδοκία, καὶ ποῖα παιδία, ἀλλ' ἢ τὸ Παρθένον γεννῆσαι ἄνευ ὠδίνων, ὅπερ οὐδαμοῦ γεγένηται; καὶ τὸ τὸν δι' αὐτὸν ἀπὸ Ἐλισάβετ κατὰ ἐπαγγελίαν γεννηθέντα Ἰωάννην παῖδα, εἰ καὶ Ἰωάννης δι' ὠδίνων γεγέννηται; Πῶς οὖν οὗτοι ἐκ σπέρματος ψιλὸν ἄνθρωπον ὁρίζονται τὸν Σωτῆρα; πῶς δὲ οὐ γνωσθήσεται, ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ (36) φησιν, ὅτι *Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* Διηγούμενος γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ ἔλεγε· *Τίς γνώσεται αὐτόν;* Εἰ δὲ περὶ ψιλοῦ ἔλεγεν ἀνθρώπου, πάντως ἂν καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐγίνωσκε, καὶ ἡ μήτηρ, συγγενεῖς τε καὶ γείτονες, σύσκηνοί τε καὶ συμπολῖται.

Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ Μαρίας μέν ἐστι τὸ γέννημα, ἄνωθεν δὲ ἦλθεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ πατρὸς μὲν, ἄνωθεν γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἐν μήτρᾳ γενέσθαι Παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναπλάσαι εἰς ἑαυτὸν τὴν σάρκα. Διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ *Ἄνθρωπος μέν ἐστι· τίς δὲ γνώσεται αὐτόν;* ὅτι Θεὸς ἄνωθεν ἦλθεν, ὁ μονογενὴς Θεὸς Λόγος. Πολλὴ δὲ ταλαιπωρία τῶν πεπλανημένων, τῶν καταλειψάντων μὲν προφητῶν μαρτυρίας καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνασχομένων Ἐβίωνος τοῦ πεπλανημένου, τοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν βουλομένου πλήρουν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μεταχειριζομένου, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων ἠλλοτριωμένου. Ὡς ὁ μὲν Γαβριὴλ, ὅτε τῇ Παρθένῳ εὐηγγελίζετο, αὐτῆς λεγούσης, *Πῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω;* τὸ ἀσφαλὲς ὑποτιθέμενος ἔφη· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.* Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν *τὸ γεννώμενον*, ἔδειξε μὲν τὴν σάρκα ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἄλλην ἐνανθρώπησιν, ἄνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπισκιάσαι τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, καὶ ἄνωθεν καταβεβηκέναι τὸν μονογενῆ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, καὶ ὡς ἐνηνθρώπησε, καὶ ὡς ἀπ' αὐτῆς ἐν ἀληθείᾳ ἐγεννήθη. Πόσα δὲ ἄλλα ἐστὶ τοιαῦτα! Εἴωθα δὲ, ὡς ὑπεσχόμην, μὴ διὰ πλάτους φέρεσθαι, ἵνα μὴ εἰς ὄγκον πολὺν ἀγάγω τὴν πραγματείαν.

ΚΑ'. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἑξῆς διηγήσομαι, ὧν τε κατὰ Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων καταψεύδονται. Ὅτι, φησὶν, ὁ Πέτρος καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτισμοῖς ἐκέχρητο, πρὶν ἢ καὶ ἄρτου αὐτὸν μεταλαμβάνειν. Καὶ ὅρα τὸ αὐτῶν συκοφάντημα, καὶ τὸ ὕπουλον τῆς ἀγυρτώδους αὐτῶν διδασκαλίας. Ἀπὸ τοῦ γὰρ αὐτοὺς μεμιάνθαι, καὶ λαγνοτέρως πολλάκις πολλὰ πράττειν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς πεισμονὴν τῆς ἑαυτῶν πληροφορίας τῷ ὕδατι δαψιλῶς χρῶνται, ἵνα δῆθεν ἑαυτοὺς ἀπατήσωσι, διὰ βαπτισμῶν ἔχειν τὴν

(36) *Ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ.* Neque hic locus ad Christum proprie pertinet : tametsi plerique PP. ad eum sensum traxerint ; quos reprehendit Hieronymus. Cujus quidem interpretationis causam attulit LXX lectio : qui ab Hebræo et Vulgata discrepant. Nam Hebraica vox אָנֹשׁ, *inscrutabile*, sive *desperabile* significat. At illi אִישׁ hoc est *homo*, legerunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

κάθαρσιν νομίζοντες. Καὶ ταῦτα εἰς τοὺς ἀποστόλους ἐμπαροινεῖν οὐκ αἰσχύνονται. Καίτοι τοῦ Κυρίου ἐλέγχοντος αὐτῶν τὴν κακοτροπίαν, ἐν τῷ τὸν Πέτρον εἰρηκέναι, ὅτε ἦλθε τοὺς πόδας αὐτοῦ νίψαι, ὅτι *Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ τὴν ἀνθυποφορὰν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐξιέναι, ὅτι *Ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*. Κἀκείνου πάλιν ἀνταποκρινομένου, ὅτι *Οὐ μόνον τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλήν*, φησὶν ὁ Κύριος, ὅτι *Ὁ λουσάμενος ἅπαξ οὐ χρείαν ἔχει τὴν κεφαλὴν, εἰ μὴ τοὺς πόδας μόνον· ἔστι γὰρ καθαρὸς ὅλος*. Ἔδειξεν οὖν, ὅτι οὐ χρὴ βαπτισμοῖς χρῆσθαι, καὶ ἔθεσιν ἀνωφελέσι, καὶ ἐντάλμασιν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαις, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ Εὐαγγελίῳ συνῳδὰ τῷ προφήτῃ λέγει· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων*. Ἐπεὶ κατὰ ποίαν αἰτίαν ἐμέμφετο τοὺς Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς ἐκ τῶν βαπτισμοῖς χρωμένους ξεστῶν καὶ ποτηρίων καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πυγμῇ τὰς χεῖρας νιπτομένους, καὶ τελείως ἀποφαίνεται, ὅτι τὸ *Ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίειν οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον;* Ὥστε οὐ μόνον τὸ βαπτίζεσθαι τούτων ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ τὸ νίψαι χεῖρας περιττὸν εἶναι ἔδειξε, καὶ τῷ βουλομένῳ τὰς χεῖρας (37) νίπτεσθαι μὴ εἶναι βλάβην.

summam contumeliam in apostolos transferre non erubescunt. Quanquam Dominus illorum nequitiam manifeste redarguit, cum ad Petri lavandos pedes accedens, eo dicente : *Non lavabis mihi pedes in æternum*, subjecit illico : *Nisi lavero pedes tuos, non habebis partem mecum* [1]. Ad quæ Petro respondente : *Non solum pedes, sed et caput ;* Dominus adjecit : *Qui lotus est semel, non opus est, ut caput lavet, sed pedes duntaxat : est enim mundus totus* [2]. Quibus verbis declaravit lavationibus ejusmodi, ac supervacaneis ritibus, hominumque mandatis ac doctrinis uti nihil attinere. Cui quidem consentanea sunt, quæ a quodam propheta dicuntur : *Populus iste labiis me honorat, cor autem ipsorum longe est a me; frustra vero colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum* [3]. Quid est enim quod Pharisæos ac scribas arguebat, quod baptismos adhiberent urceorum et calicum, ac cæterorum id genus [4], et crebro manus abluerent ? cum ita demum pronuntiat : *Illotis manibus manducare non inquinare hominem* [5]. Quare non eorum modo lotiones damnavit, **146** sed et manus abluere supervacaneum esse docuit, neque fraudi cuiquam esse, quod manus nolit eluere.

ΚΒ'. Πῶς δὲ περὶ κρεωφαγίας οὐκ εὐθὺς ἡ αὐτῶν ἄνοια ἐλεγχθήσεται; Πρῶτον μὲν τοῦ Κυρίου ἐσθίοντος τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων· πάσχα δὲ τῶν Ἰουδαίων πρόβατον ἦν καὶ ἄζυμα, κρέα προβάτου ὀπτὰ πυρὶ ἐσθιόμενα, ὡς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγουσι· *Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;* Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει· *Ἀπέλθετε εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὑρήσετε ἄνθρωπον βαστάζοντα κεράμιον ὕδατος, καὶ ἀκολουθήσατε αὐτῷ ὅπου ὑπάγει, καὶ εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ· Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου ποιήσω τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου ; Καὶ δείξει ὑμῖν ὑπερῷον ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε*. Πάλιν δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει· *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν*. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς πάσχα, ἀλλὰ τοῦτο τὸ πάσχα, ἵνα μή τις μεθοδεύσῃ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόνοιαν. Πάσχα δὲ ἦν, ὡς εἶπον, κρέα ὀπτὰ πυρὶ, καὶ τὰ ἄλλα. Αὐτοὶ δὲ, ἀφανίσαντες ἀφ' ἑαυτῶν τὴν τῆς ἀληθείας ἀκολουθίαν, ἤλλαξαν τὸ ῥητὸν, ὅπερ ἐστὶ πᾶσι φανερὸν ἐκ τῶν συνεζευγμένων λέξεων. Καὶ ἐποίησαν τοὺς μαθητὰς μὲν λέγοντας· *Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν;* καὶ αὐτὸν δῆθεν λέγοντα· Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; Πόθεν δὲ οὐ φωραθήσεται ἡ αὐτῶν ῥαδιουργία, τῆς ἀκολουθίας κραζούσης, ὅτι τὸ μῦ καὶ τὸ ἦτά ἐστι προσθετά. Ἀντὶ τοῦ γὰρ εἰπεῖν, *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, αὐτοὶ προσέθηκαν τὸ *μὴ* ἐπίῤῥημα. Αὐτὸς δὲ ἀληθῶς ἔλεγεν, *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φα-*

XXII. Jam quod ad usum carnium spectat, nonne eorum statim amentia convincitur ? Primum quod Dominus Judæorum pascha comederit. Constabat autem pascha Judæorum agno, ac sine fermento subactis panibus : agni porro carnibus vesci mos erat assatis igni, quod et apostoli ipsi testantur. *Ubi vis*, inquiunt, *paremus tibi comedere Pascha ?* Quibus Dominus respondit : *Ite in civitatem; et invenietis hominem amphoram aquæ portantem, sequimini eum quocunque ierit, et dicite patrifamilias : Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis faciam ? Et ostendet vobis cœnaculum stratum : et ibi parate* [6]. Iterumque Dominus: *Desiderio*, ait, *desideravi hoc pascha manducare vobiscum* [7]. Neque pascha simpliciter dixit, sed hoc pascha ; ne quis dictum illud subdole ad opinionem suam accommodaret. Ac pascha illud carnes erant, uti diximus, igni tostæ, cum aliis quibusdam. At illi veritatis serie ex ingenio sublata, verba illa mutarunt, quod est ex conjunctis dictionibus unicuique perspicuum. Quare discipulos ita loquentes faciunt : *Ubi vis paremus tibi comedere pascha ?* Christum vero ad ea respondentem : Nunquid desiderio desideravi comedere carnem hoc pascha vobiscum ? Atqui facile est sceleratam hanc illorum fraudem detegere, cum ea quæ sequuntur aperte clamitent, ambo esse elementa perperam addita, videlicet μ et η. Nam pro eo quod est, desiderio desideravi, isti, μή, id est, *num*, adverbium adjunxerunt.

[1] Joan. XIII, 6 sqq. [2] Isa. XXIX, 13. [3] Isa. XXIX, 13 ; Matth. XV, 8, 9. [4] Marc. VII, 8. [5] Matth. XV, 20. [6] Matth. XXVI, 17. [7] Luc. XXII, 15.

(37) *Καὶ τῷ βουλομένῳ τὰς χεῖρας.* Lege τῷ μὴ βουλομένῳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Christus porro verissime dixit, *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Quibus insuper vocabulum hoc, *carnem*, addiderunt, seque ipsos miserrime deceperunt, cum per summum scelus adulterata Scriptura hunc in modum extulerunt: *Num desiderio desideravi hoc pascha carnem manducare vobiscum?* Atqui palam illud ostenditur, Christum Dominum et pascha celebrasse, et carnes edisse, quemadmodum dixi. Præterea ex eo viso possunt redargui, quod beato Petro monstratum est; cum linteum illud aspexit, in quo ferarum ac pecudum et reptilium ac volucrum genera omnia continebantur. Secundum quæ Dei illa vox est audita. *Surge, occide, et manduca.* **147** Respondente Petro: *Absit Domine: nihil enim commune vel immundum intravit in os meum;* Dominus subjecit: *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris* [1]. Siquidem utroque modo confirmari veritas potest. Sive enim dixerint, ad omnia esculentorum genera Petri dictum illud pertinere, cum dicit, *Nihil unquam commune vel immundum;* ut et boves, capras, oves ac volucres communes esse voluerit, statim illos prior ejus vivendi ratio refellit. Ducta quippe jam uxore cum et liberos haberet et socrum, a Judæorum cæremoniis sese ad Christum aggregavit. At Judæi carnibus vescuntur, nec earum usus apud illos exsecrabilis est aut prohibitus. Cum igitur initio carnibus uteretur, saltem ad id usque tempus, quo in Christum Dominum incidit, manifestum est nihil illum, quod commune non esset, pro communi habuisse: non enim omnes cibos communis immundique voce complexus est, sed quos ejusmodi esse lex ipsa definierat. Cum igitur constet, non de omni carnium genere locutum esse Petrum, ut omnes esse communes diceret, sed de iis quas esse communes immundasque lex edixerat, Deus sanctæ Christi Ecclesiæ notam formamque præscribens, commune quidquam appellare prohibuit. Omnia quippe pura sunt, si cum actione gratiarum, Deique benedictione sumantur. Quin etiam vocationem gentium visum illud adumbrabat, ne præputio præditos communes impurosque censeret. Quanquam objecta illa Petro species non ad significandos homines, sed ad ea quæ lege erant interdicta spectabat; id quod constare cuilibet potest. Ita undique nugatoria ac levis illorum opinio concidat necesse est.

XXIII. Iidem apostolorum nomina, quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam confictos quosdam a se libros inscribunt, velut a Jacobo, Matthæo, ac reliquis discipulis editos. Inter quæ Joannis etiam apostoli nomen admiscent, quo eorum vecordia possit ex omni parte deprehendi. Nam non eo solum illos arguit, quod dixit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [2]: verum etiam quod quibus **148** in locis sancti Spiritus instinctu quæ a Christo Domino de quolibet argumento prolata sunt, accurate prosequitur; divinorum prophetarum testimoniis uti-

A γεῖν μεθ' ὑμῶν. Αὐτοὶ δὲ, ἐπιγράψαντες τὸ κρέας, ἑαυτοὺς ἐπλάνησαν, ῥαδιουργήσαντες καὶ εἰπόντες· *Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα κρέας φαγεῖν μεθ' ὑμῶν;* Σαφῶς δὲ δείκνυται, ὅτι καὶ πάσχα ἐπετέλεσε, καὶ κρέα βέβρωκεν, ὡς προεῖπον. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁράματος ἐλεγχθήσονται τοῦ ἀποκαλυφθέντος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ διὰ τῆς ὀθόνης τῆς ἐχούσης πάντα ἐν αὐτῇ θηρία τε καὶ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ, καὶ φωνῆς Κυρίου λεγούσης, *Ἀναστὰς, θῦσον, καὶ φάγε.* Καὶ τοῦ Πέτρου λέγοντος· *Μηδαμῶς, Κύριε· οὐδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου·* φησὶν ὁ Κύριος· *Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.* Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκ δύο τρόπων τῆς ἀληθείας ἡ σύστασις. Εἰ μὲν γὰρ

B ἐροῦσι κατὰ πάντων βρωμάτων διεξεληλυθέναι λόγον τὸν ἅγιον Πέτρον, καὶ λέγειν, ὅτι *Οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον*, ὡς καὶ βόας, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, καὶ ὄρνεις, κοινὰ λέγεσθαι παρ' αὐτῷ· εὐθὺς ἐλεγχθήσονται ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀναστροφῆς. Μετὰ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τέκνα κεκτῆσθαι, καὶ πενθερὰν ἔχειν, συνέτυχε τῷ Σωτῆρι ἐξ Ἰουδαίων ὁρμώμενος. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ σάρκας ἐσθίουσι, καὶ κρεωφαγία παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐβδέλυκται, οὐδὲ ἀπηγόρευται. Ἆρα γοῦν αὐτοῦ βεβρωκότος ἀπ' ἀρχῆς, εἰ καὶ ἕως τοῦ συναντῆσαι τῷ Σωτῆρι εἶποιμ' ἄν, δειχθήσεται, ὅτι οὐδὲν κοινὸν ἡγήσατο τῶν οὐ κοινῶν λεγομένων. Καὶ γὰρ οὐ κατὰ πάντων διεξήγαγε τὸ κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον, ἀλλὰ περὶ ὧν

C ἔλεγεν ὁ νόμος κοινῶν καὶ ἀκαθάρτων. Πάλιν δὲ τούτου δειχθέντος, ὅτι οὐ περὶ πάντων τῶν κρέων αὐτῷ ἔλεγεν, ὡς κοινῶν πάντων ὄντων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ κοινῶν τε καὶ ἀκαθάρτων, ὁ Θεὸς τῆς ἁγίας Χριστοῦ Ἐκκλησίας τὸν χαρακτῆρα παραδιδοὺς, ἔλεγεν αὐτῷ μηδὲν κοινὸν ἡγεῖσθαι. Πάντα γάρ ἐστι καθαρὰ, μετὰ εὐχαριστίας καὶ εὐλογίας Θεοῦ λαμβανόμενα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν τὸ αἴνιγμα εἶχεν, ἵνα μὴ ἡγήσηται τοὺς ἐν ἀκροβυστίᾳ κοινοὺς ἢ ἀκαθάρτους. Ὅμως ἡ ἔμφασις τοῦ Πέτρου οὐ περὶ ἀνθρώπου εἶχε τὴν ὑπόνοιαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων, ὡς καὶ παντί τῳ σαφὲς ἂν εἴη· καὶ ἐξέπεσεν αὐτῶν παντα-

χόθεν ὁ ληρώδης λόγος.

D ΚΓ'. Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰ ὀνόματα εἰς τὴν τῶν ἠπατημένων ὑπ' αὐτῶν πειθὼ προσποιητῶς δέχονται, βίβλους τε ἐξ ὀνόματος αὐτῶν πλασάμενοι ἀνεγράψαντο, δῆθεν ἀπὸ προσώπου Ἰακώβου, καὶ Ματθαίου, καὶ ἄλλων μαθητῶν. Ἐν οἷς ὀνόμασι καὶ τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου ἐγκαταλέγουσιν, ἵνα πανταχόθεν φωρατὴ γένηται ἡ αὐτῶν ἄνοια. Οὐ μόνον γὰρ ἐλέγχει αὐτοὺς κατὰ πάντα τρόπον, λέγων, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· ἀλλὰ καὶ ὅτι τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν μαρτυρίας, ἐν ᾧ ἐκ Πνεύματος ἁγίου ὁρμώμενος, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένα καλῶς ἀκοιβολογήσας περὶ ἑκάστης ὑποθέσεως τῆς

[1] Act. x, 13 sqq. [2] Joan. i, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

εἰς Χριστὸν πληρωθείσης, ὡς εἶπον, τὰς μαρτυρίας ἐξέθετο· ἀφ' ὧν προφητῶν οὗτοι ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν. Καὶ εὐθὺς ἔδειξεν, ὡς τοῖς πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πεμφθεῖσιν αὐτὸς Ἰωάννης ἀποκρίνεται, λέγων· *Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης*. Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης λέγει, ἀπὸ τῶν προφητῶν λαβὼν τὴν μαρτυρίαν, φημὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, ὅτε ὁ Κύριος τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ εἶπε· *Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου*· Ἐμνήσθησαν, ὅτι ἦν γεγραμμένον· *Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με*. Καὶ πάλιν αὐτὸς Ἰωάννης εἶπεν, ὅτι *Ἡσαΐας εἶδεν ὧν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*.

A tur; quos illi a seipsis abjudicarunt. Hoc enim statim initio demonstrat, Joannem Baptistam iis quos ad se Pharisæi miserant respondisse : *Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini : sicut dicit Isaias propheta* [1]. Deinde iisdem ex prophetis aliud testimonium Joannes adducit, nimirum ex Davide, cum Dominus nummulariorum mensas evertit, ac dixit : *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis* [2]. Meminisse enim ait apostolos quod erat scriptum : *Zelus domus tuæ comedit me* [3]. Ac rursum idem Joannes sic loquitur : *Vidit Isaias in Spiritu sancto* [4].

ΚΔ'. Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς (38) ἅγιος Ἰωάννης κηρύττων ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἱστορεῖται παράδοξον ἔργον τι πεποιηκὼς εἰς ὑπογραμμὸν τῆς ἀληθείας. Πολιτείαν γὰρ ἔχων θαυμασιωτάτην καὶ συμπρέπουσαν αὐτοῦ τῷ ἀξιώματι τῆς ἀποστολῆς, καὶ μηδ' ὅλως λουόμενος, ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προελθεῖν ἕως τοῦ βαλανείου, εἰπών, ὅτι *Λάβετέ μοι τὰ πρὸς βαλανεῖον*. Καὶ τῶν συνεπομένων θαυμαζόντων, ἦλθεν εἰς αὐτὸ τὸ λουτρόν. Καὶ γενόμενος πρὸς τὸν εἰωθότα ὑποδέχεσθαι τῶν λουομένων τὰ ἱμάτια, ἤρετο τίς ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ βαλανείῳ· ὁ δὲ ὀλεάριος (39), ἐπὶ τῷ φυλάττειν ἱμάτια προσκαρτερῶν (ἐν τοῖς γὰρ γυμνασίοις ἔργον τοῦτό τισιν ὑπάρχει πορισμοῦ ἕνεκα τῆς ἐφημέρου τροφῆς), ἔφη τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ, ὅτι Ἐβίων ἔνδον ἐστίν. Ἰωάννης δὲ, εὐθὺς συνεὶς τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγίαν, δι' ἣν αἰτίαν προὐτρέψατο αὐτὸν ἕως τοῦ βαλανείου ἥκειν, ὡς ἔφην, μνήμης ἕνεκα τοῦ καταλιπεῖν ἡμῖν τὴν τῆς ἀληθείας ὑπόθεσιν, ὅτι τίνες εἰσὶν οἱ δοῦλοι Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι καὶ υἱοὶ τῆς αὐτῆς ἀληθείας [1]· τίνα δέ ἐστι τὰ σκεύη τοῦ πονηροῦ, *καὶ πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύουσαι τῆς πέτρας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῆς οἰκοδομηθείσης ἁγίας Θεοῦ Ἐκκλησίας*· εὐθὺς ταράξας ἑαυτὸν, καὶ οἰμώξας ἠρέμα εἰς τὸ πάντας ἀκοῦσαι, εἰς μαρτύριον παραστάσεως ἀχράντου διδασκαλίας, *Σπεύσατε, ἀδελφοὶ*, ἔφη, *ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν, μὴ πέσῃ τὸ βαλανεῖον, καὶ ἀπολώμεθα μετὰ Ἐβίωνος τοῦ ἔνδον ἐν τῷ βαλανείῳ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν*. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω ἐπὶ τῷ ἀκοῦσαι Ἐβίωνα Ἰωάννῃ συντετυχηκέναι. Πολυχρόνιος γὰρ καταμείνας τῷ βίῳ ὁ μακάριος Ἰωάννης, διήρκεσεν ἄχρι τῆς τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείας. Πάντες δὲ οἱ ἀπόστολοι ὅτι ἀπαλλοτριοῦσι τὴν τοῦ Ἐβίωνος πίστιν, καὶ ἀλλοτρίαν ἡγήσαντο τοῦ αὐτῶν κηρύγματος, καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος, παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι.

B XXIV. Præterea cum in Asia prædicando Dei verbo idem Joannes insisteret, ut quanti veritas fieri deberet exemplo suo posteris præscriberet, nimirum quiddam et inusitatum egisse proditur. Cum enim vitæ institutum teneret plane admirabile, eique quam gerebat apostolicæ dignitati consentaneum : adeo ut nunquam omnino lavaret, aliquando tamen sancti Spiritus impulsu ad balneas prodiens : *Capite*, inquit ad suos, *quæ ad balneum necessaria sunt*. Mirantibus illis ad lavationem perrexit. Tum ad eum qui lavantium vestimenta servabat accedens, quis intra balneum esset, interrogavit. At olearius idemque vestium custos (hanc enim operam plerique victus quotidiani gratia in gymnasiis præstant) Joanni respondit Ebionem in-
C tus esse. Quo audito, statim intellexit quorsum illuc ipsum Spiritus sanctus adduxisset, et ut balneas adiret esset hortatus : nimirum ad commendandam, ut dixi, ejus rei memoriam ; ac verissimum illud dogma relinquendum ; ut quinam essent Christi servi et apostoli, ac veritatis filii discernere possemus ; quinam e contrario mali dæmonia instrumenta, *inferorumque portæ, quæ neque petram, neque in ea fundatam ac stabilitam Ecclesiam* superare possent [6]. Igitur Joannes repente conturbatus, atque ingemiscens leniter, ut ab omnibus tamen exaudiri posset, idque integræ ac sinceræ doctrinæ testimonium exstaret : **149** *Properate, fratres*, inquit, *abeamus hinc, ne balneæ concidant, et*
D *cum Ebione, qui intus est, ob ejus impietatem obruamur*. Neque vero mirari quisquam debet, dum Ebion occurrisse Joanni dicitur. Hic enim diu admodum vixit, et ad Trajani pervenit imperium. Porro non Joannes modo, sed et omnes prorsus apostoli Ebionis fidem repudiant, et a suis dogmatibus, atque apostolico illo charactere alienam judicant : id quod unicuique perspicuum est.

ΚΕ'. Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Παύλου, ὡς βλασφημοῦντες

XXV. Quod vero ad beatum Paulum attinet, in

[1] γρ. τῆς ἀληθείας. [1] Joan. I, 23. [2] Joan. II, 16. [3] ibid. 17; Psal. LXVIII, 10. [4] Joan. XII, 41. [6] Matth. XVI, 18.

(38) *Πάλιν δὲ ὁ αὐτός*. Hanc Joannis historiam, quam a Polycarpo acceperat, refert Iren. lib. III, cap. 3, et Euseb. lib. III *Histor.*, cap. 20. Sed Cerinthum, non Ebionem hæreticum illum fuisse consentiunt omnes. Quare μνημονικὸν est σφάλμα Epiphanii nostri.

(39) *Ὁ δὲ ὀλεάριος*. Ergo *olearius* appellatus est vestimentorum custos, ἱματιοφύλαξ. An idem et oleum præbebat, et vestimenta servabat? An σπολίριον legendum? Nam et ἀποδυτήριον, Latine *spoliarium*. In veteri *Lex.* : Spoliaria, *exteriores balneorum cellulæ*.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

quem illi maledicta conjiciunt, multa a me commemorari possunt. In primis Græcum illum fuisse, atque ex gentilibus oriundum prædicant; postea vero proselytum esse factum. Verum quinam ista conveniunt, cum de se ita scripserit : *Hebræus ex Hebræis, e semine Abrahæ, de tribu Benjamin* [1], *secundum legem Pharisæus* [2], *abundantius æmulator exsistens paternarum mearum traditionum* [3]? Tum alio loco : *Israelitæ sunt, et ego : semen Abrahæ sunt, et ego.* Addit postea : *Circumcisio octavo die : et educatus ad pedes Gamalielis, et Hebræus ex Hebræis* [4]. Proh lethiferorum serpentium mortiferos gemitus, ac sibilos! o sermonis inanissimi virus acerbum! Cujus ego testimonio stare potissimum debeo? Ebionis, ejusque factionis hominum, an Petri hunc in modum loquentis : *Quemadmodum scripsit vobis frater noster Paulus, quæ ejus verba profunda sunt, explicatuque difficilia, quæ indocti et instabiles per suam ignorantiam depravant* [5]? Sed et Paulus vicissim de Petro testatur his verbis : *Et Jacobus, et Joannes et Cephas, qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis* [6]. Quod vero Tarsensem se fuisse narrat, nulla idcirco vocum captatoribus ad suam, fautorumque suorum perniciem ea re abutendi datur occasio. Nam et Barnabam, qui Joseph antea dictus, Barnabas postea nominatus est, quod nomen *consolationis filium* significat, Levitam fuisse refert (Lucas) genere Cyprium [7]. Neque tamen quod Cyprius esset, eo minus e tribu Levitica fuit. Velut apostolus Paulus, licet Tarso oriundus esset, ab Israelitica gente minime erat alienus. Cum enim **150** sub Antiocho Epiphane, aliisque temporibus, quibus bellum exarserat, plerique per captivitatem obsidionemque dispersi forent, captivi quidem certis locis constiterunt. At qui vitandæ obsidionis causa fugerant, quo quisque delatus fuerat, ibi commorati sunt, uti de Israelitico populo dicebat Hieremias; cui ut ante hostem fugeret persæpe contigit : *Si*, inquit, *ad Cittiæos abieris, nec illic quidem quietem habebis.*

Nemo autem ignorat Citium Cypriorum insulam appellari. Nam Citiorum nomine Cyprii continentur et Rhodii. Imo et in Macedonia Cypriorum et Rhodiorum genus habitavit, unde et Alexander Macedo prodiisse dicitur. Quæ causa est, cur in Machabæorum libris scriptum sit, e Cittiensium

A αὐτὸν λέγουσι, πόσα ἔχω λέγειν; Πρῶτον μὲν γὰρ λέγουσιν αὐτὸν Ἕλληνά τε καὶ ἐξ ἐθνῶν ὑπάρχειν, προσήλυτον δὲ γεγονέναι ὕστερον. Πῶς οὖν αὐτὸς λέγει περὶ ἑαυτοῦ· *Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων;* Καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει· *Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ·* καὶ φησι· *Περιτομὴ ὀκταήμερος· καὶ ἀτεθραμμένος πυρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, καὶ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων.* Καὶ ὦ τῶν δεινῶν ἑρπετῶν τὰ δεινὰ κωκύματα, καὶ τὰ δρακοντοειδῆ συρίγματα, καὶ τῆς κενοφωνίας τὰ δηλητήρια! Τίνος δὲ λήψομαι τὴν μαρτυρίαν; Ἐβίωνος, καὶ τῶν κατ' αὐτόν, ἢ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ λέγοντος· *Ὡς ἔγραψεν ὑμῖν ὁ* B *ἀδελφός μου Παῦλος, ἅτινά ἐστι βαθέα καὶ δυσερμήνευτα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι διαστρέφουσι τῇ ἑαυτῶν ἀγνωσίᾳ;* Πάλιν δὲ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος μαρτυρεῖ καὶ αὐτὸς τοῖς περὶ Πέτρον, λέγων· *Καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Κηφᾶς, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας.* Κἂν τε γὰρ Ταρσέα ἑαυτὸν εἴποι, οὐκ ἀπὸ τούτου πάντως δέδοται πρόφασις τοῖς λεξιθηροῦσι [8] τὰ εἰς ἑαυτῶν καταστροφὴν καὶ τῶν πειθομένων οὕτως ἔχειν. Καὶ γὰρ καὶ Βαρνάβαν λέγει Ἰωσὴφ ποτε καλούμενον, Βαρνάβαν δὲ μετακληθέντα (40), *υἱὸν παρακλήσεως* ἑρμηνευόμενον, Λευΐτην, Κύπριον τῷ γένει. Καὶ οὐ πάντως ἐπεὶδὴ Κύπριος ἦν, οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Λευΐ· ὡς καὶ ὁ ἅγιος C Παῦλος, εἰ καὶ ἀπὸ Ταρσοῦ ὡρμᾶτο, οὐκ ἦν ἀλλότριος τοῦ Ἰσραήλ. Διασπαρέντων γὰρ πολλῶν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, καὶ ἐν χρόνοις ἄλλοις, εἴποτε συνέβαινε πόλεμος, αἰχμαλωτισθέντων καὶ δοθέντων εἰς πολιορκίαν, οἱ μὲν αἰχμάλωτοι ἀρθέντες ἐπέμειναν ἔν τισι τόποις, οἱ δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἀναχωρήσαντες κατῴκουν ἕκαστος ἔνθα [9] κατεῖληφεν, ὡς καὶ ἅγιος Ἱερεμίας ἔλεγε περὶ τοῦ Ἰσραήλ· καθάπερ πολλάκις τοῦτο αὐτὸ συμβέβηκε, τὸ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου τῶν πολεμίων, ὅτι *Καὶ εἰς Κιτιεῖς ἐὰν ἀπέλθῃς, οὔτε ἐκεῖ σοι ἀνάπαυσις ἔσται.*

Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστι (41), ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὸ γένος κατῴκησε Κυ D πρίων τε καὶ Ῥοδίων. Ὅθεν δὴ καὶ Ἀλέξανδρος ὡρμᾶτο ὁ Μακεδών. Καὶ τούτου ἕνεκα ἐμφέρεται ἐν τοῖς Μακκαβαίοις, ὅτι ἐξῆλθε σπέρμα ἐκ γῆς Κι-

[1] Philipp. III, 5. [2] Galat. I, 14. [3] II Cor. XI, 22. [4] Philipp. III, 5; Act. XXII, 3. [5] II Petr. III, 15. [6] Galat. II, 9. [7] Act. IV, 36. [8] λέξεσι θηροῦσι. [9] γρ. ὅπου.

(40) *Βαρνάβαν δὲ μετακληθέντα.* Barnabas *prophetæ* vel *prophetiæ filium* sonare videtur. Sed a Syriaca voce בּרא deducitur, quæ est *consolari*. Itaque Syrus *Paraph.* ברא דבריאא reddidit.

(41) *Παντὶ δὲ τῳ δῆλόν ἐστι.* Cittim, vel Cetim nomine Cyprios propemodum omnes intelligunt. Sed et Macedones eadem voce comprehendi putant. Sane quidem Citium oppidum Macedoniæ fuit, apud T. Liv., lib. XLII. Quin et Cilicia : quod verius nonnulli suspicantur. Postremo Romam atque Italiam eodem illo vocabulo complectuntur. Mihi probabile videtur Cetim, aut Citiæos proprie Cilicas esse, et ab iis propagatos Cyprios; nam Cetis et Citia Ciliciæ regiones duæ sunt apud Ptol. Quod autem per Cyprum, aut Ciliciam Græci Romanique in Syriam ac Palæstinam tenderent, ideo *de terra Cetim egressum* dici in I Machab. I, 1, Alexandrum, quod e Cilicia, ubi et Darium vicit, in Syriam exercitum duxisset. Ad hæc cum Citiæi illi proprie dicti ac vicini, Occidentalium essent omnium Syris notissimi, fieri potest, ut hoc ipsum Cittiæorum nomen plerisque aliis Græciæ populis accommodaverint. Quemadmodum Indorum appellatio a majoribus nostris ad remotos omnes ab orbe nostro populos est translata.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τιέων. Καὶ γὰρ ἐκ σπέρματος τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών. Ἀλλὰ γενόμενος πάλιν ἐν τῷ τόπῳ, διὰ τὸν ἐμπεσόντα λόγον διεξῆλθον τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. Πλὴν ὅτι ἀπὸ τῆς μετοικήσεως πολλοὶ ἄλλας χώρας οἰκήσαντες τοῦ Ἰσραὴλ ἦσαν σπέρματος κατὰ διαδοχήν. Ἐλέγοντο γὰρ καὶ ἑκάστης χώρας πατριῶται· ὡς καὶ αἱ θυγατέρες τοῦ Ἰοθὸρ τὴν ἀντίληψιν τοῦ Μωϋσέως τῷ πατρὶ ἀπήγγειλαν, ὡς ἀποστήσας τοὺς ποιμένας ἐπότισεν αὐτῶν τὰ πρόβατα, καὶ πορευθεῖσαι περὶ τούτου ὑφηγοῦντο τῷ ἰδίῳ πατρί. Τοῦ δὲ λέγοντος, *Τί ἐταχύνατε σήμερον* (42) *τοῦ ἐλθεῖν ἐπ' αὐτόν;* ἔφασαν, ὅτι *Ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἐρύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησε, καὶ ἐπότισεν ἡμῶν τὰ θρέμματα.* Καὶ εὐθὺς ὁ αὐτὸς ἔφη πρὸς αὐτάς· *Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτὸν ὧδε, ἵνα φάγῃ ἄρτον;* Τίς δὲ οὐκ οἶδεν, ὅτι Μωϋσῆς υἱὸς μὲν γίνεται τοῦ Ἀμρὰμ, καὶ τῆς Ἰωχαβὲτ, Ἀμρὰμ δὲ τοῦ Καὰθ, Καὰθ δὲ τοῦ Λευΐ, Λευΐ δὲ τοῦ Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἀβραάμ; Καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι τὸν Μωϋσέα Αἰγύπτιον, πάντως ἡ τῆς εὐγενείας καὶ τοῦ σπέρματος διέπεσεν ἀκολουθία. Οὐκοῦν οὗτοι, καταλείψαντες τὴν ὁδὸν, οἱ ἀπὸ τοῦ Ἐβίωνος πεπλανημένοι, ἐπὶ πολλὰς διεστραμμένας ὁδοὺς καὶ ἀνάντη τρίβον τὸν νοῦν ἐκδεδώκασιν.

terra genus quoddam esse propagatum [4]. Nam e Græcorum genere Alexander ortum acceperat. Verum quoniam iterum narrandæ hujus historiæ oblata nobis occasio est, in eam sum fortuito delatus. Eo vero pertinebat istud, ut complures ostenderemus in ea migratione varias occupasse sedes, qui ex Israelitica gente originis erant successione derivati. Qui quidem ab ea ubi habitabant regione cognominari solebant. Quemadmodum cum filiæ Jethro allatam sibi a Moyse opem parenti renuntiarent, narrarentque depulsis a se pastoribus, suos illum greges adaquasse, hoc, inquam, cum domum reversæ parenti dixissent, sciscitante nimirum eo : *Cur hodie venistis velocius solito?* Responderunt : *Vir Ægyptius liberavit nos de manu pastorum, insuper et hausit aquam, potumque dedit ovibus nostris.* Statimque dixit illis : *Cur non huc illum adduxistis, ut comederet panem* [5]? Quis autem nescit Amrami et Jochabetæ filium exstitisse Moysen; Amramum Caathi, Caathum Levi, hunc Jacobi, cujus pater Isaacus, Isaaci Abrahamus fuerit? Neque tamen, pro eo quod Ægyptius appellatur Moyses, ideo nobilitatis illius ac stirpis est series exstincta. Hoc igitur modo Ebionis discipuli, velut aberrantes ac devii, varias se in ambages ac flexus abruptaque itinera commiserunt.

ΚΖ'. Αὐχοῦσι δὲ πάλιν περιτομὴν ἔχοντες, καὶ σεμνύνονται δῆθεν εἶναι ταύτην σφραγῖδα ἡγούμενοι, καὶ χαρακτῆρα τῶν τε πατριαρχῶν καὶ δικαίων τῶν κατὰ τὸν νόμον πεπολιτευμένων, δι' οὓς ἐξισοῦσθαι ἐκείνοις νομίζουσι, καὶ δῆτα ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὴν σύστασιν ταύτης βούλονται φέρειν, ὡς καὶ οἱ περὶ Κήρινθον. Φασὶ γὰρ καὶ οὗτοι κατὰ τὸν ἐκείνων ληρώδη λόγον· *Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος.* Περιετμήθη γὰρ, φησὶν, ὁ Χριστὸς, καὶ σὺ περιτμήθητι. Καὶ ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καταισχύνηται τῆς πλάνης τὰ σπέρματα, καθάπερ χαλινῶς (43) τῇ θαλάσσῃ ἐκ Θεοῦ ὁρισθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλαι ψάμμον ὅριον [1], καὶ πρόσταγμα τὸ, *Ἕως τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· ἀλλὰ ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα*, φησὶν· οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ἑαυτοῖς καταδαπανηθήσονται. Ἀλλὰ ἐκεῖ μὲν ἐκ θείου προστάγματος εἰς εὐταξίαν θαλάσσης ἐκ Θεοῦ εἴρηται ὁ τοῦ ὄρου λόγος· ἐνταῦθα δὲ ἀφ' ἑαυτῆς ἡ κακία καὶ ἡ πλάνη τυφλώττουσα τὸν νοῦν, καὶ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν ἀποστρεφομένη, προῦλαβε καθ' ἑαυτῆς, ὥσπερ κύματα ἐγείρουσα, τὰ σχέτλια τῶν προαπαγγελλομένων αὐτοῖς ὑπολήψεων, ἑτέροις κύμασιν ἑαυτῇ συγκρούουσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ ἀεὶ συντριβομένη ἑαυτὴν διαλύειν [2]· ἢ καθάπερ ἑρπετὸν δεινὸν ἑαυτῷ λυμαινόμενον καὶ ἀντιστρεφόμενον ἀπὸ τῆς κέρκου, καὶ ἑαυτὸ κατεσθίον, αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναλωτικὸν γίνεται. Τοῦτο γάρ φασι γεγενῆσθαι καιρῷ ὑπὸ ἀσπί-

XXVI. Atenim circumcisionem præ se ferunt; eaque re plurimum gloriantur, utpote quam patriarcharum, aliorumque qui legis tempore vixere justorum, **151** notam ac signum exstitisse putent; quo etiam nomine adæquari se cum illis arbitrantur : adeoque Christi ipsius exemplum ad illam comprobandam accommodant, ut et Cerinthiani faciunt. Quorum ineptissime accommodatam illam sententiam usurpant : *Sufficit discipulo, si sit sicut magister ejus* [6]. Christus enim, aiunt, circumcisus est : tu igitur circumciditor. Atque ut erroris semina magno cum illorum pudore profligentur, non secus ac frenando mari velut repagula quædam ac portæ, arenarum a Deo moles objecta est, ejusdem que mandatum istiusmodi : *Hucusque venies, et non procedes amplius. Sed in te confringentur fluctus tui* (ait Scriptura [7]). Sic etiam illi in semetipsos relapsi penitus consumentur. Quanquam hoc interest, quod illic ad coercenda maria divino imperio terminus ille constitutus est; hic autem ipsa per sese nequitia, atque excæcatæ mentis error a sensu pietatis abhorrens infelicissima illa, quæ ante protulimus, dogmata, velut quosdam in se fluctus excitavit prius, ac contrariis fluctibus illisit, et semetipsum in se conversus confractusque dissipavit. Aut ut exitialis serpens sese conficiens ipsum, et a cauda replicans ac revolvens suum

[1] F. ψάμμος ὅριον. [2] Legendum διαλύει. [3] I Mach. I, 1. [4] Exod. II, 18 sqq. [5] Matth. X, 25. [6] Job XXXVIII, 11.

(42) *Τί ἐταχύνατε σήμερον.* Exod. II, com. 18, Διότι ἐταχύνατε τοῦ παραγενέσθαι τήμερον; Apud Epiphanium voculæ istæ ἐπ' αὐτόν commodum nullum sensum reddunt, nisi ἐς αὐτὸν ἔφασαν substituas.

(43) *Καθάπερ χαλινός*, etc. Leviter depravatus hic locus est. Fortasse legendum est ὡρίσθη

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

corpus adedit, et absumit. Id enim olim aspides fecisse narrant, quarum, cum inclusæ doliis essent, alteram altera devoraverit. Tum quæ ferocior ac crudelior erat sola remanens, enectaque fame, seipsam a cauda incipiens paulatim consumpsit : idque ipsum in Ægypto contigisse a nonnullis, qui de rerum natura scripserunt, proditum est. Unde et ob Gorgoneum veluti caput, Aspidogorgonis merito ei est nomen impositum. Similiter ineptus ac stolidus Ebion, Ebionisque fautores concidere seipsos anteverterunt, eaque quibus potissimum gloriantur initio sustulerunt. Non enim Christus, utpote cum infans adhuc esset, semetipse circumcidit. Sed laudandus propterea misericors Dominus est, quod ita se Ebion imprudens objecerit, ut minime vera confessus, convincendi sui ansam nobis obtruderet. Si enim Deum illum esse, cœlitusque delapsum assereret, octavoque die a Maria circumcisum, tum quidem quatenus et Deus foret, et id ultro ac voluntate permisisset, speciosum quiddam ac probabile ad circumcisionis commendationem circumforaneo **152** isti præbuisset. Jam vero cum merum illum hominem esse, atque ab hominibus circumcisum fuisse sentiat, nequaquam puero illi velut auctori tribuendum est, quod octava sit luce circumcisus. Neque enim semetipsum præcidit, sed id ab aliis passus est : quod sibi ipsis pueri non faciunt, neque circumcisionis auctores ipsi, sed eorum potius parentes habendi sunt. Etenim pusiones illi præ infantia quid sibi a parentibus fiat ignorant.

A δων συγκλεισθεισῶν ἐν πίθοις, καὶ ἑκάστης τὴν ἑτέραν καταναλωσάσης, τὴν δὲ ἰταμωτέραν καὶ χαλεπωτέραν εἰς ὕστερον μεμενηκέναι μόνην καταλειφθεῖσαν, καὶ εἰς πεῖναν ἐλθοῦσαν, ἀπὸ τῆς ἰδίας κέρκου ἀρξαμένην ἑαυτὴν καταβεβρωκέναι, ἱστοροῦσί τινες φυσιολόγοι κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν. Ὅθεν καὶ ἁρμοδίως τὸ ὄνομα αὐτῇ ἐπέθεντο, διὰ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος καὶ ταύτην Ἀσπιδογοργόνα καλοῦντες. Οὕτω καὶ ὁ ματαιόφρων Ἔβίων, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν προῦλαβον ἑαυτοὺς κατατέμνοντες, καὶ ἀναιροῦντες ἀπ' ἀρχῆς ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς καὶ σεμνύνονται. Χριστὸς γὰρ ἑαυτὸν οὐ περιέτεμε· παιδίον γὰρ ἦν. Δόξα δὲ τῷ ἐλεήμονι Θεῷ, ὅτι ἑαυτὸν προῦβαλεν ὁ Ἔβίων, ἵνα τὰ ἀληθινὰ μὴ ὁμολογήσῃ, εἰς τὸ καὶ ἔλεγχον αὐτῷ γενέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγεν αὐτὸν B Θεὸν ἄνωθεν ἥκοντα περιτετμῆσθαι τὴν ὀκταήμερον ὑπὸ τῆς Μαρίας, τὸ τηνικαῦτα, Θεὸς ὤν, καὶ συγχωρῶν κατὰ ἰδίαν εὐδοκίαν, παρεῖχεν ἂν τῷ ἀγύρτῃ τῆς περιτομῆς πιθανολογίαν· ὁπότε δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι [3] ὑπ' ἀνθρώπων παρεισφέρει περιτετμῆσθαι, οὐκέτι αἰτιός ἐστιν ὁ παῖς, εἰ καὶ τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν περιετμήθη. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν περιέτεμεν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων περιετμήθη. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες οὐχ ἑαυτοὺς περιτέμνουσι, καὶ οὐδὲ αἴτιοί εἰσι τῆς ἑαυτῶν περιτομῆς, ἀλλ' οἱ αὐτῶν γονεῖς. Ἐκεῖνοι γὰρ βραχεῖς ὄντες, νηπιάζουσιν ἀγνοοῦντες, καὶ οὐδὲ οἴδασί τί αὐτοῖς ὑπὸ τῶν γονέων γίνεται.

XXVII. At nos et Deum illum e cœlo descendisse dicimus, et in Mariæ Virginis utero legitimo tempore permansisse, quanto scilicet gestari cæteri infantium solent, donec ex illo Virginis utero profusus, perfecto jam hominis quod induerat corpore, susceptam a se salutis nostræ procurationem aggredi instituit. In qua et ad diem octavum non specie tenus, sed reipsa circumcisus est. Venit enim ut legem ac prophetarum impleret oracula, non everteret [1]; atque ut alienam non fuisse legem ostenderet, sed a seipso concessam ad suum usque tempus sub quibusdam figurarum velut umbraculis perstitisse : quo in sese ac per sese quodcunque legi deerat postremo suppleret; eademque illa figurarum involucra ad spiritalem perfectionem, ac veritatem perducta figuras esse desiisse, atque ad veritatem transiisse, tam ipse quam ejus apostoli prædicarent. In illo quippe quod scriptum erat in lege, perfectum est, id, inquam, quod ad ejus usque tempora perduravit, et in ipso jam absolutum impletumque desiit, nimirum quod Sephora dicebat : *Stetit sanguis circumcisionis filii mei* [2]. Non dixit : Circumcidi filium meum. Neque enim id agebat angelus, ut circumcisio fieret, neque sanguinis

C ΚΖ'. Ἡμεῖς δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν λέγομεν ἀπ' οὐρανοῦ ἐλθόντα, καὶ ἐν μήτρᾳ Παρθένου Μαρίας τὸν χρόνον τῶν ἐγκυμονουμένων παίδων παραμεμενηκότα, ἕως τελείως ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας τὴν ἔνσαρκον ἐνανθρώπησιν ἑαυτῷ καὶ οἰκονομίαν οἰκονομήσῃ, ἐν ᾗ καὶ περιετμήθη ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Ἦλθε γὰρ πληρῶσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ οὐ καταλῦσαι· καὶ οὐ τὸν νόμον ἀλλότριον ἀποφῆναι, ἀλλὰ ἐξ αὐτοῦ μὲν δεδωρημένον, ἕως δὲ αὐτοῦ ἐν τύποις μεμενηκότα, ὅπως ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν ὅπερ ἐνέλιπεν ἐν τῷ νόμῳ πληρωθῇ, ἵνα οἱ τύποι εἰς πνευματικὴν τελείωσιν ἐλθόντες ἐν ἀληθείᾳ, ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων κηρυχθῶσιν, οὐκέτι ὄντες τύποι, ἀλλ' ἀλήθεια. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐπληροῦτο τὸ ἐν τῷ νόμῳ D εἰρημένον, ἕως αὐτοῦ τοῦ χρόνου διαρκέσαν, καὶ ἐν αὐτῷ ἀφιστάμενον, εἰς πλήρωμα δὲ μεθιστάμενον, ὅπερ ἔφη ἡ Σεπφώρα (44)· ὅτι *Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου.* Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Περιέτεμόν μου τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ᾠκονόμει ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος, ἵνα περιτομὴ γένηται· ἀλλὰ οὐδὲ τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς φοβηθεὶς ἀπέστη· ἀλλὰ ὑπομνήσεως χάριν τοῦ μέλλοντος παιδίου τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἱστᾷν· ὅπερ ἀκούσας καὶ οἰκονομι-

[1] Matth. v, 17. [2] Exod. iv, 25. [3] Deest καί

(44) *Ὅπερ ἔφη ἡ Σεπφώρα.* Mirifica est loci istius interpretatio, quam Epiphanius affert, quæ ex LXX lectione petitur; nam Hebræi et Latini codices : *Sponsus sanguinum tu mihi es*, ob circumcisionem, habent. LXX vero longe alia reddiderunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

σας ἀπέστη. Καὶ ποίου παιδίου, ἄκουε. Ἀλλ' ἢ περὶ οὗ εἶπεν ὁ προφήτης, ὅτι *Θελήσουσιν εἰ ἐγέροντο* (45) *πυρίκαυστοι. Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν.* Τὸ μὲν γεννηθὲν παιδίον δεικνὺς ἐν ἀληθείᾳ, ὅπως σημάνῃ τὴν ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν· τὸ δὲ, *υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν*, ὅπως δείξῃ τὸν ἄνωθεν Θεοῦ Λόγον, καὶ Υἱὸν Θεοῦ αὐτὸν δειχθέντα, καὶ ἐν μήτρᾳ γενόμενον ἐνανθρωπήσαντα, ἔχοντα ἀμφότερα Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, αὐτὸν Θεὸν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν υἱὸν ἄνωθεν δοθέντα, αὐτὸν παιδίον γεννηθέντα. Ἐφ' οὗ ἔστη λοιπὸν τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς, ὡς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει· Ὅτε ἦλθον Ἕλληνες βουλόμενοι αὐτὸν θεάσασθαι· καὶ ἦλθον πρὸς Φίλιππον, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Δεῖξον ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν· καὶ ὁ Φίλιππος τῷ Ἀνδρέᾳ, καὶ ὁ Ἀνδρέας τῷ Ἰησοῦ ἔφη, ὅτι *Τινὲς Ἕλληνες βούλονταί σε θεάσασθαι.* Καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος ἀποκρίνεται, λέγων· Νῦν ἐδοξάσθη ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ· ἵνα δείξῃ περιτομὴν μὲν παρερχομένην τὴν ἔνσαρκον, καὶ τύπῳ ὑπηρετήσασαν ἄχρι χρόνου, τὴν δὲ ἐν σαρκὶ ἀκροβυστίαν ἐν πνεύματι ἔχουσαν μείζονα περιτομὴν, θεωροῦσαν Χριστὸν, καὶ αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ κατειληφυῖαν.

A metu recessit, sed ut eum infantem, a quo circumcisionis cruor inhibendus erat, in memoriam revocaret. Quare mox ut illud audivit ac præstitit, e medio se subduxit. At quisnam ille futurus esset infans, accipe. Is enim erat de quo propheta locutus est : *Et volent esse igne combusti. Quoniam parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis* [3]. Quibus verbis primum natum revera parvulum demonstravit, ut vere susceptam ab eo naturam hominis significaret. Deinde subjecit, *filius datus est nobis;* ut eumdem Dei esse Verbum e cœlo delapsum, Deique Filium declaratum ostenderet, et in utero genitum, hominemque factum, ita **153** ut duplicem in se naturam, Dei videlicet, hominisque contineret, proindeque Deum pariter atque hominem, et eumdem divinitus oblatum filium, ac puerulum natum. In quo circumcisionis deinceps cruor stetit, ut in Evangelio ipse testatur. Cum enim gentiles videndi ejus desiderio accessissent ; et ad Philippum adeuntes dixissent : Ostende nobis Jesum ; ac Philippus id Andreæ, Andreas Christo retulisset his verbis : *Gentiles quidam videre te cupiunt* [4], Dominus illico respondit : Nunc pervenit gloria Dei, ut circumcisionem carnis præteriisse jam doceret, et ad certum tempus figuræ serviisse, carnis vero præputium spirituali ac præstantiori circumcisione præditum contemplari Christum, ejusque reipsa compotem fieri.

ΚΗ'. Εἰ δὲ βούλονται οὗτοι λέγειν, Πῶς οὖν Χριστὸς περιετμήθη ; ἀκούσονται, ὅτι Ἤδη μὲν οὖν, ὦ πεπλανημένοι, ἐδείξαμεν ὑμῖν δι' ἣν αἰτίαν περιετμήθη. Περιετμήθη γὰρ διὰ πολλοὺς τρόπους. Καὶ πρῶτον, ἵνα δείξῃ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα ἑαυτὸν ἀνειληφέναι, διὰ Μανιχαῖον καὶ τοὺς λέγοντας ἐν δοκήσει πεφηνέναι· ἔπειτα, ἵνα δείξῃ, ὡς οὐκ ἦν ὁμοούσιον (46) τὸ σῶμα τῇ θεότητι, ὡς φησὶν Ἀπολινάριος· ἀλλ' οὔτε ἄνωθεν αὐτὸ κατενήνοχεν, ὡς λέγει Οὐαλεντῖνος· καὶ ἵνα βεβαιώσῃ ἣν πάλαι ἔδωκε περιτομὴν δικαίως ὑπηρετήσασαν ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τοὺς Ἰουδαίους ἀπολογίαν. Εἰ γὰρ μὴ περιετμήθη, εἶχον λέγειν· Οὐκ ἠδυνάμεθα Χριστὸν δέξασθαι ἐν ἀκροβυστίᾳ. Ἄλλως τε καὶ ἔδει αὐτὸν ἐντειλάμενον τῷ Ἀβραὰμ περιτμηθῆναι, σφραγῖδος ἕνεκα φαινομένης, εἰς τύπον δὲ ἀληθινῆς καὶ ἀοράτου δοθείσης, νῦν περιτμηθῆναι ταύτην [1] βεβαιῶσαι. Ἐγένετο γὰρ ἡ φαινομένη περιτομὴ ἕνεκεν διαταγμοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε εἶπεν ὁ ἅγιος καὶ δίκαιος ὡς ἐν διαταγμῷ· *Εἰ τῷ ἑκατονταέτει* [2] *υἱὸς γενήσεται; καὶ εἰ Σάρρα ἡ πρεσβῦτις γεννήσει υἱόν;* Καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος· *Λάβε μοι κριὸν τριετίζοντα* (47), *καὶ αἶγα καὶ δάμαλιν*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Καὶ περὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ὡς εἶδε λαμπάδας*

XXVIII. Quod si istud nobis objiciant : Cur igitur circumcisus est Christus ? ita a nobis audient : Jamdudum quidem, o homines opinione falsa ducti ! causam vobis cur esset circumcisus ostendimus. Multis enim id de causis sustinuit. Primum, ut se carnem revera induisse monstraret, propter Manichæum, cæterosque, qui similitudine quadam ac specie duntaxat apparuisse docuerunt. Deinde ut corpus divinitati consubstantiale non esse demonstraret, ut Apollinaris existimat ; nec e cœlo delatum in terras, qui Valentini error fuit. Tum ut cujus olim circumcisionis auctor fuerat, eam ad adventum usque suum observatam fuisse merito comprobaret, atque ut omnem Judæis excusationem eriperet. Nisi enim circumcisus foret, hoc ad sui purgationem afferre potuissent : Nos Christum præputio præditum probare nequivimus. Præterea vero eum oportebat, qui Abrahamo circumcidendi sui mandatum ediderat, ut ad veri et aspectum fugientis adumbrandam imaginem apparens illud signum et aspectabile præ se ferret, ratum illud sua circumcisione facere. Nam externa illa circumcisio Abrahamo ob ejus hæsitationem imposita fuit ; cum vir sanctus ac justus velut dubitando

[1] *γρ.* καὶ ταύτην. [2] ἑκατονταέτῃ. [3] Isa. IX, 5, 6. [4] Joan. XII, 21.

(45) *Ὅτι θελήσουσιν εἰ ἐγέροντο.* Neque hic cum Hebræo LXX consentiunt. Vulgata nostra : *Et vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, et cibus ignis.* Pro quo Græci, καὶ θελήσουσιν εἶναι πυρίκαυστοι.

(46) *Ἔπειτα ἵνα δείξῃ, ὡς οὐκ ἦν ὁμοούσιον.* Apollinaris carnem Christi ab æterno fuisse, nec ex Virgine natam asseruit, Gregor. Nazianz. orat. XLVI : Διαβεβαιοῦται γὰρ μὴ ἐπίκτητον εἶναι τὴν σάρκα κατ' οἰκονομίαν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ προσληφθεῖσαν ἐπὶ μεταστοιχειώσει τῆς φύσεως ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ Υἱῷ τὴν σαρκώδη ἐκείνην φύσιν εἶναι, etc.

(47) *Λάβε σοι τόμον χάρτου.* Vox χάρτου abest a vulgata LXX interpretum editione. Sed in aliis olim, ut apparet, lecta. Basilius autem τόμον καινοῦ μεγάλου.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dixisset : *An centenario nascetur filius? et Sarra jam cnus filium pariet*[1]? Statimque Dominus : *Sume*, inquit, *mihi arietem annorum trium, et capram, et vaccam*, etc. *Cumque sol occumberet, cum lampades ignis et clibanum vidisset*, etc., ejus castigandi causa Deus edixit : *Peregrinum erit semen tuum in terra aliena, et subjicient eos servituti quadringentis annis*[2]. Quamobrem stabilitatis cujusdam ac firmitatis gratia, pro **154** eo quod nonnihil addubitans dixisset : *Num centenario nascetur filius?* ne ejus posteri infidelibus idolorumque cultoribus Ægyptiis in servitutem dati, ad eosdem quos et illius majores venerati fuerant, deos suse transferrent, tam Abrahamo ipsi, quam ejus stirpi circumcisionem illam carnis inussit, ut ejus aspectu commonitos reverentia quædam numinis subiret, quo minus ejurare illud auderent. Ea porro ad Christum usque permansit : ideoque et ultro circumcidi ipse voluit, et homo reipsa factus est, idem qui et Deus Verbum a Patre de cœlo lapsum, non eam quam habebat divinitatem deposuit, sed vere carnem induens, atque ex perfecta hominis natura coalescens, circumcisionem usurpavit. Quod totum ex rei veritate gestum est, ut et Judæi, quemadmodum dictum est, et Manichæi omni tergiversatione sublata, convinci facillime possent, ac circumcisus ipse abrogata merito circumcisione majorem quamdam induceret. Non quasi priore illa careret, minimeque suscepisset in sese; sed ut ea perfunctus nihil jam esse necessariam ostenderet, sed aliam longe illa præstantiorem.

A πυρὸς καὶ κλίβανον, καὶ τἆλλα. Φήσας αὐτῷ ὁ Θεὸς κατ' ἐπιτίμησιν· *Πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ καταδουλώσουσιν αὐτῷ ἔτη τετρακόσια*, ἀσφαλείας ἕνεκα διὰ τὸν δισταγμὸν, δι' ὃν εἶπεν, *Εἰ τῷ ἑκατονταέτῃ υἱὸς γενήσεται;* ἵνα μὴ καταδουλωθὲν τὸ σπέρμα ὑπὸ εἰδωλολατρῶν καὶ ἀπίστων Αἰγυπτίων ἐπιλάθηται Θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ, ἐπέθηκεν αὐτῷ καὶ αὐτοῖς τὴν ἔνσαρκον περιτομὴν, ἵνα ὁρῶντες ὑπομιμνήσκωνται, καὶ δυσωπῶνται, καὶ μὴ ἀρνῶνται αὐτόν. Καὶ διήρκεσεν ἄχρι Χριστοῦ τοῦτο· καὶ τούτου ἕνεκα καὶ αὐτὸς εὐδοκεῖ περιτμηθῆναι· καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ἐν ἀληθείᾳ, ἄνωθεν ἐλθὼν ἐκ Πατρὸς Θεὸς Λόγος, καὶ οὐκ ἀποθέμενος τὴν θεότητα· ἀλλὰ σάρκα φορέσας ἐν ἀληθείᾳ, τελείαν τε ἐνανθρώπησιν ἔχων περιτέ- B μνεται, τὰ πάντα οἰκονομῶν ἐν ἀληθείᾳ, ἵνα καὶ Ἰουδαῖοι, ὡς προεῖπον, ἀναπολόγητοι ὄντες, καὶ Μανιχαῖοι, καὶ ἄλλοι ἐλεγχθήσωνται, καὶ ἵνα περιτμηθεὶς εὐλόγως καταλύσῃ τὴν περιτομὴν, καὶ ἄλλην μείζονα δείξῃ· οὐχ ὡς μὴ ἔχων, καὶ ἑαυτῷ συνιστάμενος, ἀλλὰ ἔχων μὲν, δεικνὺς δὲ, ὅτι ταύτης οὐκέτι ἐστὶ χρεία, ἀλλὰ τῆς μείζονος.

XXIX. Quod autem subinde in lucem editus Deus fuerit, non homo duntaxat, a magis aperte comprobatum est. Siquidem elapso jam biennio, quod C ipsum stellæ tempus Herodi significarunt, a biennio videlicet atque infra[3], Hierosolymam venientes, interrogantesque magi, cum Bethlehemi nasci Christum oportere didicissent, ab urbe digressi sunt, eademque duce stella Bethlehemum aspirarunt. Ibi, posteaquam introgressi sunt, Christum cum Maria matre repererunt; et procidentes adoraverunt eum, obtuleruntque munera. Quamobrem cum statim adoretur qui natus est, non nudus est homo, sed Deus : neque post annos triginta, vel baptismum, Christus efficitur : sed subinde Christus e Maria Virgine Deus pariter atque homo natus est. Propterea statim angeli cœleste carmen concinunt : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, hominibus propensa voluntas*[4]. Sed et felici illo nuntio pastores impertiuntur : *Natus est nobis*, inquiunt, *hodie Christus Dominus in civitate David*[5]. Neque hoc solum, infelix Ebion! de Christo comprobatur, verum etiam anno ætatis duodecimo sedens inter sacerdotes ac seniores repertus est, cum eos interrogaret, **155** ac cum illis inquireret : adeo ut mirarentur in verbo gratiæ, quod procedebat de ore ejus. Non hoc anno demum tricesimo faciebat, ut dicere possis, ex quo Spiritus in eum sanctus illapsus est, Christum esse cœpisse; sed a duodecimo statim, uti diximus, estque a Luca in Evangelio proditum[6]. Quin etiam paulo ante cum, ut

ΚΘ'. Καὶ ὅτι μὲν εὐθὺς γεννηθεὶς Θεὸς ἦν, καὶ οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, οἱ μάγοι σαφῶς δείξουσι. Μετὰ γὰρ δύο ἐτῶν χρόνον, ὡς ἔδειξαν τῷ Ἡρῴδῃ τὸν χρόνον τοῦ ἀστέρος, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐρωτήσαντες οἱ αὐτοὶ μάγοι, καὶ γνόντες, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ Χριστὸς γεννᾶται, ἐξῆλθον πάλιν τοῦ ἀστέρος ὁδηγοῦντος αὐτοῖς, καὶ ἦλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰς Βηθλεέμ. Καὶ εἰσελθόντες εὗρον αὐτὸν μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ προσήνεγκαν τὰ δῶρα. Εἰ τοίνυν εὐθὺς προσκυνεῖται, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ γεννηθεὶς, ἀλλὰ Θεός· καὶ οὐ μετὰ τριάκοντα ἔτη, καὶ οὐ μετὰ τὸ βάπτισμα Χριστὸς γίνεται, ἀλλὰ εὐθὺς Χριστὸς ἐγεννήθη ἀπὸ Μαρίας Παρθένου Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Διὸ καὶ οἱ ἄγγελοι εὐθὺς ὑμνοῦσι, λέγοντες· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.* Καὶ εὐαγγελίζονται D τοὺς ποιμένας, λέγοντες· *Ἐγεννήθη ἡμῖν Χριστὸς Κύριος σήμερον ἐν πόλει Δαβίδ.* Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ὃ ἠπατημένε Ἐβίων, δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ δωδεκαετοῦς εὑρίσκεται καθήμενος ἀναμέσον τῶν ἱερέων καὶ πρεσβυτέρων, ἐρωτῶν αὐτοὺς, καὶ ζητῶν μετ' αὐτῶν· καὶ ἐξεπλάττοντο ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος, τῷ ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ οὐχὶ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος ἐποίει τοῦτο, ἵνα εἴπῃς, ὅτι, ἀφ' οὗ ἦλθε τὸ Πνεῦμα εἰς αὐτὸν, Χριστὸς ἐγένετο, ἀλλὰ εὐθὺς ἀπὸ δωδεκαετοῦς, ὡς προεῖπον, ὡς γέγραπται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ. Ἀλλὰ καὶ ἔτι ἀνωτέρω, ὅτε νηπιάζοντος ἀνῆλθον, φησὶν, οἱ περὶ Ἰωσὴφ καὶ Μαριὰμ εἰς Ἱερουσαλὴμ προσκυ-

[1] Gen. xvii, 12 [2] Gen. xv, 12 sqq. [3] Matth. ii, 16 sqq. [4] Luc. ii, 14. [5] ibid. 11 [6] Luc. iv, 22.

Digitized by Google Распознавание текста

νῆσαι ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἀνέκαμπτον, ἔμεινεν Ἰησοῦς· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρισκον. Εἶχε γὰρ ἡ Μαρία συγγένειαν. Ἀνακάμψασα δὲ καὶ εὑροῦσα αὐτὸν, ἔφη αὐτῷ· *Τί ἡμῖν ἐποίησας, τέκνον; Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.* Ἐν τάξει γὰρ πατρὸς ὁ Ἰωσὴφ αὐτῷ ὑπῆρχεν· οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ πατὴρ κατὰ φύσιν. Εἶτα ὁ Κύριος πρὸς αὐτήν· *Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με;* σημαίνων, ὅτι ὁ ναὸς εἰς ὄνομα Θεοῦ Πατρὸς ᾠκοδομήθη. Εἰ τοίνυν ἀπὸ νηπίου οἶδε τὸν ναὸν καὶ τὸν Πατέρα, οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ γεννηθεὶς Ἰησοῦς, οὐδὲ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος, μετὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν τὸ εἶδος τῆς περιστερᾶς, Υἱὸς καὶ Χριστὸς ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ εὐθὺς ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ δεῖν αὐτὸν εἶναι ἐδίδασκεν. Ὅτι δὲ ὁ Ἰωσὴφ οὐχὶ πατὴρ αὐτοῦ ἦν, ἀλλὰ ἐν τάξει πατρὸς, ἄκουε τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, τοῦ γράψαντος ἀπὸ προσώπου Μαρίας, ὅτι *Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε·* πάλιν πῶς γράφει λέγων· *Ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ.* Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, *ὡς ἐνομίζετο*, ἔδειξεν αὐτὸν μὴ εἶναι αὐτοῦ υἱὸν, ἀλλὰ νομίζεσθαι.

A adorandi gratia Hierosolymam festo die perrexissent, redeuntibus illis, remansit Jesus; quem in itinere, et apud cognatos illi quæritabant, nec reperire poterant. Maria quippe cognationem habebat. Igitur cum ad urbem revertisset, ac tandem illum offendisset, sic eum alloquitur: *Fili, quid fecisti nobis? Ecce ego et pater tuus dolentes quærebamus te.* Josephus enim loco ei patris erat, non naturalis pater. Ad hæc Dominus: *Quid est*, inquit, *quod quærebatis me? nesciebatis quod in iis quæ Patris mei sunt oportet me esse*[3]? Quo responso significabat, templum in Dei, hoc est Patris sui, nomen fuisse constructum. Quamobrem si ab ipsa propemodum infantia templum, Patremque cognoverat, utique non merus homo natus ille Jesus exB stitit, neque post annum demum XXX, cum se in eum columbæ specie Spiritus sanctus insinuasset, Filius ac Christus appellari cœpit; sed subinde in his quæ ad Patrem suum attinerent, versari se oportere docuit. Quod vero Josephus non illius pater esset, sed vicem patris gereret, audi ex illo eodem evangelista, qui Mariam ita loquentem facit: *Ego et pater tuus dolentes quærebamus te.* Audi, inquam, quid alio loco scripserit: *Erat autem*, inquit, *Jesus incipiens esse quasi annorum* XXX, *qui erat, ut putabatur, Josephi filius*[4]. Ubi cum eas voces addidit, *ut putabatur*, non ipsius revera fuisse filium, sed ita duntaxat habitum fuisse demonstrat.

Λ'. Ἐπιλείψει δέ μοι ὁ χρόνος διηγουμένῳ εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς ἔλεγχον τῆς ματαιοφροσύνης Ἐβίωνος, καὶ τοῦ αὐτοῦ παραπεποιημένου ματαιόφρονος διδασκαλείου[1]. Πόθεν γὰρ οὐ σαφὲς ἂν εἴη, ὅτι οὐ πατὴρ ἦν Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἐν τάξει πατρὸς ἐνομίζετο; *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶν, *ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν.* Καὶ οὐκ εἶπεν· *Ἰδοὺ ἡ γυνή.* Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· *Καὶ τέξεται ἡ δάμαλις, καὶ ἐροῦσιν· Οὐ τέτοκεν.* Ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν Μανιχαίων καὶ Μαρκιωνιστῶν λέγουσιν αὐτὸν μὴ τετέχθαι, διὰ τοῦτο *τέξεται, καὶ ἐροῦσιν· Οὐ τέτοκεν·* ἐπειδὴ οὐ τέτοκεν ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος ἀνδρός. Καὶ οὗτοι μανέντες λέγουσι ψευδῶς ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς αὐτὴν γεγεννηκέναι. Γεγέννηκεν οὖν ἡ δάμαλις Θεὸν, ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ ὅτε μὲν δάμαλις ἡ Παρθένος καλεῖται, καὶ τὸ ταύτης λείψανον καθαρισμὸς ἦν τῶν κεκοινωμένων, ἄκουε τοῦ νόμου λέγοντος· *Λάβε μοι δάμαλιν πυρράν·* ἵνα δείξῃ τὸ ἐκλεκτὸν σκεῦος τῆς Μαρίας, διὰ τὸ πυροειδὲς τῆς τοῦ Σωτῆρος θεότητος χωρηθὲν ἐν τῇ Παρθένῳ. *Πῦρ γὰρ ὁ Θεὸς*, φησὶ, *κατανάλισκον.* Καὶ φησὶν ὁ νόμος *δάμαλιν πυρράν, ἐφ' ᾗ ζυγὸς οὐκ ἀναβέβηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον·* ἵνα δείξῃ τὴν Παρθένον δάμαλιν, μὴ γνοῦσαν ζυγὸν γάμου ἀνδρός. Ἀλλὰ τί μοι τὰ πλεῖστα διαλέγεσθαι; ὡς πάλιν Ἡσαΐας ἔφη ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου· ὅτι *Λάβε σοι τόμον χάρτου καινοῦ μεγάλου·* τόμον διὰ τὸ εἶναι μὲν τὴν Παρθένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, τετμῆσθαι δὲ ἀπὸ μίξεως ἀνδρῶν, καὶ τὸ τμηθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν συνηθείας. Πάν-

156 XXX. Deficiet me tempus, si ad comprobandam veritatem, ac tam Ebionis, quam absurdissimæ illius scholæ refellendam amentiam, pluribus disputare C voluero. Quis enim facile non intelligit Josephum minime illius parentem, sed parentis loco habitum fuisse? *Ecce enim*, inquit, *virgo concipiet, et pariet filium*[5]. Non dixit: *Ecce mulier.* Ac rursum alio loco: *Et pariet vitula, et dicent: Non peperit.* Nam cum Manichæorum ac Marcionistarum quidam negent illum partu in lucem editum, ob id, *pariet*, inquit, *et dicent: Non peperit*, quoniam de viri semine Maria non peperit. At furiosi isti de viri semine falso illam peperisse dictitant. Igitur vitula hominem eumdem ac Deum vere illa quidem peperit; vitulæ porro nomine Virginem nominari, ejusque reliquias ad eos qui impuri essent, expiandos adhiberi consuevisse, quemadmodum lex ipsa testetur, accipe: *Sume*, inquit, *vitulam rufam*[6]. Ut D electum vas Mariæ significaret, propter igneam in Salvatore vim divinitatis, quam virgo capiebat. *Deus enim*, inquit, *ignis consumens est*[7]. Ait igitur lex *vitulam rufam, cujus collo nondum impositum est jugum*[8]; ut Virginem illam esse vitulam significet, quæ nuptiarum jugo cervicem nondum submiserit. Verum quid hic pluribus disputare necesse est? aut illud ipsum commemorare, quod sub Domini persona dixit Isaias: *Accipe segmentum chartæ recentis ac majoris*[9]? Ubi segmenti usus est vocabulo, quod etsi e virili semine propagata sit Virgo, eadem tamen sit ab humano concubitu naturalique

[1] ματαιοφροσύνης διδ. [2] Luc. II, 48 sqq. [3] Luc. III, 23. [4] Isa. VII, 14. [5] Num. XIX, 2. [6] Hebr. XII, 29. [7] Num. XIX, 2. [8] Isa. VIII, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

hominum consuetudine velut secta. Universi quippe homines e virili semine gignuntur. At Christi generatio uti naturaliter ex muliere, Maria scilicet Virgine, naturam duxit humanam, ita præter naturam ab originis humanæ consuetudine resecta est: id quod Jacobus de eo pronuntiat his verbis: *Ex germine, fili mi, ascendisti*[1]. Non dixit: *E semine ascendisti*. Atque idcirco Isaias propheta, sive potius Isaiæ Dominus hunc in modum locutus est: *Sume tibi chartæ segmentum*. Quo quidem usitatum hominibus scribendi morem ac rationem expressit: quo pertinet illud e psalmo CXXXVIII: *In libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, et nemo in eis*[2]. Nam cum libro uterum comparavit. Propterea: *Imperfectum*, ait, *meum viderunt oculi tui*[3]: hoc est, Proseminatum me antequam fingerer cognosti: imo etiam antequam proseminatus forem.

XXXI. Sed Hebraica vox expressius quiddam sonat. Pro eo enim quod legimus: *Imperfectum*, habent illi, *Golme*, quod idem est atque *alica*, sive *granum similæ*, quod videlicet nondum in panem coaluit, ac subactum est, **157** sed e contuso frumenti grano velut medulla quædam crassior, ac minuti calculi instar est. Sic igitur ea voce idipsum quod in semine hominis inest simillimum accuratius exprimere voluit, cum dixit: *Imperfectum*, id est informe jam tum ex utero, imo ante uterum, *viderunt oculi tui*. Novit enim omnia Deus antequam fiant, ut est scriptum[4]. Ac libri, segmentive nomine maternus uterus indicatur. Neque vero ita locutus est: Sume tibi librum, vel Sume tibi chartam: verum *tomum*, hoc est segmentum, propter illam, quæ in consuetudine hominum apparet, similitudinem. Sed addidit, *chartæ*, ut illam in utero velut scribendi vim declararet. Postremo, *novæ*, subjecit, ob recentem inviolatumque castitatis in Virgine florem. Magna quippe coram Deo pariter et hominibus Maria Virgo exstitit. Quis enim non eam magnam prædicet, quæ illum qui capi nullo modo potest, ceperit, eum, inquam, qui cœlo terraque contineri nequit? Qui ejusmodi cum esset, sponte sua ac voluntate, non necessitate comprehendi se passus est. Ergo magnum illud volumen est ac recens. Magnum, ob miraculum: recens, quia virgo fuit. Deinde: *Scribe*, inquit, *in eo stylo hominis*. Non dicit: Scribet, in eo quispiam hominis stylo; neque, Scribet in eo homo, ne quam inde Ebion occasionem arriperet. Nam si ita dixisset, Scribet in eo homo, colligere ex eo posset, satorem fuisse Josephum, Christumque vi-

A τες γὰρ ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνορὸς γεννῶνται. Ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ γέννησις κατὰ φύσιν μὲν γυναικὸς Παρθένου Μαρίας τὴν ἐνανθρώπησιν ἔσχηκε, παρὰ φύσιν δὲ ἐτμήθη ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἀκολουθίας· ὡς καὶ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ λέγει· *Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης*· καὶ οὐκ εἶπεν· *Ἐκ σπέρματος ἀνέβης*. Καὶ τούτου χάριν φησὶν ὁ ἅγιος Ἡσαΐας ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος αὐτῷ λέγει· *Λάβε σεαυτῷ νόμον χάρτου*· τὸ εἶδος τῆς συνηθείας σημαίνων, ἐν ᾧ τὰ πάντα γράφουσιν υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ λέγει· *Ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς*. Βιβλίῳ γὰρ ἀπείκασε τὴν μήτραν. Διὰ τοῦτο ὁ Δαβὶδ λέγει· *Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον* B *οἱ ὀφθαλμοί σου*· τουτέστι, Σπαρέντα πρὶν ἀπεικονισθῆναί με ἔγνως με· πρότερον, πρὶν τοῦ σπαρῆναί με.

ΛΑ'. Ὁ δὲ Ἑβραϊκὸς θαυμαστῶς τὸ ῥῆμα ταρτνίζει. *Τὸ ἀκατέργαστον* γὰρ *γολμὴ* (48) ἐκάλεσαν, ὅπερ ἑρμηνεύεται *χόνδρος*, ἢ *σεμιδάλεως κόκκος*, δῆθεν τὸ μηδέπω εἰς ἄρτον συνελθὸν καὶ φυραθὲν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ κόκκου σίτου τμηθὲν χόνδρον ἢ χονδρίτης, ἢ λεπτὴ ψηφὶς, ἤτοι ἐκ σεμιδάλεως γίνεται. Οὕτως τὸ ἰσότυπον τοῦ εἴδους τὸ τεμνόμενον ἐξ ἀνθρώπου εἰς τὴν σποράν ἀκριβολογῶν ἀπέδειξε, καὶ φησὶν, εἰς Ἑλλάδα διάλεκτον ἑρμηνευομένου τοῦ λόγου, *Τὸ ἀκατέργαστον*, τουτέστι τὸ ἄπλαστον ἔτι ἐν κοιλίᾳ, ἢ πρὸ κοιλίας *εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου*. Οἶδε γὰρ πάντα Θεὸς πρὶν γενέσθαι, ὡς γέγραπται. Πλὴν βιβλίον καὶ C τόμος μήτρα ἐστὶν ἡ σημαινομένη. Καὶ οὐκ εἶπε· Λάβε σεαυτῷ βιβλίον, ἢ Λάβε σεαυτῷ *χάρτην*, ἀλλὰ *τόμον*, διὰ τὸ ἰδιάζον παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν. *Χάρτου*, διὰ τὸ γραφικὸν τῆς μήτρας. *Καινοῦ*, διὰ τὸ καινὸν τῆς Παρθένου, καὶ ἄχραντον. Μεγάλη γὰρ ὡς ἀληθῶς Μαριὰμ ἡ ἁγία Παρθένος ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴπομεν ταύτην μεγάλην, χωρήσασαν τὸν ἀχώρητον, ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ χωρεῖν οὐ δύνανται; Αὐτὸς δὲ, ἀχώρητος ὤν, κατὰ ἰδίαν προαίρεσιν καὶ εὐδοκίαν ἐχωρήθη βουλόμενος, καὶ οὐ κατὰ ἀνάγκην. Διὸ μέγας ὁ τόμος καὶ καινός· μέγας διὰ τὸ θαῦμα· καινὸς, ὅτι παρθένος. Καὶ, *Γράψον*, φησὶν, *ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου*. Καὶ οὐκ εἶπε· Γράψει ἐν αὐτῷ D τις γραφίδι ἀνθρώπου· οὐδὲ εἶπε· Γράψει ἐν αὐτῷ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ εὕρῃ πρόφασιν ὁ Ἐβίων. Εἰ γὰρ εἶπε, Γράψει ἐν αὐτῷ ἄνθρωπος, εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος Ἰωσὴφ ἔσπειρε, καὶ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς ἐγεννήθη Χριστός. Τῷ δὲ Ἡσαΐᾳ πρὸ ἑπτακοσίων (49) πεντηκοντατριῶν ἐτῶν πλείω ἢ ἐλάσσω ἔλεγε, *Γράψον*, ἵνα ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦ διαστήματος ὀφθῇ τὰ

[1] Gen. XLIX, 4. [2] Psal. CXXXVIII, 16. [3] ibid. [4] Dan. XIII, 42.

(48) *Τὸ ἀκατέργαστον γὰρ γολμή*. Mirum unde hanc Hebraicæ vocis notionem acceperit גולם magistris est גוף שאין בו כל צורותיו ולא נגמר, ut ait Kimchius. Item vas nondum perfectum. Unde et per translationem האדם הרק מאין חכמה, *Homo sapientiæ inanis, ac fatuus*. Radix ipsa glomerare, et in massam redigere significat. Quo sensu גולם pro *massa incondita*: unde Latina vox *glomus*. Sed pro χόνδρῳ, atque alicæ, similæve grano nunquam legi.

(49) *Τῷ δὲ Ἡσαΐᾳ πρὸ ἑπτακοσίων*. Quam chronologiam adhibuerit Epiphanius, equidem nescio. Eusebius vero ab anno Achaz IX, in quem vaticinium illud conjicit noster, ad Natalem Christi annos colligit 748; nam nonus Achaz ascribitur anno 1268, Natalis Christi 2015, intervallum anni 748.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἡ ἀλήθεια, ὅτι οὐδεὶς ἠδύνατο πρὸ ἑπτακοσίων πεντηκοντατριῶν ἐτῶν σπεῖραι τὸν μέλλοντα γεννᾶσθαι. Ἄρα οὖν μάτην λέγει τῷ Προφήτῃ, *Γράψον*; Οὐχί· ἀλλὰ ἵνα δείξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν τῷ προφήτῃ αὐτὸ ἐνεργητικὸν γενόμενον τῆς συλλήψεως τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ παρουσίας ἐν ἀληθείᾳ. *Πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ*, φησὶν ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ δὲ, *γραφεῖδι ἀνθρώπου*, τουτέστιν εἰκόνι ἀνθρώπου. Ἄνθρωπος δὲ Χριστὸς Ἰησοῦς, μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἐπειδὴ ἄνωθεν ἦλθε Θεὸς Λόγος, ἐκ Μαρίας δὲ ἄνθρωπος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. Καὶ διὰ τοῦτο εὐθύς φησιν ὁ Προφήτης· *Καὶ εἰσῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν*, ἵνα δείξῃ προφῆτιν τὴν Μαρίαν (50), καὶ οὐχὶ τὴν γυναῖκα Ἄχαζ, ὡς τινες πλανῶνται, διὰ τὸν Ἐζεκίαν εἰρῆσθαι. Ἤδη γὰρ ὁ Ἐζεκίας ἔνδεκα ἔτη εἶχε γεγεννημένος. Τῷ γὰρ ἐνάτῳ ἔτει (51) τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βασιλείας τὸ ῥῆμα προεφητεύετο· ὅτι *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει*. Καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Ἄχαζ βασιλεύσαντα δεκατέσσαρα ἔτη, καὶ τελευτήσαντα, εὐθύς φησιν ἡ Γραφή· *Καὶ ἐβασίλευσεν Ἐζεκίας, καὶ ἦν εἴκοσι ἐτῶν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν*. Πῶς οὖν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τεσσαρακαίδεκα ἔτη αὐτοῦ βασιλεύσαντος, προφητευομένου τοῦ ἐκ Παρθένου γενομένου Ἐμμανουὴλ, Ἐζεκίας γεννηθήσεται, ὁ εἴκοσιν ἐτῶν βασιλεύσας μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα; καὶ οὐχὶ μᾶλλον φανήσεται τοῖς συνετοῖς, ὅτι ἤδη ὑπῆρχε γεννηθείς, ὅτε ὁ προφήτης προεφήτευε τὸ ῥῆμα ἐπὶ τῆς τοῦ Ἄχαζ, πατρὸς τοῦ Ἐζεκίου, βασιλείας; μάλιστα οὐδὲ προφήτιδος οὔσης τῆς τοῦ Ἄχαζ γυναικὸς, ὡς παντὶ τῷ δῆλόν ἐστι. Μαρία δέ ἐστιν ἡ εἰποῦσα καὶ προφητεύσασα, ὅτι *Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαὶ τῆς γῆς*. Πρὸς ἣν εἰσῆλθε Γαβριὴλ, καὶ εὐηγγελίσατο, ὡς τὸ Πνεῦμα ἐλεύσεται ἐν αὐτῇ [1], τὸ ἐν Ἡσαΐᾳ λαλῆσαν· καὶ γεννήσει υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, διὰ Πνεύματος ἁγίου, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ὡς οὗτοι ἀφραίνοντες καὶ σφαλλόμενοι βλασφημοῦσιν.

rili ex semine procreatum. Verum Isaiæ ante DCCLIII plus minus annos dixit: *Scribe*, ut ex toto illo temporis intervallo de rei veritate constaret; quod nemo ante hos annos DCCLIII eum qui nasciturus erat satu propagare posset. Num igitur frustra Prophetæ dixit: *Scribe?* Minime vero. Sed ut ille idem, qui prophetæ inerat, Spiritus sanctus ostenderet, generationis se Christi, quatenus carne constabat, vere auctorem et efficientem esse. *Spiritus enim sanctus superveniet in te*, ait Mariæ Gabriel angelus [2], etc. Jam quod subjicit Isaias *stylo hominis*, ad hominis similitudinem adumbrandam pertinet. Siquidem homo Christus Jesus est, mediator Dei et hominum [3], quandoquidem Deus Verbum e cœlo descendit; atque ex Maria natus est homo, non ex humano satu productus. **158** Proindeque statim Propheta subjecit: *Et ingressus est ad prophetissam*, ut prophetissam Mariam esse monstraret, non Achaz uxorem, de qua nonnulli dictum illud propter Ezechiam falso suspicantur. Quo enim illa tempore pronuntiata sunt, XI jam annos natus erat Ezechias. Nam IX imperii patris ejus anno vaticinium illud editum fuit: *Ecce virgo concipiet.* Ac mortuo demum Achazo, postquam annos XIV regnavit, mox Scriptura prodit: *Et regnavit Ezechias, eratque* XX *annorum cum regnare cœpisset* [4]. Qui igitur consentaneum est, ut, cum regnante adhuc illius patre, qui annis XIV imperavit, de Emmanuele ex virgine nasciturus propheta responsum illud cecinerit, Ezechiam oriundum esse prædixerit, qui XX annos natus parentis imperio successit? Nonne prudens quisque potius facile perspiciet tum illum natum fuisse, cum ita propheta vaticinaretur, Achazo regnante, qui Ezechiæ regis pater fuit? Præsertim cum ne prophetissa quidem Achazi conjux fuerit, de quo dubitare nemo potest. Ejusmodi vero Maria Virgo fuit, quæ cœleste illud oraculum protulit: *Ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes terræ* [5]. Ad quam ingressus Gabriel felicem hunc ei nuntium attulit; fore ut in eam se Spiritus insinuaret, qui per Isaiam locutus, ac filium pareret, Dominum nostrum Jesum Christum, qui de Spiritu sancto, non ex virili semine progenitus est, ut amentes illi ac fanatici per summam blasphemiam prædicant.

[1] γρ. ἐπ' αὐτήν. [2] Luc. II, 35. [3] I Tim. II, 5. [4] IV Reg. XVIII, 2. [5] Luc. I, 48.

(50) *Ἵνα δείξῃ τὴν Μαρίαν.* Hebræi quidam, putat Aben Ezra, et David Kim. in hunc locum, prophetissam illam Isaiæ uxorem interpretantur, quæ, quod prophetam virum habuerit, prophetissa nuncupetur. Hieron. partim per prophetissam Spiritum sanctum, partim B. Virginem intelligit, quod et Basilius, aliique sequuntur.

(51) *Τῷ γὰρ ἐνάτῳ ἔτει.* Multa hoc loco adversus et rationem temporum, et Scripturam commissa sunt, sive librariorum vitio, sive auctore ipso aliud agente. Isaiæ vaticinium illud anno IX Achaz editum fuisse putat. Eumdem porro annos regnasse XIV, ac tum Ezechiam, cum Isaias vaticinatus est, annos XI habuisse. Quod si verum est, bimulum fuisse oportet Ezechiam, cum pater ipsius regnum cœpit. Atqui ut is XIV duntaxat annos regnaverit, non plus XVI annis habuit Ezechias, quem tamen XX annos natum, cum regnare cœpit, fuisse paulo post scribit. Revera autem XXV habuit, IV Reg. XVIII, et II Par. XXIX. Quare postremum illud manifeste cum Scriptura pugnat. Ut et illud quod asserit Achaz annos regnasse XIV, cui XVI Scriptura tribuit, IV Reg. cap. XVI, 2. Neque vero minus cætera falsa sunt. Hoc enim oraculum, quod Isaiæ VII legitur: *Ecce virgo concipiet*, etc., sub illud tempus pronuntiatum est, quo Rasin rex Syriæ, et Phacee filius Romeliæ rex Israel adversus Achaz exercitum duxerunt. Jam vero Achaz anno Phacee XVII regnare cœpit, IV Reg. XVI, 2. Igitur mortuus est Phacee anno Achaz IV; qui Joatham XX, cap. XV, dicitur, hoc est ab exordio regni Joathan: qui annis XVI regnavit, eod. cap. comm. 33. Paulo vero post vaticinium illud, Teglathphalasar Assyriorum rex, cujus opem Achaz imploraverat, vastata Syria Rasin interfecit, cap. XVI. Diu itaque ante IX Achaz illud ab Isaia prædictum est; atque, uti credibile est, sub illius exordium, aut saltem uno alterove post anno.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

XXXII. Non minus ineptissimi hominis Sabbati ille cultus, ac circumcisio, ususque baptismi quotidianus refellitur. Etenim id potissimum studuisse Christus videtur, ut ipsis Sabbati diebus plerosque curaret ægrotos[1]; neque curavit solum, sed duplici id ratione perfecit. Nam quos Sabbati die sanaverat, grabatum iis tollere atque ambulare jussit. Quinetiam eodem die lutum macerans, cæci oculis illinit[2]. Atqui opus quoddam est illa luti temperatio. Unde etiam apostoli cum ex ejus convictu disciplinaque abrogatam esse Sabbati legem haud ignorarent, vulsas per Sabbatum spicas atterunt, ac vescuntur[3]. Erat autem tum secundo primum

A ΛΒ'. Ἐλήλεγκται δὲ τοῦ ματαιόφρονος καὶ ὁ σαββατισμὸς καὶ ἡ περιτομὴ, καὶ οἱ καθ' ἡμέραν βαπτισμοὶ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενοι. Ἐν γὰρ Σαββάτῳ φιλοτιμεῖται τὰ πλεῖστα θεραπεύειν Ἰησοῦς· καὶ οὐ μόνον ὅτι θεραπεύει, ἀλλὰ καὶ κατὰ δύο τρόπους ἰᾶται. Παραγγέλλει γὰρ τοῖς ἰατρευθεῖσιν ἐν τῷ Σαββάτῳ αἴρειν τὸν κράββατον, καὶ βαδίζειν. Ἀλλὰ καὶ ἐν Σαββάτῳ πηλὸν φυράσας ἐπέθηκε τοῖς τοῦ τυφλοῦ ὀφθαλμοῖς. Ἔργον δέ ἐστι πηλὸν φυρᾶσαι. Ὅθεν γνόντες οἱ ἀπόστολοι, ὅτι λέλυται τὸ Σάββατον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἅμα αὐτοῖς συνδιατριβῆς καὶ διδασκαλίας, τίλλουσι στάχυας Σαββάτῳ, καὶ ψώχουσι, καὶ ἐσθίουσιν. Ἦν δὲ Σάββατον δευτερόπρωτον (52), ὡς ἔχει τὸ

[1] Joan. v, 1. [2] Joan. IX, 6, [3] Luc. VI, 1.

(52) *Ἦν δὲ Σάββατον δευτερόπρωτον.* Vetus illa B quæstio est, quid sit Σάββατον δευτερόπρωτον· de qua sanctorum PP. variæ sunt, ac discrepantes sententiæ: sed in primis Isidori Pelusiotæ epist. 110, lib. III, Chrysostomi Homil. 39 *in Matth.* et Epiphanii cum hoc loco, tum hæresi LI, num. 31. Quorum quidem opiniones utcunque cum rei veritate consentaneæ sunt, ab recentioribus quibusdam parum fideliter expressæ sunt. Nam ut ab Isidoro exordiar, in *Annalibus ecclesiast.* anno Christi 32, num. 2, Isidori hæc refertur, approbaturque sententia: Σάββατον δευτερόπρωτον *illam fuisse diem, quæ post primam Azymorum mox sequitur; sicque dictum Sabbatum secundoprimum, seu sabbatum ex Sabbato; adhuc insuper, quod eadem dies incidisset in Sabbatum hebdomadarium, duorum festorum conjunctione dictum esse Sabbatum sabbatorum.* Subjicit deinde, eamdem esse et Epiphanii sententiam: imo et Suidæ, *dum ait fuisse eam diem secundam Paschatis, quam tamen nominat primam Azymorum.* Sed in iis verbis duo sunt ex Isidoro C contra Isidori mentem, et orationem allata. Alterum: Sabbatum secundoprimum diem illam appellari, quæ post primam Azymorum mox sequitur. Isidorus enim perspicue primam ipsam Azymorum diem Sabbatum ait esse δευτερόπρωτον· quod Sabbatum ideo vocatur, quia Judæi festa omnia Sabbati nomine complecti solent. Δευτερόπρωτον vero propterea dicitur, quod secunda sit a Paschate, et Azymorum prima. Isidori verba sunt: Δευτερόπρωτον εἴρηται, ἐπειδὴ δεύτερον μὲν ἦν τοῦ Πάσχα, πρῶτον δὲ τῶν Ἀζύμων· ἑσπέρας γὰρ θύοντες τὸ Πάσχα, τῇ ἑξῆς τὴν τῶν Ἀζύμων ἐπαγωγύριζον ἑορτὴν, ἣν καὶ δευτερόπρωτον ἐκάλουν διὰ τὸ, ὡς ἔφην, δευτέραν μὲν εἶναι τοῦ Πάσχα, πρώτην δὲ τῶν Ἀζύμων. Manifeste primam ipsam Azymorum diem δευτερόπρωτον nominat, eam videlicet, sub cujus priorem vesperam immolatum est Pascha, non ab illa secundam ac proximam. Isidori verba suo more Suidas exscripsit. Alterum, quod ab Isi- D dori sententia abhorrere dixi, illud est: Quod in eamdem diem Sabbatum legitimum, et hebdomadarium incidisset, ob id Sabbatum sabbatorum appellatum fuisse. Sed ejusmodi nihil ab Isidoro dicitur. Hoc unum, ut rationem redderet, cur Sabbatum prima illa dies Azymorum nuncupetur; subjunxit: Sabbatum a Judæis festum omnem diem vocari; indeque loquendi genus illud manasse, Σάββατα σαββάτων. quoniam accidebat interdum, ut alicujus festi principium, aut finis in hebdomadarium Sabbatum incideret: quemadmodum apud Christianos Natalis Christi, hoc est Epiphania, in Dominicum incurrit. Οὕτω καὶ παρ' αὐτοῖς ἡ καὶ ἡ πανήγυρις τῷ Σαββάτῳ συνέπιπτε, *Σάββατα σαββάτων* ἐκαλεῖτο. Corrigendum et καὶ ἡ. Quare non eo anno, quem Lucas commemorat, concursum illum incidisse scribit Isidorus; sed alias potuisse, cum Sabbata sabbatorum vocarentur. Isidori locus necessario ascribendus est. Εἰ δὲ Σαββάτῳ εἴρηται, μὴ θαυμάσῃς. Σάββατον γὰρ πᾶσαν ἑορτὴν καλοῦσι, καὶ διὰ τοῦτ' εἴρηται, Σάββατα σαββάτων, ἐπειδὴ ἔσθ' ὅτε, ἢ ἡ ἀρχὴ τῆς πανηγύρεως, ἢ τὸ τέλος συνέπιπτε τῷ τῆς ἑβδομάδος Σαββάτῳ. Nec minus hallucinatus est Scal., qui lib. III *Isag. canon.*, Isidorum refert Sabbatum δευτερόπρωτον opinari tertiam esse Azymorum diem. Nam diserte primam Azymorum definit Isidorus: secundam vero offerendo novarum frugum manipulo constituit, quam tertiam a Paschate vocat, uti primam Azymorum, quam et δευτερόπρωτον nominat, secundam. Si quidem Paschatis primam diem totum ipsam Parascevem appellat, cujus ad vesperam agnus immolabatur. Proxima est Chrysostomi sententia. Ilic homil. 39 *in Matth.*: Τί δέ ἐστι, inquit, δευτερόπρωτον; Ὅταν διπλῆ ἡ ἀργία ᾖ καὶ τοῦ Σαββάτου τοῦ Κυρίου, καὶ ἑτέρας ἑορτῆς διαδεχομένης. Σάββατον γὰρ ἑκάστην ἀργίαν καλοῦσι. Maldonatus *ad Matth.* XII Chrysostomum existimasse scribit: Sabbatum secundoprimum esse, quod proxime sequeretur festum aliquod, quod in feriam VI incidisset. Verum contrario Sabbatum illud esse censet Chrysostomus, quod festum aliud antecedit, id quod Græca illa demonstrant, καὶ ἑτέρας ἑορτῆς διαδεχομένης. Quanquam Theoph. *ad Luc.* cap. VI Chrysostomi sententiam eodem, quo Maldonatus, modo intellexisse videtur, si, uti solet, Chrysostomum secutus est. Tertius est Epiphanius noster; quem eodem loco Maldonatus asserit Sabbatum δευτερόπρωτον statuisse VIII diem Azymorum. Sed hoc quidem loco longe aliud docet Epiphanius. Etenim Sabbatum illud, quod ab Azymorum prima die proximum est, δευτερόπρωτον Sabbatum dici putat. At hæresi LI, num. 31, aliter statuit, tametsi perobscure loquitur. Ibi enim cum duplex Sabbati genus esse dixisset, alterum hebdomadarium, et antiquum, quod πρῶτον vocat: alterum legitimum; sive festivum, quod δεύτερον putat, cujusmodi Azymorum dies fuit, paulo post audit δεύτερον illud in septem revolutum appellari πρῶτον. Ubi nescias utrum Azymorum VII diem Sabbatum δευτερόπρωτον esse definiat, an festum ipsum Pentecostes, quod et Maldonatus cæteris omnibus præfert: de quo suo loco dicemus. Jam vero nullus proprie Azymorum dies VIII fuit; cum celebris ipsa intra septenos dies steterit, ut ex Levit. XXIII, et Exod. XII constat. Nisi forte, uti Paschatis octo dies interdum numerari solent, eo quod Parasceve ipsa, cujus, sub vesperam agnus immolatur, primus Paschatis dies habetur, quod ex Isidoro supra monuimus; sic etiam Azymorum prima dies eadem illa Parasceve censeatur. Qua ratione Joseph. lib. II *Orig.*, cap. V, Azymorum festum diebus VIII celebrari dixit. Illud Maldonati satis mirari non possum, quod de eadem quæstione ex sua opinione illo in loco disserit. Re-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Εὐαγγέλιον. Σάββατα γὰρ διάφορα ὥριζεν ὁ νόμος· τὸ μὲν κατὰ ἑβδομάδα ἀνακυκλούμενον φύσει Σάββατον, τὸ δὲ διὰ τὰς ὑποπιπτούσας τῆς κατὰ σελήνην (53) νεομηνίας, καὶ τὰς καθεξῆς ἑορτὰς, οἷον ἡμέρας Σκηνοπηγίας, καὶ ἡμέρας Πασχῶν, ὅτε τὸ πρόβατον θύουσι, καὶ ἄζυμα λοιπὸν ἐσθίουσιν. Ἔτι δὲ τὴν μίαν νηστείαν (54) νηστεύουσι τοῦ ἔτους, τὴν λεγομένην μεγάλην, καὶ τὴν ἄλλην ἣν λέγουσι μικράν. Ὅτε γὰρ ἐμπίπλησι enim Epiphanii, aliorumque sententiam, *qui Sabbatum secundoprimum, diem aliquem Azymorum interpretantur. Nec enim die* XV, *aut* XX *Martii spicæ maturæ esse potuerunt. Quod enim quidam adnotarerunt, in Palæstina eo tempore propter vehementem calorem segetes solitas maturescere, fictum esse arbitror; nam festum Primitivorum celebratur quinquagesimo die post Pascha; celebratur autem simul atque prima falx in messem mittebatur. Non ergo poterant in festo Azymorum, id est quinquaginta ante diebus, segetes esse maturæ.* Hæc ille. Negat itaque ipsis Azymorum diebus maturas fuisse segetes, cum quinquagesimo primum postea die falcem immiserint. Quæ quidem non falso tantum dicta, sed et Scripturæ manifeste contraria sunt. Quis nescit secunda Azymorum die novarum frugum manipulum oblatum fuisse? quemadmodum Levit. XXIII, 2 præcipitur, מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת; hoc est sequenti post Sabbatum (sive festum, id est Azymorum primam) die, τῇ ἐπαύριον τῆς πρώτης, ut recte LXX reddiderunt. Ab hoc vero die, hoc est a II Azymorum, VII hebdomadas numerabant : quibus evolutis, quinquagesimo demum die non spicas, aut manipulos; sed primitivos panes offerebant : eumque, עֲצֶרֶת, hoc est clausulam appellabant, sive postremam celebritatis diem. In quo Josephus errat; qui lib. III Ἀρχ., cap. 10 ita scribit : Τῇ Πεντηκοστῇ, ἣν Ἑβραῖοι Ἀσσαρθὰ καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο πεντηκοστήν. Assartha, hoc est עֲצֶרֶת πεντηκοστήν interpretatur, haud recte. De segetum maturitate, quod objicitur, refellit Isidorus his verbis : Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ μόνῳ καρηβαροῦσιν οἱ ἀστάχυες, καὶ κέκλινται ὑπὸ τοῦ καρποῦ, καὶ τῆς πρὸς ἅμητον ὥρας, οἱονεὶ τὴν δρεπάνην ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦντες. Quanquam non desunt, qui de hordei messe dunlaxat illud accipiant. Utcunque sit, τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἀζύμων, עֹמֶר, hoc est manipulus oblatus est. In quo corrigendus est Isidorus, qui τῇ τρίτῃ τῶν Ἀζύμων, hoc est tertia, manipulum oblatum fuisse narrat. Scripsit enim, aut scribere certe debuit, τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα, hoc est tertio a Paschate die, quod XIV die celebrabatur. Hæ sunt præcipuæ veterum PP. de Sabbato δευτεροπρώτῳ sententiæ. Ex quibus verisimillima est Epiphanii prior illa, quam hoc loco tradit, Sabbatum illud, quod primam Azymorum incidit, δευτερόπρωτον, dici. Vera autem procul dubio illa est, quæ in VI *De emend. temp. et in Isag. can.* explicatur : δευτερόπρωτον Σάββατον primum esse Sabbatum, quod ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Ἀζύμων. Nam secunda die Azymorum novarum frugum manipulum offerebant. A quo die deinceps VII hebdomadas computare jussi sunt. Quarum Sabbata ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Ἀζύμων, id est ab Omer cognominata sunt. Veluti primum Sabbatum, quod proxime τὴν δευτέραν τῶν Ἀζύμων sequitur, vocatur δευτερόπρωτον. Secundum δευτεροδεύτερον, tertium δευτερότριτον, atque ita deinceps. Quod uberius explicatum habes in *Isag. can* pag. 281. Hac enim interpretatione melior afferri nulla potest.

(53) *Τὸ δὲ διὰ τὰς ὑποπιπτούσας τῆς κατὰ σελήνην.* Judæorum festa Sabbata et ab iis et ab ethnicis appellata, nemini dubium est. De iis luculentus est apud Clem. Alex. locus *Strom.* VI, ex Petri concione quadam : Μηδὲ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις, καὶ ἀρχαγγέλοις, μηνὶ, καὶ σελήνῃ· καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, Σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον *πρῶτον*· οὔτε νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε Ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. Quærit Casaub. *Exercit.* XIV, n. 4, quid sit Sabbatum primum : idque obscurum videri sibi fatetur. In quo Scaligeri interpretationem tacite refellit, qui lib. III *Isag. can.*, pag 223, sublatis his vocibus, τὸ λεγόμενον *πρῶτον*, Sabbatum hoc loco pro νεομηνίᾳ, ἥνῃ καὶ νέᾳ, adeoque festis omnibus usurpari scripserat. Quod est absurdum. Nam Sabbatum illud τὸ λεγόμενον *πρῶτον*, aliud esse debet ab ordinariis Sabbatis ac Neomeniis. Equidem Sabbatum illud primum esse suspicor, Neomeniam Tisri, quæ majori, quam cæteræ omnes Neomeniæ, cultu ac religione celebrabatur. Erant quidem Neomeniæ mensium omnes solemnes ac festæ; sed eatenus, ut in iis præcipua quædam sacra, ac cæremonias obirent; non ut ab opere feriati essent. Sola Tisri Neomenia, quod et festum Tubarum, clangorisque vocatum est, תְּרוּעָה, ab servili opere nominatim excipitur Levit. XXIII, 24 : *Mense septimo, prima die mensis, erit vobis Sabbatum, memoriale clangentibus tubis, et vocabitur sanctum. Omne opus servile non facietis in eo, et offeretis holocaustum Domino.* Quare eadem fuit illius diei ratio, quæ primæ ac secundæ Azymorum Pentecostes, Scenopegiæ, quibus quidem nullum opus servile fieri licebat, tametsi quæ ad victum necessaria forent, præparare fas fuit. Quod de Azymorum festo diserte cautum est Exod. XII, 16 : *Dies prima erit sancta, atque solemnis, et dies septima eadem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis iis quæ ad vescendum pertinent.* Sabbatis vero ne ea quidem parare fas erat, quæ ad victum pertinerent. ut ex cap. XXI Exodi, com. 29, et XXXV, 3 colligitur. Vide Tract. שביתת יום טוב, in I Par. Jad Rambam. Mirum est igitur quod Tertull. lib. *contra Judæos*, cap. 4, præceptum de observando Sabbato, quod Exod. XX, et Deuter. V scisciturt, ita concipit : *Memento diem Sabbatorum sanctificare eum. Omne opus servile non facietis in eo, præterquam quod ad animam pertinet.* Sed primum illud de primæ diei Azymorum observatione cum altero de Sabbato imprudens permiscuit.

(54) *Ἔτι δὲ τὴν μίαν νηστείαν.* Jejunia in Hebræorum kalendario notantur XXVI. Sed neque festa, neque ab opere vacua, ac Sabbata fuerunt, præter X Tisri, quo die festum כִּפּוּרִים sive expiationis cum jejunio celebratum est; Levit. XXVI, 31. Atque hæc est μεγάλη νηστεία, quam inter Sabbata refert Epiphanius. Tum enim operis nihil faciebant : com. 29. De minore jejunio nondum certam rationem expedire potui. In kalendario Hebræorum, quod Sigonius ac Torniellus ediderunt, die Adar XIV jejunium Esther cum Mardochæi festo, quod erat *Phurim*, hoc est *Sortium* minus, incidit. Quod proinde jejunium minus existimari possit. Verum subinovendum hoc jejunium in XIII Adar, ut a Munstero et Genebrardo factum est : quod et Scripturæ auctoritate constat. Nam Esther cap. IX, 22, XIV et XV mensis Adar inter Judæorum festa sanciuntur, uti sint *dies illi epularum ac lætitiæ.* Non igitur XIV die jejunabant. Quare de minore illo jejunio, quod una et festum, sive Sabbatum sit, amplius quærendum videtur.

A Sabbatum, ut Evangelium docet; nam Sabbatorum varia genera præfinita sunt. Ac quod septenum dierum orbe revoluto celebratur, proprie Sabbatum dicitur. **159** Sed aliud est quod vel incurrentibus noviluniis, vel ob alios festos dies indicitur, puta Tabernaculorum, vel Paschatis ferias, quibus mactare agnum azymisque vesci legitimum est. Ad hæc solemne quoddam jejunium quotannis observant, quod

B

C

D

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

magnum vocant, nec non et alterum quod parvum appellant. Quoties igitur dies ejusmodi in secundam post Sabbatum diem, vel tertiam, aut quartam incidunt, istud ipsum illorum instituto Sabbatum censetur. Quare secundum Azymorum festum, definitumque Sabbati diem, eo Sabbato, quod et proprie ita dictum est, et Azymorum diem sequitur, quæ et ipsa pro Sabbato censetur, forte iter per sata fecerunt, ac vulsas spicas affricuerunt, atque comederunt, ut vincula illa Sabbati sanctione astricta soluta esse monstrarent magni illius accessione Sabbati, hoc est Christi Domini, qui ut a peccatis nostris quiesceremus indulsit. Cujus insuper figuram Noemus olim prætulit, is quem natum pater ut vidit, prophetico quodam afflatu Noemum appellari voluit: *Quoniam*, inquit, *ipse requiem dabit nobis a peccatis nostris*[1], hoc est laboriosis nostris operibus. Atqui Noemus nullam a peccatis requiem attulit, ut intelligas de Christo vaticinatum esse Lamechum, in quem etiam ipsa nominis ratio convenit. Noemus enim *requiem* significat, ut et Sebeth, quæ vox tam istud ipsum quam *Sabbatum* exprimit. Quod apprime Christo congruit, in quo Pater cum Spiritu sancto requiescit; requieveruntque sancti ad unum omnes, posteaquam a peccato destiterunt. Hic est magnum sempiternumque Sabbatum, cujus parvum illud exemplar fuit; ad illius adventum usque in usum adhibitum, et ab ipso lege constitutum; ab eodemque solutum, et in Evangelio demum impletum. Ita enim ille dixit: *Dominus est Filius hominis etiam Sabbati*[2]. Ex quo factum est, ut audacter discipuli Sabbatum solverent, præsertim cum et sacerdotes ante illos idem sacrificando, offerendoque facerent, ne juge illud quotidianumque sacrificium intermitterent. Ac non sacerdotes solum hoc ipso, quod ne Sabbato quidem essent feriati, solutum illud iri diu ante prænuntiabant; sed et circumcisio ipsa solvebat. **160** Cum enim Sabbato puer sæpenumero nasceretur, ejus diei religionem circumcisio tollebat; atque ita duabus illis rebus Sabbati abrogatio significata ante videtur. Hoc enim constat, eos qui natum in Sabbato puerum circumciderent, sive octavum diem accurate observare vellent, quod is in Sabbatum incurrisset, eodem ipso circumcidisse, ac proinde operis aliquid egisse, Sabbatumque violasse. Sin abrogandi Sabbati metu differrent, nono demum die circumcisionem adhibuisse, atque hujus adeo legem, præstitutumque dierum octo numerum minime tenuisse.

πτουσιν αὗται αἱ ἡμέραι, ἤτοι ἐν δευτέρᾳ Σαββάτων (55), ἢ ἐν τρίτῃ, ἢ ἐν τετράδι, Σάββατον καὶ αὐτὴ αὐτοῖς ὁρίζεται. Διὸ μετὰ τὴν τῶν Ἀζύμων γενομένην ἡμέραν, καὶ ὁρισθεῖσαν ἡμέραν Σαββάτου, τῷ Σαββάτῳ φύσει τῷ μετὰ τὴν ἡμέραν τῶν Ἀζύμων εἰς Σάββατον λελογισμένην, εὑρέθησαν διαβαίνοντες διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἔτιλλον στάχυας, καὶ ἔψωχον, καὶ ἤσθιον, δεικνύντες, ὅτι λέλυται ὁ δεσμὸς ὁ ἐν τῷ Σαββάτῳ ὁριζόμενος, ἐλθόντος τοῦ μεγάλου Σαββάτου, τουτέστι Χριστοῦ, τοῦ ἀναπαύσαντος ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν, οὗ τύπος ἦν ὁ Νῶε, ὃν ὁ πατὴρ αὐτοῦ γεννηθέντα ἐωρακὼς κατὰ προφητείαν, ἐπέθετο αὐτῷ ὄνομα Νῶε, λέγων· *Ὅτι οὗτος ἀναπαύσει ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*, ἤτοι σκληρῶν ἔργων ἡμῶν. Ὁ Νῶε δὲ ἀπὸ ἁμαρτιῶν οὐκ ἀνέπαυσεν, ἀλλὰ εἰς Χριστὸν προεφήτευσεν ὁ Λάμεχ τὴν προφητείαν τῷ[3] Νῶε ἑρμηνευόμενον ἐν ἀληθείᾳ. Νῶε γὰρ *ἀνάπαυσις* ἑρμηνεύεται, καὶ Σεβὲθ, ὅπερ *ἀνάπαυσις* καὶ *Σάββατον* ἑρμηνεύεται, ὅ ἐστι Χριστὸς, ἐν ᾧ ἀναπέπαυται ὁ Πατὴρ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ πάντες ἅγιοι ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ ἀνεπαύσαντο, παυσάμενοι ἀπὸ ἁμαρτημάτων. Οὗτός ἐστι τὸ μέγα Σάββατον καὶ ἀΐδιον, οὗ τύπος ἦν τὸ μικρὸν Σάββατον ἐξυπηρετούμενον ἄχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, προσταχθὲν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐν αὐτῷ λυθὲν, καὶ πληρωθὲν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Οὕτως γὰρ εἶπεν, ὅτι *Κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ Σαββάτου*. Ὅθεν θαρσαλέως οἱ μαθηταὶ λύουσι τὸ Σάββατον· ἐπειδὴ καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν ἱερεῖς ἔλυον τὸ Σάββατον θύοντες, καὶ Θεῷ θυσίας προσφέροντες, ἵνα μὴ ἀργήσῃ θυσία ἡ ἐνδελεχὴς, καὶ καθ' ἡμέραν προσφερομένη. Οὐ μόνον δὲ αὐτοὶ προεφήτευον οἱ ἱερεῖς λυθήσεσθαι τὸ Σάββατον διὰ τοῦ μὴ ἀργεῖν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ περιτομὴ ἔλυε τὸ Σάββατον. Γεννωμένου δὲ παιδὸς πολλάκις ἐν Σαββάτῳ, ἀναίρεσις Σαββάτου διὰ περιτομῆς ἐγίνετο. Οὕτω ταῖς ἀμφοτέραις ἡ λύσις προεθεατίζετο. Δείκνυται γὰρ, ὅτι οἱ περιτέμνοντες αὐτὸ τὸ γεννηθὲν ἐν Σαββάτῳ, ἐὰν θελήσωσιν ἀκριβολογήσασθαι τὴν ὀγδόην ἡμέραν, εὑρίσκοντες ἐμπίπτουσαν ἐν Σαββάτῳ, καὶ περιτεμόντες, ἔργον εἰργάσαντο καὶ τὸ Σάββατον ἔλυσαν. Ἐὰν δὲ ὑπέρθωνται διὰ τὸ μὴ λῦσαι τὸ Σάββατον, ἐνάτῃ λοιπὸν περιτέμνουσι τὴν περιτομήν· καὶ ἔλυσαν τὴν περιτομὴν, καὶ τὸν περὶ αὐτῆς τῶν ὀκτὼ ἡμερῶν ὅρον τοῦ προστάγματος.

XXXIII. Sed ne ipsa quidem prima erat perfecta circumcisio, verum signi instar ad eorum quæ postea consequebantur recordationem concessa: ac præsertim ob Abrahami, uti diximus, hæsitationem, cum illum Deus redarguit: tum ad majoris

ΛΓ'. Ἀλλὰ οὔτε ἦν τελεία ἡ πρώτη περιτομὴ, ἀλλὰ σημείου χάριν ἐδόθη, εἴς τε ὑπόμνησιν αὐτῶν μετὰ ταῦτα· καὶ διὰ τὸν δισταγμὸν τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς προείρηται, ἐπιτιμηθέντος, καὶ τύπου ἕνεκα τῆς μεγάλης τῆς τὰ πάντα κατ' ἰσότητα πληρούσης ἐν τοῖς

[1] Gen. v, 29. [2] Matth. xii, 8. [3] F. τόν.

(55) *Ἤτοι ἐν δευτέρᾳ Σαββάτων.* Tres duntaxat hebdomadis ferias commemoravit, 2, 3 et 4. Sed una etiam cæteras συνεκδοχικῶς complexus est. Neque enim est ulla ratio, cur a cæteris eæ solemnitates arceantur. Nam certorum dierum superstitio illa, quam Judæi observant, et in Jad Rambam exposuit, nihil ad hunc locum facit. De qua alias disseremus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

καταξιουμένοις. Ἐκείνη μὲν γὰρ εἰ ἦν ἁγιστίας ἕνεκα, καὶ κληρονομίας οὐρανῶν βασιλείας χάριν, ἄρα ἐστέρηται Σάῤῥα τῆς βασιλείας, καὶ Ῥεβέκκα, καὶ Λία, καὶ Ῥαχήλ, καὶ Ἰωχαβὲθ, καὶ Μαρία ἡ ἀδελφὴ Μωϋσέως, καὶ πᾶσαι αἱ ἅγιαι γυναῖκες, καὶ οὐ δυνήσονται κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, μὴ δυνηθεῖσαι τὴν περιτομὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἔχειν, ἣν Θεὸς αὐτῷ δεδώρηται, κατὰ τὸν τούτων λόγον· εἰ δὲ οὐκ ἐστέρηνται αὗται τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καίτοι οὐ μετεσχηκυῖαι περιτομῆς, οὐδὲν ἄρα ἰσχύει ἡ νῦν ἔνσαρκος περιτομή. Τί δὲ καυχᾶται Ἐβίων περιτομὴν, ὁπότε καὶ οἱ εἰδωλολάτραι (56) καὶ μιαιρεῖς [1] τῶν Αἰγυπτίων περιτομὴν ἔχουσιν; Ἀλλὰ καὶ οἱ Σαρακηνοὶ, οἳ καὶ Ἰσμαηλῖται, περιτομὴν ἔχουσι, καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ὁμηρῖται. Τούτων δὲ οἱ πλείους οὐ διὰ νόμον τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ ἀλόγῳ τινὶ συνηθείᾳ.

illius, atque æqualiter in iis, qui quidem digniati fuerint, omnia perficientis, adumbrandam imaginem. Etenim si ingenerandæ sanctitatis, cœlestisve regni velut hæreditario jure conferendi gratia esset instituta, consequens esset, Saram ac Rebeccam, et Liam ac Rachelem, et Jochabetam ac Mariam Moysis sororem, cæterasque sanctas mulieres eo esse regno privatas, nec cœlestem illam hæreditatem posse capessere : propterea quod Abrahami circumcisionem usurpare nequiverint, quam, ut isti volunt, Deus illi largitus est. Quod si cœlesti illæ regno, tametsi circumcisæ non fuerint, minime caruerunt, nihil igitur modo carnis illa circumcisio prodest. Et vero quid est, quod Ebion adeo de circumcisione sua glorietur, cum et idolorum cultores, et sacerdotes Ægyptii seipsos quoque circumcidant? Quod et Saraceni, et Ismaelitæ, ac Samaritani, Judæi, Idumæi et Homeritæ faciunt. Quorum id plerique non aliqua lege, sed consuetudine quadam citra ullam rationem suscipiunt.

Καὶ ἁπλῶς πολὺν χρόνον ἀναλώσω κατατριβόμενος εἰς τὴν τούτου ληρῳδίαν, διὰ τὸ ἐπερείδεσθαι αὐτὸν μάτην τῷ ῥητῷ ᾧ εἶρηκεν ὁ Σωτήρ· *Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος*· ἵνα καὶ αὐτὸς σεμνύνηται τὴν ἰδίαν περιτομὴν διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ περιτομὴν τὴν ἐν αὐτῷ καλῶς περιτμηθεῖσαν. Ὅμως ἐπειδὴ βούλεται ὁ κτηνώδης διὰ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν μίμησιν λαμβάνειν τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ ὀκνήσω δεῖξαι, ὅτι οὐ διὰ τοῦτο εἴρηται. Εὐθὺς γὰρ φράζει ὁ Κύριος, λέγων, ὅτι οὐ διὰ τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ διὰ τοὺς διωγμοὺς, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν παροινίαν. Καί φησιν· *Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν*· εἰ ἐμὲ ἐμίσησαν, καὶ ὑμᾶς μισήσουσιν. *Οὐκ ἐμὲ λέγετε κύριον καὶ διδάσκαλον; Καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. Εἰ οὖν τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ γε μᾶλλον τοὺς οἰκειακοὺς αὐτοῦ;* καὶ, *Οὐ δύναται δοῦλος εἶναι ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ, οὐδὲ μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. Ἵνα δὲ κατηρτισμένος κατὰ πάντα ὁ μαθητὴς, ὡς ὁ διδάσκαλος*, τουτέστιν ἕτοιμος εἰς διωγμὸν, καὶ κακολογίαν, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐπιφερόμενον. Ὅθεν καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.* Καὶ οὐχ ὅτι ἐκεῖνος ἐμιμεῖτο τὸν αὐτοῦ δεσπότην ὡς οὐκ ἔδει. Οὐδὲ γὰρ ἔλεγεν, ὅτι Θεός εἰμι, ἢ Υἱὸς Θεοῦ εἰμι, ἢ Λόγος Θεός εἰμι. Λέγει γὰρ, ὅτι *Ἐγώ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων*· καὶ, *Ὡσπερεί τῳ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί.*

Denique plurimum a me temporis insumi necesse sit, si in refellendis illius nugis inhærere voluero, qui hoc uno Salvatoris dicto frustra nititur : *Sufficit discipulo si sit sicut magister ejus* [2]; ut et ipse propter eam, quam in se merito Christus expressit, circumcisionem suam arroganter ostentet. Verumtamen quoniam ob Christi imitationem ea se sententia pecus illa defendit, dicere haud verebor nequaquam illam eo pertinere. **161** Statim enim Dominus adjecit, non se ideo ita dixisse, sed ob ingruentes exagitationes, Judæorumque in se contumelias. Ac, *Si me*, inquit, *persecuti sunt, et vos persequentur* [3]; si me oderunt, et vos odio habebunt [4]. *Nonne me Dominum dicitis ac magistrum? Et recte dicitis, sum etenim* [5]. *Si igitur patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus* [6]? Et, *Non potest servus major esse domino suo* [7] : *neque discipulus magistro; sed esto perfectus in omnibus discipulus sicut magister* [8], hoc est ad omnem vexationem, ac maledicentiam, et adversa quælibet sustinenda comparatus. Unde et Paulus : *Imitatores*, inquit, *mei estote, sicut et ego Christi* [9]. Neque vero qua non decebat ratione dominum ille suum imitatus est. Non enim Deum esse se dixit, aut Dei Filium, aut Deum Verbum. Sed, *Ego sum*, inquit, *minimus apostolorum* [10]; et, *Tanquam abortivo visus est et mihi* [11].

ΛΔ'. Εἰ δὲ σὺ, Ἐβίων, λαμβάνεις τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐπὶ μιμήσει Χριστοῦ καὶ ἀπὸ τῆς περιτομῆς, ἧς ματαίως φρονεῖς, θέλεις εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος, μᾶλλον δὲ ὡς ὁ Κύριος, μὴ ἐν τῇ περιτομῇ αὐτῷ ὁμοιοῦ· οὐ γάρ σε ὠφελήσει. Παρήνεγκε γὰρ ὁ Κύριος τὸν ταύτης χρόνον, ὡς διὰ πολλῶν μαρτύρων σαφῶς ἐπεδεί-

XXXIV. Quod si tu, Ebion, Christi ad imitationem dictum illud usurpas, et ob circumcisionem, qua tu frustra te jactitas, magistri esse similis vel Domini potius affectas, noli circumcisione ei similis esse; neque enim tibi proderit, cum illius tempus Dominus ipse circumscripserit, quemad-

[1] F. ἱερεῖς.. [2] Matth. x, 25. [3] Joan. xv, 20. [4] ibid. 18. [5] Joan. xiii, 3. [6] Matth. x, 25. [7] Joan. xv, 20. [8] Luc. vi, 40. [9] I Cor. xi, 1. [10] I Cor. xv, 9. [11] ibid. 8.

(56) *Ὁπότε καὶ οἱ εἰδωλολάτραι.* Hieron. *ad cap. Jer.* x : *Multarum*, inquit, *ex quadam parte gentium, et maxime, quæ Judææ Palæstinæque confines sunt, usque hodie populi circumciduntur, et præcipue Ægyptii et Idumæi, Ammonitæ et Moabitæ, et omnis regio Sarracenorum.* De Ægyptiis id testatur Herodotus. Meminit et Orig. I. *cont. Cels.*

Digitized by Google Распознавание текста

modum idoneis multis testibus evidenter ostendimus. Venit enim, veteremque complevit, perfecta demum per sua mysteria circumcisione concessa. Quam non una corporis parte definiri voluit, sed eadem totum corpus obsignavit, atque a peccato circumcidit : neque unam duntaxat populi partem, puta virilem sexum, sed universam Christianorum gentem reipsa servavit: viris, inquam, et mulieribus signum illud impertiit. Quippe ad regni cœlestis adeundam hæreditatem cumulate omnibus, non anguste virorum uni generi, illam ipsam notam imponi, velut imbecillam, statuit. Adeoque tam per eam, quam per mandata sua, egregiamque doctrinam cœleste regnum Christiano toti populo patefecit. Ac si tu Domini similis esse, hoc est Magistri vis, Ebion ! vehementer aberras. Noli enim circumcisione ista similitudinem illius exprimere.

A ξαμεν. Ἦλθε, καὶ ἐπλήρωσε δοὺς τὴν τελείαν περιτομὴν τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, οὐκ ἐν ἑνὶ μέλει μόνῳ, ἀλλ' ὅλον σῶμα σφραγίσας, καὶ περιτεμὼν ἀπὸ ἁμαρτίας· καὶ οὐχ ἓν μέρος λαοῦ σώζων, τουτέστιν ἄνδρας μόνους, ἀλλὰ καὶ ὅλον λαὸν τὸν τῶν Χριστιανῶν κατὰ ἀλήθειαν, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ὁμοῦ σφραγίζων, καὶ εἰς οὐρανῶν βασιλείας κληρονομίαν ἀφθόνως, καὶ οὐκ ἐλλιπῶς ἑνὶ τάγματι τῶν ἀνδρῶν μόνον κατὰ ἀσθένειαν τὴν σφραγῖδα παρέχων, ἀλλὰ λαῷ ὁλοτελεῖ διὰ τῆς σφραγῖδος καὶ ἐντολῶν καὶ ἀγαθῆς διδασκαλίας τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀποκαλύπτων. Εἰ δὲ ὡς ὁ Κύριος βούλει εἶναι, ὁ Ἔβίων, τουτέστιν ὡς ὁ Διδάσκαλος, πολὺ ἠπάτησαι. Μὴ ἐν τῇ περιτομῇ ἀπεικάζου.

Verum agedum a monumento Lazarum arcesse, aut aliud quempiam mortuum excitato : **162** aut infectos lepra repurga; cæcis visum, nervorum resolutione laborantibus sanitatem, si potes, restitue. Sed ideo non potes, quod infidelitate, carnisque vinculis, ac legis imperfectis cæremoniis illigatus contraria illi omnia facis. Atque ut præstare maxime posses, id quod propter depravatam fidem tuam minime potes assequi, non instar Christi dico (neque enim corruptioni obnoxius atque errore implicatus homuncio conferri cum Deo potes), sed neque Christi nomen ad edenda prodigia potes invocare; aut si tamen invocaveris, efficies quidquam. Sed etsi paralytico suscitando aliquid efficeres, idem utique, qui per Jesu nomen exsurgeret, ab eo ipso quadam posset sapientiæ luce perfundi, ne se tuam ad Sabbati observationem accommodaret ; ac per ejus a quo esset sanatus, nomen hoc disceret : *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam Sabbato* [1]. Cæterum hoc a nobis antea commemoratum est, qui ex illa secta sunt, eos varie de Christo sentire. Nam quod ad Ebionem ipsum pertinet, merum illum hominem ex humano concubitu putat esse prognatum. At qui Ebionæi de illo vocati sunt, nescio quam in cœlo virtutem divinitus obtinuisse filium, eumdemque suo se tempore in Adamum insinuasse, exuisseque postea. Quorum omnium discrepantes sententias divina ope freti hactenus evertimus.

B Ἀλλὰ κάλεσον τὸν Λάζαρον ἀπὸ μνημείου, ἢ ἄλλον νεκρὸν ἔγειρον, λεπροὺς καθάρισον, ἢ τυφλοῖς χάρισαι τὸ βλέπειν, ἢ παραλυτικὸν ἰάσαι, εἰ δύνῃ. Οὐ δύνῃ δὲ, ὅτι ἐναντίως πράττεις ἀπιστίᾳ κατεχόμενος, καὶ δεσμοῖς σαρκὸς, καὶ δικαιώμασι νόμου ἀπληρώτοις. Εἰ δὲ ταῦτα ἠδυνήθης ποιῆσαι, ὅπερ οὐ δύνῃ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου, οὐ λέγω ὡς ὁ Χριστὸς (οὐ γὰρ δύνῃ ἀπεικασθῆναι Θεῷ, φθαρτὸς ὢν ἄνθρωπος καὶ ἠπατημένος), ἀλλ' οὔτε τὸ ὄνομα Χριστοῦ ἐπὶ θεοσημείοις δύνασαι ἐπικαλέσασθαι· κἂν τε ἐπικαλέσῃ, οὐκ ἐνεργήσεις. Εἰ δὲ καὶ ὅλως ἐνεργεῖς παραλυτικὸν ἀναστῆσαι, εἶχεν ἄν, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ἀναστὰς, καὶ σύνεσιν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν· ἵνα σου μὴ ἀνάσχηται σαββατίζειν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἰασαμένου μαθεῖν, ὅτι *Ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν Σαββάτῳ.* Ἤδη δέ μοι εἴρηται, ὡς διαφόρως ἕκαστος αὐτῶν περὶ Χριστοῦ ὑποβάλλει· ποτὲ μὲν ὁ αὐτὸς Ἔβίων λέγων ἐκ παρατριβῆς ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι· ἄλλοτε δὲ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Ἐβιωναῖοι, ἄνω δύναμιν ἐκ Θεοῦ κεκτῆσθαι Υἱὸν, καὶ τοῦτον κατὰ καιρὸν τὸν Ἀδὰμ ἐνδύεσθαί τε καὶ ἐκδύεσθαι. Ἓν τὰς διαφόρους γνώμας ἐν δυνάμει Θεοῦ ἀνετρέψαμεν.

Quamobrem quid ego diutius importuosis illis in locis ac velut æstuariis commoror, quæ inundari alias, alias exsiccari solent; ac piscium copiam sæpius in littus ejicere, inter quos venenati quidam, cujusmodi sunt pastinacæ, dracænæ, caniculæ, murænæ, eorum qui ad oram illam ambulant pedes exitiali veneno, uti diximus, infestant? Hunc igitur locum ingentes Deo gratias agens præteribo, quod hæc insuper a nobis propulsata sit hæresis,

Καὶ τί μοι ἔτι διατρίβειν ἐν ἁλιμένοις καὶ ἀμπώτεσι τόποις, πῇ μὲν ἐπικλυζομένοις, πῇ δὲ καταξηραινομένοις· ἐξ ὧνπερ ἰχθύων ἐκβράσματα πολλάκις γίνεται, καὶ τοῖς ποσὶ τοῖς τὰς ὄχθας τούτων μετιοῦσι τῶν τόπων, ἐκ τοῦ ἀναμέσον τῶν ἰχθύων τινὰ ἰοβόλα εἶναι, τρυγόνας δέ φημι καὶ δρακαίνας (57), καὶ καρχαρίας, καὶ σμυραίνας, ὡς ἤδη προείρηται, βλάβην ἐμποιεῖ ; Παρελεύσομαι τοίνυν τὸν τόπον αὖθις, Θεῷ εὐχαριστῶν, ὅτι καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν

[1] Joan. v 8.

(57) *Τρυγόνας δέ φημι, καὶ δρακαίνας.* Plin. lib. IX, cap. 48: *Æque pestiferum animal araneus ; spinæ in dorso aculeo noxius. Sed nullum usquam exsecrabilius, quam radius super caudam eminens trygonis, quam nostri pastinacam appellant, quincunciali magnitudine.* Ælianus l. II *De anim.*, c. 50, venenatos pisces commemorat, gobium, draconem, hirundinem, quorum tamen virus minime letale sit. At pastinacæ præsentissimum esse docet. De murænis Plin. lib. XXXII, cap. 4, *murænæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

εἰς τοὐπίσω ἐτρέψαμεν, οὐ παρέργως, ἀλλὰ καὶ ἐπιμελῶς ἐλέγξαντες. Ἐπ' ἄλλας δὲ καθεξῆς ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, ἀγαπητοί, Θεὸν αἰτούμενοι βοηθὸν, ὅπως τῆς ἐπαγγελίας τὸ πλήρωμα αὐτὸς δι' ἡμῶν τελειώσῃ.

A quam non obiter solum, sed summa cum diligentia refellimus. Nunc ad alias transeamus, dilecti, ac Dei præsidium imploremus, ut quod hoc opere suscepimus cumulate per nos ad exitum finemque perducat.

ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΩΝ (58), ΤΩΝ ΚΑΙ ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ,

Τριακοστὴ πρώτη.

Α'. Μετὰ τούτους τοὺς Ἐβιωναίους, καλουμένους, ὧν τὴν μοχθηρίαν διοδεύσαντες, ἐπαγγειλάμενοί τε Θεοῦ δυνάμει τὰς ἐξῆς ἑτέρων θηρῶν μορφὰς, καὶ ἰοὺς ἑρπετῶν, δήγματά τε καὶ δηλητήρια ἔχοντας, ὡς ἐν ταῖς αὐτῶν διδασκαλίαις, ὡς ἀπὸ χάσματος ἰδεῖν ἔνεστι, πυρβόλου ἢ ἑρπετοῦ δεινοῦ καὶ βασιλίσκου κεκνημένης, ἐπὶ τὴν τῶν Οὐαλεντίνων αἵρεσιν διέξειμι, τὸν ἔλεγχον αὐτῶν κατὰ δύναμιν ποιούμενος, τῶν δὴ καὶ Γνωστικῶν ἑαυτοῖς ἐπιθέντων ὄνομα, ὧν διαφοραὶ μέν εἰσι δέκα ἐν μιᾷ πληγῇ τῆς αὐτῶν ὀνειροπολίας συζυγιῶν τε καὶ ὀγδοάδων, καὶ ἀρρενοθηλειῶν αἰωνίων [1] ἀλληνάλλως ἰσορρόπως πεπλημμένων· οὐκέτι μὲν κατὰ χρόνους τάττων διαδοχῆς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ κατὰ πρόσβασιν ἀφ' ἑτέρας εἰς ἑτέραν διερχόμενος. Ἐν ἑνὶ γὰρ χρόνῳ οὗτοι πάντες ὡς μύκητες ἐκ γῆς ἀνεβλάστησαν, καὶ ὥσπερ κακόρεκτα καὶ δυσώδη βοτανῶν βλαστήματα, καὶ χόρτος ἀκανθώδης, καὶ ὡς ψωλεὸς πολλῶν σκορπίων, ἐξ ἑνὸς πάντες καιροῦ τῷ βίῳ ἐβλάστησαν καὶ, ὡς προεῖπον, δίκην μυκήτων τῇ ἀμορφίᾳ ὑπὸ μίαν θίξιν πεφήνασιν, ὡς καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ ἤδη περὶ αὐτῶν προείρηται. Σύγχρονοι γὰρ γεγόνασιν οὗτοι πάντες· ἕκαστος δὲ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τὴν κακὴν πρόφασιν ἐρανισάμενοι, ἄλλος ἀπὸ ἄλλου ἔτι περισσότερον ἐπιδείξιας βουλόμενος χάριν, ἑαυτῷ προετύπωσε διαφορὰν κακῆς ἐξευρέσεως. Καὶ πάντες Γνωστικοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν. Οὐαλεντῖνός τε, φημὶ, καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ Γνωστικοί· ἀλλὰ καὶ Βασιλείδης, καὶ Σατορνῖλος, καὶ Κολορβασὸς, Πτολεμαῖός τε καὶ Σεκοῦνδος, Καρποκρᾶς, καὶ ἄλλοι πλείους. Ἀλλὰ τὰς πάσας ἐνταῦθα ὀνομάσαντες διὰ τὴν ἐν ἑνὶ καιρῷ σύσχεσιν πάντων τῆς ἀναδύσεως, καὶ κακοβλάστου ὁμοῦ τὴν ἑκάστου σπορᾶς κακονοίαν ἰδίᾳ ἀφηγησόμεθα. Τέως δὲ ἐπὶ τὸν προκείμενον αἱρεσιάρχην καὶ τραγῳδοποιὸν ἐλευσόμεθα· φημὶ δὲ Οὐαλεντῖνον, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, τὴν ἀπὸ τῆς μεγάλης ταύτης Γνωστικὴν ἐπαγγελίας ὑπάρχουσαν, καταγνωστικῆς δὲ ληρωδίας, ὡς τοῖς συνετοῖς καταγινωσκομένη εὑρίσκεται καὶ καταγέλαστος.

CONTRA VALENTINOS, SIVE GNOSTICOS,

Quæ est hæresis XXXI.

163 I. Posteaquam Ebionitarum nequitiam improbitatemque percurrimus, cum cæteras aliorum serpentium formas, ac venena traditurus nos esse simus polliciti, quorum et exitiales sunt morsus, ut ex illorum dogmatibus velut rictu quodam apparere potest, et igniti cujusdam, teterrimique anguis aut basilisci instar editi sunt, ad Valentinorum qui se Gnosticos appellant, refutandam hæresim me conferam, quod quidem pro virili parte conabor efficere. Horum itaque decem omnino divortia sunt. Sed omnes tamen uno velut ictu profligatis nescio quibus parium, et ogdoadum, atque marium et feminarum æonum temere confictis somniis æqualiter feriuntur. Neque vero in illorum confutandis erroribus temporum est retinenda successio; sed ab una progredi ad alteram hæresin necesse est; quoniam eodem e terra tempore omnes fungorum instar eruperunt. Atque ut noxia fœtidaque quædam herbarum germina, vel dumis ac sentibus obsitum gramen, vel denique uti plures ex eodem cavo scorpii, ita illi omnes eodem tempore in hanc vitam efflorue-runt; ac, quod paulo ante dictum est, tanquam fungi inusitata quadam fœditate eodem momento universi proruperunt, quemadmodum de illis olim Irenæus præclara vir sanctitate pronuntiavit. Æquales enim illi omnes exstiterunt, sic, ut quilibet pessimam ab altero disciplinam ac dogma mutuatus fuerit; alius, inquam, velut exortus ab altero, quo se amplius ostentaret, scelestissimi commenti discrepantem quamdam formam ac rationem excogitarit. Qui se omnes Gnosticos communi appellatione dici voluerunt. Cujusmodi Valentinus fuit, et qui illum Gnostici præcesserunt. Itemque Basilides, ac Saturnilus, et Colorbasus, ac Ptolemæus et Secundus, Carpocrates, aliique complures. Quibus omnibus sectis, quod eodem prodiere tempore, simul recensitis, nunc cujusque velut satus labem ac perniciem singillatim exponam. Sed ipsum in primis hæreseos caput ac tragœdiæ auctorem aggrediar: Valentinum intelligo, Valentinianaque dogmata, quæ ab speciosa illa Gnosticorum professione **164** prodierunt, quas catagnosticas potius nugas, hoc est damnatas, appellare licet, uti pridem sapientes eas condemnarunt, ac ludibrio dignas habuerunt.

Β'. Οὐαλεντῖνος μὲν οὖν οὗτος χρόνῳ διαδέχεται τοὺς πρὸ αὐτοῦ προτεταγμένους, Βασιλείδην τε καὶ Σατορνῖλον, Ἐβίωνά τε καὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτούς. Οὗτοι γὰρ πάντες ἐν ἑνὶ καιρῷ τῷ βίῳ κακῶς ἐφύησαν, ὀλίγῳ δὲ πρόσθεν μᾶλλον οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ Ἐβίωνα. Ἅμα γὰρ τοῖς ἤδη μοι πρὸ αὐτῶν δεδηλωμένοις ἀνεφύησαν.

II. Igitur Valentinus iste prioribus illis a me antea commemoratis tempore est posterior, Basilide nimirum, ac Saturnilo, Ebione, Cerintho ac Merintho, eorumque sociis. Siquidem omnes uno tempore ad humani generis exitium profusi sunt; quanquam Cerinthus ac Merinthus et Ebion paululum antegressi sunt; ac cum iis, quos ante illos percensui,

[1] For. αἰώνων.

(58) *Οὐαλεντῖνων.* De Valentinianorum nugis præter Irenæum, aliosque veteres, ex recentioribus diligentissime disputavit Pammelius *ad Tertull.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

prodire cœperunt. Valentini porro patriam ac stirpem plerique nesciunt. Non enim locum ipsum, unde oriundus esset, scriptorum ullus expressit. Verum ad nos auditione sola quædam ejus rei fama pervenit; quam quidem prætereundam, patriamque omnino dissimulandam non arbitror; tametsi veritas in ambiguo posita videtur. Nos quidquid accepimus ea de re, proferemus. Sunt qui Phrebonitem illum faciant ex Ægypti quadam ora; unde Alexandriam profectus sit, ibique Græcorum artibus institutus. A quibus et Hesiodiæ Theogoniæ, ac xxx illorum deorum, quos ibidem ille recensuit, ac gentilium fabularum in animo suo exemplum informavit. Tum ab iis, qui vel suo tempore, vel ante se a veritate recesserant, mutuatus errorem, eadem cum Hesiodo, mutatis duntaxat nominibus, excogitata ad circumveniendum humanum genus invexit. Etenim deos ille xxx et æonas, cœlestesque totidem orbes constituit. Quorum primus est Bythus, ut huic insano videtur; quemadmodum etiam auctor ejus opinionis ac conditor Hesiodus prius omnibus diis Chaos esse dixit. Atqui Chaos et Bython idem omnino significare nemo est qui nesciat. Sed circumforanei nebulonis tragice decantatam fabulam, ac nefariam doctrinam considera. Triginta enim, ut est dictum, æones statuit, quos etiam deos appellat, quindecim mares, totidemque feminas. Sed æonem quemlibet par maris ac feminæ, tam ipse quam ejus discipuli vocant, ut binarii sint xv, quas syzygias, hoc est duorum collegia, nominant. Hinc æones xxx numero consurgunt, quorum femina quælibet e mare suo consequentes æones progenerat. Quorum omnium nomina subjecimus; eaque sunt ejusmodi, **165** ut unicuique maris appellationi suum feminæ nomen ex adverso respondeat. Ampsiu, Auraan; Bucua, Thartuu; Ubucua, Thardeadie; Merexa, Atarbaba; Udua, Cesten; Udu, Vac; Eslen, Amphain; Essumen, Vanauin; Lamer, Tarde; Athames, Susin, Allora, Buciatha; Danaddaria, Allora; Dammo, Oren; Lanaphech, Audamphech; Emphibochebaud; Assiovache, Belin; Dexariche, Masemo. Hic illorum ordo est, dum per marium feminarumque conjugia recensentur. Alioquin hæc illorum secundum successionem series est: Ampsiu, Auraan, Bucua, Tharduu, Ubucua, Thardeadie, Merexa, Autabarba, Udua, Cesten, Uduua, Eslen, Amphaim, Essumen, Vanauin, Lamertade, Athamessumin, Allora, Cubiatha, Thamodan, Saddarias, Oren, Lanaphecudaphech, Emphiboche, Bara, Asi, Uchabe, Belin, Dexariche,

Τὴν μὲν οὖν αὐτοῦ πατρίδα, ἢ πόθεν οὗτος γεγένηται, οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦσιν. Οὐ γάρ τινι τῶν συγγραφέων μεμέληται τούτου δεῖξαι τὸν τόπον. Εἰς ἡμᾶς δὲ ὡς ἐνηχήσει τις ἐλήλυθε φήμη· διὸ οὐ παρελευσόμεθα καὶ τὸν τόπον τούτου μὴ ὑποδεικνύντες, ἐν ἀμφιλέκτῳ μὲν ἤδη τὰ ἀληθῆ[1] λέγειν, ὅμως τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν φάσιν οὐ σιωπήσομεν. Ἔφασαν γὰρ αὐτόν τινες (59) γεγενῆσθαι Φρεβωνίτην τῆς Αἰγύπτου παραλιώτην· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πεπαιδεῦσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν. Ὅθεν καὶ τὸ μίμημα τῆς κατὰ τὸν Ἡσίοδον Θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ τῷ Ἡσιόδῳ τριάκοντα θεῶν λεγομένων, καὶ αὐτὸς τὴν ἐθνόμυθον ποίησιν εἰς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν λαβών, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ καὶ πρὸ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας ἐκπεπτωκότων τὴν ὑπόνοιαν κτησάμενος, καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα τῷ Ἡσιόδῳ ἀπὸ ἑτέρων ὀνομάτων εἰς ἕτερα μεταποιήσας, ἠθέλησε φαντάσαι τὸν κόσμον. Τριάκοντα γὰρ καὶ οὗτος θεοὺς καὶ αἰῶνας, καὶ οὐρανοὺς βούλεται παρεισάγειν· ὧν ὁ μὲν πρῶτός ἐστι Βυθός, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφη ἀφραίνων τῇ διανοίᾳ· ὁποῖα ἀμέλει καὶ ὁ αὐτοῦ προβολεὺς τῆς ἐννοίας Ἡσίοδος Χάος πρώτιστα θεῶν ἔφη. Χάος δὲ καὶ Βυθὸς τίνι οὐκ ἂν σαφὲς εἴη, ὡς τὸ ὁμώνυμον κέκτηται; Ὅρα δὲ τὴν τῶ ἀγύρτου τετραγωδημένην μυθοποιίαν, καὶ μοχθηρὰν διδασκαλίαν. Τριάκοντα γὰρ οὗτος, ὡς ἔφην, αἰῶνας βούλεται παριστᾶν, οὓς καὶ θεοὺς ὀνομάζει, δεκαπέντε ἄῤῥενας, καὶ θήλειας τοσαύτας εἶναι λέγων. Ἕκαστον δὲ αἰῶνα ἀῤῥενόθηλυν, καὶ ζεῦγός φησιν αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ. Δεκαπέντε δὲ δυάδας φασὶν εἶναι, ἃς συζυγίας καλοῦσι· τὸν ἀριθμὸν δὲ εἶναι τριάκοντα αἰῶνας, ἑκάστην δὲ θήλειαν γεννᾶν ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος τοὺς κατεξῆς αἰῶνας. Εἶναι δὲ τούτους, ὡς ὑποτέτακται κατὰ ἀντιπαράθεσιν ἑκάστου ἀῤῥενικοῦ ὀνόματος τεταγμένου ἀντικρυς τοῦ θηλυκοῦ ὀνόματος. καὶ ἔστιν· Ἀμψιοῦ, Αὐραάν (60)· Βουκούα, Θαρδουοῦ· Οὐδουκούα, Θαρδεαδείη· Μερεξᾶ, Ἀταρβαβᾶ· Οὐδοῦα, Κέστην· Οὐδοῦ, Οὐάκ· Ἐσλὴν, Ἀμφαῖν· Ἐσσουμὲν, Οὐαναυῖν· Λάμερ, Τάρδε· Ἀθαμὲς, Σουσὶν· Ἀλλωρᾶ, Βουκιαθά· Δαναδδαρία, Ἀλλωρᾶ· Δαμμῶ, Ὠρὴν· Λαναφὲχ, Αὐδαμφὲχ· Ἐμφιβοχεβαύδ· Ἀσσιουαχὲ, Βελίμ· Δεξαριχὲ, Μασεμῶ. Καὶ οὕτως μὲν σύγκεινται ὡς κατὰ συζυγίαν ἀῤῥενοθήλεος· ἐν δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ κατὰ διαδοχὴν οὕτως· Ἀμψιοῦ, Αὐραάν, Βουκούα, Θαρδουοῦ, Οὐδουκούα, Θαρδεαδείη. Μερεξᾶ, Αὐταρβαρβᾶ, Οὐδοῦα, Κέστην, Οὐδουοῦα, Ἐσλὴν, Ἀμφαὶν, Ἐσσουμὲν, Οὐαναυῖν, Λαμερτάδε, Ἀθαμεσσουμὶν, Ἀλλωρᾶ, Κουδιαθὰ, Λαμωδὰν, Σαδδαρίας, Ὠρὴν, Λαναφεκουδαφὲχ, Ἐμφιβοχὲ, Βαρὰ, Ἀσὶ, Οὐχαβὲ, Βελὶμ, Δεξαριχὲ, Μασεμών. Αἱ τῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαί εἰσιν αἵδε· Βυθὸς, Σιγὴ (61),

[1] *γρ.* τὴν ἀληθῆ.

(59) *Ἔφασαν γὰρ αὐτόν τινες.* Phrebonitem nomum aut præfecturam neque apud Ptolemæum, neque apud diligentem earum rerum Ortelium reperio; sed, qui vocabulo proximus, Pharbætiten, haud procul mari.

(60) *Ἀμψιοῦ, Αὐραάν.* Barbara hæc sunt æonum nomina: haud scio an ex Ægyptiorum lingua profecta; an temere, atque ad terrorem conficta.

Duplex horum series est. In priore paria, ac συζυγίας copulasse videtur; in posteriore sine ulla copula singillatim percensuisse. Cumque nonnulla sit utrobique certorum nominum differentia, posteriorem ideo veriorem arbitror, quod xxx duntaxat vocabula, quot videlicet Æones sunt, contineat; altera xxxiii.

(61) *Βυθὸς, Σιγή.* Legendum omnino Βυθὸς, καὶ

Νοῦς καὶ Ἀλήθεια, Λόγος καὶ Ζωή, Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, Παράκλητος καὶ Πίστις, Πατρικὸς καὶ Ἐλπὶς, Μητρικὸς καὶ Ἀγάπη, Ἀείνους καὶ Σύνεσις, Θελητὸς ὁ καὶ Φῶς, καὶ Μακαριότης· Ἐκκλησιαστικὸς καὶ Σοφία, Βύθιος καὶ Μίξις, Ἀγήρατος καὶ Ἕνωσις, Αὐτοφυὴς καὶ Σύγκρασις, Μονογενὴς καὶ Ἑνότης, Ἀκίνητος καὶ Ἡδονή.

Κατὰ δὲ ἀριθμὸν διαδοχῆς καὶ ἀκολουθίας ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτω ἀκατονομάστου Πατρὸς καὶ Βυθοῦ παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένου ἕως τούτου τοῦ καθ' ἡμᾶς οὐρανοῦ ὁ τῶν τριάκοντα ἀριθμὸς οὕτως ἔχει· Βυθὸς, Σιγὴ, Νοῦς, Ἀλήθεια, Λόγος, Ζωὴ, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία, Παράκλητος, Πίστις, Πατρικὸς, Ἐλπὶς, Μητρικὸς, Ἀγάπη, Ἀείνους, Σύνεσις, Θελητὸς, ὁ καὶ Φῶς, Μακαριότης, Ἐκκλησιαστικὸς, Σοφία, Βύθιος, Μίξις, Ἀγήρατος, Ἕνωσις, Αὐτοφυὴς, Σύγκρασις, Μονογενὴς, Ἑνότης, Ἀκίνητος, Ἡδονή.

Γ'. Καὶ αὕτη μὲν ἡ τῶν τριάκοντα αἰώνων παρ' αὐτοῖς μυθοποιουμένη τραγῳδία, καὶ ἡ κατὰ συζυγίαν πνευματικοῦ δῆθεν πληρώματος κενοφωνία, ἣν ἐάν τις συγκρίνων τῇ παρὰ Ἡσιόδῳ, καὶ Στησιχόρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς τῶν Ἑλλήνων παράθηται, εὕροι ἂν ἐκ παραλλήλου τὰ αὐτὰ ὄντα, καὶ οὐδὲν ἕτερον, καὶ ἐκ τούτου γνώσεται, ὡς οὐδὲν ἕτερον θαυμαστὸν οἱ τῶν θαυμάτων αἱρεσιάρχαι μυστηριωδῶς ἐπαγγέλλονται λέγειν. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο, ἢ Ἑλλήνων ἀπεμάξαντο τὴν ἐπίπλαστον ἕξιν τῆς ἐθνομύθου πλάνης καὶ διδασκαλίας, οὐδὲν ἀλλοιώσαντες, πλὴν τῆς παρ' αὐτοῖς παραπεποιημένης βαρβαρικῆς ὀνοματοποιίας. Οὕτω γάρ φασι καὶ οἱ περὶ Ἡσίοδον (62). Πρῶτον πάντων γίνεται Χάος, ἵνα εἴπωσι Βυθόν· εἶτα Νὺξ, Ἔρεβος, Γῆ, Αἰθὴρ, Ἡμέρα, Ἔρως, Μῆτις, Μόρος, Οἶζὺς, Πότμος, Νέμεσις, Μῶμος, Φιλότης, Θάνατος, Δυσνομία, Γῆρως, Ἄτη, Ἵμερος, Λήθη, Ὕπνος, Ὑσμίνη, Λυσιμελὴς, Ὕβρις, Εὐφρόνιος, Αἴγλη, Παυσιμέριμνος, Ἀπάτη, Ἡδυμελὶς, Ἔρις. Καὶ οὗτος ὁ μὲν ἀριθμὸς κατὰ ἀκολουθίαν ἀῤῥενοθήλεος οὕτως ἔχει τὴν τριακοντάδα· εἰ δέ τις θελήσειεν ἰδεῖν, πῶς πλαττόμενοι οὗτοι συνάπτουσιν ἓν πρὸς τὸ ἕν, εὕροι ἂν οὕτως συναπτόμενα καὶ συνεζευγμένα ἀλλήλοις, ἃ τοῖς ποιηταῖς ἔδοξεν, ὡς τὸν μὲν Βυθὸν Νυκτί τε καὶ Σιγῇ συνάψαντες ἐποίησαν Γῆν γεννᾶσθαι· ἄλλοι δὲ Οὐρανὸν, ὃν δὴ καὶ Ὑπερίονα κεκλήκασι. Τὸν δὲ αὐτὸν τῇ γῇ συναφθέντα φασὶ γεγεννηκέναι ἄρσενάς τε καὶ θηλείας, καὶ τοὺς καθεξῆς ὁμοίως ἕως τῆς πάσης αὐτῶν ποιήσεως, ὡς ἔχει ἡ ἀπέραντος τοῦ Βυθοῦ ληρώδης φλυαρία. Εὕροις δ' ἂν οὕτως συναπτόμενά τε καὶ συζευγνύμενα, καὶ δυνάμενα οὕτω συντίθεσθαι· Χάος, Νὺξ, Ἔρεβος, Γῆ, Αἰθὴρ, Ἡμέρα, Ἔρως, Μῆτις, Μόρος, Οἶζὺς, Πότμος, Νέμεσις, Μῶμος, Φιλότης, Θάνατος, Δυσνομία, Γῆρως, Ἄτη, Ἵμερος, Λήθη, Ὕπνος, Ὑσμίνη, Λυτιμελὴς, Ὕβρις, Εὐφρόνιος, Αἴγλη, Παυσιμέριμνος, Ἀπάτη, Ἡδυμελὴς, Ἔρις. Εἰ δὲ προσέχοι τις τῷ αὐτῶν πλάσματι,

Masemon. Quorum hæc est interpretatio, Bythos, Sige: Nus et Veritas: Logos et Vita: Homo, Ecclesia: Paracletus, Fides: Paternus, Spes: Maternus, Charitas: Ainus, Synesis: Theletus, quod et Lumen dicitur, Beatitudo: Ecclesiasticus, Sapientia: Bythius, Mixis: Ageratus, Unio: Autophyes, Temperatio: Unigenita, Unitas: Immobilis, Voluptas.

Quod si successionis ordine numerare velis, a supremo illo nec effabili Patre, quem Bython nominant, ad citimum usque cœlum, tricenarius numerus hoc modo colligitur: Bythus, Sige, Nus, Veritas, Logos, Vita, Homo, Ecclesia, Paracletus, Fides, Paternus, Spes, Maternus, Charitas, Ainus, Synesis, Theletus, sive Lumen, Beatitudo, Ecclesiasticus, Sapientia, Bythius, Mistio, Ageratus, Unio, Autophyes, Temperatio, Unigena, Unitas, Immobilis, Voluptas.

III. Ejusmodi est celebris illa triginta æonum fabula, inanissimaque spiritalis, ut vocant, complementi conjugia. Quæ si quis cum Hesiodi, Stesichori, aliorumque Græcorum poetarum fabulis, conferat, eadem cum illis penitus esse, neque ulla in re discrepare comperiet: indidemque cognoscet, nihil aliud esse admiratione dignum, quod isti mirificarum hereseon conditores, velut arcana quædam ac mysteria, penes se esse profitentur. **166** Nihil enim aliud, nisi Græcorum poeticas nugas, ac gentilium deliria, et inanem scientiam expresserunt, neque quidquam præter voces innovarunt, quas illi barbaris appellationibus perperam detorserunt. Ita enim vel ipse philosophatur Hesiodus. Primum omnium Chaos exstitisse, pro quo illi Profundum substituunt. Secuta est Nox, Erebus, Terra, Æther, Dies, Amor, Consilium, Fatum, Ærumna, Casus, Nemesis, Momus, Amicitia, Mors, Licentia, Senectus, Ate, Desiderium, Oblivio, Somnus, Pugna, Lysimeles, Contumelia, Euphronios, Ægle, Curarum solatium, Fraus, Hedymeles, Lis. Hic ille numerus est, qui marium feminarumque continuata serie tricenarium efficit. Quod si quis animadvertere velit, quemadmodum isti uniuscujusque cum altero copulationem instituant, ita composita comparataque inter se illa cognoscet, quemadmodum a poetis constitutum legimus. Velut cum ex Bythi cum Nocte ac Silentio conjunctione procreatam esse Terram affirmant, vel, ut alii, Cœlum, quem et Hyperionem vocant. Eumdemque cum terra copulatum mares feminasque genuisse, atque ita per totam fabulam omnibus accidisse reliquis; cujusmodi plane est nugatoria illa Bythi atque inextricabilis historia. Possunt vero hunc in modum fere illa inter sese per conjugia copulari: Chaos, Nox, Erebus, Terra, Æther, Dies, Amor, Consilium, Fatum, Ærumna, Casus, Nemesis, Momus, Concubitus, Mors, Licentia, Senectus, Ate, Desiderium,

Σιγή, ut in cæteris paribus. Ac cum tota illa series apud Irenæum et Tertullianum legatur, quid apud singulos diversum sit suo loco docebitur.

Cum vocabula ipsa, tum ordo illorum ac series plurimum ab Hesiodio illo catalogo discrepant. Sed in nugis μικρολογεῖν putidum est

(62) *Οὕτω γάρ φασι καὶ οἱ περὶ τὸν Ἡσίοδον.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

Oblivio, Somnus, Pugna, Lysimeles, Contumelia, Euphronios, Splendor, Curarum solatium, Fraus, Hedymeles, Lis. Ac quicunque ad illas fabulas animum adjecerit, ac cognoscere istud voluerit; quemadmodum ab exteris, ac Græcanicis commentis, unde illi frustra fanatico velut furore ad indigna quædam incitati sunt, in irritos conatus, vanissimamque animi contentionem inciderint, longe eos Græcis ipsis turpius aberrasse reperiet

καὶ βουληθείη γνῶναι, ὡς ἀπὸ τῶν κοσμικῶν, καὶ Ἑλληνικῶν ποιήσεων [1], ἐξ ὧν οὗτοι ἐνεβροντήθησαν, μάτην ἐνθουσιῶντες ἃ μὴ δεῖ, εἰς ματαιοπονίαν π καὶ κάματον ἀνωφελῆ, εὕροι ἂν αὐτοὺς τοσούτῳ μᾶλλον πεπλανημένους.

IV. Ab iis primordiis altius indagando sublati, aliud quoddam genus quod Hysterema, hoc est *defectum* vel *penuriam* vocant, furiosis suis ingeniis invenisse se putaverunt. Hunc defectum alias Omnipotentem, atque Opificem vocant, naturarumque conditorem : a quo et posteriorem ogdoadem post septenos orbes cœli ad prioris ogdoadis exemplar effictam asserunt; **167** cum in ogdoade censeatur ipse, ac septem post se alios orbes produxerit. Eidem Hysteremati sincerum nescio quem æonem, ac deterioris sexus expertem conantur adjungere; qui eo ad complementum venerit, ut animam requireret, quæ a materna Sapientia ex alto descenderat. Jam vero etiam Achamoth ficto nomine commenti sunt, quem et Salvatorem, et Terminum, et Crucem, et Finitorem, et Transductorem, et Jesum appellant, qui per Mariam velut tubum fistulamque permearit. Hunc esse lumen a superiore Christo diffusum, ob idque patrio nomine Lumen ob illud cœleste nominari, ac de superiore Christo, Verboque Christum itidem et Verbum, sed et Mentem præterea, ac Salvatorem vocari. Eumdem porro Parentem suum, hoc est Conditorem transcendere : ac qui sibi fidem habeant, ad suprema illa pleromatis collegia secum evehere. O nugas anilesque fabulas! Ego vero nihilominus ea, uti sum pollicitus, exponam; utque ipsi ad poetarum ac gentilium commenta deliria sua propius accommodarint. Præter hæc, secundum Tricenarium illum, medium unicum nomen ac sine feminæ consortio solitarium excogitarunt; tum aliam rursum a Conditore productam, ac perinde in paria digestam Ogdoadem. Cujus hæc sunt vocabula : Exepaphus, Porphyrio, Clotho, Rhuaces, Lachesis, Epiphaon, Atropos, Hyperion, Asterope. Ejusmodi poetarum istorum est scena, quæ et alias quamplurimas deorum, ut vocant, appellationes continet, marium ac feminarum, quæ aliter ab aliis conceptæ ad CCCLXV perveniunt. Quin etiam ad aliarum hæreseon quæ sibi tragicam istiusmodi pompam asciscunt, propagandas origines, nova quædam addidere somnia.

Δ'. Ὅθεν καὶ ἔτι ὑψηλοτέρως ἐξερευνῶντες ὑπ ὑψήθησαν, καὶ Ὑστέρημα τῷ ἰδίῳ αὐτῶν δαιμονισθέντι διανοήματι ἐξευρεῖν, ὅπερ Ὑστέρημα καὶ Παντοκράτορα καὶ Δημιουργὸν καλοῦσι, καὶ κτίστην οὐσιῶν· ἀφ' οὗπερ πάλιν καὶ ὑστέραν ὀγδοάδα μετὰ ἑπτὰ οὐρανοὺς καλοῦσι κατὰ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα ἀφομοιωθεῖσαν ἐκτίσθαι [2], αὐτοῦ ὄντος ἐν τῇ Ὀγδοάδι, καὶ ἑπτὰ οὐρανοὺς μετ' αὐτὸν πεποιηκότος. Ὥσπερ Ὑστερήματι βούλονται συνάπτειν μὲν ἀμιγῆ τινα αἰῶνα καὶ ἀθήλυντον· εἰς πλήρωμα δὲ ἐνταῦθα ἐλθόντα, καὶ ἀναζήτησιν [3] τῆς ψυχῆς τῆς ἀνωθεν ἀπὸ τῆς μητρικῆς Σοφίας ἐλθούσης. Ἤδη καὶ Ἀχαμὼθ βούλονται τὸ ὄνομα ἀνατυποῦντες καὶ πλάττειν, ὃν δὴ καὶ Σωτῆρα καλεῖ, καὶ Ὅρον, καὶ Σταυρὸν, καὶ Ὁροθέτην, καὶ Μεταγωγέα, καὶ Ἰησοῦν τὸν διὰ Μαρίας, ὡς διὰ σωλῆνος, παρελθόντα. Εἶναι δὲ αὐτὸ φῶς ἀπὸ τοῦ ἄνω Χριστοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πατρωνυμικῶς καλεῖσθαι Φῶς διὰ τὸ ἄνω φῶς, καὶ Χριστὸν διὰ τὸν ἄνω Χριστὸν, καὶ Λόγον διὰ τὸν ἄνω Λόγον, καὶ Νοῦν ὡσαύτως Σωτῆρα λέγεσθαι. Ἀεὶ δὲ ὑπερβαίνειν τὸν αὐτοῦ πατέρα, τὸν Δημιουργόν· συναναφέρειν δὲ τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἅμα αὐτῷ πρὸς τὰς ἄνω συζυγίας τοῦ πληρώματος. Καὶ ὦ τῆς τῶν ληρῳδίας καὶ τοσαύτης ματαιολογίας! Παραθήσομαι δὲ, ὡς προεῖπον, καὶ ὡς αὐτοὶ συνέζευξαν τοῖς ποιητικοῖς καὶ ἐθνομύθοις πλάσμασι τὴν αὐτῶν ληρολογίαν. Μετὰ τὴν Τριακοντάδα δὲ τὸ ἓν ὄνομα μέσον καὶ ἀθήλυντον, καὶ μετ' αὐτὸν τὴν κατὰ συζυγίαν πάλιν Ογδοάδα εὑρεθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ πάλιν δυναμένην καὶ οὕτω συντίθεσθαι. Καὶ ἔστι τὰ ὀνόματα τάδε· πρῶτος Ἐξέπαφος, Πορφυρίων, Κλωθὼ, Ῥύακος, Λάχεσις, Ἐπιφάων, Ἄτροπος, Ὑπερίων, Ἀστεροπή. Καὶ αὗται μὲν ἡ τῶν ποιητῶν τούτων σκηνή, ἔχουσα καὶ ἄλλας πολλὰς ὀνομασίας, θεῶν παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένων ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, ἄλλως παρά τισι λεγομένων, δυναμένων ποιῆσαι καὶ τριακοσίων ἑξηκοντατέντε ἀριθμὸν, καὶ ἔτι εἰς πρόφασιν τῶν ἄλλων αἱρέσεων τὴν ταύτην πάλιν τὴν τραγικὴν ὑπόθεσιν ἐνστησαμένων ὀνειρωττόντων.

Etenim post superiora illa nomina Hesiodus, Orpheus et Stesichorus natos esse dicunt Cœlum et Tartarum, Saturnum ac Rheam, Jovem et Junonem, Apollonem, Neptunum, atque Plutonem, aliosque, quos singillatim recensent, innumeros. Fecundus enim illorum error est, ac multiplex, qui absurda nescio quæ vocabulorum monstra parturiens, atque excogitans, infinitam fabularum segetem profudit. Quæ

Μετὰ γὰρ τὰ προειρημένα ὀνόματα φασιν οἱ περὶ Ἡσίοδον καὶ Ὀρφέα καὶ Στησίχορον γεγεννῆσθαι Οὐρανόν τε καὶ Τάρταρον, Κρόνον τε καὶ Ῥέαν, Δία τε καὶ Ἥραν, καὶ Ἀπόλλωνα, Ποσειδῶνά τε καὶ Πλούτωνα, καὶ μυρίους λοιπὸν τοὺς παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένους. Πολλὴ γὰρ τούτων ἡ ἀπατηλὴ ἐξ ὑπονοίας πλάνη, ἥ τις κενοφωνίαν ἐγκισσήσασα, καὶ ἐξευραμένη πολλοὺς μύθους ἐποιητεύσατο. Καὶ αὕτη ἐστὶν

[1] γρ. ποιητῶν. [2] V. Codex ἐκτίσθαι λέγουσι. [3] F. ἀπὸ πληρώματος δέ, et κατ' ἀναζήτησιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἡ δοκοῦσα φαντάζειν τὴν τῶν ἀπατωμένων τούτων διάνοιαν.

Γελοῖον δὲ εὐθὺς πᾶσιν εὑρίσκεται ταῦτα τοῖς κατὰ θεὸν τὸν νοῦν πεφωτισμένοις. Παρελθὼν δὲ ταῦτα αὖθις, ταῖς ἀπὸ τῶν βιβλίων αὐτῶν ἀκολουθίαις πρὸς ἔπος καὶ κατὰ λέξιν τὴν παράθεσιν τῆς παρ' αὐτοῖς ἀναγνώσεως, λέγω δὴ τῆς αὐτῶν βίβλου, ἐνταῦθα ποιήσομαι, καὶ ἔστι.

A una res **168** miserorum illorum animos falsa specie deludit.

Sed iis quorum divina luce collustrata mens est, inepta hæc statim ac ridicula videntur. Quibus modo prætermissis, quæ illorum libris continentur, prout ad verbum scripta leguntur, hoc loco proponam. Sunt hæc ejusmodi.

Ἀπὸ τῶν Οὐαλεντίνου.

Ε'. Τάδε παρὰ φρονίμοις (63)· παρὰ δὲ ψυχικοῖς, παρὰ δὲ σαρκικοῖς, παρὰ δὲ κοσμικοῖς, παρὰ δὲ τῷ μεγέθει Νοῦς ἀκατάργητος τοῖς ἀκαταργήτοις χαίρειν. Ἀνονομάστων ἐγὼ καὶ ὑπερουρανίων μνείαν ποιοῦμαι πρὸς ὑμᾶς [1], οὔτε ἀρχαῖς, οὔτε ἐξουσίαις, οὔτε ὑποταγαῖς, οὔτε πᾶσι περινοηθῆναι δυναμένων, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ Ἀτρέπτου ἐννοίᾳ πεφανερωμένων. Οὔτε γὰρ ἀρχῆς ὁ Αὐτοπάτωρ (64) αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ περιεῖχε τὰ πάντα ὄντα ἐν ἑαυτῷ ἐν ἀγνωσίᾳ, ὃν καλοῦσί τινες Αἰῶνα ἀγήρατον, ἀεὶ νεάζοντα, ἀρρενόθηλυν, ὃς πάντοτε περιέχει τὰ πάντα, καὶ οὐκ ἐμπεριέχεται. Τότε ἡ ἐν αὐτῷ Ἔννοια· (ἠθέλησεν ἐκείνην, ἣν τινες Ἔννοιαν ἔφασαν, ἕτεροι Χάριν οἰκείως διὰ τὸ ἐπικεχορηγηκέναι αὐτὴν θησαυρίσματα τοῦ Μεγέθους τοῖς ἐκ τοῦ Μεγέθους· οἱ δὲ ἀληθεύσαντες Σιγὴν προσηγόρευσαν, ὅτι δι' ἐνθυμήσεως χωρὶς λόγου τὰ πάντα τὸ Μέγεθος ἐτελείωσεν·) ὡς οὖν προεῖπον, ἡ ἄφθαρτος αἰωνία (65), βουληθεῖσα δεσμὰ ῥῆξαι, ἐθήλυνε τὸ Μέγεθος ἐπ' ὀρέξει ἀναπαύσεως αὐτοῦ. Καὶ αὕτη αὐτῷ μιγεῖσα, ἀνέδειξε τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας, ὃν οἰκείως οἱ τέλειοι Ἄνθρωπον ὠνόμασαν, ὅτι ἦν ἀντίτυπος τοῦ προόντος Ἀγενήτου. Μετὰ τοῦτο δὲ ἡ Σιγὴ (66) φυσικὴν ἑνότητα φωτὸς προενεγκαμένη σὺν τῷ Ἀνθρώπῳ (ἦν δὲ αὐτῶν ἡ συνέλευσις τὸ θέλειν), καὶ ἀναδείκνυσι τὴν Ἀλήθειαν. Ἀλήθεια δὲ ὑπὸ τῶν τελείων οἰκείως ὠνομάσθη, ὅτι ἀληθῶς ὁμοία ἦν τῇ ἑαυτῆς μητρὶ Σιγῇ, τῆς Σιγῆς τοῦτο βουλομένης [2], ἀπὸ μερισμῶν φώτων τοῦ τε ἄρρενος καὶ τῆς θηλείας ἴσον εἶναι, ὅπως δι' ἑαυτῶν καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς φανερωθῇ τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ εἰς αἰσθητικὰ φῶτα μερισθεῖσα. Μετὰ τοῦτο ἡ Ἀλήθεια, μητρικὴν προενεγκαμένη Προυνεικίαν (67), ἐθήλυνε τὸν πατέρα ἑαυτῆς εἰς ἑαυτήν· καὶ συνέμιξαν ἑαυτοῖς ἀφθάρτῳ μίξει, καὶ ἀγηράτῳ συγκράσει. Καὶ ἀναδείκνυσι τετράδα πνευματικὴν ἀρρένο-

Ex Valentiniano libro.

V. Hæc apud sapientes; sed apud animales, apud carnales, apud mundanos, apud exaggeratam animi vim, Nus nunquam desinens perpetuis ac nunquam desinentibus, salutem. Equidem eorum quæ neque nominari, nec explicari oratione possunt, quæque cœlestibus ipsis superiora sunt, mentionem apud B vos instituam: quæ neque principatus, neque potestates, nec quæ illis subjecta sunt, neque aliud quidquam intelligentia potest consequi, solique ejus, qui est immutabilis, sunt cognitioni patefacta. Principio siquidem rerum omnium is qui per se ipsum Pater est, universa in semetipso obscura ignotaque continebat; quem nonnulli Æonem senectutis expertem, semperque florentem, et marem femineamque vocant; qui omnia complexus nulla re ipse comprehenditur. Tunc quæ in illo inerat Mens: (ita enim quidam appellant, alii proprio nomine Gratiam, quod Magnitudinis thesauros, in eos qui ex Magnitudine erant insumpserit; sed melius ab aliis Silentium vocatur, quoniam citra sermonis usum omnia Magnitudo cogitatione sola perfecit:) C sed, ut dixi, cum incorrupta hæc ex æonum numero femina, vinculis expedire sese vellet, Magnitudinem libidinis illecebris ad sui consuetudinem inflexit. Ex qua veritatis Pater procreatus est, quem qui perfecti sunt proprie Hominem appellant, quod ejus qui prior est, nec ab ullo est genitus, similitudinem referat. Deinde Sige naturalem luminis unitatem cum Homine producens (horum vero conjunctio voluntate sola perfecta est) Veritatem edidit. Quæ eo nomine merito a perfectis donata est, quod matri suæ Sige reipsa similis esset, quæ ex divisionibus luminum, tam maris quam feminæ, idipsum æquale esse voluerat, ut in sensibus exposita lumina dispersa, per illa ipsa, et in ipsis,

[1] V. Cod. μυστήριον πρὸς ὑμᾶς. [2] V. βουληθείσης.

(63) *Τάδε παρὰ φρονίμοις.* Obscura et intricata Valentini hæc est oratio. Priora quidem illa inscriptionis formulam præferunt. Cæterum hoc ipsum fragmentum neque a Valentino scriptum, neque eorum ac putum illius dogma complectitur; sed ab ejus discipulis interpolatum, ut ex Tertull. colligitur. D

(64) *Οὔτε γὰρ ἀρχῆς ὁ Αὐτοπάτωρ.* Legendum arbitror, ὅτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς.

(65) *Ἡ ἄφθαρτος αἰωνία.* Lege αἰών pro αἰωνία. Nam et feminas Æones Valentinus nominabat. Tertull. *contra Valent.* cap. 9: *Novissima natu Eon: viderit solœcismus, Sophia enim nomen est.*

(66) *Μετὰ τοῦτο δὲ ἡ Σιγή.* Quantum in tenebricosis implicatisque fabulis dispici potest, hoc ipsum significare videtur, Sigen e Bytho patrem genuisse Veritatis, tum vero cum eodem illo quem genuerat copulatam, Veritatem edidisse. Quod aliter apud Iren. et Tertull. legitur; nam ex Bytho et Sige ambos illos Æonas, Patrem, sive Nun, et Veritatem susceptos asserunt.

(67) *Μητρικὴν προενεγκαμένη Προυνεικίαν.* Forte Προυνικίαν pro libidinis illecebris sumpsit, ut μητρικὴ ἀπὸ τῆς μήτρας, deductum sit. Origenes *in Celsum*, tom. VI: Προυνικὴν δέ τινα σοφίαν οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ὀνομάζουσι, κατὰ τὴν πεπλανημένην ἑαυτῶν σοφίαν· ἧς σύμβολον εἶναι βούλονται καὶ δώδεκα ἔτεσιν αἱμορροοῦσαν. Sed unam quamdam ac singularem Προύνικον a Valentinianis appellatam non puto, cum Προυνίκους æones omnes nuncupaverit, hoc quidem in libro.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

iis qui ex ipso et in ipso sunt, sese patefaceret. Postea Veritatis maternam pruniciam proferens parentem suum ad **169** sui amorem pertraxit. Quare ambo incorrupta copulatione, ac nunquam senescente conjunctione commisti sunt. Unde spiritalis marium ac feminarum quadriga prodiit, prioris alterius similis, quæ iis quatuor, Bytho, Sige, Patre, ac Veritate constabat. Posterior vero illa ex Patre ac Sige producta hæc est: Homo, Ecclesia, Sermo, Vita. Tunc comprehendentis omnia Bythi voluntate Homo atque Ecclesia paternorum sermonum memores invicemque congressi Prunicorum marium ac feminarum Dodecadem procrearunt: mares videlicet istos, Paracletum, Paternum, Maternum, Ainum, Theletum, quod idem est ac Lumen, Ecclesiasticum; feminas vero, Fidem, Spem, Charitatem, Intelligentiam, Fortunatam, Sapientiam. Deinde Sermo ac Vita etiam ipsi laudis munus effingentes, secum invicem consociati sunt. Quæ quidem consociatio voluntate sola peracta est. Ergo inter sese commisti Prunicorum decadem ex maribus peræque ac feminis constantem genuerunt. Cujus hi sunt mares: Bythius, Ageratus, Autophyes, Unigena, Immobilis. Hi ad continentis omnia contestandam gloriam sibimet ejus appellationem indiderunt. Feminæ vero sunt Mistio: Unio, Temperatio, Unitas, Voluptas. Quæ omnes ad honorem Siges pertinentia vocabula similiter usurparunt.

VI. Cum igitur absolutus hoc modo Veritatis parentis Tricenarius foret, quem terreni homines ignorantes numerant, et cum ad ipsum pervenerint, nullo amplius reperto numero, iterato in sese retexunt. Ejusmodi autem ille est: Bythus, Sige, Pater, Veritas, Homo, Ecclesia, Sermo, Vita, Paternus, Maternus, Paracletus, Ainus, Theletus, Ecclesiasticus, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Fortunata, Sapientia, Bythius, Ageratus, Autophyes, Unigena, Immobilis, Mistio, Cognitio, Temperatio, Unitas, Voluptas. Tum qui universa summa sua sapientia continet Ogdoadem alteram loco prioris illius ac primariæ appellandam esse statuens, quæ in Tricenario permanet (neque enim ingentes Magnitudinis spiritus coerceri ullo se numero sinebant), pro maribus mares alios substituit, Unum, Tertium, Quintum, Septimum: totidemque feminas, Binarium, Ternarium, Senarium, Octonarium. **170** Hæc est Ogdoas illa, quæ superioris Ogdoadis nomen ad sese transtulit: Bythi, Patris, Hominis, Sermonis, Siges, Veritatis, Ecclesiæ, Vitæ. Quæ quidem conjuncta Luminibus est, et absolutus Tricenarius evasit, ac prior Octonarius quiescens, cum et Bythus per Magnitudinis fulcimentum exiit, ut cum Tricenario sese copularet. Vere enim et Veritatis Pater cum Ecclesia congressus est, et Maternus Vitam sortitus est, et Paracletus Unitatem, et Unitas cum Veritatis Parente copulata est, et cum Sige Veritatis ille Parens fuit. At spiritalis

A θηλυν ἀντίτυπον της προσούσης [1] Τετράδος, ἥτις ἦν Βυθὸς, Σιγὴ, Πατὴρ, Ἀλήθεια. Αὕτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Σιγῆς Τετρὰς, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία, Λόγος, Ζωή. Τότε τοῦ πάντα περιέχοντος Βυθοῦ θελήματι ὁ Ἄνθρωπος καὶ ἡ Ἐκκλησία πατρικῶν μνησθέντες λόγων συνῆλθεσαν ἑαυτοῖς, καὶ ἀναδεικνῦσι Δωδεκάδα Προυνείκων ἀρρενόθηλυν. Οἱ οὖν ἄρρενές εἰσι Παράκλητος, Πατρικὸς, Μητρικὸς, Ἄεινους, Θελητὸς, ὅ ἐστι Φῶς, Ἐκκλησιαστικός. Αἱ δὲ θήλειαι Πίστις, Ἐλπὶς, Ἀγάπη, Σύνεσις, Μακαρία, Σοφία, μετέπειτα δὲ Λόγος καὶ Ζωή. Καὶ αὐτοὶ, τὸ τῆς αἰνέσεως ἀναπλάσαντες δώρημα, ἑαυτοῖς ἐκοινώνησαν. Ἦν δὲ ἡ κοινωνία αὐτῶν τὸ θέλημα. Καὶ συνελθόντες ἀνεδείξαντο Δεκάδα Προυνείκων, καὶ αὐτῶν ἀρρενοθηλειῶν. Ὧν οἱ μὲν ἄρρενές εἰσι Βύθιος,
B Ἀγήρατος, Αὐτοφυὴς, Μονογενὴς, Ἀκίνητος. Οὗτα τὴν προσωνυμίαν τὴν [2] δόξαν τοῦ πάντα περιέχοντος ἐποιήσαντο. Αἱ δὲ θήλειαι, Μίξις, Ἕνωσις, Σύγκρασις, Ἑνότης, Ἡδονή· καὶ αὗται τὴν προσωνυμίαν εἰς δόξαν τῆς Σιγῆς περιεποιήσαντο.

Γ'. Τετελειωμένης οὖν τῆς κατὰ Πατέρα Ἀληθείας Τριακάδος, ἣν οἱ ἐπίγειοι μὴ ἐπιστάμενοι ἀριθμοῦσι, καὶ ὁπόταν ἔλθωσιν ἐπ' αὐτὴν, μηκέτι ἀριθμὸν εὑρίσκοντες, ἀνακυκλοῦσι πάλιν ἀριθμοῦντες αὐτήν.
C Ἔστι δὲ Βυθὸς, Σιγὴ, Πατὴρ, Ἀλήθεια, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία, Λόγος, Ζωὴ, Πατρικὸς, Μητρικὸς, Παράκλητος, Ἀείνους, Θελητὸς, Ἐκκλησιαστικὸς, Πίστις, Ἐλπὶς, Ἀγάπη, Σύνεσις, Μακαρία, Σοφία, Βύθιος, Ἀγήρατος, Αὐτοφυὴς, Ὁλογενὴς [3], Ἀκίνητος, Μίξις, Γνῶσις, Σύγκρασις, Ἑνότης, Ἡδονή. Τότε ὁ πάντα περιέχων συνέσει τῇ ἀνυπερβλήτῳ, δογματίσας κληθῆναι ἑτέραν Ὀγδοάδα ἀντὶ τῆς προούσης αὐθεντικῆς Ὀγδοάδος, ἥτις ἐν τῷ ἀριθμῷ τῆς Τριακάδος μένει (οὐ γὰρ ἦν Μεγέθους φρόνημα εἰς ἀριθμὸν πίπτειν)· ἀντέστησεν ἀντὶ τῶν ἀρσένων τοὺς ἄρσενας, Μόνον, Τρίτον, Πέμπτον, Ἕβδομον· καὶ τὰς θηλείας, Δυάδα, Τετράδα, Ἑξάδα, Ὀγδοάδα. Αὕτη οὖν ἡ Ὀγδοὰς ἐστιν ἡ ἀντικληθεῖσα ἀντὶ τῆς προούσης Ὀγδοάδος· Βυθοῦ, Πατρὸς, Ἀνθρώπου, Λόγου,
D καὶ Σιγῆς, Ἀληθείας, Ἐκκλησίας, Ζωῆς· ἥτις ἠνώθη τοῖς Φωσὶ (68), καὶ ἐγένετο Τριακὰς ἁπηρτισμένη, καὶ ἡ προοῦσα Ὀγδοὰς ἀναπαυομένη, ὅ τε Βυθὸς ἐξῆλθε Μεγέθους στηρίγματι ἑνωθῆναι τῇ Τριακάδι· αὐτὴ ἦν [4]. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ καὶ ὁ Πατὴρ τῆς Ἀληθείας συνήρχετο τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁ Μητρικὸς εἶχε τὴν Ζωὴν, καὶ ὁ Παράκλητος τὴν Ἑνάδα, καὶ ἡ Ἕνωσις ἡνοῦτο τῷ Πατρὶ τῆς Ἀληθείας, καὶ ὁ Πατὴρ τῆς Ἀληθείας ἦν μετὰ τῆς Σιγῆς. Ὁ Λόγος δὲ ὁ πνευματικὸς ἐκοινώνει Πνεύματι, καὶ ἀφθάρτῳ συγκράσει ποιῶν

[1] F. προούσης. [2] F. εἰς τήν. [3] Cor. Μονογενής. [4] F. ἡ Τριακὰς αὕτη ἦν, sed hæc corrupta.

(68) *Ἥτις ἠνώθη τοῖς Φωσί.* Quid si αἰῶσι pro φωσί legendum sit? Sed quæ sequuntur perplexa sunt admodum, et obscura.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τὸ τέλος τοῦ Αὐτομήτρος [1], ἀδιχοτόμητον τὴν ἑαυτοῦ ἀνάπαυσιν. Ἡ οὖν Τριακὰς, ἀπαρτίσασα βύθια μυστήρια, τελείως ἄγαμον [2] ἐν ἀφθάρτοις ἀπέδειξε φῶτα ἄφθαρτα, ἄτινα Ἑνότης [3] ὠνομάσθησαν τέκνα, καὶ ἀχαρακτήριστα. Ἦσαν οὖν μικροῦ μὴ παρακειμένου ἐκτὸς φρονήσεως ἀναπαυόμενα χωρὶς Ἐννοίας. Περὶ γὰρ οὗ τις πράσσει, ἐὰν μὴ νοῇ καθολικῶς, οὐ πράσσει. Τότε γενομένων τῶν φώτων, ὧν τὴν πολυπλήθειαν πρὸς ἀριθμὸν ἐξειπεῖν οὐκ ἀναγκαῖον, περινοεῖν δέ· (ἕκαστον γὰρ τὸ ἴδιον ὄνομα κεκλήρωται δι' ἐπίγνωσιν ἀῤῥήτων μυστηρίων·) ἡ οὖν Σιγὴ, βουληθεῖσα εἰς ἐκλογὴν γνώσεως ἅπαντας ὅσαι, συνῆγε τῇ δευτέρᾳ ἀντιτεθείσῃ Ὀγδοάδι ἀφθάρτῳ μίξει, νοϊκῇ δὲ βουλήσει. Ἦν δὲ αὐτῆς ἡ νοϊκὴ βούλησις Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν. Τοῦτο οὖν εἰς τὴν δευτέραν Ὀγδοάδα πέμψας [4], ἔπεισε καὶ αὐτὴν ἑνωθῆναι αὐτῇ. Γάμος οὖν ἐτελειοῦτο ἐν τοῖς τῆς Ὀγδοάδος μέρεσιν, ἑνουμένου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ Μόνῳ, καὶ τῆς Δυάδος τῷ Τρίτῳ, καὶ τοῦ Τρίτου τῇ Ἑξάδι, καὶ τῆς Ὀγδοάδος τῷ Ἑβδόμῳ, καὶ τοῦ Ἑβδόμου τῇ Δυάδι, καὶ τῆς Ἑξάδος τῷ Πέμπτῳ. Ὅλη δὲ ἡ Ὀγδοὰς συνῆλθε μετὰ ἡδονῆς ἀγηράτου καὶ ἀφθάρτου μίξεως. Οὐ γὰρ ἦν χωρισμὸς ἀλλήλων· ἦν δὲ σύγκρασις μεθ' ἡδονῆς ἀμώμου, καὶ ἀνέδειξε Πεντάδα Προυνείκων ἀθηλύντων, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· Καρπιστὴς, Ὁροθέτης, Χαριστήριος, Ἄφετος, Μεταγωγεύς. Οὗτοι τῆς Μεσότητος ὠνομάσθησαν υἱοί. Βούλομαι δὲ ὑμᾶς γινώσκειν, Ἀμψίου, Αὐρὰν, Κουκουὰ, Θαρδεσσοῦ, Οὐδουκουὰ, Θαρδεδδεῖν, Μερεξὰ, Ἀτὰρ. Βαρβὰ [5], Οὐδουκὰ, Κέστην, Οὐδουὰχ, Ἐσλὴν, Ἀμφὲ, Ναισουμὲν, Οὐανανὶν, Λαμεταρδὲ, Ἀθαμεσσουμὴν, Ἀλλωρὰ, Κουβιαθὰ, Ναδδαρία, Δαμμὰ, Ὠρὴν, Λαναφὲχ, Οὐδανφὲχ, Ἐνφοιθιβοχὲ, Βαῤῥὰ, Ἀσσιουαχὲ, Βελὶμ, Δεξαριχὲμ, Μασέμ.

A Sermo cum Spiritu incorrupta quadam commistione conjunctus est, et Autometoris finem, hoc est perennem, nec interruptam quietem suam effecit. Quamobrem ubi Tricenarius profunda illa mysteria peregit, sine ullis omnino nuptiis, ut incorrupto sempiternoque generi convenit, incorrupta itidem lumina, quæ Unitas appellantur, tanquam filios produxit, et quidem informes. Jacebant igitur propemodum intelligentia omni destituta, ac sine ulla animi notione quiescebant. Quidquid enim a quopiam agitur, ab eo, nisi universe intelligat, agitur nihil. Hunc in modum procreatis luminibus, quorum multitudinem numerando percensere nihil necesse est, animo vero comprehendere oportet (nam unumquodque suam appellationem sortitum B est, quæ ex arcanorum mysteriorum cognitione depromitur) : ad scientiæ delectum perpellere universos Sige cupiens, ad secundam substitutamque illam loco alterius Ogdoadem adjunxit, corruptela omnis experte conjunctione, sed voluntate ejusmodi quæ sub intelligentiam caderet. Cujusmodi voluntatis impetus Spiritus sanctus est, qui in medio sanctarum Ecclesiarum residet. Quem cum secundam ad Ogdoadem allegasset, ei persuasit secum ut ipsa copularetur. Quocirca in singulis Ogdoadis partibus celebratæ nuptiæ sunt. Siquidem cum Uno Spiritus sanctus conjunctus est : cum Tertio Dyas, Tertius cum Hexade, et cum Septimo Ogdoas, Septimus cum Dyade, cum Quinto Hexas. Ita Ogdoas universa nunquam marcescente voluptate, atque in- C tegra incorruptaque mistione conjungitur. Nulla quippe ab invicem separatio fuit : sed mutua omnium cum honestissima voluptate temperatio. **171** Ex qua Prunicorum muliebri sexu carentium Quinarius exoritur, cujus hæc sunt vocabula : Carpistes, Horothetes, Charisterius, Aphetus, Methagogeus. Hi Mediocritatis filii vocati sunt. Velim autem a vobis cognosci, Ampsiu, Auran, Cucua, Thardus, Ubucua, Thardeddin, Merexa, Atar, Barba, Uduca, Cesten, Uduach, Eslen, Amphe, Naesumen, Vananin, Lametarde, Athamessumen, Allora, Cubiatha, Naddaria, Damma, Oren, Lanaphec, Udanphech, Emphœthiboche, Barra, Assiovache, Belim, Dexarichem, Masem.

Πεπλήρωται τὰ ἀπὸ τῶν Οὐαλεντίνων.

Ζ'. Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ μέρους τῶν βιβλίων αὐτῶν παρατεθέντα ἕως ὧδέ μοι εἰρήσθω. Ἐποιήσατο δὲ οὗτος τὸ κήρυγμα καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, ὅθεν δὴ καὶ ὡς λείψανα ἐχίδνης ὀστέων ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ περιλείπεται τούτου ἡ σπορὰ, ἔν τε τῷ Ἀθριβίτῃ, καὶ Προσωπίτῃ, καὶ Ἀρσενοΐτῃ, καὶ Θηβαΐδῃ, καὶ τοῖς κάτω μέρεσι τῆς παραλίας, καὶ Ἀλεξανδρειοπολίτῃ. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ῥώμῃ ἀνελθὼν κεκήρυχεν. Εἰς Κύπρον δὲ ἐληλυθὼς, ὡς ναυάγιον ὑποστὰς φύσει σωματικῶς, τῆς πίστεως ἐξέστη, καὶ τὸν νοῦν ἐξετράπη. Ἐνομίζετο γὰρ πρὸ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις. Ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε, καὶ ἐβάθυνεν ἑαυτὸν ἐν ταύτῃ τῇ καταγγελλομένῃ ὑπ' αὐτοῦ μοχθηρίᾳ.

Λέγει δὲ αὐτός τε καὶ οἱ αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἔφην, καὶ Σωτῆρα καὶ Χριστὸν,

Hactenus ex illorum libris ea deprompsimus.

VII. Præterea in Ægypto quoque dogmata illa sua prorogavit. Ex quo tempore, sic tanquam viperinorum ossium reliquiæ, quædam illic semina illius relicta sunt, præsertim in Athribitide, Prosopitide, Arsenoitide, ac Thebaide præfectura ; nec non in inferiori ac maritima, adeoque Alexandrina regione. Quin etiam Romam profectus errorem suum in ea urbe dissipavit. Sed ad Cyprum delatus, fidei naufragium, velut corporis fecisset, ibidem passus, animum omnino depravavit. Siquidem hactenus partem pietatis aliquam, sinceræque fidei retinere illis in locis videbatur. In Cypro vero ad extremum impietatis prolapsus est, seque in eam quam tuetur flagitiorum disciplinam altius immersit.

Est autem hæc illorum opinio : Jesum Christum Dominum nostrum Salvatorem esse, uti diximus,

[1] Matth. III, 12 ; Luc. III, 16. [2] I Cor. I, 23. [3] Gal. VI, 14. [4] Ir. ἐκεῖνο. [5] F. ἐφαρμόζειν. [6] Iren. κενώματος. [7] Iren. τὸν ἄνω Χρ. [8] Ir. καταλιπ. αὐτήν. [9] F. αὐτῇ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. [10] Iren. ῥητῶς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὄνομα (79) γεγενῆσθαι φάσκουσι. Μὴ δυνηθεῖσαν δὲ διοδεῦσαι τὸν Ὅρον, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει, καὶ μόνην ἀπολειφθεῖσαν ἔξω παντὶ μέρει τοῦ πάθους, ὑποπεσεῖν πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου ὑπάρχοντος, καὶ παθεῖν λύπην μὲν, ὅτι οὐ κατέλαβε· φόβον δὲ, μὴ καθάπερ αὐτὴν τὸ φῶς, οὕτω καὶ τὸ ζῆν ἐπιλίπῃ, ἀπορίαν τε ἐπὶ τούτοις, ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τὰ πάντα, καὶ οὐ καθάπερ [1] ἡ μήτηρ αὐτῆς ἡ πρώτη Σοφία καὶ Αἰὼν, ἑτεροίωσιν ἐν τοῖς πάθεσιν εἶχεν, ἀλλὰ ἐναντιότητα. Ἐπισυμβεβηκέναι δ' αὐτῇ καὶ ἑτέραν διάθεσιν τὴν τῆς ἐπιστροφῆς ἐπὶ τὸν ζωοποιήσαντα [2] ταύτην σύστασιν καὶ οὐσίαν τῆς ὕλης γεγενῆσθαι λέγουσιν, ἐξ ἧς ὅδε ὁ κόσμος συνέστηκεν. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Δημιουργοῦ πᾶσαν [3] ψυχὴν τὴν γένεσιν εἰληφέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου καὶ τῆς λύπης τὰ λοιπὰ τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι. Ἀπὸ γὰρ τῶν δακρύων αὐτῆς γεγονέναι πᾶσαν ἔνυγρον οὐσίαν· ἀπὸ δὲ τοῦ γέλωτος τὴν φωτεινήν· ἀπὸ δὲ τῆς λύπης καὶ τῆς ἐκπλήξεως τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα. Ποτὲ μὲν γὰρ ἔκλαιε καὶ ἐλυπεῖτο, ὡς λέγουσι, διὰ τὸ καταλελεῖφθαι μόνην ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ κενώματι· ποτὲ δὲ εἰς ἔννοιαν ἥκουσα τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, διεχεῖτο καὶ ἐγέλα· ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἐφοβεῖτο· ἄλλοτε δὲ διηπόρει, καὶ ἐξίστατο.

ut cum illam, ne ultra contenderet, Horus coercere vellet, *Iao* vocabulum proferret; ex quo vocis originem profectam. Cum igitur perrumpere Horum nequisset, ideo quod perturbatione implicata detineretur, **183** ac sola extra remansisset, perturbationis hujus quæ multiplex erat ac varia, partibus omnibus succubuisse; affectamque dolore primum, quod nihil assecuta sit; tum metu, ne ut ipsam lumen, ita vita deficeret: deinde consilii inopia, ac demum ignorantiæ penitus immersam. Neque enim, ut ejus Mater prima illa ex Æonum collegio Sapientia, alternorum duntaxat diversitate motuum, sed contrariorum dissidio laborasse Quin et novam insuper eidem affectionem contigisse, conversionis ad eum scilicet qui sibi vitam impertierat. Hanc vero materiæ molem ac substantiam esse, ex qua mundus iste coaluit. Etenim ex ipsa conversione, mundi et Conditoris, adeoque aliam omnem animam esse genitam; cætera ex metu ac dolore initium accepisse. Nam e lacrymis humidum omne, e risu lucidum, e dolore ac stupore corporea mundi elementa manasse. Accidisse nimirum, ut collacrymaret interdum ac doleret, quod se solam in tenebris et inanitate relictam animadverteret. Nonnunquam vero mox ut illius luminis, quod sese reliquerat, veniret in memoriam, risu se ac voluptate perfudisse; interdumque rursus ad metum rediisse, alias anxiam, consiliique inopem et attonitam fuisse.

ΙΖ'. Καὶ τί γάρ; Τραγῳδία πολλὴ λοιπὸν ἦν ἐνθάδε, καὶ φαντασία ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν, ἄλλως καὶ ἄλλως σοβαρῶς ἐκδιηγουμένου ἐκ ποταποῦ πάθους, ἐκ ποίου στοιχείου ἡ οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἃ καὶ εἰκότως δοκοῦσί μοι μὴ ἅπαντας θέλειν ἐν φανερῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἢ μόνους ἐκείνους τοὺς καὶ μεγάλους μισθοὺς ὑπὲρ τηλικούτων μυστηρίων τελεῖν δυναμένους. Οὐκέτι γὰρ ταῦτα ὅμοια ἐκείνοις, περὶ ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν εἶρηκε· *Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε*· ἀλλὰ ἀνακεχωρηκότα, καὶ τερατώδη καὶ βαθέα μυστήρια μετὰ πολλοῦ καμάτου περιγινόμενα τοῖς φιλοψευδέσι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκδαπανήσειε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ, ὅτι ἀπὸ τῶν δακρύων τῆς Ἐνθυμήσεως τοῦ πεπονθότος Αἰῶνος, θάλασσαι, καὶ πηγαὶ, καὶ ποταμοὶ, καὶ πᾶσα ἔνυδρος οὐσία τὴν γένεσιν εἴληφεν, ἐκ δὲ τοῦ γέλωτος αὐτῆς τὸ φῶς, καὶ ἐκ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τῆς ἀμηχανίας τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα; Βούλομαι δὲ καὶ αὐτὸς συνεισενεγκεῖν τι τῇ καρποφορίᾳ αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁρῶ τὰ μὲν γλυκέα ὕδατα ὄντα, οἷον πηγὰς, καὶ ποταμοὺς, καὶ ὄμβρους, καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐπὶ ταῖς θαλάσσαις ἁλμυρά· ἐπινοῶ μὴ πάντα ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς προβεβλῆσθαι, διότι τὸ δάκρυον ἁλμυρὸν τῇ ποιότητι ὑπάρχει. Φανερὸν οὖν, ὅτι τὰ ἁλμυρὰ ὕδατα ταῦτά ἐστι τὰ ἀπὸ τῶν δακρύων. Εἰκὸς δὲ αὐτὴν ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ καὶ ἀμηχανίᾳ γεγονυῖαν καὶ ἱδρωκέναι. Ἐντεῦθεν δὴ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν

XVII. Quid tum inde? Maximas deinceps illi tragœdias faciunt; ac pro suo quisque capite aliter atque aliter summa cum arrogantia disputat: quanam ex perturbatione, aut ex quonam elemento natura profluxerit. Quorum mihi merito videntur non palam omnibus disciplinam velle committere: sed iis solum, qui luculentam mercedem pro tantis mysteriis repræsentare possint. Neque enim ista eorum similia sunt, de quibus a Domino dictum est: *Gratis accepistis, gratis date* [4]: sed ab omni remota sensu, ac prodigiosa, profundaque arcana illa sunt, quæ a falsitatis amatoribus magno labore comparantur. Quis enim non omnia bona sua libenter in illud impendat, ut discat, quemadmodum ex Enthymeseos lacrymis, affecti, inquam, illius Æonis, maria, fontes ac flumina, humorque omnis effluxerit: similiterque et ex risu lumen; et ex stupore ac mentis inopia corporea mundi elementa profecta sint? **184** Volo equidem nonnihil illorum inventis pro virili conferre. Quoniam enim aquarum dulces alias video, utpote fontes et flumina, pluvias, et id genus reliquas; alias, velut marinas, salsas, suspicor non ex ejus lacrymis omnes erupisse, quod natura salsæ sint lacrymæ, proindeque salsas duntaxat aquas ex ejus lacrymis enatas esse. Cum interim consentaneum sit, eamdem vehementi animi angore ac consilii inopia præditam sudore

[1] Ir. ἀγνοοῦσα δὲ τὰ πάντα, οὐ καθ. [2] Post ζωοποήσαντα distinguendum. [3] Iren. καὶ πᾶσαν. [4] Matth. x, 8.

(79) *Ὅθεν τὸ Ἰαὼ ὄνομα.* Quem Liberum patrem, et Solem ethnici scriptores appellarunt. (Macrob. lib. I, cap. 16.)

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

manasse. Ex quo consequens est, fontium ac fluminum liquores, ac si quid aliud est dulcioris aquæ, minime ex ejus lacrymis fluxisse. Est enim perabsurdum, cum una simplexque sit lacrymarum qualitas, salsum non minus humorem, quam dulcem, ad eamdem originem referre; cum multo sit probabilius, quasdam e lacrymis aquas, e sudore alias excitatas. Et quoniam calidæ quoque alicubi sunt, et acidæ, videndum porro, quid agens illa, quave ex parte istiusmodi aquas profuderit. Tales enim quæstionum nugæ, velut dignissimi fructus, illorum inventis argumentisque congruunt.

A ὑπολαμβάνειν δεῖ πηγὰς καὶ ποταμοὺς, καὶ εἴ τινα ἄλλα γλυκέα ὕδατα ὑπάρχει, τὴν γένεσιν μὴ ἐσχηκέναι ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς. Ἀπίθανον γὰρ, μιᾶς ποιότητος οὔσης τῶν δακρύων, τὰ μὲν ἁλμυρὰ, τὰ δὲ γλυκέα ὕδατα ἐξ αὐτῶν προελθεῖν. Τοῦτο δὲ πιθανώτερον, τὰ μὲν εἶναι ἀπὸ τῶν δακρύων, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. Ἐπειδὴ [1] καὶ θερμὰ καὶ δριμέα τινὰ ὕδατά ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ, νοεῖν ὀφείλεις, τί ποιήσασα, καὶ ἐκ ποίου μορίου προήκατο ταῦτα. Ἁρμόζουσι γὰρ τοιοῦτοι καρποὶ τῇ ὑποθέσει αὐτῶν.

Sed ut ad Matrem ipsam redeam, ferunt, illam, cum jam omnia perturbationum genera percurrisset, ægre tandem emersam ad illud lumen, a quo destituta fuerat, exorandum sese convertisse, videlicet Christum. Is in pleroma conscendens, ac descendere ipse denuo gravatus, vicarium sibi Paracletum submisit, quem et Salvatorem vocant; cum omnis in ipsum vis esset congesta, universaque ejusdem potestati tam a Patre, quam ab Æonibus commissa, ut per ipsum tam quæ videri oculis possent, quam quæ aciem effugerent, universa conderentur; nimirum throni, divinitates, dominationes. Accesserunt et Paracleto comites æquales illius angeli. Ad cujus adventum Achamoth pudore perfusa capiti velum obduxit. Tum ubi illum cum omni suo proventu conspexit, ex hujus præsentia confirmata ad eum accurrit. A quo elaborata et efficta cum formam cognitionis, tum animi morborum omnium remedia percepit. Quos quidem morbos ita ille secrevit, ut non penitus negligeret. Neque enim velut prioris illius deleri funditus poterant, quod usu confirmati corroboratique jam occalluissent. **185** Ergo illos secretos confudit ac densavit, et ab experte corporis affectione in corpoream materiam convertit. Deinde naturam indidit, idoneamque fecit, ut conflari atque corporari posset, naturasque duas efficeret, alteram affectionum malam, conversionis alteram, eamque perturbatione præditam. Quam ob causam Salvatori, si vim functionis illius consideres, Conditoris partes attribuunt. Jam Achamoth ab omni perturbatione libera, cum luminum, quæ cum ipso erant, hoc est comitum angelorum, contemplationem cum ingenti gaudio concepisset, atque ad illorum consuetudinem exarsisset, ad eorum exemplar fetum nescio quem spiritalem parturiit, qui ad stipatorum Salvatoris esset similitudinem expressus.

Διοδεύσασαν οὖν πᾶν πάθος τὴν Μητέρα αὐτῶν, καὶ μόγις ὑπερκύψασαν, ἐπὶ ἱκεσίαν τραπῆναι τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτὸς, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ, B λέγουσιν. Ὃς, ἀνελθὼν μὲν εἰς τὸ πλήρωμα, αὐτὸς μὲν εἰκὸς, ὅτι ὤκνησεν ἐκ δευτέρου κατελθεῖν, τὸν Παράκλητον δὲ ἐξέπεμψεν αὐτῇ [2], τουτέστι τὸν Σωτῆρα, ἐνδόντος αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ Πατρὸς, καὶ πᾶν ὑπ' ἐξουσίαν παραδόντος, καὶ τῶν Αἰώνων δεόμενος [3], ὅπως ἐν αὐτῷ τὰ πάντα κτισθῇ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, θρόνοι, θεότητες, κυριότητες. Ἐκπέμπεται δὲ πρὸς αὐτὴν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ τῶν ἀγγέλων. Τὴν δὲ Ἀχαμὼθ ἐντραπεῖσαν αὐτὸν λέγουσι, πρῶτον μὲν κάλυμμα ἐπιθέσθαι δι' αἰδὼ, μετέπειτα δὲ ἰδοῦσαν αὐτὸν σὺν ὅλῃ τῇ καρποφορίᾳ αὐτοῦ, προσδραμεῖν αὐτῷ, δύναμιν λαβοῦσαν ἐκ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ. Κἀκεῖνον μορφῶσαι αὐτὴν μόρφωσιν τὴν κατὰ γνῶσιν, καὶ ἴασιν τῶν παθῶν ποιήσασθαι αὐτῆς. Χωρίσαντα δ' αὐτὰ αὐτῆς, μὴ ἀμελήσαντα δὲ αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν δυνατὰ ἀφανισθῆναι, ὡς C τὰ τῆς προτέρας, διὰ τὸ ἐκτικὰ ἤδη καὶ δυνατὰ εἶναι· ἀλλὰ ἀποκρίναντα χωρήσει τοῦ συγχέαι [4] καὶ πῆξαι, καὶ ἐξ ἀσωμάτου πάθους εἰς ἀσώματον [5] τὴν ὅλην μεταβαλεῖν αὐτά. Εἶθ' οὕτως ἐπιτηδειότητα καὶ φύσιν ἐμπεποιηκέναι αὐτοῖς, ὥστε εἰς συγκρίματα καὶ σώματα ἐλθεῖν πρὸς τὸ γενέσθαι δύο οὐσίας, τὴν φαύλην τῶν παθῶν, τήν τε τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. Καὶ διὰ τοῦτο δυνάμει τὸν Σωτῆρα δεδεμιουργηκέναι φάσκουσι· τὴν τε Ἀχαμὼθ ἐκτὸς πάθους γενομένην, καὶ συλλαβοῦσαν τῇ χαρᾷ τῶν ἐν αὐτῷ [6] φώτων τὴν θεωρίαν, τουτέστι τῶν ἀγγέλων τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐγκισσήσασαν αὐτοὺς, κεκυηκέναι καρποὺς κατὰ τὴν εἰκόνα διδάσκουσι, κύημα πνευματικὸν καθ' ὁμοίωσιν γεγονότως [7] τῶν δορυφόρων τοῦ Σωτῆρος

XVIII. Quamobrem triplici jam substantia constituta, prima quæ ex perturbatione prodiit, quæ est materia; secunda ex conversione, quod est animalium; tertia spiritali, quam postremam peperit, tum se denique ad eadem effingenda contulit. Quanquam quod spiritale erat, utpote eiusdem cum ipsa naturæ, figurare minime potuit. Unde se animatam ad substantiam, quæ ex ipsius conversione profecta fuerat, perpoliendam

ΙΗ'. Τριῶν οὖν ἤδη τούτων ὑποκειμένων κατ' αὐτοὺς, τοῦ μὲν ἐκ τοῦ πάθους, ὃ ἦν ὕλη· τοῦ δὲ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς, ὃ ἦν τὸ ψυχικόν· τοῦ δὲ ὃ ἀπεκύησε, τουτέστι τὸ πνευματικὸν, οὕτως ἐτράπη ἐπὶ τὴν μόρφωσιν αὐτῶν. Ἀλλὰ τὸ μὲν πνευματικὸν μὴ δεδυνῆσθαι αὐτῇ [8] μορφῶσαι, ἐπειδὴ ὁμοούσιον ὑπῆρχεν αὐτῇ· τετράφθαι δὲ ἐπὶ τὴν μόρφωσιν τῆς γενομένης ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς αὐτῆς ψυχικῆς οὐσίας, προβαλεῖν τε τὰ παρὰ τοῦ Σωτῆρος μαθήματα. Καὶ

[1] Iren. ἐπεὶ δέ. [2] F. αὐτῇ. [3] Ir. δὲ ὁμοίως, pro δεόμενος. [4] F. χωρὶς συγχέαι. [5] Iren. ἐνσώματον. [6] Iren. σὺν αὐτῷ. [7] Iren. γεγονός. [8] F. αὐτήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

πρῶτον μεμορφωκέναι αὐτὴν ἐκ τῆς ψυχικῆς οὐσίας λέγουσι τὸν Πατέρα καὶ βασιλέα πάντων, τῶν τε ὁμοουσίων αὐτῷ, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, ἃ δὴ δεξιὰ καλοῦσι, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς ὕλης, ἃ δὴ ἀριστερὰ καλοῦσι. Πάντα γὰρ τὰ κατ' αὐτὸν [1] φάσκουσι μεμορφωκέναι, λεληθότως κινούμενον ὑπὸ τῆς Μητρὸς, ὅθεν καὶ Μητροπάτορα, καὶ Ἀπάτορα, καὶ Δημιουργὸν αὐτὸν, καὶ Πατέρα καλοῦσι· τῶν μὲν δεξιῶν πατέρα λέγοντες αὐτὸν, τουτέστι τῶν ψυχικῶν, τῶν δὲ ἀριστερῶν, τουτέστι τῶν ὑλικῶν, δημιουργὸν, συμπάντων δὲ βασιλέα. Τὴν γὰρ Ἐνθύμησιν ταύτην, βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν Αἰώνων τὰ πάντα ποιῆσαι, εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν, μᾶλλον δὲ τὸν Σωτῆρα δι' αὐτῆς, καὶ αὐτὴν μὲν ἐν εἰκόνι τοῦ ἀοράτου Πατρὸς τετηρηκέναι μὴ γινωσκομένην ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τοῦτον δὲ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ, τῶν δὲ λοιπῶν Αἰώνων τοὺς ὑπὸ τούτων [2] γεγονότας ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους.

A convertit, ad idque quæ a Salvatore tradita fuerant documenta transtulit. Ac primum narrant ex animata substantia formatum ab illa Patrem ac Regem omnium, tam eorum scilicet, quæ eadem cum ipso natura constant, hoc est animatorum, quæ illi dextra nuncupant, quam eorum quæ ex affectione ac materia conflantur, quæ sinistra vocant. Nam universa, quæ post ipsum exstiterunt, ab eo dicunt effecta, cum a Matre tacite ad id esset impulsus : ac propterea Metropator, et Apator, et Conditor ac Parens appellatur. Dextrorum videlicet, id est anima præditorum, Parens ; Sinistrorum vero, hoc est concretorum cum Materia, Conditor ; ac Rex demum universorum. Siquidem Enthymesin illam produnt, cum ad Æonum honorem et gloriam B moliri omnia cuperet, certas eorum imagines edidisse, vel per ipsam potius id egisse Salvatorem, adeoque illam in effigie Patris qui oculorum visum effugit, retinuisse, ut eam minime Conditor cognosceret ; hunc vero ad unigenæ Filii : ad cæterorum Æonum similitudinem, factos ab iis **186** archangelos angelosque prodiisse.

Πατέρα οὖν καὶ Θεὸν λέγουσιν αὐτὸν γεγονέναι τῶν ἐκτὸς τοῦ πληρώματος, ποιητὴν ὄντα πάντων ψυχικῶν τε καὶ ὑλικῶν. Διακρίναντα γὰρ τὰς δύο οὐσίας συγκεχυμένας, καὶ ἐξ ἀσωμάτων σωματοποιήσαντα, δεδημιουργηκέναι τά τε οὐράνια καὶ τὰ γήϊνα, καὶ γεγονέναι ὑλικῶν καὶ ψυχικῶν, δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν δημιουργὸν, κούφων καὶ βαρέων, ἀνωφερῶν καὶ κατωφερῶν. Ἑπτὰ γὰρ οὐρανοὺς κατεσκευακέναι, ὧν ἐπάνω τὸν Δημιουργὸν εἶναι λέγουσι· καὶ διὰ τοῦτο Ἑβδομάδα καλοῦσιν αὐτὸν, τὴν δὲ μητέρα τὴν Ἀχαμὼθ Ὀγδοάδα, ἀποσώζουσαν τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἀρχεγόνου [3], καὶ πρὸ τῆς τοῦ πληρώματος Ὀγδοάδος. Τοὺς δὲ ἑπτὰ οὐρανοὺς [4] οὐκ εἶναι νοητοὺς φασιν. Ἀγγέλους δὲ αὐτοὺς ὑποτίθενται, καὶ τὸν Δημιουργὸν δὲ καὶ αὐτὸν ἄγγελον Θεῷ ἐοικότα· ὡς καὶ τὸν παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα, τέταρτον ἄγγελον λέγουσι δυνάμει ὑπάρχειν, καὶ ἀπὸ τούτου τι εἰληφέναι τὸν Ἀδὰμ διατετριφότα ἐν αὐτῷ. Ταῦτα δὲ τὸν Δημιουργὸν φάσκουσιν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν ᾠῆσθαι κατασκευάζειν, πεποιηκέναι δ' αὐτὰ τῆς Ἀχαμὼθ προβαλλούσης· οὐρανὸν πεποιηκέναι μὴ εἰδότα τὸν οὐρανὸν· καὶ ἄνθρωπον πεπλακέναι μὴ εἰδότα τὸν ἄνθρωπον· γῆν τε δεδειχέναι μὴ ἐπιστάμενον τὴν γῆν. Καὶ ἐπὶ πάντων οὕτως λέγουσιν ἠγνοηκέναι αὐτῶν [5] τὰς Ἰδέας ὧν ἐποίει, καὶ αὐτὴν τὴν Μητέρα. Αὐτὸν δὲ μόνον ᾠῆσθαι πάντα εἶναι. Αἰτίαν δ' αὐτῷ γεγονέναι τὴν Μητέρα τῆς οἰήσεως ταύτης φάσκουσι, τὴν οὕτω βουληθεῖσαν προαγαγεῖν αὐτὸν, κεφαλὴν μὲν καὶ ἀρχὴν τῆς ἰδίας οὐσίας, κύριον δὲ τῆς ὅλης πραγματείας. Ταύτην δὲ τὴν Μητέρα καὶ Ὀγδοάδα καλοῦσι, καὶ Σοφίαν, καὶ Γῆν, καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἅγιον Πνεῦμα, καὶ Κύριον ἀρσενικῶς. Ἔχειν δὲ τὸν τῆς μεσότητος τόπον αὐτὴν, καὶ εἶναι ὑπεράνω μὲν τοῦ Δημιουργοῦ, ὑποκάτω δὲ, ἢ ἔξω τοῦ πληρώματος μέχρι συντελείας.

Quamobrem Patrem illum ac Deum omnium constituunt, quæ extra pleroma collocantur, omniumque itidem anima vel materia præditorum. Ubi enim duas illas naturas inter sese confusas ac promiscuas segregavit, corporibusque carentes redegit in corpora ; tum demum cœlestia pariter ac terrena condidisse, ac materialium et animatorum, dextrorum ac sinistrorum, levium ac gravium, eorum denique quæ sursum aut deorsum feruntur opificem exstitisse. Septenos quippe cœlestes orbes fabricasse : C supra quos Conditorem collocant ; atque ob hanc causam Hebdomadem eum nominant : uti matrem Achamoth, Ogdoadem, quo primigeniæ ac primæ de pleromate Ogdoadis numerum observent. Orbes illos vero septem spiritales esse memorant, adeoque angelos, ut et Conditorem ipsum angelum Dei similem faciunt ; ac paradisum quoque qui supra tertium cœlum eminet, quartum vi quadam esse cœlum definiunt, ab eoque nonnihil Adamum, cum apud ipsum degeret, accepisse. Cæterum omnia ista Conditorem putasse vi se propria ac sua perfecisse : cum interim Achamoth universa produceret, ille vero ita cœlum moliretur, ut cœlum omnino nesciret ; ita hominem formaret, ut hominem ignoraret : ignarus- D que terræ demum, terram nihilominus efficeret ; atque hoc pacto in omni rerum genere eorum quæ faceret Ideas, ipsamque adeo Matrem minime cognovisse ; se vero unum complecti omnia persuasum habuisse. Cujus illi arrogantiæ causam a Matre præbitam fuisse, quæ hoc illum modo procreare voluerit, ut propriæ naturæ caput ac princeps, totiusque dominus operis exsisteret. Eamdem insuper Matrem et Ogdoadem vocant, et Sapientiam, et Terram, et Hierusalem, et Spiritum sanctum, et masculino genere Dominum. Cui in media regione stationem attribuunt, ut Conditore superiorem, sic infra, vel extra pleroma ad mundi finem usque constitutam.

[1] Iren. μετ' αὐτόν. [2] F. τούτου. [3] γρ. τοὺς ἀρχεγόνους. [4] Iren. οὐρανοὺς εἶναι νοητούς. [5] F. αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

XIX. Igitur quandoquidem naturam illam quæ materia constat, triplici perturbatione contineri asserunt, metu, dolore ac mentis inopia; ex metu ac conversione animalia quæque componunt. Nam ex conversione Conditorem genitum ex metu reliquam **187** omnem animalem substantiam existimant: cujusmodi sunt ratione carentium bestiarum, et ferarum atque hominum animæ. Propterea cum ad spiritalia quædam pernoscenda imbecillior foret, solum se esse Deum arbitratum, ac per prophetas edixisse: *Ego Deus, præter me nullus alius est* [1]. Ex reliquo porro perturbationum genere, spiritualia nequitiæ procreata: indeque et diabolum exortum, quem moderatorem mundi faciunt, una cum dæmoniis et angelis, cæteraque omni spiritali nequitiæ substantia. Verum Conditorem ipsum animalem Matris filium esse dicunt, moderatorem vero mundi quoddam opus Conditoris. Ac mundi sane rectorem quæ supra se sint, utpote nequitiæ spiritum, intelligere; Conditorem, quod animalis sit, ignorare defendunt. Quorum etiam Matrem supra cœlum habitare medio quodam loco; Conditorem vero in ipso cœlo, nimirum in hebdomade. Mundi rectorem denique in hoc inferiore mundo nostroque versari. Jam vero e stupore ac consilii inopia, tanquam ex ignobiliore, corporea, ut ante diximus, mundi elementa prodiisse. Ita ex attonitæ mentis statu terram: aquam e lacrymis quas metus excusserat, aerem ex doloris concretione, ignem denique omnibus ingeneratum, velut mortem atque exitium, perinde atque tribus perturbationibus insertam ignorantiam docent.

Ad hæc, absoluta mundi fabrica, luteum hominem a Conditore fictum, non ex sicca illa tamen humo, sed ex visum fugiente substantia, cum ex diffusa liquidaque materiæ parte sumpsisset, et in eum hominem animalem alterum inspirasset. Huncque adeo ipsum illum esse, qui ad imaginem ac similitudinem sit expressus. Nam ad imaginem eum esse factum, qui materia constat, quique ita Dei similis sit, ut eamdem cum ipso naturam minime sortiatur; animalem vero ad similitudinem effictum; unde etiam vitæ spiritum ejus appellari substantiam, quæ ex spiritali quadam fluxione profecta sit. Postremo pelliceam illi tunicam, hoc est carnem illam quam cernimus, esse circumdatam. Quod vero ad Matris Achamoth fetum alium pertinet, quem ex angelorum Salvatoris comitum contemplatione peperit, estque spiritalis, atque ejusdem cum Matre naturæ, **188** etiam hunc ignotum fuisse Conditori putant, ac clam ipso nesciente in eumdem demissum, ut per hunc in profectam ab eo animam corpusque, quod cum materia concretum est, satum, ab iisdemque velut utero gestatum atque auctum, ad id quod perfectum est recipiendum idoneum redderetur. Igitur admirabili quadam, aiunt, providentia factum

ΙΘ'. Ἐπεὶ οὖν τὴν ὑλικὴν οὐσίαν ἐκ τριῶν παθῶν συστῆναι λέγουσι, φόβου τε καὶ λύπης καὶ ἀπορίας, ἐκ μὲν τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὰ ψυχικὰ τὴν σύστασιν εἰληφέναι, ἐκ μὲν τῆς ἐπιστροφῆς τὸν Δημιουργὸν βούλονται τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ἐκ δὲ τοῦ φόβου τὴν λοιπὴν πᾶσαν ψυχικὴν ὑπόστασιν, ὡς ψυχὰς ἀλόγων ζώων, καὶ θηρίων, καὶ ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὸ γινώσκειν τινὰ πνευματικά, αὐτὸν νενομικέναι μόνον εἶναι Θεὸν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν εἰρηκέναι· *Ἐγὼ Θεὸς, πλὴν ἐμοῦ οὐδείς.* Ἐκ δὲ τῆς λοιπῆς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διδάσκουσι γεγονέναι· ὅθεν τὸν διάβολον τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ὃν καὶ κοσμοκράτορα καλοῦσι, καὶ τὰ δαιμόνια καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ πᾶσαν τὴν πνευματικὴν τῆς πονηρίας ὑπόστασιν. Ἀλλὰ τὸν μὲν Δημιουργὸν υἱὸν τῆς Μητρὸς αὐτῶν λέγουσι· τὸν δὲ κοσμοκράτορα κτίσμα τοῦ Δημιουργοῦ. Καὶ τὸν μὲν κοσμοκράτορα γινώσκειν τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, ὅτι πνεῦμά ἐστι τῆς πονηρίας· τὸν δὲ Δημιουργὸν ἀγνοεῖν ἅτε ψυχικὰ ὑπάρχοντα. Οἰκεῖν δὲ τὴν μητέρα αὐτῶν εἰς τὸν ὑπερουράνιον τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι. Τὸν Δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν ὑπερουράνιον [a] (80), τουτέστιν ἐν τῇ ἑβδομάδι· τὸν δὲ παντοκράτορα [b] ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κόσμῳ. Ἐκ δὲ τῆς ἐκπλήξεως καὶ τῆς ἀμηχανίας, ὡς ἐκ τοῦ ἀσημοτέρου τὰ σωματικὰ, καθὼς προείπαμεν, τοῦ κόσμου στοιχεῖα γεγονέναι, τὴν μὲν κατὰ τῆς ἐκπλήξεως στάσιν, ὕδωρ δὲ κατὰ τὴν τῶν φόβου (τῶν δακρύων) κίνησιν, ἀέρα τε κατὰ τὴν λύπης πῆξιν. Τὸ δὲ πῦρ ἅπασιν αὐτοῖς ἐκπεφυκέναι θάνατον καὶ φθοράν, ὡς καὶ τὴν ἄγνοιαν τοῖς τρισὶ πάθεσιν ἐγκεκρύφθαι διδάσκουσι.

Δημιουργήσαντα δὴ τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν χοϊκόν· οὐκ ἀπὸ ταύτης δὲ τῆς ξηρᾶς γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀοράτου οὐσίας, ἀπό τοῦ κεχυμένου καὶ ῥευστοῦ τῆς ὕλης λαβόντα, καὶ εἰς τοῦτον ἐμφυσῆσαι τὸν ψυχικὸν διορίζονται. Καὶ τοῦτον εἶναι τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν γεγονότα κατ' εἰκόνα μὲν τὸν ὑλικὸν ὑπάρχειν, παραπλήσιον μὲν, ἀλλ' οὐχ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ· καθ' ὁμοίωσιν δὲ τὸν ψυχικόν· ὅθεν καὶ πνεῦμα ζωῆς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἰρῆσθαι, ἐκ πνευματικῆς ἀπορρύσεως οὖσαν. Ὕστερον δὲ περιτεθεῖσθαι λέγουσιν αὐτῷ τὸν δερμάτινον χιτῶνα. Τοῦτο δὲ τὸ αἰσθητὸν σαρκίον εἶναι λέγουσι. Τὸ δὲ κύημα τῆς Μητρὸς αὐτῆς τῆς Ἀχαμὼθ, ὃ κατὰ τὴν θεωρίαν τῶν περὶ τὸν Σωτῆρα ἀγγέλων ἀπεκύησεν, ὁμοούσιον ὑπάρχον τῇ Μητρὶ πνευματικὸν, καὶ αὐτὸν ἠγνοηκέναι τὸν Δημιουργὸν λέγουσι, καὶ λεληθότως κατατεθεῖσθαι εἰς αὐτὸν, μὴ εἰδότος αὐτοῦ, ἵνα δι' αὐτοῦ εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψυχὴν σπαρὲν, καὶ εἰς τὸ ὑλικὸν τοῦτο σῶμα κυοφορηθὲν ἐν τούτοις καὶ αὐξηθὲν, ἕτοιμον γένηται εἰς ὑποδοχὴν τοῦ τελείου [c]. Ἐλαθεν οὖν, ὥς φασι, τὸν Δημιουργὸν ὁ συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ ὑπὸ τῆς Σοφίας πνευματικὸς ἄνθρωπος [d] ἀῤῥήτῳ προνοίᾳ [e]. Ὡς γὰρ τὴν μητέρα ἠγνοηκέναι,

[1] Isa. XLVI, 9. [a] Ir. ψυχικὸν υἱόν. [a'] ἅτε ψυχικόν? [a] F. ἐπουράνιον. [b] Ir. κοσμοκράτορα. [b] F. γῆν μέν, et lel. δακρύων [c] Ir. addit λόγου. [d] F. Ἄνθρωπος. [e] Iren. δυνάμει καὶ προνοίᾳ.

(8ᶜ) *Τὸν Δημιουργὸν δὲ εἰς τὸν ὑπερουράνιον.* Corr. ἐπουράνιον.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

οὕτω καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Ἐκκλησίαν εἶναι λέγουσιν, ἀντίτυπον τῆς ἄνω Ἐκκλησίας. Καὶ τότε εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἀξιοῦσιν [1], ὥστε ἔχειν αὐτοὺς τὴν μὲν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, τὸ δὲ σῶμα ἀπὸ τοῦ χοός, καὶ τὸ σαρκικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης, τὸν δὲ πνευματικὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς μητρὸς τῆς Ἀχαμώθ.

A est, spiritalis ut homo Conditorem lateret, cum una per ejus afflatum a Sapientia consereretur. Ut enim ignota illi Mater fuit, sic etiam fetus illius, quam Ecclesiam vocant, Ecclesiæ alterius ac cœlestis imaginem expressam. Atque hunc ipsum hominem illum esse censent qui in ipsis exsistat : adeo ut animam Conditori, corpus humo, carnem materiæ, spiritalem hominem Matri Achamoth acceptum referant.

Κ'. Τριῶν οὖν ὄντων, τὸ μὲν ὑλικὸν, ὃ καὶ ἀριστερὸν καλοῦσι, κατὰ ἀνάγκην ἀπόλλυσθαι λέγουσιν, ἅτε μηδεμίαν ἐπιδείξασθαι [2] πνοὴν ἀφθαρσίας δυνάμενον· τὸ δὲ ψυχικὸν, ὃ καὶ δεξιὸν προσαγορεύουσιν, ἅτε μέσον ὂν τοῦ τε πνευματικοῦ καὶ ὑλικοῦ, ἐκεῖσε χωρεῖν, ὅπου ἂν καὶ τὴν πρόσκλισιν ποιήσηται· τὸ δὲ πνευματικὸν ἐκπεπέμφθαι, ὅπως ἐνθάδε τῷ ψυχικῷ συζυγὲν μορφωθῇ, συμπαιδευθὲν αὐτῷ ἐν τῇ ἀναστροφῇ. Καὶ τοῦτ' εἶναι λέγουσι τὸ ἅλας, καὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Ἔδει γὰρ τῶν ψυχικῶν [3], καὶ αἰσθητῶν παιδευμάτων. Δι' ὧν καὶ κόσμον κατεσκευάσθαι λέγουσι, καὶ τὸν Σωτῆρα δὲ ἐπὶ τοῦτο παραγεγονέναι τὸ ψυχικὸν, ἐπεὶ καὶ αὐτεξούσιόν ἐστιν, ὅπως αὐτὸ σώσῃ. Ὧν γὰρ ἤμελλε σώζειν, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν εἰληφέναι φάσκουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀχαμὼθ τὸ πνευματικὸν, ἀπὸ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ἐνδεδύσθαι τὸν ψυχικὸν Χριστὸν, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιτεθεῖσθαι σῶμα ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, κατεσκευασμένον δὲ ἀῤῥήτῳ τέχνῃ, πρὸς τὸ καὶ ἀόρατον, καὶ ἀψηλάφητον [4], καὶ παθητὸν γεγενῆσθαι. Καὶ ὑλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν εἰληφέναι λέγουσιν αὐτόν· μὴ γὰρ εἶναι τὴν ὕλην δεκτικὴν σωτηρίας. Τὴν δὲ συντέλειαν ἔσεσθαι, ὅταν μορφωθῇ καὶ τελειωθῇ γνώσει πᾶν τὸ πνευματικὸν, τουτέστιν οἱ πνευματικοὶ ἄνθρωποι, οἱ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες περὶ Θεοῦ καὶ τῆς Ἀχαμώθ. Μεμυημένους δὲ μυστήρια εἶναι τούτους [5] ὑποτίθενται. Ἐπαιδεύθησαν γὰρ τὰ ψυχικὰ οἱ ψυχικοὶ ἄνθρωποι, οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες. Εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι· διὸ καὶ ἡμῖν μὲν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἀποφαίνονται· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον σωθῆναι· αὐτοὺς δὲ μὴ διὰ πράξεως, ἀλλὰ διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι, πάντη τε καὶ πάντως σωθήσεσθαι δογματίζουσιν. Ὡς γὰρ τὸ χοϊκὸν ἀδύνατον σωτηρίας μετασχεῖν· οὐ γὰρ εἶναι λέγουσιν αὐτοὶ δεκτικὸν αὐτῆς· οὕτως πάλιν τὸ πνευματικὸν θέλουσιν οἱ αὐτοὶ [6] εἶναι ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταγένωνται πράξεσιν. Ὃν γὰρ τρόπον χρυσὸς ἐν βορβόρῳ κατατεθεὶς οὐκ ἀποβάλλει τὴν καλλονὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν φύσιν διαφυλάττει, τοῦ βορβόρου μηδὲν ἀδικῆσαι δυναμένου τὸν χρυσόν· οὕτω δὲ καὶ αὐτοὺς λέγουσι, κἂν ἐν ποίαις ὑλικαῖς πράξεσι καταγένωνται, μηδὲν αὐτοὺς παραβλάπτεσθαι, μηδὲ ἀποβάλλειν τὴν πνευματικὴν ὑπόστασιν.

XX. Ex iis tribus, quod materia constat, sinistrumque vocatur perire necessario prædicant, utpote quod ne minimum quidem immortalitatis afflatum possit recipere; animale vero, sive dextrum, quod medium inter spiritale ac materia præditum interjacet, illuc quo suopte nutu propenderit proficisci. Quod autem spiritale sit idcirco mitti, ut hic cum animali copulatum, cum eoque in vivendi ratione pariter eruditum fingi formarique possit. Atque hunc demum salem illum, ac mundi lucem esse dictitant : de quibus Evangelia loquuntur [7], etenim animale externa sensuum disciplina opus habuit. Quam ob causam et mundum fabricatum esse contendunt : atque ad animale istud, quandoquidem libertate præditum est, quo ei salutem afferret, Salvatorem esse delapsum. Nam eorum quæ servare decreverat, omnium in sese ferunt illum habuisse primitias : puta ab Achamoth spiritum; animalem a Conditore Christum : ac functionis suæ administrandæ gratia corpus animali natura constans induisse, et quidem incredibili quadam arte sic elaboratum, ut videri, contrectari patique posset. Quare nihil eidem cum materia fuisse commune : quippe cum materia consequendæ saluti nequaquam idonea sit. Præterea tum rerum omnium finem atque exitum fore, cum quidquid spiritale est, id est spiritales homines, qui perfectam de Deo scientiam habent, et ab Achamoth mysteriis initiati sunt. Cujusmodi se esse ipsos asserunt. **189** Etenim animales homines animali quadam disciplina institutos esse, qui quidem operibus ac simplici fide stabiliuntur, neque perfectam scientiam adepti sunt. Ejusmodi nos esse, qui in Ecclesiæ grege numeramur; ideoque recte factis opus esse nobis prædicant, neque aliter posse nos salutem obtinere; se vero non ullius actionis beneficio, sed quod natura spiritales sint, omnino salutis compotes fore confidunt. Nam uti, quod terrenum est, servari nullo modo potest, neque natura ad id idoneum est; sic contra quod est spiritale, cujusmodi se esse volunt, utcunque sese gesserit, corrumpi nequaquam posse. At quemadmodum aurum in cœnum abjectum pulchritudinem non amittit, sed citra ullam decoris injuriam naturam retinet; ita semetipsos asserunt, tametsi quibusvis in actionibus, adeoque concretis cum materia, versentur, nullum ex eo detrimentum capere, neque spiritalem substantiam posse perdere.

[1] Iren. καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἐν αὐτοῖς ἄνθρωπον. [2] Iren. ἐπιδέξασθαι. [3] Iren. τῷ ψυχικῷ, et mox. διό. Iren. ὁρατὸν, ψηλαφητόν. [5] Iren. ὑπὸ τῆς Ἀχαμ. μεμυη. τὰ μυσ. ἑαυτοὺς δὲ τούτ. [6] Iren. ὃ θέλοισιν αὐτοί. [7] Matt. v. 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

XXI. Quocirca qui inter illos perfectissimi censentur, illicita omnia, legibusque vetita licenter perpetrant, de quibus Litteræ sacræ testantur; qui ejusmodi committant, ab hæreditate regni cœlestis excidere [1]. Igitur et quæ idolis immolata sunt nullo discrimine comedunt, nihilque ex ea re contagionis ad sese derivari putant; et ad omnia gentilium festa, quæ ad idolorum cultum instituta sunt, primi omnium accurrunt : ut neque ab eorum, qui cum bestiis depugnant, aut gladiatorum fœdis illis, ac Deo pariter atque hominibus exsecrandis parricidiisque plenis spectaculis quidam illorum abstineant. Alii dum in voluptatibus corporis ac libidinibus assidue volutantur, carnalia se carnalibus, ac spiritalibus spiritalia reddere, profitentur. Quamobrem nonnulli clam stupra cum mulierculis disciplinæ hujus suæ alumnis exercent, id quod plerœque olim ab illis deceptæ, ac postremo ad Ecclesiam Dei reversæ inter alios errores persæpe confessæ sunt. Sunt et qui pudore omni posito, quascunque mulieres adamarint, palam a viris abductas pro legitimis uxoribus habent. Sed alii, qui se principio sororum illas **190** loco honestius habere simulaverant paulatim detecti sunt, ac prægnans denique soror ex contubernio fratris inventa. Dici non potest quam impia ac detestanda alia flagitia committant; quæ dum faciunt, nos scilicet, qui præ Dei timore ne cogitatione vel sermone quidem scelus ullum admittere studemus, tanquam idiotas atque imperitos deridentes, se vero mirifice prædicant, ac perfectos homines, electamque stirpem nominant. Nos enim velut mutuo gratiam ad usum accipere, eaque propterea spoliandos affirmant; sibi velut peculiarem accidisse possessionem, quæ de cœlesti conjugio, quod neque verbis exprimi, neque nominari potest, una in se descenderit; ideo novam etiam ad eam quam habent accessionem futuram.

Interesse igitur sua plurimum, ut quacunque ratione possunt conjugii mysterium illud exerceant, idque ipsum stolidis hominibus his fere verbis persuadent. Quicunque cum in mundo esset mulierem non amaverit, ut eam ad amorem suum pelliceret, a veritate alienus est, nec ad eam perveniet. Sed quisquis ortus e mundo muliebri non est amore correptus, ne ipse quidem ad veritatem perveniet, quod non mulieris cupiditate flagraverit. Nos itaque quos animales nominant, esseque de mundo statuunt, temperantia, et honestis actionibus indigere, quibus mediocrem ad regionem efferamur, cum ipsimet, utpote spiritales ac perfecti, nihil horum requirant. Non enim actionem ad pleroma provehere, sed semen ipsum, quod illinc tenerum ac velut infans demissum, hic apud nos absolutum redditur. Atque ubi semen omne perfectum fuerit, tum ipsorum Matrem Achamoth ex media illa sede transferri, et intra pleroma recipi oportere : nec non et sponsum suum recuperare, Salvatorem illum, quia ab universis in lucem est editus : ut Salvatoris, et Sapientiæ Achamoth conjugium instituatur. Id-

ΚΑ'. Διὸ δὴ καὶ τὰ ἀπειρημένα πάντα ἀδεῶς οἱ τελειότατοι πράττουσιν αὐτῶν, περὶ ὧν αἱ Γραφαὶ διαβεβαιοῦνται, τοὺς ποιοῦντας αὐτὰ βασιλείαν Θεοῦ μὴ κληρονομήσειν. Καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα διαφόρως [2] ἐσθίουσι, μηδὲ μολύνεσθαι ὑπ' αὐτῶν ἡγούμενοι· καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην πρῶτοι συνίασιν, ὡς μηδὲ τῆς παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνου θέας ἀπέχεσθαι ἐνίους αὐτῶν. Οἱ δὲ καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς κατακόρως δουλεύοντες τὰ σαρκικὰ τοῖς σαρκικοῖς, καὶ τὰ πνευματικὰ τοῖς πνευματικοῖς ἀποδίδοσθαι λέγουσι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν λάθρα τὰς διδασκομένας ὑπ' αὐτῶν τὴν διδαχὴν ταύτην γυναῖκας διαφθείρουσιν, ὡς πολλάκις ὑπ' ἐνίων αὐτῶν ἐξαπατηθεῖσαι, ἔπειτα ἐπιστρέψασαι γυναῖκες εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ σὺν τῇ λοιπῇ πλάνῃ, καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσαντο. Οἱ δὲ καὶ κατὰ τὸ φανερὸν ἀπερυθριάσαντες ὧν ἂν ἐρασθῶσι γυναικῶν, ταύτας ἀπ' ἀνδρῶν ἀποσπάσαντες, ἰδίας γαμετὰς ἠγήσαντο. Ἄλλοι δὲ αὖ πάλιν, σεμνῶς κατ' ἀρχὰς ὡς μετὰ ἀδελφῶν προσποιούμενοι συνοικεῖν, προϊόντος τοῦ χρόνου ἠλέγχθησαν, ἐγκύμονες τῆς ἀδελφῆς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ γενηθεῖσης. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ μυσαρὰ καὶ ἄθεα πράσσοντες, ἡμῶν μὲν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ φυλασσομένων καὶ μέχρις ἐννοίας καὶ λόγου ἁμαρτεῖν κατατρέχουσιν, ὡς ἰδιωτῶν, καὶ μηδὲν ἐπισταμένων, ἑαυτοὺς δὲ ὑπερυψοῦσι, τελείους ἀποκαλοῦντες, καὶ σπέρματα ἐκλογῆς. Ἡμᾶς μὲν γὰρ ἐν χρήσει τὴν χάριν λαμβάνειν λέγουσι· διὸ καὶ ἀφαιρεθήσεσθαι αὐτῆς· αὐτοὺς δὲ ἰδιόκτητον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀνονομάστου συζυγίας συγκατελθυθίαν ἔχειν τὴν χάριν· καὶ διὰ τοῦτο προστεθήσεσθαι αὐτοῖς.

Διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾷν μυστήριον· καὶ τοῦτο πείθουσι τοὺς ἀνοήτους αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως· Ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν. Ὁ δὲ ἀπὸ κόσμου γενόμενος [3], μὴ κρατηθεὶς γυναικί, οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν, διὰ τὸ μὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ κρατηθῆναι γυναικός. Διὰ τοῦτο οὖν ἡμᾶς καλοὺς ψυχικοὺς [4] ὀνομάζουσι, καὶ ἐκ κόσμου εἶναι λέγουσι, καὶ ἀναγκαίαν ἡμῖν τὴν ἐγκράτειαν καὶ ἀγαθὴν πρᾶξιν, ἵνα δι' αὐτῆς ἔλθωμεν εἰς τὸν τῆς μεσότητος τόπον, αὐτοῖς δὲ πνευματικοῖς τε καὶ τελείοις καλουμένοις μηδαμῶς. Οὐ γὰρ πρᾶξις εἰς πλήρωμα εἰσάγει, ἀλλὰ τὸ σπέρμα τὸ ἐκεῖθεν νήπιον ἐκπεμπόμενον, ἐνθάδε τελειούμενον. Ὅταν δὲ πᾶν τὸ σπέρμα τελειωθῇ, τὴν μὲν Ἀχαμὼθ τὴν Μητέρα αὐτῶν μεταβῆναι τοῦ τῆς μεσότητος τόπου λέγουσι, καὶ ἐντὸς πληρώματος εἰσελθεῖν, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν νυμφίον αὐτῆς τὸν Σωτῆρα, τὸν ἐκ πάντων γεγονότα· ἵνα συζυγία γένηται τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Σοφίας τῆς Ἀχαμώθ. Καὶ τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην, νυμφῶνα δὲ τὸ πᾶν πλήρωμα. Τοὺς δὲ πνευματικοὺς,

[1] Rom. I, 32. [2] Iren. ἀδιαφόρως. [3] γρ. ἀπὸ κόσμου ὤν. [4] Iren. ἡμῖν οὖς ψυχ

ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους, ἀκρατήτως καὶ ἀοράτως ἐντὸς πληρώματος εἰσελθόντας, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Σωτῆρα ἀγγέλοις. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μεταβῆναι καὶ αὐτὸν εἰς τὸν τῆς Μητρὸς Σοφίας τόπον, τουτέστιν ἐν τῇ μεσότητι. Τὰς τε τῶν δικαίων ψυχὰς ἀναπαύσεσθαι καὶ αὐτὰς ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ· μηδὲν γὰρ ψυχικὸν ἐντὸς πληρώματος χωρεῖν.

A que adeo sacris in Litteris sponsum ac sponsam significare, thalamumque pleroma ipsum esse. At spirituales homines, postquam animas exuerint, et ad spirituum, purarumque mentium conditionem evaserint, ac nullo detinente, nec aspectabiles in pleroma penetraverint Salvatoris comitibus angelis collocari. Quod ad Conditorem spectat, eum quoque Sapientiæ Matris in locum successurum, medianque regionem occupaturum **191** existimant. Eodemque loco justorum animas otio ac quiete potituras esse, quod ad pleroma nihil animale perveniat.

ΚΒ'. Τούτων δὲ γενομένων οὕτως, τὸ ἐμφωλεῦον τῷ κόσμῳ πῦρ, ἐκλάμψαν καὶ ἐξαφθὲν, καὶ κατεργασάμενον πᾶσαν ὕλην, συναναλωθήσεσθαι αὐτῇ, καὶ εἰς τὸ μηκέτ' εἶναι χωρήσειν διδάσκουσι. Τὸν δὲ Δημιουργὸν μηδὲν τούτων ἐγνωκέναι ἀποφαίνονται πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες προβαλέσθαι αὐτὸν καὶ Χριστὸν υἱὸν ἴδιον, ἀλλὰ (καὶ) ψυχικόν. Περὶ τούτου διὰ τῶν [1] προφητῶν λελαληκέναι· εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα, καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὀδεύει, καὶ εἰς τοῦτον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος κατελθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἐκ πάντων Σωτῆρα ἐν εἴδει περιστερᾶς. Γεγονέναι δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τὸ αὐτὸ τῆς Ἀχαμὼθ σπέρμα πνευματικόν. Τὸν οὖν Κύριον ἡμῶν ἐκ τεσσάρων τούτων σύνθετον γεγονέναι φάσκουσιν, ἀποσώζοντα τὸν τύπον τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης τετρακτύος, ἔκ τε τοῦ πνευματικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τῆς Ἀχαμὼθ, καὶ ἐκ τοῦ ψυχικοῦ, ὃ ἦν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καὶ ἐκ τῆς οἰκονομίας, ὃ ἦν κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ τέχνῃ, καὶ ἐκ τοῦ Σωτῆρος, ὃ ἦν κατελθοῦσα εἰς αὐτὸν περιστερά. Καὶ τοῦτο [2] μὲν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι· οὐ γὰρ ἐνεδέχετο παθεῖν αὐτὸν ἀκράτητον καὶ ἀόρατον ὑπάρχοντα. Καὶ διὰ τοῦτο ἦρθαι προσαγομένου αὐτοῦ τῷ Πιλάτῳ, τὸ εἰς αὐτὸν κατατεθὲν Πνεῦμα Χριστοῦ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς Μητρὸς σπέρμα πεπονθέναι λέγουσιν· ἀπαθὲς γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ πνευματικὸν, καὶ αὐτῷ τῷ Δημιουργῷ. Ἔπαθε δὲ λοιπὸν κατ' αὐτοὺς ὁ ψυχικὸς Χριστὸς, καὶ ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένος μυστηριωδῶς, ἵν' ἐπιδείξῃ αὐτοῦ [3] ἡ Μήτηρ τὸν τύπον τοῦ ἄνω Χριστοῦ, ἐκείνου τοῦ ἐπεκταθέντος τῷ Σταυρῷ, καὶ μορφώσαντος τὴν Ἀχαμὼθ μόρφωσιν τὴν κατ' οὐσίαν· πάντα γὰρ ταῦτα τύπους ἐκείνων εἶναι λέγουσι. Τὰς δὲ ἐσχηκυίας τὸ σπέρμα τῆς Ἀχαμὼθ ψυχὰς ἀμείνους λέγουσι γεγονέναι τῶν λοιπῶν· διὸ καὶ πλεῖον τῶν ἄλλων ἠγαπῆσθαι ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, μὴ εἰδότος τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ λογιζομένου εἶναι τοιαύτας.

XXII. His peractis, ignem illum, qui in mundi latebris delitescit, erupturum ac conflagraturum esse, donec omni consumpta materia, cum eadem et ipse consumptus, atque in nihilum redactus fuerit. Quorum omnium nihil ante Salvatoris adventum Conditori fuisse cognitum. Nec desunt, quibus placeat, etiam ab illo peculiarem filium Christum, sed animalem, productum, de quo per prophetas locutus sit. Hunc illum esse qui sic tanquam aqua per fistulas, ita per Mariam transierit; in eumque postea, cum baptizaretur, sub columbæ descendisse specie alterum illum de pleromate Salvatorem ex omnibus conflatum: imo etiam et eidem Achamothis spiritale semen insitum fuisse. Unde quatuor ex illis compositum esse Dominum asseverant, ut primariæ illius ac primigeniæ Tetradis similitudinem exprimeret: nimirum e spiritali, quod ab Achamothe derivatum est, ex animali, quod a Conditore, ex incarnatione, quod inexplicabili quodam est artificio contextum: ac demum e Salvatore, hoc est columba illa de cœlo delapsa. Atque hunc quidem patibilem nunquam fuisse, quoniam pati omnino nequeat, quod neque contineri, neque oculis usurpari possit. Proindeque cum ad Pilatum perductus est, demissum in eum Christi Spiritum evolasse. Sed neque maternum illud semen quidquam esse perpessum: quod nihilo magis patibile sit, utpote spiritale, nec vel ipsi Conditori quidem aspectabile. Restat igitur ut illorum opinione animalis ille Christus sit passus, itidemque et alter qui ex incarnatione conflatus est. Quod non sine mysterio perfectum est, ut summi illius Christi per eum Mater imaginem exhiberet, qui in Cruce distentus Achamothem substantiæ informatione perpolivit: hæc enim omnia superiorum illorum figuram continere. Quæ vero animæ Achamothis semine sint aspersæ, eas cæteris esse meliores, atque impensius a Conditore diligi: qui ejus tamen rei causam non intelligens ex sese illas ejusmodi esse putet.

Διὸ καὶ εἰς προφήτας, φασὶν, ἔτασσεν αὐτοὺς, καὶ ῥεῖς, καὶ βασιλεῖς· καὶ πολλὰ ὑπὸ [4] τοῦ σπέρματος τούτου εἰρῆσθαι διὰ τῶν προφητῶν ἐξηγοῦνται, ἅτε ψυχικωτέρας φύσεως ὑπαρχούσας [5]. Πολλὰ δὲ καὶ τὴν μητέρα περὶ τῶν ἀνωτέρω εἰρηκέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτου καὶ τῶν ὑπὸ τούτου γενομένων ψυχῶν. Καὶ λοιπὸν τέμνουσι τὰς προφητείας, τὸ μέν τι ἀπὸ τῆς Μητρὸς εἰρῆσθαι θέλοντες, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ σπέρ-

Quamobrem prophetas ex iis, vel sacerdotes, **192** vel reges instituit; ac pleraque a prophetis pronuntiata de isto semine interpretantur, quasi illorum animæ naturæ cujusdam sublimioris exstiterint. Quin etiam de cœlestibus multa disputasse Matrem, deque animis quos vel ille, vel qui ab illo oriundi sunt produxerunt. Unde et prophetarum vaticinia ita partiuntur, quædam ut effata Matris

[1] F. τούτου δέ. [2] F. τοῦτον. [3] Iren. δι' αὐτοῦ. [4] Cor. ὑπέρ. [5] Iren. ὑπάρχοντος

esse velint, alia ab semine, alia a Conditore profecta. Ipsum etiam Jesum partim a Salvatore tradita, partim a Matre; partim denique a Conditore dixisse, id quod in sequentibus ostendemus. Conditorem vero eorum quæ supra se erant ignarum, iis sane quæ commemoravimus fuisse commotum, sed eadem contempsisse nihilominus, et alias aliam esse causam, existimasse, sive prophetico afflatu præditum Spiritum, quod proprio quodam motu cietur; sive hominem, sive deteriorum complexionem. In eaque tandiu ignoratione versatum, quoad Dominus advenerit. Simul enim ac Salvator accessit, ab eo cuncta didicisse putant, et ad eum libenter cum omnibus suis copiis transisse; eumque illum esse centurionem, qui in Evangelio ita Salvatorem alloquitur : Nam et ego in mea potestate habeo milites, et servos, et quodcunque imperavero perficiunt[1]. Addunt mundi illum procurationi ad idoneum usque tempus præfuturum, præsertim ob Ecclesiæ administrationem, ejusque præmii cognitionem, quod eidem est constitutum, nimirum ut ad Matris sedem evehatur.

XXIII. Hominum porro tria genera statuuntur, spiritale, terrenum, animale, quæ in Caino, Abele ac Setho cernuntur. A quibus totidem naturæ non jam in singulis, sed per genera propagatæ sunt. Ex iis terrenum corruptione dissolvi; animale vero, si se potioribus dediderit, mediocri in regione conquiescere, sin deteriora eligat, ad similia transferri. Spiritalia denique quæ quidem Achamoth conseverit, ex illo tempore in hodiernum usque piarum animarum disciplinæ commissa et educata, quod adhuc infantia missa sint; postea ubi perfectionem adepta fuerint, Salvatoris angelis matrimonio collocari, cum interim animæ **193** ipsæ cum Conditore necessario medio in loco sese contineant. Præterea animas iterum hoc modo dividunt. Quasdam enim natura bonas, alias natura malas esse. Bonas ejusmodi esse, quæ ad excipiendum semen idoneæ sint : quod malæ nullo modo possunt percipere.

XXIV. Hæc est illorum doctrina, quam neque prophetæ prædicarunt, neque Dominus tradidit, nec apostoli reliquerunt. Qua quidem minime scripta ex auditione sic arrepta, ut quod in proverbio est, *Funem ex arena texere* conentur; plus se cæteris de universorum natura scire gloriantur. Ad ea vero quæ diximus comprobanda, quædam e sacris Litteris accommodant : cujusmodi sunt usurpatæ a Domino parabolæ, aut propheticæ sententiæ, aut apostolorum verba, ne confictæ ab iis fabulæ prorsus testimonio carere videantur. Quanquam divinorum oraculorum ordinem seriemque conturbant, ac quoad in ipsis situm est, veritatis, ut ita dicam, membra dissolvunt. Nam in alienum locum translata ac commutata pleraque, et alia ex aliis facta

A ματος, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰησοῦν ὡσαύτως, τὸ μέν τι ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρηκέναι, τὸ δέ τι ἀπὸ τῆς Μητρὸς, τὸ δέ τι ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καθὼς ἐπιδείξομεν προϊόντος ἡμῖν τοῦ λόγου. Τὸν δὲ Δημιουργὸν, ἅτε ἀγνοοῦντα τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, κινεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, καταφρονηκέναι δὲ αὐτῶν ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν νομίσαντα, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ προφητεῦον ἔχον, καὶ αὐτὸ ἰδίαν τινὰ κίνησιν, ἢ τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὴν προσπλοκὴν τῶν χειρῶν[2]. Καὶ οὕτως ἀγνοοῦντα διατετελεκέναι ἄχρι τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Σωτῆρος μαθεῖν αὐτὸν παρ' αὐτοῦ πάντα λέγουσι, καὶ ἄσμενον αὐτῷ προσχωρήσαντα μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἑκατόνταρχον, λέγοντα τῷ Σωτῆρι· Καὶ γὰρ ἐγὼ ὑπὸ τὴν B ἐμαυτοῦ ἐξουσίαν ἔχω στρατιώτας καὶ δούλους, καὶ ἐὰν προστάξω ποιοῦσι. Τελέσειν δὲ αὐτὸν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν μέχρι τοῦ δέοντος καιροῦ, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ἑτοιμασθέντος αὐτῷ ἐπάθλου, ὅτι εἰς τὸν τῆς Μητρὸς τόπον χωρήσει.

ΚΓ'. Ἀνθρώπων δὲ τρία γένη ὑφίστανται, πνευματικὸν, χοϊκὸν, ψυχικὸν, καθὼς ἐγένοντο Κάϊν, Ἄβελ, Σήθ· καὶ ἐκ τούτων τὰς τρεῖς φύσεις[3], οὐκέτι καθ' ἕν, ἀλλὰ κατὰ γένος. Καὶ τὸ μὲν χοϊκὸν εἰς φθορὰν χωρεῖν, καὶ τὸ ψυχικὸν, ἐὰν τὰ βελτίονα ἕληται, ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ ἀναπαύεσθαι· ἐὰν δὲ τὰ χείρω, χωρήσειν καὶ αὐτὸ πρὸς τὰ ὅμοια. Τὰ δὲ πνευματικὰ, ἃ ἂν κατασπείρῃ ἡ Ἀχαμὼθ, ἕκτοτε ἕως C τοῦ νῦν δικαίαις ψυχαῖς παιδευθέντα ἐνθάδε καὶ ἐκτραφέντα, διὰ τὸ νήπια ἐκπεπέμφθαι, ὕστερον τελειότητος ἀξιωθέντα, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἀγγέλοις δογματίζουσι, τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἐν μεσότητι κατ' ἀνάγκην (ἐν μεσότητι) μετὰ τοῦ Δημιουργοῦ ἀναπαυσαμένων εἰς τὸ παντελές. Καὶ αὐτὰς μὲν τὰς ψυχικὰς[4] πάλιν ὑπομερίζοντες λέγουσιν ἃς μὲν φύσει ἀγαθὰς, ἃς δὲ φύσει πονηράς· καὶ τὰς μὲν ἀγαθὰς ταύτας εἶναι, τὰς δεκτικὰς τοῦ σπέρματος γινομένας· τὰς δὲ φύσει πονηρὰς μηδέποτε ἂν ἐπιδέξασθαι ἐκεῖνο τὸ σπέρμα.

ΚΔ'. Τοιαύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν οὔσης, ἣν οὔτε προφῆται ἐκήρυξαν, οὔτε ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, οὔτε ἀπόστολοι παρέδωκαν, ἣν περὶ τῶν ὅλων αὐχοῦσι πλεῖον τῶν ἄλλων ἐγνωκέναι, ἐξ ἀγράφων ἀναγινώσκοντες, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, *Ἐξ ἄμμου σχοινία πλέκειν* ἐπιτηδεύοντες, ἀξιοπίστως προσαρμόζειν πειρῶνται τοῖς εἰρημένοις, ἤτοι παραβολὰς Κυριακὰς, ἢ ῥήσεις προφητικὰς, ἢ λόγους ἀποστολικοὺς, ἵνα τὸ πλάσμα αὐτῶν μὴ ἀμάρτυρον εἶναι δοκῇ, τὴν μὲν τάξιν καὶ τὸν εἰρμὸν τῶν Γραφῶν ὑπερβαίνοντες, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς λύοντες τὰ μέλη τῆς ἀληθείας. Μεταφέρουσι δὲ καὶ μεταπλάττουσι, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου ποιοῦντες ἐξαπατῶσι πολλοὺς τῇ τῶν ἐφαρμοζομένων Κυριακῶν λογίων κακοσυνθέτῳ σοφίᾳ. Ὅνπερ τρόπον εἴ τις βασιλέως

[1] Matth. VIII, 9. [2] Iren. χειρονων. [3] Iren. ἵνα ἐπιδείξωσι καί. [4] Iren. ψυχάς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

εἰκόνος καλῆς κατεσκευασμένης ἐκ ψηφίδων ἐπισήμων ὑπὸ σοφοῦ τεχνίτου, λύσας τὴν ὑποκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ἰδέαν, μετενέγκῃ τὰς ψηφίδας ἐκείνας καὶ μεθαρμόσοι καὶ ποιήσει μορφὴν κυνὸς ἢ ἀλώπεκος, καὶ ταύτην φαύλως κατεσκευασμένην, ἔπειτα διορίζοιτο, καὶ λέγοι ταύτην εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνην εἰκόνα τὴν καλήν, ἣν ὁ σοφὸς τεχνίτης κατεσκεύασε, δεικνὺς τὰς ψηφίδας τὰς καλῶς ὑπὸ τοῦ τεχνίτου τοῦ πρώτου εἰς τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα συντεθείσας, καλῶς δὲ ὑπὸ τοῦ ὑστέρου εἰς κυνὸς μορφὴν μετενεχθείσας, καὶ διὰ τῆς τῶν ψηφίδων φαντασίας μεθοδεύοι τοὺς ἀπειροτέρους, ταὺς κατάληψιν βασιλικῆς μορφῆς οὐκ ἔχοντας, καὶ πείθοι, ὅτι αὕτη ἡ σαπρὰ τῆς ἀλώπεκος ἰδέα ἐκείνη ἐστὶν ἡ καλὴ τοῦ βασιλέως εἰκών· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι γραῶν μύθους συγκαττύσαντες, ἔπειτα ῥήματα καὶ λέξεις καὶ παραβολὰς ὅθεν καὶ πόθαν ἀποσπῶντες, ἐφαρμόζειν βούλονται τοῖς μύθοις αὐτῶν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅσα μὲν ἐν τοῖς τοῦ Πληρώματος ἐφαρμόζουσιν, εἰρήκαμεν.

sic proferunt, ut divinarum sententiarum, quas accommodant, callido quodam artificiosoque contextu multos in errorem inducant. Quemadmodum si imperatoris imago pulcherrimis ex tesserulis a perito quodam artifice fuerit elaborata; ac quis piam, hominis effigie dissoluta, ac transpositis, aliterque collocatis tesserulis, canis aut vulpeculæ speciem exprimat, ne eam quidem recte compositam; tum affirmet hoc ipsum esse egregium imperatoris simulacrum, ab eximio artifice affabre factum; ostendat et illas ab eodem ad referendam principis figuram coagmentatas tesserulas, a se vero postea caninam in formam translatas, atque ejusmodi tesserularum specie imperitis illudat, qui principis imaginem nondum animo conceperint, persuadeatque quam illi vident turpem vulpis effigiem, præclaram illam imperatoris esse statuam. Sic isti ad ridiculas anilesque quas consuunt nugas, corrogata hinc et illinc verba, et parabolas trahunt, ac divina responsa fabulis suis illigare contendunt. Ex quibus quæ ad Pleroma pertinere videntur paulo ante retulimus.

ΚΕ'. Ὅσα δὲ καὶ τοῖς ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος αὐτῶν προσοικειοῦν πειρῶνται ἐκ τῶν Γραφῶν, ἔστι τοιαῦτα. Τὸν Κύριον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τοῦ κόσμου χρόνοις διὰ τοῦτο ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πάθος λέγουσιν, ἵν' ἐπιδείξῃ τὸ περὶ τὸν ἔσχατον τῶν Αἰώνων γεγονὸς πάθος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τέλους ἐμφήνῃ τὸ τέλος τῆς περὶ τοὺς Αἰῶνας πραγματείας. Τὴν δὲ δωδεκαετῆ παρθένον ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατέρα, ἣν ἐπιστὰς ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἤγειρε, τύπον εἶναι διηγοῦνται τῆς Ἀχαμὼθ, ἣν ἐπεκτάθεις ὁ Χριστὸς αὐτὸν [1] ἐμόρφωσε, καὶ εἰς αἴσθησιν ἤγαγε τοῦ καταλιπόντος αὐτὴν φωτός. Ὅτι δὲ αὐτῇ ἐπέφανεν ὁ Σωτὴρ ἐκτὸς οὖσης [10] τοῦ Πληρώματος ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ, τὸν Παῦλον λέγουσιν εἰρηκέναι ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· *Ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί.* Τὴν τε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν πρὸς τὴν Ἀχαμὼθ ὁμοίως πεφανερωκέναι αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ εἰπόντα· Δεῖ τὴν γυναῖκα κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. Καὶ ὅτι, ἥκοντος τοῦ Σωτῆρος πρὸς αὐτὴν, δι' αἰδὼ κάλυμμα ἐπέθετο ἡ Ἀχαμὼθ, Μωσέα πεποιηκέναι φανερὸν, κάλυμμα θέμενον ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ τὰ πάθη δὲ αὐτῆς, ἃ ἔπαθεν, ἐπισεσημειῶσθαι τὸν Κύριον φάσκουσιν ἐν τῷ σταυρῷ. Καὶ ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, *Ὁ Θεός μου, εἰς τί ἐγκατέλιπές με;* μεμηνυκέναι αὐτὸν, ὅτι ἀπελείφθη ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἡ Σοφία, καὶ ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ Ὅρου τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς· τὴν δὲ λύπην αὐτῆς, ἐν τῷ εἰπεῖν· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·* τὸν δὲ φόβον, ἐν τῷ εἰπεῖν· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον·* καὶ τὴν ἀπορίαν δὲ ὡσαύτως, ἐν τῷ εἰρηκέναι· *Καὶ τί εἶπω οὐκ οἶδα.* Τρία δὲ γένη ἀνθρώπων οὕτω δεδειχέναι διδάσκουσιν αὐτόν· τὸν μὲν ὑλικὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν τῷ ἐρωτήσαντι· *Ἀκολουθήσω*

194 XXV. Quæ vero ad ea quæ extra Pleroma sunt sacris ex Litteris accommodant, ejusmodi fere sunt. Christum Dominum postremis mundi temporibus patiendi gratia advenisse dicunt, ultimi ut Æonis casum ac calamitatem ostenderet, ac totius Æonum negotii exitum suo illo exitu declararet. Deinde virginem illam archisynagogi filiam duodecim annos natam, quam Dominus accedens a morte revocavit [2], Achamothis imaginem referre, quam extendens sese illorum Christus effinxit, et luminis quod eam destituerat sensum indidit. Et quoniam huic adhuc extra Pleroma positæ, velut abortivo cuidam, Salvator apparuit, Paulum putant ad Corinthios scribentem hæc usurpasse: *Novissime autem omnium velut abortivo visus est et mihi* [3]. Sed et eadem in Epistola Salvatoris cum æqualibus suis ad Achamothem accessum significasse, cum dixit: Oportet mulierem velato esse capite, propter angelos [4]. Eamdem illam Achamothem ad adventum Salvatoris pudore affectam velo caput obduxisse, declaratum a Mose, cum faciem obtegeret [5]. Nam illas quas est perpessa calamitates animique commotiones Dominum ferunt in cruce demonstrasse. Velut cum dixit: *Deus meus, quare dereliquisti me* [6]? ostendisse Sapientiam a lumine destitutam, et ab Horo ne ultra pergeret prohibitam. Ejusdem vero dolorem cum dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem* [7]; timorem, cum ita Patrem allocutus est: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* [8]. Ita consilii inopiam his verbis: *Et quid dicam nescio.* Quod ad tria spectat hominum genera, sic illum indicasse contendunt; materiæ quidem affixum, cum interroganti: *Num te sequar?* respondit: *Non habet Filius hominis ubi caput reclinet* [9]; animalem autem, cum ei qui dixerat:

[1] Iren. αὐτῶν. [10] Fort. οὔσῃ. [2] Luc. VIII, 41 sqq. [3] I Cor. XV, 8. [4] I Cor. XI, 10. [5] Exod. XXXIV, 29. [6] Matth. XXVII, 46; Marc. XV, 34. [7] Matth. XXVI, 38. [8] ibid. 39. [9] Luc. IX, 57, 58.

Digitized by Google Распознавание текста



[illegible]

[illegible] — Οὐδεὶς [illegible] τὰ ἐπι- [illegible] τῶν [illegible] Κα- [illegible] τῆς δι- [illegible] μὴ θε- [illegible] ἡτοιμάσθη, [illegible] τοῦ ψυχι- [illegible] ἐν [illegible] τὴν [illegible] ἐν [illegible] Καὶ τὴν τῆς [illegible] λέγεται [illegible] λέγουσι. [illegible] πνευμα- [illegible] τὸν Σωτῆρα [illegible] εἰ- [illegible] ὅπου [illegible] ὅπου [illegible] τοῦ πνεύ- [illegible] ἐνεκρίνει πάντα. [illegible] τοῦ πνεύματος, [illegible] ἐν ψυχικὸν ὄν- [illegible] πνευματικὴν οὖ- [illegible] τοὺς ἐν τῷ Πλη- [illegible] ὁ Σωτὴρ [illegible] εἰρηκέναι [illegible] ἀπαρχὴν [illegible], φύραμα [illegible], καὶ ἐν αὐτῷ

[illegible] ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ [illegible] καὶ [illegible] τοῦ Χριστοῦ, καὶ [illegible] Σωτῆρος, μηνύειν αὐτὸν λέγου- [illegible] ἐπὶ τὸ πεπλανη- [illegible] μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν Μη- [illegible] λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέ- [illegible] Ἐκκλησίαν· πλάνην δὲ τὴν ἐκτὸς [illegible] διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγο- [illegible] Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σα- [illegible], καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν, [illegible] λέγεσθαι, ἥτις, ἀπολέ- [illegible] αὐτῆς, ὕστερον, καθαρισθέν- [illegible] τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, εὑρί- [illegible] καὶ ταύτην ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐ- [illegible] Συμεῶνα τὸν εἰς τὰς ἀγκά- [illegible] Χριστὸν, καὶ εὐχαριστήσαντα αὐτῷ, [illegible] Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέ- [illegible] τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· τύπον εἶναι

[illegible] [3] Math. xiii, 33. [6] I Cor. xv, 48. [7] I Cor. [illegible] [11] Luc. ii, 29. [12] Iren. ὅτι δὲ ὧν. [13] Iren.

τοῦ Δημιουργοῦ λέγουσιν, ὡς [1], ἐλθόντος τοῦ Σωτῆρος, ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ηὐχαρίστησε τῷ Βυθῷ. Καὶ διὰ τῆς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος, ἑπτὰ ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας μενούσης, ἄχρις οὗ τὸν Σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν Ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορίζονται· ἥτις, πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν Σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ χρόνῳ παντὶ μὲν οὖσα [2] ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν ἐλεύσεται, καὶ ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. Καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτῆς μεμηνύσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι· *Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.* Καὶ ὑπὸ Παύλου δὲ οὕτω· *Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις.* Καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς Πληρώματος τὸν Παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν ἐπὶ ἑνὸς δείξαντα. Περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη· *Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν.*

A cerit, ac Bytho gratias egerit. Ad hæc per Annam illam, quæ prophetissa in Evangelio prædicatur, quæque septem annos cum viro vixisse, reliquum vero tempus omne in viduitate egisse dicitur, donec Salvatore conspecto et ipsum agnoverit, et apud omnes de eo locuta sit, manifestissime Achamothem adumbrari confirmant: quæ ubi Salvatorem cum ejus æqualibus raptim aspexisset, deinceps toto insequenti tempore media in regione consistens dum iterum rediret exspectaverit, ac se conjugio suo restitueret. Cujus etiam nomen a Salvatore hisce verbis expressum: *Et justificata est sapientia a filiis ejus* [4]. Velut a Paulo cum scripsit: *Sapientiam loquimur inter perfectos* [5]. Quem insuper conjugiorum quæ intra Pleroma sunt mentionem B in uno fecisse, cum de hominum inter se copulatione hunc in modum scripsit: *Sacramentum hoc magnum est: ego vero dico in Christo et Ecclesia* [6].

ΚΖ'. Ἔτι τε Ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ Κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα μεμηνυκέναι αὐταῖς λέξεσι, λέγοντες οὕτω· Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, καθ' ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ Πατὴρ, ἀρχήν τινα προτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃν δὴ καὶ Υἱὸν μονογενῆ καὶ Θεὸν κέκληκεν, ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. Ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν Λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν Αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ Λόγος. Ἐπεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως C λέγει καλῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τουτέστι τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου, τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται. Λέγει δὲ οὕτως· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Πρότερον διαστείλας τὰ τρία, Θεὸν, καὶ ἀρχὴν, καὶ Λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε Υἱοῦ, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀρχὴ, καὶ ἐκ [3] τῆς ἀρχῆς ὁ Λόγος. Καλῶς οὖν εἶπεν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· ἦν γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ· Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν·* καὶ γὰρ ἡ ἀρχή· *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος,* ἀκολούθως· τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ γεννηθὲν Θεός ἐστιν. Οὗτος D *ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν·* ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν. *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν·* πᾶσι γὰρ τοῖς μετ' αὐτὸν Αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἀλλὰ, *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ,* φησὶ, *ζωή ἐστιν,* ἐνθάδε καὶ συζυγίαν ἐμήνυσε. *Τὰ μὲν γὰρ ὅλα* ἔφη *δι' ἑαυτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ ζωὴν ἐν αὐτῷ.* Αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη οἰκειοτέρα ἐστὶν ἐν αὐτῷ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων.

Σύνεστι γὰρ αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, *Καὶ ἡ ζωὴ τὸ φῶς τῶν ἀν-*

XXVII. Joannem Domini discipulum affirmant primam Ogdoadem nominatim demonstrasse. Sic enim disputant. Joannes Domini discipulus omnium rerum originem explicare cupiens, qua a Patre universa procreata sunt, principium statuit a Deo genitum, quem et Filium unigenitum et Deum appellat, per quem omnia Pater quodam veluti satu propagavit. Ab hoc productum esse Verbum asserit; per istud vero totam Æonum naturam quam ipsum postea Verbum informavit. Cum igitur de prima generatione sermonem instituat, recte a Principio, hoc est Deo, Verboque docendi initium **197** fecit. Ita porro scribit: *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Sic erat in principio apud Deum* [7]. Postquam tria illa discrevit, Deum, Principium et Verbum, rursus in unum connectit, ut utriusque Filii videlicet ac Verbi, productionem, amborumque cum inter se, tum cum Patre conjunctionem declaret. Siquidem in Patre, atque ex Patre Principium est: ex Principio Verbum. Præclare igitur dixit: *In principio erat Verbum;* erat enim in Filio: *Et Verbum erat apud Deum;* erat enim et principium: *Et Deus erat Verbum.* Consentanee omnino dictum: quod enim a Deo genitum est, Deus est. Sic *erat in principio apud Deum*, productionis ordinem ostendit. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil;* etenim Verbum omnibus, qui post se sunt, Æonibus informationis ac propagationis auctor exstitit. Verum, *Quod factum est*, inquit, *in ipso vita erat;* ubi et conjugium indicat. Nam *omnia per ipsum facta esse* dicit; *vitam autem in ipso.* Hæc igitur quæ in illo facta est, propius ad illum in ipso pertinet, quam ea quæ per ipsum facta sunt.

Cum illo quippe versatur, ac per ipsum fructus emittit. Nam quia statim subjicit: *Et vita erat lux*

[1] Iren. ὅς. [2] Forte μένουσα.. [3] Iren. ἐν ἀρχῇ δὲ, καὶ ἐκ. [4] Luc. VII, 35. [5] I Cor. II, 6. [6] Ephes. V, 32. [7] Joan. I, 1 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

hominum, eo ipso quod Hominem commemorat, eadem voce et Ecclesiam complectitur, ut conjugii societatem intelligas. Nam ex Verbo Vitaque Homo atque Ecclesia nascuntur.

Cæterum lucem hominum idcirco vitam nominavit, quod ab ea illi collustrati sint, quod idem est ac figurari et manifestum fieri. Quod Paulus ipse testatur: *Omne*, inquit, *quod manifestatur lumen est* [1]. Quare cum Hominem atque Ecclesiam Vita patefecerit ac genuerit, merito eorumdem lux esse dicitur. Quocirca perspicue Joannes his verbis cum alia, tum alterum quaternionem aperuit, Verbum et Vitam, Hominem atque Ecclesiam. Nec minus tamen priorem quaternionem indicat. Cum enim de Salvatore disserit, omniaque quæ extra Pleroma sunt ab ipso esse formata scribit, totius illum Pleromatis fructum esse commonstrat. Nam illum lucem esse dixit, quæ lucet in tenebris, nec ab ipsis comprehenditur; eo quod cum omnia, quæ ex commotione ortum habuerant, composuisset, ab illis nequaquam est agnitus. **198** Sed et Filium eumdem ac Veritatem, et Vitam, et Verbum quod caro factum sit appellat. *Cujus*, inquit, *gloriam vidimus : eratque gloria ejus quasi Unigeniti eidem a Patre concessa, plena gratiæ et veritatis.* Hoc enim modo scribit : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Quo in loco primum quaternionem accuratissime descripsit : cum Patrem nominavit, et Gratiam, et Unigenitum, ac Veritatem. Ita plane Joannes de prima, adeoque matre omnium Æonum Ogdoade locutus est. Istos enim nominatim concepit, Patrem, Gratiam, Unigenam, Veritatem, Verbum, Vitam, Hominem, Ecclesiam.

XXVIII. Vides, charissime, artem illam ac fraudem, qua sibimetipsis illudunt hæretici, dum sacris Litteris per calumniam abutuntur, ut ex illarum testimonio fabulis suis pondus et auctoritatem concilient. Quamobrem consulto illorum in medium verba protuli, ut mirificum ipsorum calliditatis artificium atque erroris pravitatem animadverteres. Primum enim, si Joanni supremam illam Ogdoadem declarare propositum fuisset, procreationis ordinem servaret, ac priorem illum, uti asserunt, augustissimumque quaternionem, in prima nominum serie collocaret; tum secundum subjiceret, ut per vocabulorum ordinem Ogdoadis ordo demonstraretur : neque tanto intervallo, velut oblitus ac denuo recordatus, quaternionem primum ultimum in locum conjiceret. Deinde si conjugiorum mentionem facere vellet, nunquam Ecclesiæ nomen prætermitteret. Sed vel cæteris etiam in paribus recensendis solos duntaxat mares nominasset : cum et ipsi similiter una intelligi possint; ut in omnibus similitudinem æqualitatemque servaret.

[1] Ephes. v, 13. [2] For. ἢ εἰ.

ἀνθρώπων, Ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁμωνύμως τῷ ἀνθρώπῳ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας κοινωνίαν. Ἐκ γὰρ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς, Ἄνθρωπος γίνεται καὶ Ἐκκλησία.

Φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν ζωὴν, διὰ τὸ πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτῆς, ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανερῶσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· *Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν.* Ἐπεὶ τοίνυν ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἡ Ζωὴ, φῶς εἰρῆσθαι αὐτῶν. Σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ Ἰωάννης διὰ τῶν λόγων τούτων τά τε ἄλλα καὶ τὴν τετράδα τὴν δευτέραν, Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα. Διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος δι' αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ μὴ καταληφθὲν ὑπ' αὐτῆς· ἐπειδὴ πάντα τὰ γενόμενα ἐκ τοῦ πάθους ἁρμόσας ἠγνοήθη ὑπ' αὐτῆς. Καὶ Υἱὸν δὲ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Ζωὴν λέγει αὐτὸν, καὶ Λόγον σάρκα γενόμενον· *Οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα*, φησὶ· *καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ οἵα ἦν ἡ τοῦ Μονογενοῦς ἡ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Λέγει δὲ οὕτω· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα· Πατέρα εἰπὼν καὶ Χάριν, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν. Οὕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν ὅλων Αἰώνων Ὀγδοάδος εἴρηκε. Πατέρα γὰρ εἴρηκε καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν.

ΚΗ'. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, τὴν μέθοδον, ᾗ οἱ χρώμενοι φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες τὰς Γραφὰς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ προέκειτο Ἰωάννῃ τὴν ἄνω Ὀγδοάδα μηνύσειν, τὴν τάξιν ἂν τετηρήκει τῆς προβολῆς, καὶ τὴν πρώτην Τετράδα σεβασμιωτάτην οὖσαν, καθὼς λέγουσιν, ἐν πρώτοις ἂν τεθείκει τοῖς ὀνόμασι· καὶ οὕτως ἐπεζεύχθη τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις δειχθῇ τῆς Ὀγδοάδος· καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα, ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ πρώτης ἐμέμνητο Τετράδος. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημαίνειν θέλων, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα. Ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συζυγιῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀρρένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ πάντων ᾖ πεφυλαχὼς, εἰ [2] τῶν λοιπῶν τὰς συζύγους κατέλεγε, καὶ τὴν τοῦ Ἀνθρώπου ἂν μεμηνύκει

σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμ- A
βάνειν τοὔνομα αὐτῆς. Φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις.

Τοῦ γὰρ Ἰωάννου ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, καὶ ἕνα μονογενῆ Χριστὸν Ἰησοῦν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον *Υἱὸν Θεοῦ*, τοῦτον *Μονογενῆ*, τοῦτον *πάντων ποιητὴν*, τοῦτον *φῶς ἀληθινόν*, *φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον*, τοῦτον *κόσμου ποιητὴν*, τοῦτον *εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα*, τοῦτον *αὐτὸν σάρκα γεγονότα*, *καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν*, οὗτοι, παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν Μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολήν, ὃν δὴ καὶ Ἀρχὴν καλοῦσιν. Ἄλλον δὲ τὸν Σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον υἱὸν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν B
εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ Πληρώματος προβεβλημένον. Καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἅπαντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν. Ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν Ἰωάννην τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνείαν [1] ποιεῖσθαι. Εἰ γὰρ Πατέρα εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν, περὶ τῆς πρώτης Ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω Ἰησοῦς, οὐδέπω Χριστὸς ὁ τοῦ Ἰωάννου διδάσκαλος. Ὅτι δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ Ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Λόγον οἶδε τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Ἀνακεφαλαιούμενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ ἄνω ἐν ἀρχῇ C
λόγου ἐπεξηγεῖται· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, *καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*. Κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν οὐχ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς Πληρώματος, ἀλλὰ ὁ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ Λόγου Σωτήρ.

ΚΘ'. Μάθετε οὖν, ἀνόητοι, Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν Αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν Ἀπόστολον· εἰ δὲ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Πατρὸς ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς, ὁ τοῦ μόνου Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ D
περὶ ἄλλου τινὸς, οὐδὲ περὶ Ὀγδοάδος τὸν λόγον ἐμπεποίηται, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὁ Λόγος κατ' αὐτοὺς προηγουμένως σὰρξ γέγονε. Λέγουσι δὲ τὸν Σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ προνοίᾳ, πρὸς τὸ ὁρατὸν γενέσθαι, καὶ ψηλαφητόν. Σὰρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἡ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγονέναι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ Ἰωάννης. Καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος Ὀγδοάς. Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου Λόγου, καὶ Μονογενοῦς, καὶ Ζωῆς, καὶ Φωτὸς, καὶ

Vel si reliquorum conjuges enumeraret, etiam Hominis attigisset; neque divinandi illius nominis necessitatem nobis attulisset. Est igitur minime obscura illius interpretationis calumnia.

Cum enim Joannes unum Deum omnipotentem, unumque Christum Jesum illius unigenitum prædicet, per quem facta esse omnia confirmat: atque hunc esse *Dei Filium*, hunc *Unigenam*, hunc *Conditorem omnium*, hunc *veram lucem*, *quæ illuminat omnem hominem*, hunc *mundi fabricatorem*, **199** hunc *qui in propria venit*; *qui caro factus est*, *et habitavit in nobis*, esse testetur; isti callida ac malitiosa interpretatione detorquentes, alium productione fingunt Unigenam exstitisse, quod et Principium vocant, alium Salvatorem, aliud Verbum Unigenæ filium, alium Christum corrigendi causa Pleromatis exortum. Sicque eorum quæ dicuntur singula a veritate promentes, ac nominibus abutentes, ad usum suum opinionemque transferunt. Ex qua illorum sententia sequitur, tot in verbis Joannem Jesu Christi mentionem ne littera quidem attigisse. Licet enim Patrem nominarit, et Gratiam, Unigenitum, et Veritatem, ac Verbum, Vitam, Hominem et Ecclesiam; hæc illi censent de prima Ogdoade esse dicta: in qua nondum Jesus, nondum Christus Joannis magister continetur. Verum longe abesse ut de conjugiis illis Apostolus loqui voluerit, deque Christo Jesu Domino nostro intelligendum esse, quod et Verbum solet appellare Dei, non obscure ipse declarat. Etenim cum de Verbo illo, quod antea in principio fuisse dixerat, summatim disputata colligeret, ita pronuntiare pergit: *Et Verbum caro factum est*, *et habitavit in nobis*. At istorum opinione Verbum neque caro factum est, neque unquam a Pleromate discessit, sed Salvator quidam alius procurandæ causa salutis editus, Verboque recentior.

XXIX. Quamobrem discite tandem aliquando, stulti! discite Jesum illum qui nostra causa passus est, qui habitavit in nobis, eumdem Dei esse Verbum. Nam si alius ex Æonum numero salutis nostræ gratia carnem induisset, æquum erat de alio quoque mentionem ab Apostolo fieri. Sin idem Patris Verbum, quod e cœlo delapsum est, eodem D
postliminio rediit, unius, inquam, ille Dei unicus Filius ex benevolo Patris affectu hominum causa carne vestitus, non de alio quopiam, non de illa nescio qua Ogdoade, sed de Jesu Christo Domino nostro sermonem instituit. Neque enim Verbum isti præcipue censent carnem esse factum. Sed Salvatorem ferunt animale quoddam induisse corpus, quod incarnatione ipsa inexplicabili sapientia constitutum est, ut videri contrectarique posset. Cæterum caro vetus illud opus Dei est, jam tum ab Adami temporibus ex humo formatum quam Dei Verbum **200** fuisse verissime Joannes prodidit. Ita prima illorum et antiquissima Ogdoas in

[1] Deest οὐ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nihilum recidit. Quoniam enim uni eidemque convenire monstratum est, ut et Unigenitus, et Vita, et Lumen, et Salvator, et Christus, et Dei Filius esset, et is ipse nostra causa carnem indueret, tota illa Ogdoadis fabula dilapsa concidet. Qua discussa, universam ruere pariter dogmatum illorum structuram necesse est, quam illi sibi velut per somnium effingentes, sacras Litteras depravant, dum eas ad argumentum suum accommodare student. Deinde sparsas dictiones, ac vocabula passim reperta colligentes, ab nativo sensu et proprio in alienum, ut diximus, per vim transferunt. Quemadmodum ii faciunt, qui qualibet materia proposita, depromptis ex Homero versibus, sic eam tractant atque expoliunt, ut imperitis persuadeant, de recenti illo suo argumento Homerum ista cecinisse : ac plerisque series ipsa carminum ac contextus imponat, quasi hæc in eum modum fuerint ab Homero digesta. Sic ille nescio quis, qui Herculem ab Eurystheo ad infernum canem extrahendum missum Homericis versibus ita descripsit (nihil enim exempli gratia prohibet ista commemorari, cum par idemque sit amborum institutum) :

A Σωτῆρος, καὶ Χριστοῦ, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς Ὀγδοάδος σκηνοπηγία. Ταύτης δὲ λελυμένης, διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες κατατρέχουσι τῶν Γραφῶν, ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι. Ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες, μεταφέρουσι, καθὼς προειρήκαμεν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν· ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων μελετᾷν αὐτὰς, ὥστε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογυίου μεμελετημένης ὑποθέσεως Ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ' οὕτως Ὅμηρος εἴη πεποιηκώς· ὡς ὁ τὸν Ἡρακλέα ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων οὕτως (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις)·

B

Sic ait, et tectis gemebundum extrusit ab altis [1]
Magnanimum Alciden factorum laude potentem [2]
Perseidæ Eurystheus Sthenelī clarissima proles [3] ;
Infernum ut superas custodem efferret in auras [4]
Ergo ille intrepidus montani more leonis [5]
Urbe ruens tota, sociis comitantibus ibat.

Hunc juvenes, miserique senes, castæque puellæ [6]
Deducunt longo gemitu, ceu morte propinqua [7].
Tum se Mercurius comitem cum Pallade jungit [8].
Quam non fraterni casus curæque latebant [9].

Ὡς εἰπὼν, ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα
Φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων,
Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηιάδαο
Ἐξ Ἐρέβεος ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο.
Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥστε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθώς,
Καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ, φίλοι δ' [10] ἀνὰ πάντες ἕποντο,

C Νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,
Οἰκτρ' ὀλοφυρόμενοι, ὡσεὶ θάνατόν τε κιόντα.
Ἑρμείας δ' ἀπέπεμπεν ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπορεῖτο.

Quem non simplicem minimeque malum hominem versus isti decipiant, ut eos quemadmodum audit, de hoc argumento ab Homero scriptos assentiatur? At qui Homeri lectione tritus est, facile ista **201** discernet; nec ignorabit horum partim de Ulysse dicta, partim de Hercule, partim ad Priamum, partim ad Menelaum et Agamemnonem pertinere. Quibus inde translatis ac suo loco restitutis, totum illud opus dissolvet. Sic omnino, qui veritatis regulam neutram in partem inflexam, quam in baptismo acceperit, apud se retineat, deprompta sacris e Litteris vocabula, ac dictiones, et parabolas agnoscat; contumeliosum hoc vero in Deum argumentum repudiet, atque in tesserulas animadvertet, nunquam ut vulpeculam pro imperatoris effigie obtrudi sibi patiatur. Verum unumquodque eorum quæ dicta sunt ordini suo reddens, ac veritatis velut corpori accommodans, illorum nugas detegat atque inanes esse demonstret.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανούργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων, καὶ νομίσειεν οὕτως αὐτὰ Ὅμηρον ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως πεποιηκέναι; Ὁ δ' ἔμπειρος τῆς Ὁμηρικῆς ὑποθέσεως ἐπιγνώσεται [11], εἰδὼς, ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἡρακλέος, τὸ δὲ περὶ Πριάμου, τὸ δὲ περὶ Μενελάου καὶ Ἀγαμέμνονος. Ἅρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐν ἕκαστον ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ [12] ἐκποδὼν ποιήσει τὴν ὑπόθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ ἀπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν Γραφῶν ὀνόματα, καὶ τὰς λέξεις, καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν ταύτην οὐκ ἐπιγνώσεται. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἁλῶπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται. Ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας σωματείῳ [13] γυμνώσει, καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν.

D

XXX. Postremo quia jam velut in scena, peracto

Α'. Ἐπειδὴ [14] τῇ σκηνῇ ταύτῃ (81) λείπει ἡ ἀπο-

[1] *Od.* κ, 76. [2] Od. φ, 26. [3] *Il.* τ, 123. [4] *Il.* θ, 368. [5] *Od.* ζ, 15. [6] *Od.* λ, 38. [7] *Il.* ω, 328. [8] *Od.* λ, 625. [9] *Il.* β, 409. [10] Leg. ἅμα. [11] Iren. μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγ. [12] For. τῇ ἰδίᾳ τάξει vel βίβλῳ. [13] For. σώματι. [14] Deest δέ.

(81) *Ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ.* Ἀπολύτρωσιν hic *redemptionem* esse credit Billius, de qua Irenæus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον αὐτὸν περαιώσας τὸν ἀνασκευάζοντα λόγον ἐπενεγκεῖν [1], καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον, ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ θυμοῦ [2] διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. Καὶ ἐκ τούτου γὰρ ἀκριβῶς συνιδεῖν ἔσται, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν. Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν, καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσιν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ καὶ Σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου *πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ*, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται· τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους τοὺς παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας [3] ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

ΚΑ'. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν· καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιοι· ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή· καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι Ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβερίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός· οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῆ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Οὔτε δὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἰσχυρότερόν τι ῥηθήσεται τῶν παραδόσεων, τοῦ γὰρ αὐτοῦ πνεύματος ὄντος, ἀεὶ καὶ πολλῷ πλείονος τοῦ καλοῦ μὴ ἐλαττωθήσεται ὁ λόγος, μήτε προσθήκη τοῦ παραδεδομένου γενομένη ἀφαιρήσει τὸ περιττόν· οὔτε ἀφαίρεσις τοῦ ὄντος ἀπολεῖ τὸ ἀναγκαῖον. Καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τοῦ Θεοῦ, ἐπιμελῶς καὶ εὐλαβῶς, ὡς ἐνώπιον Θεοῦ, ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἐν αὐτῇ ἀκουόντων τὸ ἴδιον χάρισμα ἐκκαίεται, ὡς καὶ ἡ τύπος τῆς πίστεως ἐφύλαξε, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν καθαρῷ σκεύει ἀεὶ καὶ νεαρῶς ἐνεργεῖ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ παρακαταθήκης δεπόσιτον καλῶς ἀναθάλλει, καὶ νεάζειν ποιεῖ καὶ τὸν σκεύει ἐν ᾧ αὐτὴ ἐστιν.

fabulæ exodio, dimittendi tempus est, consultum fore duximus, si ad illorum confutandum errorem aliquid subjiceremus. Sed prius tamen ostendendum illud est, quibus in rebus fabulæ illius auctores a se invicem dissideant, quos diversi velut falsitatis spiritus contrarias in partes abripiunt. Hoc enim ex capite vel citra probationem ullam certissime constabit, cum solidam ac stabilem esse veritatem illam, quam Ecclesia prædicat, tum adulterinam ac mendacem illorum esse doctrinam. Siquidem Ecclesia toto licet orbe ad extremos usque terrarum limites dispersa, cum ab apostolis eorumque discipulis fidem acceperit in unum Deum Patrem omnipotentem, qui cœlum, terramque ac maria, cum universis quæ in illis comprehensa sunt, condidit; et in unum Jesum Filium Dei, qui pro nostra salute carnem induit; atque in Spiritum sanctum, qui omnem illam unice dilecti Christi Jesu Domini nostri administrationem, et adventum, ortumque de Virgine per prophetas prænuntiavit; necnon et perpessionem ac resurrectionem, et in cœlum ascensionem cum corpore; futurumque olim indidem paterna cum majestate descensum, ut in summam velut universa contrahat, et omnium hominum corpora revocet ad vitam; atque ut Christo Jesu Domino nostro ac Deo et Salvatori regique de illius qui videri non potest, voluntate Patris, *omne* **202** *genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis ipsum lingua confiteatur* [4]; utique rectum in omnes judicium exerceat, ac spiritalia nequitiæ, hoc est desertores angelos ac rebelles, et impios omnes, ac sceleratos, et facinorosos, ac contumeliosos in Deum homines sempiternis flammis addicat; justis vero, sanctisque, qui mandata sua diligenter observaverint, et in ejus charitate sive jam inde ab initio, sive post pœnitentiam perseveraverint, vitam immortalitatemque largiatur, atque æternam illis gloriam impertiat.

XXXI. Cum igitur Ecclesia doctrinam ejusmodi, fidemque, uti diximus, acceperit, eam vel orbe toto diffusa studiose conservat, quasi in una quadam domo habitans, ac similiter omnibus illis assentitur, tanquam anima una, eodemque corde prædita; eademque concordissime sic, quasi unum os habeat, docet ac prædicat. Etenim tametsi hominum linguæ sint dissimiles, eadem tamen traditæ doctrinæ vis est ubique: neque aut constitutæ in Germania Ecclesiæ credunt aliter, ac suos perdocent; aut quæ in Hispaniis ac Galliis, aut ad Orientem, aut in Ægypto, vel Lybia, mediove orbe stabilitæ. Sed quemadmodum sol nobilissimum Dei opus unus in toto mundo atque idem est semper; sic veritatis prædicatio ubique terrarum illucescit ac mortales omnes illustrat, qui quidem illius ad notitiam pervenire voluerint. Adeo ut neque is qui inter Ecclesias

[1] For. επενεγκη. [2] For. τοῦ δὲ μύθου. [3] For. τοῖς μέν. [4] Philipp. II, 10, 11.

cap. 18. Nos autem aliud esse hoc quidem loco suspicabamur, nempe exordium fabulæ. Non enim de ἀπολυτρώσει illa hæreticorum aliorum verba facit Irenæus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

siarum antistites dicendi facultate pollet, ab illis diversa profiteatur. Nemo enim est præceptore suo superior. Neque qui infans est et indisertus de tradita sibi disciplina quidquam diminuat. Quoniam enim una est eademque fides; neque qui de ea copiose potest dicere plus aliquid obtinet, neque minus, qui pauca duntaxat eloqui potest. Quod autem plus minusve nonnulli intelligentia ac scientia consequantur, nihil hoc ad immutandam doctrinam pertinet: neque idcirco Deum alium præter conditorem excogitant, atque hujus universitatis artificem, et altorem, quasi minime sint altero illo contenti; neque porro Unigenitum alium.

Sed in id duntaxat illorum elaborat industria, ut quæ ænigmatum quibusdam involucris obtecta sunt, exspoliant atque explicent, et ad communis fidei institutum accommodent; sive ut **203** divinum illud in hominum salute procuranda negotium, administrationemque omnem exponant; idque ipsum declarent, quomodo illam rebellium spirituum defectionem hominumque contumaciam Deus patientissime tulerit; quid causæ sit, cur unus idemque Deus alia temporaria, alia sempiterna fecerit: itemque cœlestia quædam, alia terrena; cur qui oculis aspici nequit, prophetis non una specie visendum se præbuerit, sed aliis alio modo quæ vellet significaverit. Cur Testamenta plura sint hominibus condita, quæve utriusque notæ ac propria veluti lineamenta sint. Ut illud etiam inquirant, cur omnia Deus perduellione concluserit, ut omnium misereri posset; atque ob id insuper gratias agant, quod Verbum Dei caro factum, ac supplicio est affectum: illud etiam edisserant, cur in extrema tempora Filii Dei adventus inciderit, hoc est cur omnium sese Principium in fine prodiderit. Ad hæc de mundi exitu, futurisque rebus quæcunque sacris reperiuntur in Libris, excutiant; nec illud taceant, cur desperatæ prius gentes in idem cum sanctis jus hæreditatis, ac veluti corpus et societatem a Deo fuerint ascitæ. Qui fieri possit, ut mortalis ista caruncula immortalitatem et incorruptibile hoc incorruptionem induat; aut quemadmodum dicturus sit: *Non populus populus erit, et non dilecta, dilecta* [1]; quomodo *plures desertæ, quam virum habentis sint filii* [2]. Nam de his ac similibus exclamat Apostolus: *O altitudo divitiarum ac sapientiæ, et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [3]! Non id autem agunt, ut supra Creatorem ac Conditorem, horum Matrem, ac vagi Æonis Cogitationem male comminiscantur, ac tam insignem Deo contumeliam faciant; neque ut Pleroma nescio quod illa superius modo xxx duntaxat Æonibus definiant, modo infinitam illorum nationem constituant, ut egregii illi magistri ac divina sit, ut diximus, toto orbe germanæ Ecclesiæ fides.

XXXII. Age vero videamus modo quanta sit

A θεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ· οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον· οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν· μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε. Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινὰς οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον Θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν, καὶ τροφέα τοῦδε τοῦ παντὸς, ὡς μὴ ἀρκουμένους τούτους [4], ἢ ἄλλον Χριστὸν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ.

B Ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται προσεπεργάζεσθαι, καὶ οἰκειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει· καὶ ἐν τῷ τήν τε πραγματείαν καὶ οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι γινομένην ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ Θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων σαφηνίζειν· καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, καὶ τὰ μὲν οὐράνια, καὶ τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς πεποίηκεν, ἀπαγγέλλειν· καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως ἄλλοις, συνιεῖν· καὶ διὰ τί Διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι, μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν Διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ, διδάσκειν· καὶ διὰ τί συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ, ἐξερευνᾷν, καὶ διὰ τί ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἔπαθεν, εὐ-

C χαριστεῖν· καὶ διὰ τί ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει, ἐφάνη ἡ ἀρχὴ [5], ἀπαγγέλλειν· καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς Γραφαῖς, ἀνατύσσειν· καὶ τί ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ Θεὸς, μὴ σιωπᾷν· καὶ πῶς τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν· πῶς τε ἐρεῖ, *Ὁ οὐ λαός λαός, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη ἠγαπημένη*· καὶ πῶς *πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα*, κηρύσσειν. Ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ Ἀπόστολος· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐ-*

D *τοῦ*. Ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην καὶ Δημιουργὸν Μητέρα τούτων [6], καὶ αὐτοῦ Ἐνθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας· οὐδὲ τὸ ὑπὲρ ταύτην πάλιν Πλήρωμα τὸ μὲν ἕνα [7], νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης Ἐκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

plane scientia destituti faciunt: cum una eademque

ΛΒ'. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην·

[1] Osc. I, 10. [2] Isa. LIV, 1. [3] Rom. XI, 33. [4] For. τούτῳ. [5] Iren. καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ. [6] Iren. τούτου καὶ αὐτῶν. [7] For. τότε μὲν τριάκοντα.

Digitized by Google Распознавание текста

δύο που καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης Γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου [1] μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος οὕτως ἐξηροφόρησεν (82), ὁρισάμενος εἶναι Δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι Ἄρρητον, τὸ δὲ Σιγήν. Ἔπειτα ἐκ ταύτης Δυάδος δευτέραν Δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μέν τι Πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ Ἀλήθειαν. Ἐκ δὲ τῆς Τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι Λόγον καὶ Ζωήν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Εἶναί τε ταύτην Ὀγδοάδα πρώτην. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. Ὅρους τε δύο ὑπ- B ἔθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ Βυθοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ Πληρώματος, διορίζοντα τοὺς γεννητοὺς Αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγεννήτου Πατρός, ἕτερον δὲ τὸν ἀφορίζοντα αὐτῷ [2] τὴν Μητέρα ἀπὸ τοῦ Πληρώματος. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Πληρώματι αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς Μητρὸς ἔξω γενομένης κατὰ τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων ἀποκεκυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινος. Καὶ τοῦτο μὲν ἅτε ἄῤῥενα ὑπάρχοντα ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιάν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ Πλήρωμα· τὴν δὲ Μητέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως, ἕτερον υἱὸν προενέγκασθαι· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα λέγει τῶν ὑποκειμένων [3]. Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ ἄριστον [4] C ἄρχοντα ἐδογμάτισεν ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν ψευδωνύμως Γνωστικοῖς. Καὶ τὸν Ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς Μητρὸς αὐτῶν συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις προβεβλῆσθαί φασι, τουτέστι τοῦ Θελητοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ Πλήρωμα, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν καὶ καρποφορίαν τῶν Αἰώνων, ἀοράτως εἰς αὐτοὺς εἰσιόν· δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας.

A duorum vel trium istorum inconstantia, atque de iisdem non eadem pronuntient; sed et rebus ipsis et vocabulis a se invicem dissentiant. Etenim qui a Gnosticorum hæresi deprompta **204** quædam initia primus peculiaris ad sectæ formam transtulit, Valentinus ita definiit. Binarium quemdam sine nomine constituit, ex Arrheto et Sige constantem. Ab hoc secundum propagatum esse Binarium, quo Pater, ac Veritas continetur. Tum ex quaternario Verbum et Vitam, Hominem, Ecclesiamque prodiisse: hanc esse primam Ogdoadem. Inde ex Verbo ac Vita decem profluxisse virtutes, quas antea retulimus. Ab Homine et Ecclesia duodecim; a quibus una deficiens, ordinemque deserens reliquum omne opus absolvit. Adjecit et Horos duos: alterum qui Bythum inter ac Pleroma reliquum intercedit, et genitos Æonas ab ingenito Patre dirimit; alterum qui Matrem illorum a Pleromate secernit. Christum porro non a Pleromatis Æonibus editum, sed ab extorri Matre ex meliorum recordatione cum quadam umbra procreatum. Eumdemque, cum esset masculus, abjecta a semet umbra ad Pleroma recurrisse; Matrem vero cum umbra relictam, ac spiritali substantia exhaustam, alium procreasse filium, videlicet Conditorem, cui in omnia, quæ quidem ipsi subjecta sunt, dominatum ac potestatem tribuunt. Cum hoc et alium productum esse sinistrum principem arbitratus est: perinde ut Gnostici illi, falso ita dicti, de quibus postea dicemus. Jesum porro nonnunquam a Theleto illo genitum affirmat, qui ab ipsorum Matre contractus, unaque cum Universitate profusus est; interdum ab eo, qui se ad Pleroma receperit, scilicet Christo. Alias a Christo et Ecclesia. Spiritum denique sanctum ab Ecclesia originem traxisse putat, et ad examinandos ac fecunditate donandos Æonas editum, cum in illos ita subiisset, ut aspici nullo modo posset; cujus adeo ipsi beneficio veritatis stirpes emittunt.

Πεπλήρωται τὰ Εἰρηναίου κατὰ Οὐαλεντίνων.

ΛΓ'. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ προειρημένος ἀνὴρ πρεσβύτης Εἰρηναῖος, ὁ κατὰ πάντα ἐκ Πνεύ- D ματος ἁγίου κεκοσμημένος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὑπὸ τοῦ Κυρίου προβεβλημένος, καὶ ἐπαλειφθεὶς τοῖς ἐπουρανίοις χαρίσμασι τοῖς κατὰ τὴν ἀληθινὴν πίστιν καὶ γνῶσιν, καταπαλαίσας τε καὶ καταγωνισάμενος τὴν πᾶσαν αὐτῶν ληρώδη ὑπόθεσιν, διεξῆλθε κατὰ λόγον τὰ ὑπ' αὐτῶν κενοφωνούμενα. Ἀκρότατα δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ ἑξῆς δευτέρῳ αὐτοῦ λόγῳ καὶ τοῖς ἄλλοις διῆλεγξε περιττοτέρως, βουλόμενός πως τὸν χαμαὶ ῥιφέντα, καὶ εἰς ἥτταν τραπέντα σῦραι, καὶ ἐνώπιον πάντων θριαμβεῦσαί τε καὶ φωράσαι τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ῥιφέντι ἀναίσχυντόν τε καὶ ἀσθενῆ προὔκλησιν ματαιοφροσύνης. Ἡμεῖς δὲ, ἀρκεσθέντες τοῖς τε

Hactenus Irenæus contra Valentinianos.

XXXIII. Hæc atque his similia optimus ille senex Irenæus totidem verbis de vanissimis illorum opinionibus disseruit, **205** vir omnino Spiritus sancti donis instructissimus, ac tanquam fortis athleta productus a Domino, et cœlestibus ornamentis, ut ita dixerim, ad certamen perunctus; qui sinceræ fidei ac scientiæ præsidiis illorum prostravit evertitque mendacia. Quod in secundo libro ac sequentibus aliis potissimum perfecit, ubi illos uberiore stylo confutavit: cum velut humi abjectum ac superatum adversarium trahere, ac quodammodo triumphare visus est velle, et profligati nugatoris impudentem magis quam fortem ad provocandum audaciam palam omnibus detegere. Nos autem par-

[1] Iren. ἀρχαίας διδασκαλίας. [2] Iren. αὐτῶν. [3] Iren. ἀποκειμ. αὐτῷ. [4] Iren. ἀριστερόν.

(82) *Οὕτως ἐξηροφόρησεν.* Corrupta vox, in qua divinationem experiri non vacat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Sequar te: sed permitte mihi prius ut renuntiem iis quæ in domo mea sunt [1]; ita loquutus est: *Nemo mittens manum ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei* [2]. Hunc enim mediæ conditionis esse dicunt. **195** Similiter eum qui se plerasque justitiæ partes implesse dixerat, sed sequi noluerat, et quo minus perfectus esse vellet, divitiarum cupiditate fuerat infractus, hunc ipsum ex animali genere fuisse volunt. Spiritalem demum eo dicto comprehensum: *Sine mortuos sepelire mortuos suos; tu autem abiens prædica regnum Dei* [3]; item cum Zacchæo publicano dixit: *Festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere* [4]. Istos enim omnes e spiritali genere exstitisse narrant. Quin etiam fermenti parabolam, quod abscondisse mulier in farinæ satis tribus legitur [5], triplex illud genus indicare. Siquidem mulierem istam Sapientiam; farinæ sata, tria hominum esse genera, spiritale, animale, terrenum. Fermenti porro nomine Salvatorem ipsum appellari. Sic etiam terrenos, animales ac spiritales a Paulo homines esse commemoratos, partim his verbis: *Qualis terrenus, tales et terreni* [6]; partim istis: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus* [7]; partim denique cum ait: *Spiritalis omnia dijudicat* [8]. Ex quibus primum illud, *Animalis non percipit ea quæ sunt spiritus*, ad Conditorem putant pertinere: qui cum sit animalis, neque Matrem utpote spiritalem cognoscit, neque stirpem ipsius, nec Æones illos, qui Pleromate continentur. Quod autem eorum, quibus salutem erat allaturus, primitias Salvator susceperit, ob id pronuntiasse Paulum, *Et si primitiæ sanctæ, et massa* [9]; ubi primitias ad id quod est spiritale referunt: massam ad nos, hoc est animalem Ecclesiam; cujus massam ab illo susceptam, in illoque contractam, quandoquidem erat ipse fermentum.

δὲ ἡμᾶς, τουτέστι τὴν ψυχικὴν Ἐκκλησίαν, ἧς τὸ συνεσταλκέναι, ἐπειδὴ ἦν αὐτὸς ζύμη.

XXVI. De Achamothe porro, eam extra Pleroma aberrantem a Christo fuisse formatam, et ab eodem quæsitam, ipsummet ostendisse, cum dixit, venisse se ad ovem quæ erraverat [10]. Esse enim errantem ovem Matrem illam suam interpretantur, a qua nostra hæc Ecclesia consita fuerit. Errorem vero, illius inter perturbationes ipsas extra Pleroma commorationem, unde materiæ originem arcessunt. Nam mulierem **196** illam quæ domum everrit, et drachmam invenit ad cœlestem Sapientiam transferunt, quæ Enthymesin quam amiserat postea repurgatis omnibus per adventum Salvatoris recuperavit: ob idque Pleromati censent esse restitutam. Simeonem illum præterea, qui Christum in ulnis gestaverit, eique gratias his verbis egerit: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace* [11]: Conditoris imaginem referre dicunt qui, adveniente Salvatore, ipsius transportationem didi-

σοι;— Οὐκ ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· τὸ δὲ ψυχικὸν, ἐν τῷ εἰρηκέναι τῷ εἰπόντι, Ἀκολουθήσω σοι· ἐπίτρεψον δέ μοι πρῶτον ἀποτάξασθαι τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου· — Οὐδεὶς ἐπ' ἄροτρον τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω βλέπων, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τοῦτον γὰρ λέγουσι τὸν μέσον εἶναι. Κἀκεῖνον δὲ ὡσαύτως τὸν τὰ πλεῖστα μέρη τῆς δικαιοσύνης ὁμολογήσαντα πεποιηκέναι, ἔπειτα μὴ θελήσαντα ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ ὑπὸ πλούτου ἡττηθέντα, πρὸς τὸ μὴ τέλειον γενέσθαι, καὶ τοῦτον τοῦ ψυχικοῦ γένους γεγονέναι θέλουσι. Τὸ δὲ πνευματικὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ πορευθεὶς διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐπὶ Ζακχαίου τοῦ τελώνου εἰπών· Σπεύσας κατάβηθι, ὅτι σήμερον ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι· τούτους γὰρ πνευματικοῦ γένους καταγγέλλουσι γεγονέναι. Καὶ τὴν τῆς ζύμης παραβολὴν, ἣν ἡ γυνὴ ἐγκεκρυφέναι λέγεται εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, τὰ τρία γένη δηλοῦν λέγουσι. Γυναῖκα μὲν γὰρ τὴν Σοφίαν λέγεσθαι διδάσκουσιν· ἀλεύρου σάτα, τὰ τρία γένη τῶν ἀνθρώπων· πνευματικὸν, ψυχικὸν, χοϊκόν. Ζύμην δὲ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα εἰρῆσθαι διδάσκουσι· καὶ τὸν Παῦλον διαῤῥήδην εἰρηκέναι χοϊκοὺς, ψυχικοὺς, πνευματικούς· ὅπου μὲν, Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· ὅπου δὲ, Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· ὅπου δὲ, Πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα. Τὸ δὲ, Ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ φασιν εἰρῆσθαι· ὃν ψυχικὸν ὄντα μὴ ἐγνωκέναι μήτε τὴν Μητέρα πνευματικὴν οὖσαν, μήτε τὸ σπέρμα αὐτῆς, μήτε τοὺς ἐν τῷ Πληρώματι Αἰῶνας. Ὅτι ἰδὼν [12] ἤμελλε σώζειν ὁ Σωτὴρ τούτων τὰς ἀπαρχὰς ἀνέλαβε, τὸν Παῦλον εἰρηκέναι· Καὶ ἦν ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· ἀπαρχὴν μὲν τὸ πνευματικὸν εἰρῆσθαι διδάσκοντες, φύραμα φύραμα ἀνειληφέναι λέγουσιν αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ

ΚΖ'. Καὶ ὅτι ἐπλανήθη ἡ Ἀχαμὼθ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος, καὶ ἐμορφώθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνεζητήθη ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, μηνύειν αὐτὸν λέγουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸ πεπλανημένον [13]. Πρόβατον μὲν γὰρ πεπλανημένον τὴν Μητέρα αὐτῶν ἐξηγοῦνται λέγεσθαι, ἐξ ἧς τὴν ὧδε θέλουσιν ἐσπάρθαι Ἐκκλησίαν· πλάνην δὲ τὴν ἐκτὸς Πληρώματος ἐν τοῖς πάθεσι διατριβὴν, ἐξ ὧν γεγονέναι τὴν ὕλην ὑποτίθενται. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν σαροῦσαν τὴν οἰκίαν, καὶ εὑρίσκουσαν τὴν δραχμὴν, τὴν ἄνω Σοφίαν διηγοῦνται λέγεσθαι, ἥτις, ἀπολέσασα τὴν Ἐνθύμησιν αὐτῆς, ὕστερον, καθαρισθέντων πάντων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, εὑρίσκει αὐτήν· διὸ καὶ ταύτην ἀποκαθίστασθαι κατ' αὐτοὺς ἐντὸς πληρώματος. Συμεῶνα τὸν εἰς τὰς ἀγκάλας λαβόντα τὸν Χριστὸν, καὶ εὐχαριστήσαντα αὐτῷ, καὶ εἰπόντα· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· τύπον εἶναι

[1] Luc. IX, 61. [2] ibid. 62. [3] ibid. 60. [4] Luc. XIX, 5. [5] Matth. XIII, 33. [6] I Cor. XV, 48. [7] I Cor. II, 15. [8] ibid. 14. [9] Rom. XI, 16. [10] Luc. XV, 4 sqq. [11] Luc. II, 29. [12] Iren. ὅτι δὲ ὢν. [13] Iren. πεπλανημ. πρόβατον. Πρόβ. μὲν γάρ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τοῦ Δημιουργοῦ λέγουσιν, ὡς [1], ἐλθόντος τοῦ Σωτῆρος, ἔμαθε τὴν μετάθεσιν αὐτοῦ, καὶ ἠὐχαρίστησε τῷ Βυθῷ. Καὶ διὰ τῆς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κηρυσσομένης προφήτιδος, ἑπτὰ ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἐζηκυίας, τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον χήρας μενούσης, ἄχρις οὗ τὸν Σωτῆρα ἰδοῦσα ἐπέγνω αὐτὸν, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι, φανερώτατα τὴν Ἀχαμὼθ μηνύεσθαι διορίζονται· ἥτις, πρὸς ὀλίγον ἰδοῦσα τὸν Σωτῆρα μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοῦ, τῷ λοιπῷ χρόνῳ παντὶ μὲν οὖσα [2] ἐν τῇ μεσότητι προσεδέχετο αὐτὸν, πότε πάλιν ἐλεύσεται, καὶ ἀποκαταστήσει αὐτὴν τῇ αὐτῆς συζυγίᾳ. Καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτῆς μεμηνύσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ εἰρηκέναι· *Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.* Καὶ ὑπὸ Παύλου δὲ οὕτω· *Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις.* Καὶ τὰς συζυγίας δὲ τὰς ἐντὸς Πληρώματος τὸν Παῦλον εἰρηκέναι φάσκουσιν ἐπὶ ἑνὸς δείξαντα. Περὶ γὰρ τῆς περὶ τὸν βίον συζυγίας γράφων ἔφη· *Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν.*

A cerit, ac Bytho gratias egerit. Ad hæc per Annam illam, quæ prophetissa in Evangelio prædicatur, quæque septem annos cum viro vixisse, reliquum vero tempus omne in viduitate egisse dicitur, donec Salvatore conspecto et ipsum agnoverit, et apud omnes de eo locuta sit, manifestissime Achamothem adumbrari confirmant: quæ ubi Salvatorem cum ejus æqualibus raptim aspexisset, deinceps toto insequenti tempore media in regione consistens dum iterum rediret exspectaverit, ac se conjugio suo restitueret. Cujus etiam nomen a Salvatore hisce verbis expressum: *Et justificata est sapientia a filiis ejus* [4]. Velut a Paulo cum scripsit: *Sapientiam loquimur inter perfectos* [5]. Quem insuper conjugiorum quæ intra Pleroma sunt mentionem B in uno fecisse, cum de hominum inter se copulatione hunc in modum scripsit: *Sacramentum hoc magnum est: ego vero dico in Christo et Ecclesia* [6].

ΚΖ'. Ἔτι τε Ἰωάννην τὸν μαθητὴν τοῦ Κυρίου διδάσκουσι τὴν πρώτην Ὀγδοάδα μεμηνυκέναι αὐταῖς λέξεσι, λέγοντες οὕτω· Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, βουλόμενος εἰπεῖν τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, καθ' ἣν τὰ πάντα προέβαλεν ὁ Πατὴρ, ἀρχήν τινα προτίθεται τὸ πρῶτον γεννηθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃν δὴ καὶ Υἱὸν μονογενῆ καὶ Θεὸν κέκληκεν, ἐν ᾧ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ προέβαλε σπερματικῶς. Ὑπὸ δὲ τούτου φησὶ τὸν Λόγον προβεβλῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν ὅλην τῶν Αἰώνων οὐσίαν, ἣν αὐτὸς ὕστερον ἐμόρφωσεν ὁ Λόγος. Ἐπεὶ οὖν περὶ πρώτης γενέσεως C λέγει καλῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, τουτέστι τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου, τὴν διδασκαλίαν ποιεῖται. Λέγει δὲ οὕτως· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Πρότερον διαστείλας τὰ τρία, Θεὸν, καὶ ἀρχὴν, καὶ Λόγον, πάλιν αὐτὰ ἑνοῖ, ἵνα καὶ τὴν προβολὴν ἑκατέρων αὐτῶν δείξῃ, τοῦ τε Υἱοῦ, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἅμα, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἕνωσιν. Ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀρχὴ, καὶ ἐκ [3] τῆς ἀρχῆς ὁ Λόγος. Καλῶς οὖν εἶπεν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· ἦν γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ· Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν·* καὶ γὰρ ἡ ἀρχή· *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος,* ἀκολούθως· τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ γεννηθὲν Θεός ἐστιν. Οὗτος *ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν·* ἔδειξε τὴν τῆς προβολῆς τάξιν. *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν·* πᾶσι γὰρ τοῖς μετ' αὐτὸν Αἰῶσι μορφῆς καὶ γενέσεως αἴτιος ὁ Λόγος ἐγένετο. Ἀλλὰ, *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ,* φησὶ, *ζωή ἐστιν,* ἐνθάδε καὶ συζυγίαν ἐμήνυσε. *Τὰ μὲν γὰρ ὅλα* ἔφη *δι' ἑαυτοῦ γεγενῆσθαι, τὴν δὲ ζωὴν ἐν αὐτῷ.* Αὕτη οὖν ἡ ἐν αὐτῷ γενομένη οἰκειοτέρα ἐστὶν ἐν αὐτῷ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων.

Σύνεστι γὰρ αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιφέρει, *Καὶ ἡ ζωὴ τὸ φῶς τῶν ἀν-*

XXVII. Joannem Domini discipulum affirmant primam Ogdoadem nominatim demonstrasse. Sic enim disputant. Joannes Domini discipulus omnium rerum originem explicare cupiens, qua a Patre universa procreata sunt, principium statuit a Deo genitum, quem et Filium unigenitum et Deum appellat, per quem omnia Pater quodam veluti satu propagavit. Ab hoc productum esse Verbum asserit; per istud vero totam Æonum naturam quam ipsum postea Verbum informavit. Cum igitur de prima C generatione sermonem instituat, recte a Principio, hoc est Deo, Verboque docendi initium **197** fecit. Ita porro scribit: *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Sic erat in principio apud Deum* [7]. Postquam tria illa discrevit, Deum, Principium et Verbum, rursus in unum connectit, ut utriusque Filii videlicet ac Verbi, productionem, amborumque cum inter se, tum cum Patre conjunctionem declaret. Siquidem in Patre, atque ex Patre Principium est: ex Principio Verbum. Præclare igitur dixit: *In principio erat Verbum;* erat enim in Filio: *Et Verbum erat apud Deum;* erat enim et principium: *Et Deus erat Verbum.* Consentanee omnino dictum: quod enim a Deo genitum est, Deus est. Sic *erat in* D *principio apud Deum*, productionis ordinem ostendit. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil;* etenim Verbum omnibus, qui post se sunt, Æonibus informationis ac propagationis auctor exstitit. Verum, *Quod factum est*, inquit, *in ipso vita erat;* ubi et conjugium indicat. Nam *omnia per ipsum facta esse* dicit; *vitam autem in ipso.* Hæc igitur quæ in illo facta est, propius ad illum in ipso pertinet, quam ea quæ per ipsum facta sunt.

Cum illo quippe versatur, ac per ipsum fructus emittit. Nam quia statim subjicit: *Et vita erat lux*

[1] Iren. ὃς. [2] Forte μένουσα.. [3] Iren. ἐν ἀρχῇ δὲ, καὶ ἐκ. [4] Luc. VII, 35. [5] I Cor. II, 6. [6] Ephes. V, 32. [7] Joan. I, 1 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hominum, eo ipso quod Hominem commemorat, eadem voce et Ecclesiam complectitur, ut conjugii societatem intelligas. Nam ex Verbo Vitaque Homo atque Ecclesia nascuntur.

Cæterum lucem hominum idcirco vitam nominavit, quod ab ea illi collustrati sint, quod idem est ac figurari et manifestum fieri. Quod Paulus ipse testatur: *Omne*, inquit, *quod manifestatur lumen est* [1]. Quare cum Hominem atque Ecclesiam Vita patefecerit ac genuerit, merito eorumdem lux esse dicitur. Quocirca perspicue Joannes his verbis cum alia, tum alterum quaternionem aperuit, Verbum et Vitam, Hominem atque Ecclesiam. Nec minus tamen priorem quaternionem indicat. Cum enim de Salvatore disserit, omniaque quæ B extra Pleroma sunt ab ipso esse formata scribit, totius illum Pleromatis fructum esse commonstrat. Nam illum lucem esse dixit, quæ lucet in tenebris, nec ab ipsis comprehenditur; eo quod cum omnia, quæ ex commotione ortum habuerant, composuisset, ab illis nequaquam est agnitus. **198** Sed et Filium eumdem ac Veritatem, et Vitam, et Verbum quod caro factum sit appellat. *Cujus*, inquit, *gloriam vidimus : eratque gloria ejus quasi Unigeniti eidem a Patre concessa, plena gratiæ et veritatis.* Hoc enim modo scribit : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Quo in loco primum quaternionem accuratissime descripsit : cum Patrem nominavit, et Gratiam, et C Unigenitum, ac Veritatem. Ita plane Joannes de prima, adeoque matre omnium Æonum Ogdoade locutus est. Istos enim nominatim concepit, Patrem, Gratiam, Unigenam, Veritatem, Verbum, Vitam, Hominem, Ecclesiam.

XXVIII. Vides, charissime, artem illam ac fraudem, qua sibimetipsis illudunt hæretici, dum sacris Litteris per calumniam abutuntur, ut ex illarum testimonio fabulis suis pondus et auctoritatem concilient. Quamobrem consulto illorum in medium verba protuli, ut mirificum ipsorum calliditatis artificium atque erroris pravitatem animadverteres. Primum enim, si Joanni supremam illam Ogdoadem declarare propositum fuisset, procreationis D ordinem servaret, ac priorem illum, uti asserunt, augustissimumque quaternionem, in prima nominum serie collocaret; tum secundum subjiceret, ut per vocabulorum ordinem Ogdoadis ordo demonstraretur : neque tanto intervallo, velut oblitus ac denuo recordatus, quaternionem primum ultimum in locum conjiceret. Deinde si conjugiorum mentionem facere vellet, nunquam Ecclesiæ nomen prætermitteret. Sed vel cæteris etiam in paribus recensendis solos duntaxat mares nominasset : cum et ipsi similiter una intelligi possint; ut in omnibus similitudinem æqualitatemque servaret.

[1] Ephes. v, 13. [2] For. ἢ εἰ.

θρώπων, Ἄνθρωπον εἰπὼν ἄρτι, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὁμωνύμως τῷ ἀνθρώπῳ ἐμήνυσεν, ὅπως διὰ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος δηλώσῃ τὴν τῆς συζυγίας κοινωνίαν. Ἐκ γὰρ τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς, Ἄνθρωπος γίνεται καὶ Ἐκκλησία.

Φῶς δὲ εἶπε τῶν ἀνθρώπων τὴν ζωὴν, διὰ τὸ πεφωτίσθαι αὐτοὺς ὑπ' αὐτῆς, ὃ δή ἐστι μεμορφῶσθαι καὶ πεφανερῶσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· *Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστιν.* Ἐπεὶ τοίνυν ἐφανέρωσε καὶ ἐγέννησε τόν τε Ἄνθρωπον καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἡ Ζωὴ, φῶς εἰρῆσθαι αὐτῶν. Σαφῶς οὖν δεδήλωκεν ὁ Ἰωάννης διὰ τῶν λόγων τούτων τά τε ἄλλα καὶ τὴν τετράδα τὴν δευτέραν, Λόγον καὶ Ζωὴν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα. Διηγούμενος γὰρ περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ λέγων πάντα τὰ ἐκτὸς τοῦ Πληρώματος δι' αὐτοῦ μεμορφῶσθαι, καρπὸν εἶναί φησιν αὐτὸν παντὸς τοῦ Πληρώματος. Καὶ γὰρ φῶς εἴρηκεν αὐτὸν τὸ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαινόμενον, καὶ μὴ καταληφθὲν ὑπ' αὐτῆς· ἐπειδὴ πάντα τὰ γενόμενα ἐκ τοῦ πάθους ἁρμόσας ἠγνοήθη ὑπ' αὐτῆς. Καὶ Υἱὸν δὲ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Ζωὴν λέγει αὐτὸν, καὶ Λόγον σάρκα γενόμενον· *Οὗ τὴν δόξαν ἐθεασάμεθα*, φησί· *καὶ ἦν ἡ δόξα αὐτοῦ οἵα ἦν ἡ τοῦ Μονογενοῦς ἡ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δοθεῖσα αὐτῷ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Λέγει δὲ οὕτω· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.* Ἀκριβῶς οὖν καὶ τὴν πρώτην ἐμήνυσε τετράδα· Πατέρα εἰπὼν καὶ Χάριν, καὶ τὸν Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν. Οὕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς τῶν ὅλων Αἰώνων Ὀγδοάδος εἶρηκε. Πατέρα γὰρ εἶρηκε καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν.

ΚΗ'. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, τὴν μέθοδον, ᾗ οἱ χρώμενοι φρεναπατοῦσιν ἑαυτοὺς, ἐπηρεάζοντες τὰς Γραφὰς, τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς παρεθέμην αὐτῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐξ αὐτῶν κατανοήσῃς τὴν πανουργίαν τῆς μεθοδείας, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς πλάνης. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ προέκειτο Ἰωάννῃ τὴν ἄνω Ὀγδοάδα μηνύσειν, τὴν τάξιν ἂν τετηρήκει τῆς προβολῆς, καὶ τὴν πρώτην Τετράδα σεβασμιωτάτην οὖσαν, καθὼς λέγουσιν, ἐν πρώτοις ἂν τεθείκει τοῖς ὀνόμασι· καὶ οὕτως ἐπεζεύχθη τὴν δευτέραν, ἵνα διὰ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων ἡ τάξις δειχθῇ τῆς Ὀγδοάδος· καὶ οὐκ ἂν μετὰ τοσοῦτον διάστημα, ὡς ἐκλελησμένος, ἔπειτα ἀναμνησθεὶς ἐπ' ἐσχάτῳ πρώτης ἐμέμνητο Τετράδος. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας σημᾶναι θέλων, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας οὐκ ἂν παρέλιπεν ὄνομα. Ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν συζυγιῶν ἠρκέσθη τῇ τῶν ἀῤῥένων προσηγορίᾳ, ὁμοίως δυναμένων κἀκείνων συνυπακούεσθαι, ἵνα τὴν ἑνότητα διὰ πάντων ᾖ πεφυλαχὼς, εἰ [2] τῶν λοιπῶν τὰς συζύγους κατέλεγε, καὶ τὴν τοῦ Ἀνθρώπου ἂν μεμηνύκει

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σύζυγον, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκεν ἐκ μαντείας ἡμᾶς λαμ- A
βάνειν τοὔνομα αὐτῆς. Φανερὰ οὖν ἡ τῆς ἐξηγήσεως παραποίησις.

Τοῦ γὰρ Ἰωάννου ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, καὶ ἕνα μονογενῆ Χριστὸν Ἰησοῦν κηρύσσοντος, δι' οὗ τὰ πάντα γεγονέναι λέγει, τοῦτον *Υἱὸν Θεοῦ*, τοῦτον *Μονογενῆ*, τοῦτον *πάντων ποιητὴν*, τοῦτον *φῶς ἀληθινὸν*, *φωτίζοντα πάντα ἄνθρωπον*, τοῦτον *κόσμου ποιητὴν*, τοῦτον *εἰς τὰ ἴδια ἐληλυθότα*, τοῦτον *αὐτὸν σάρκα γεγονότα*, *καὶ ἐσκηνωκότα ἐν ἡμῖν*, οὗτοι, παρατρέποντες κατὰ τὸ πιθανὸν τὴν ἐξήγησιν, ἄλλον μὲν τὸν Μονογενῆ θέλουσιν εἶναι κατὰ τὴν προβολήν, ὃν δὴ καὶ Ἀρχὴν καλοῦσιν. Ἄλλον δὲ τὸν Σωτῆρα γεγονέναι θέλουσι, καὶ ἄλλον τὸν Λόγον υἱὸν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν B
εἰς ἐπανόρθωσιν τοῦ Πληρώματος προβεβλημένον. Καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἅραντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καταχρησάμενοι τοῖς ὀνόμασιν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν μετήνεγκαν. Ὥστε κατ' αὐτοὺς ἐν τοῖς τοσούτοις τὸν Ἰωάννην τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνείαν [1] ποιεῖσθαι. Εἰ γὰρ Πατέρα εἴρηκε, καὶ Χάριν, καὶ Μονογενῆ, καὶ Ἀλήθειαν, καὶ Λόγον, καὶ Ζωὴν, καὶ Ἄνθρωπον, καὶ Ἐκκλησίαν, κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν, περὶ τῆς πρώτης Ὀγδοάδος εἴρηκεν, ἐν ᾗ οὐδέπω Ἰησοῦς, οὐδέπω Χριστὸς ὁ τοῦ Ἰωάννου διδάσκαλος. Ὅτι δὲ οὐ περὶ τῶν συζυγιῶν αὐτῶν ὁ Ἀπόστολος εἴρηκεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Λόγον οἶδε τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς πεποίηκε φανερόν. Ἀνακεφαλαιού- C
μενος γὰρ περὶ τοῦ εἰρημένου αὐτῷ ἄνω ἐν ἀρχῇ λόγου ἐπεξηγεῖται· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, *καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*. Κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν οὐχ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὅς γε οὐδὲ ἦλθέ ποτε ἐκτὸς Πληρώματος, ἀλλὰ ὁ τῆς οἰκονομίας μεταγενέστερος τοῦ Λόγου Σωτήρ.

ΚΘ'. Μάθετε οὖν, ἀνόητοι, Ἰησοῦς ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ κατασκηνώσας ἐν ἡμῖν, οὗτος αὐτός ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις τῶν Αἰώνων ὑπὲρ τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτηρίας σὰρξ ἐγένετο, εἰκὸς ἦν περὶ ἄλλου εἰρηκέναι τὸν Ἀπόστολον· εἰ δὲ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Πατρὸς ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ τοῦ μόνου Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς εὐδοκίαν σαρκωθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπων, οὐ D
περὶ ἄλλου τινὸς, οὐδὲ περὶ Ὀγδοάδος τὸν λόγον ἐμπεποίηται, ἀλλ' ἢ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὁ Λόγος κατ' αὐτοὺς προηγουμένως σὰρξ γέγονε. Λέγουσι δὲ τὸν Σωτῆρα ἐνδύσασθαι σῶμα ψυχικὸν ἐκ τῆς οἰκονομίας κατεσκευασμένον ἀῤῥήτῳ προνοίᾳ, πρὸς τὸ ὁρατὸν γενέσθαι, καὶ ψηλαφητόν. Σὰρξ δέ ἐστιν ἡ ἀρχαία ἐκ τοῦ χοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἡ γεγονυῖα πλάσις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἀληθῶς γεγονέναι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐμήνυσεν ὁ Ἰωάννης. Καὶ λέλυται αὐτῶν ἡ πρώτη καὶ ἀρχέγονος Ὀγδοάς. Ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ δεικνυμένου Λόγου, καὶ Μονογενοῦς, καὶ Ζωῆς, καὶ Φωτὸς, καὶ

Vel si reliquorum conjuges enumeraret, etiam Hominis attigisset; neque divinandi illius nominis necessitatem nobis attulisset. Est igitur minime obscura illius interpretationis calumnia.

Cum enim Joannes unum Deum omnipotentem, unumque Christum Jesum illius unigenitum prædicet, per quem facta esse omnia confirmat: atque hunc esse *Dei Filium*, hunc *Unigenam*, hunc *Conditorem omnium*, hunc *veram lucem*, *quæ illuminat omnem hominem*, hunc *mundi fabricatorem*, **199** hunc *qui in propria venit*; *qui caro factus est*, *et habitavit in nobis*, esse testetur; isti callida ac malitiosa interpretatione detorquentes, alium productione fingunt Unigenam exstitisse, quod et Principium vocant, alium Salvatorem, aliud Verbum Unigenæ filium, alium Christum corrigendi causa Pleromatis exortum. Sicque eorum quæ dicuntur singula a veritate promentes, ac nominibus abutentes, ad usum suum opinionemque transferunt. Ex qua illorum sententia sequitur, tot in verbis Joannem Jesu Christi mentionem ne littera quidem attigisse. Licet enim Patrem nominarit, et Gratiam, Unigenitum, et Veritatem, ac Verbum, Vitam, Hominem et Ecclesiam; hæc illi censent de prima Ogdoade esse dicta: in qua nondum Jesus, nondum Christus Joannis magister continetur. Verum longe abesse ut de conjugiis illis Apostolus loqui voluerit, deque Christo Jesu Domino nostro intelligendum esse, quod et Verbum solet appellare Dei, non obscure ipse declarat. Etenim cum de Verbo illo, quod antea in principio fuisse dixerat, summatim disputata colligeret, ita pronuntiare pergit: *Et Verbum caro factum est*, *et habitavit in nobis*. At istorum opinione Verbum neque caro factum est, neque unquam a Pleromate discessit, sed Salvator quidam alius procurandæ causa salutis editus, Verboque recentior.

XXIX. Quamobrem discite tandem aliquando, stulti! discite Jesum illum qui nostra causa passus est, qui habitavit in nobis, eumdem Dei esse Verbum. Nam si alius ex Æonum numero salutis nostræ gratia carnem induisset, æquum erat de alio quoque mentionem ab Apostolo fieri. Sin idem Patris Verbum, quod e cœlo delapsum est, eodem D
postliminio rediit, unius, inquam, ille Dei unicus Filius ex benevolo Patris affectu hominum causa carne vestitus, non de alio quopiam, non de illa nescio qua Ogdoade, sed de Jesu Christo Domino nostro sermonem instituit. Neque enim Verbum isti præcipue censent carnem esse factum. Sed Salvatorem ferunt animale quoddam induisse corpus, quod incarnatione ipsa inexplicabili sapientia constitutum est, ut videri contrectarique posset. Cæterum caro vetus illud opus Dei est, jam tum ab Adami temporibus ex humo formatum quam Dei Verbum **200** fuisse verissime Joannes prodidit. Ita prima illorum et antiquissima Ogdoas in

[1] Deest οὐ.

Digitized by Google Распознавание текста

nihilum recidit. Quoniam enim uni eidemque convenire monstratum est, ut et Unigenitus, et Vita, et Lumen, et Salvator, et Christus, et Dei Filius esset, et is ipse nostra causa carnem indueret, tota illa Ogdoadis fabula dilapsa concidet. Qua discussa, universam ruere pariter dogmatum illorum structuram necesse est, quam illi sibi velut per somnium effingentes, sacras Litteras depravant, dum eas ad argumentum suum accommodare student. Deinde sparsas dictiones, ac vocabula passim reperta colligentes, ab nativo sensu et proprio in alienum, ut diximus, per vim transferunt. Quemadmodum ii faciunt, qui qualibet materia proposita, depromptis ex Homero versibus, sic eam tractant atque expoliunt, ut imperitis persuadeant, de recenti illo suo argumento Homerum ista cecinisse : ac plerisque series ipsa carminum ac contextus imponat, quasi hæc in eum modum fuerint ab Homero digesta. Sic ille nescio quis, qui Herculem ab Eurystheo ad infernum canem extrahendum missum Homericis versibus ita descripsit (nihil enim exempli gratia prohibet ista commemorari, cum par idemque sit amborum institutum) :

A Σωτῆρος, καὶ Χριστοῦ, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, λέλυται ἡ τῆς Ὀγδοάδος σκηνοπηγία. Ταύτης δὲ λελυμένης, διαπέπτωκεν αὐτῶν πᾶσα ἡ ὑπόθεσις, ἣν ψευδῶς ὀνειρώττοντες κατατρέχουσι τῶν Γραφῶν, ἰδίαν ὑπόθεσιν ἀναπλασάμενοι. Ἔπειτα λέξεις καὶ ὀνόματα σποράδην κείμενα συλλέγοντες, μεταφέρουσι, καθὼς προειρήκαμεν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν· ὅμοια ποιοῦντες τοῖς ὑποθέσεις τὰς τυχούσας αὐτοῖς προβαλλομένοις, ἔπειτα πειρωμένοις ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων μελετᾷν αὐτάς, ὥστε τοὺς ἀπειροτέρους δοκεῖν ἐπ' ἐκείνης τῆς ἐξ ὑπογυίου μεμελετημένης ὑποθέσεως Ὅμηρον τὰ ἔπη πεποιηκέναι, καὶ πολλοὺς συναρπάζεσθαι διὰ τῆς τῶν ἐπῶν συνθέτου ἀκολουθίας, μὴ ἄρα ταῦθ' οὕτως Ὅμηρος εἶη πεποιηκώς· B ὡς ὁ τὸν Ἡρακλέα ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν ἐν τῷ Ἅδῃ κύνα πεμπόμενον διὰ τῶν Ὁμηρικῶν στίχων γράφων οὕτως (οὐδὲν γὰρ κωλύει παραδείγματος χάριν ἐπιμνησθῆναι καὶ τούτων, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης ἐπιχειρήσεως τοῖς ἀμφοτέροις)·

Sic ait, et tectis gemebundum extrusit ab altis [1]
Magnanimum Alciden factorum laude potentem [2]
Perseidæ Eurystheus Sitheneli clarissima proles [3] ;
Infernum ut superas custodem efferret in auras [4]
Ergo ille intrepidus montani more leonis [5]
Urbe ruens tota, sociis comitantibus ibat.

Ὡς εἰπὼν, ἀπέπεμπε δόμων βαρέα στενάχοντα
Φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων,
Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηιάδαο
Ἐξ Ἐρέβεος ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἄϊδαο.
Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥστε λέων ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθώς,
Καρπαλίμως ἀνὰ ἄστυ, φίλοι δ' [10] *ἀνὰ πάντες*
[*ἕποντο,*

Hunc juvenes, miserique senes, castæque puellæ [6]
Deducunt longo gemitu, ceu morte propinqua [7].
Tum se Mercurius comitem cum Pallade jungit [8].
Quam non fraterni casus curæque latebant [9].

C *Νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,*
Οἰκτρ' ὀλοφυρόμενοι, ὡσεὶ θανάτόν τε κιόντα.
Ἑρμείας δ' ἀπέπεμπεν ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐποτεῖτο.

Quem non simplicem minimeque malum hominem versus isti decipiant, ut eos quemadmodum audit, de hoc argumento ab Homero scriptos assentiatur? At qui Homeri lectione tritus est, facile ista **201** discernet; nec ignorabit horum partim de Ulysse dicta, partim de Hercule, partim ad Priamum, partim ad Menelaum et Agamemnonem pertinere. Quibus inde translatis ac suo loco restitutis, totum illud opus dissolvet. Sic omnino, qui veritatis regulam neutram in partem inflexam, quam in baptismo acceperit, apud se retineat, depromptaque sacris e Litteris vocabula, ac dictiones, et D parabolas agnoscat; contumeliosum hoc vero in Deum argumentum repudiet, atque in tesserulas animadvertet, nunquam ut vulpeculam pro imperatoris effigie obtrudi sibi patiatur. Verum unumquodque eorum quæ dicta sunt ordini suo reddens, ac veritatis velut corpori accommodans, illorum nugas detegat atque inanes esse demonstret.

Τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπανούργων συναρπαγείη ὑπὸ τῶν ἐπῶν τούτων, καὶ νομίσειεν οὕτως αὐτὰ Ὅμηρον ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως πεποιηκέναι; Ὁ δ' ἔμπειρος τῆς Ὁμηρικῆς ὑποθέσεως ἐπιγνώσεται [11], εἰδὼς, ὅτι τὸ μέν τι αὐτῶν ἐστι περὶ Ὀδυσσέως εἰρημένον, τὸ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἡρακλέος, τὸ δὲ περὶ Πριάμου, τὸ δὲ περὶ Μενελάου καὶ Ἀγαμέμνονος. Ἆρας δὲ αὐτὰ, καὶ ἓν ἕκαστον ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ [12] ἐκποδὼν ποιήσει τὴν ὑπόθεσιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ ἀπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν Γραφῶν ὀνόματα, καὶ τὰς λέξεις, καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται, τὴν δὲ βλάσφημον ὑπόθεσιν ταύτην οὐκ ἐπιγνώσεται. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ψηφῖδας γνωρίσει, ἀλλὰ τὴν ἀλώπεκα ἀντὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος οὐ παραδέξεται. Ἓν ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων ἀποδοὺς τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ προσαρμόσας τῷ τῆς ἀληθείας σωματείῳ [13] γυμνώσει, καὶ ἀνυπόστατον ἐπιδείξει τὸ πλάσμα αὐτῶν.

XXX. Postremo quia jam velut in scena, peracto

Α'. Ἐπειδὴ [14] τῇ σκηνῇ ταύτῃ (81) λείπει ἡ ἀπο-

[1] *Od.* κ, 76. [2] Od. φ, 26. [3] *Il.* τ, 123. [4] *Il.* θ, 368. [5] *Od.* ζ, 15. [6] *Od.* λ, 38. [7] *Il.* ω, 328. [8] *Od.* λ, 625. [9] *Il.* β, 409. [10] Leg. ἅμα. [11] Iren. μὲν τὰ ἔπη, τὴν δὲ ὑπόθεσιν οὐκ ἐπιγ. [12] For. τῇ ἰδίᾳ τάξει vel βίβλῳ. [13] For. σώματι. [14] Deest δέ.

(81) Ἐπειδὴ τῇ σκηνῇ ταύτῃ. Ἀπολύτρωσιν hic *redemptionem* esse credit Billius, de qua Irenæus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λύτρωσις, ἵνα τις τὸν μῖμον αὐτὸν περαιώσας τὸν ἀνασκευάζοντα λόγον ἐπενεγκεῖν [1], καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον, ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ θυμοῦ [2] διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες. Καὶ ἐκ τούτου γὰρ ἀκριβῶς συνιδεῖν ἔσται, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παραπεποιημένην ψευδηγορίαν. Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν, καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἐνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσιν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ καὶ Σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου *πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ*, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται· τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους τοὺς παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας [3] ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

ΛΑ'. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν· καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιοι· ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή· καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι Ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβερίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός· οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῆ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλ-

A fabulæ exodio, dimittendi tempus est, consultum fore duximus, si ad illorum confutandum errorem aliquid subjiceremus. Sed prius tamen ostendendum illud est, quibus in rebus fabulæ illius auctores a se invicem dissideant, quos diversi velut falsitatis spiritus contrarias in partes abripiunt. Hoc enim ex capite vel citra probationem ullam certissime constabit, cum solidam ac stabilem esse veritatem illam, quam Ecclesia prædicat, tum adulterinam ac mendacem illorum esse doctrinam. Siquidem Ecclesia toto licet orbe ad extremos usque terrarum limites dispersa, cum ab apostolis eorumque discipulis fidem acceperit in unum Deum Patrem omnipotentem, qui cœlum, terramque ac maria, cum universis quæ in illis comprehensa B sunt, condidit; et in unum Jesum Filium Dei, qui pro nostra salute carnem induit; atque in Spiritum sanctum, qui omnem illam unice dilecti Christi Jesu Domini nostri administrationem, et adventum, ortumque de Virgine per prophetas prænuntiavit; necnon et perpessionem ac resurrectionem, et in cœlum ascensionem cum corpore; futurumque olim indidem paterna cum majestate descensum, ut in summam velut universa contrahat, et omnium hominum corpora revocet ad vitam; atque ut Christo Jesu Domino nostro ac Deo et Salvatori regique de illius qui videri non potest, voluntate Patris, *omne* **202** *genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis ipsum lingua confiteatur* [4]; utique rectum in omnes judicium exerceat, ac spiritalia nequitiæ, hoc est desertores angelos ac C rebelles, et impios omnes, ac sceleratos, et facinorosos, ac contumeliosos in Deum homines sempiternis flammis addicat; justis vero, sanctisque, qui mandata sua diligenter observaverint, et in ejus charitate sive jam inde ab initio, sive post pœnitentiam perseveraverint, vitam immortalitatemque largiatur, atque æternam illis gloriam impertiat.

XXXI. Cum igitur Ecclesia doctrinam ejusmodi, fidemque, uti diximus, acceperit, eam vel orbe toto diffusa studiose conservat, quasi in una quadam domo habitans, ac similiter omnibus illis assentitur, tanquam anima una, eodemque corde prædita; eademque concordissime sic, quasi unum os D habeat, docet ac prædicat. Etenim tametsi hominum linguæ sint dissimiles, eadem tamen traditæ doctrinæ vis est ubique: neque aut constitutæ in Germania Ecclesiæ credunt aliter, ac suos perdocent; aut quæ in Hispaniis ac Galliis, aut ad Orientem, aut in Ægypto, vel Lybia, mediove orbe stabilitæ. Sed quemadmodum sol nobilissimum Dei opus unus in toto mundo atque idem est semper; sic veritatis prædicatio ubique terrarum illucescit ac mortales omnes illustrat, qui quidem illius ad notitiam pervenire voluerint. Adeo ut neque is qui inter Eccle-

[1] For. επενεγκῃ. [2] For. τοῦ δὲ μύθου. [3] For. τοῖς μέν. [4] Philipp. II, 10, 11.

cap. 18. Nos autem aliud esse hoc quidem loco suspicabamur, nempe exordium fabulæ. Non enim de ἀπολυτρώσει illa hæreticorum aliorum verba facit Irenæus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

siarum antistites dicendi facultate pollet, ab illis diversa profiteatur. Nemo enim est præceptore suo superior. Neque qui infans est et indisertus de tradita sibi disciplina quidquam diminuat. Quoniam enim una est eademque fides; neque qui de ea copiose potest dicere plus aliquid obtinet, neque minus, qui pauca duntaxat eloqui potest. Quod autem plus minusve nonnulli intelligentia ac scientia consequantur, nihil hoc ad immutandam doctrinam pertinet: neque idcirco Deum alium præter conditorem excogitant, atque hujus universitatis artificem, et altorem, quasi minime sint altero illo contenti; neque porro Unigenitum alium.

Sed in id duntaxat illorum elaborat industria, ut quæ ænigmatum quibusdam involucris obtecta sunt, exspoliant atque explicent, et ad communis fidei institutum accommodent; sive ut **203** divinum illud in hominum salute procuranda negotium, administrationemque omnem exponant; idque ipsum declarent, quomodo illam rebellium spirituum defectionem hominumque contumaciam Deus patientissime tulerit; quid causæ sit, cur unus idemque Deus alia temporaria, alia sempiterna fecerit: itemque cœlestia quædam, alia terrena; cur qui oculis aspici nequit, prophetis non una specie visendum se præbuerit, sed aliis alio modo quæ vellet significaverit. Cur Testamenta plura sint hominibus condita, quæve utriusque notæ ac propria veluti lineamenta sint. Ut illud etiam inquirant, cur omnia Deus perduellione concluserit, ut omnium misereri posset; atque ob id insuper gratias agant, quod Verbum Dei caro factum, ac supplicio est affectum: illud etiam edisserant, cur in extrema tempora Filii Dei adventus inciderit, hoc est cur omnium sese Principium in fine prodiderit. Ad hæc de mundi exitu, futurisque rebus quæcunque sacris reperiuntur in Libris, excutiant; nec illud taceant, cur desperatæ prius gentes in idem cum sanctis jus hæreditatis, ac veluti corpus et societatem a Deo fuerint ascitæ. Qui fieri possit, ut mortalis ista caruncula immortalitatem et incorruptibile hoc incorruptionem induat; aut quemadmodum dicturus sit: *Non populus populus erit, et non dilecta, dilecta* [1]; quomodo *plures desertæ, quam virum habentis sint filii* [2]. Nam de his ac similibus exclamat Apostolus: *O altitudo divitiarum ac sapientiæ, et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [3]! Non id autem agunt, ut supra Creatorem ac Conditorem, horum Matrem, ac vagi Æonis Cogitationem male comminiscantur, ac tam insignem Deo contumeliam faciant; neque ut Pleroma nescio quod illa superius modo XXX duntaxat Æonibus definiant, modo infinitam illorum nationem constituant, ut egregii illi magistri ac divina sit, ut diximus, toto orbe germanæ Ecclesiæ fides.

XXXII. Age vero videamus modo quanta sit

A θεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ· οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον· οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν· μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε. Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινὰς οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον Θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημιουργὸν, καὶ ποιητὴν, καὶ τροφέα τοῦδε τοῦ παντὸς, ὡς μὴ ἀρκουμένους τούτους [4], ἢ ἄλλον Χριστὸν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ.

Ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται προσεπεργάζεσθαι, καὶ οἰκειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει· B καὶ ἐν τῷ τὴν τε πραγματείαν καὶ οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι γινομένην ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ Θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων σαφηνίζειν· καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, καὶ τὰ μὲν οὐράνια, καὶ τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς πεποίηκεν, ἀπαγγέλλειν· καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν ἐφάνη τοῖς προφήταις ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως ἄλλοις, συνιεῖν· καὶ διὰ τί Διαθῆκαι πλείους γεγόνασι τῇ ἀνθρωπότητι, μηνύειν, καὶ τίς ἑκάστης τῶν Διαθηκῶν ὁ χαρακτὴρ, διδάσκειν· καὶ διὰ τί συνέκλεισε πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ, ἐξερευνᾷν, καὶ διὰ τί ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἔπαθεν, εὐ- C χαριστεῖν· καὶ διὰ τί ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ τέλει, ἐφάνη ἡ ἀρχὴ [5], ἀπαγγέλλειν· καὶ περὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς Γραφαῖς, ἀνατύσσειν· καὶ τί ὅτι τὰ ἀπεγνωσμένα ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ Θεὸς, μὴ σιωπᾷν· καὶ πῶς τὸ θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν· πῶς τε ἐρεῖ, *Ὁ οὐ λαός μου λαός, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη ἠγαπημένη*· καὶ πῶς *πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα*, κηρύσσειν. Ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ Ἀπόστολος· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐ-* D *τοῦ*. Ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην καὶ Δημιουργὸν Μητέρα τούτων [6], καὶ αὐτοῦ Ἐνθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας· οὐδὲ τὸ ὑπὲρ ταύτην πάλιν Πλήρωμα τὸ μὲν ἕνα [7], νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης Ἐκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον, καθὼς προέφαμεν.

plane scientia destituti faciunt: cum una eademque

ΛΒ'. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην·

[1] Osc. I, 10. [2] Isa. LIV, 1. [3] Rom. XI, 33. [4] For. τούτῳ. [5] Iren. καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ. [6] Iren. τούτου καὶ αὐτῶν. [7] For. τότε μὲν τριάκοντα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δύο που καὶ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης Γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου [1] μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος οὕτως ἐξηροφόρησεν (82), ὁρισάμενος εἶναι Δυάδα ἀνονόμαστον, ἧς τὸ μέν τι καλεῖσθαι Ἄρρητον, τὸ δὲ Σιγήν. Ἔπειτα ἐκ ταύτης Δυάδος δευτέραν Δυάδα προβεβλῆσθαι, ἧς τὸ μέν τι Πατέρα ὀνομάζει, τὸ δὲ Ἀλήθειαν. Ἐκ δὲ τῆς Τετράδος ταύτης καρποφορεῖσθαι Λόγον καὶ Ζωήν, Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν. Εἶναί τε ταύτην Ὀγδοάδα πρώτην. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Λόγου καὶ τῆς Ζωῆς δέκα δυνάμεις λέγει προβεβλῆσθαι, καθὼς προειρήκαμεν· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας δώδεκα, ὧν μίαν ἀποστᾶσαν τὴν λοιπὴν πραγματείαν πεποιῆσθαι. Ὅρους τε δύο ὑπ- B ἔθετο, ἕνα μὲν μεταξὺ τοῦ Βυθοῦ καὶ τοῦ λοιποῦ Πληρώματος, διορίζοντα τοὺς γεννητοὺς Αἰῶνας ἀπὸ τοῦ ἀγεννήτου Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸν ἀφορίζοντα αὐτῷ [2] τὴν Μητέρα ἀπὸ τοῦ Πληρώματος. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Πληρώματι αἰώνων προβεβλῆσθαι, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς Μητρὸς ἔξω γενομένης κατὰ τὴν γνώμην τῶν κρειττόνων ἀποκεκυῆσθαι μετὰ σκιᾶς τινος. Καὶ τοῦτο μὲν ἅτε ἄῤῥενα ὑπάρχοντα ἀποκόψαντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν, ἀναδραμεῖν εἰς τὸ Πλήρωμα· τὴν δὲ Μητέρα ὑπολειφθεῖσαν μετὰ τῆς σκιᾶς, κεκενωμένην τε τῆς πνευματικῆς ὑποστάσεως, ἕτερον υἱὸν προενέγκασθαι· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Δημιουργὸν, ὃν καὶ παντοκράτορα λέγει τῶν ὑποκειμένων [3]. Συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ καὶ ἄριστον [4] C ἄρχοντα ἐδογμάτισεν ὁμοίως τοῖς ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν ψευδωνύμως Γνωστικοῖς. Καὶ τὸν Ἰησοῦν ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ συσταλέντος ἀπὸ τῆς Μητρὸς αὐτῶν συναναχυθέντος τοῖς ὅλοις προβεβλῆσθαί φασι, τουτέστι τοῦ Θελητοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναδραμόντος εἰς τὸ Πλήρωμα, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ· ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας φησὶ προβεβλῆσθαι εἰς ἀνάκρισιν καὶ καρποφορίαν τῶν Αἰώνων, ἀοράτως τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας.

duorum vel trium istorum inconstantia, atque de iisdem non eadem pronuntient; sed et rebus ipsis et vocabulis a se invicem dissentiant. Etenim qui a Gnosticorum hæresi deprompta **204** quædam initia primus peculiaris ad sectæ formam transtulit, Valentinus ita definiit. Binarium quemdam sine nomine constituit, ex Arrheto et Sige constantem. Ab hoc secundum propagatum esse Binarium, quo Pater, ac Veritas continetur. Tum ex quaternario Verbum et Vitam, Hominem, Ecclesiamque prodiisse: hanc esse primam Ogdoadem. Inde ex Verbo ac Vita decem profluxisse virtutes, quas antea retulimus. Ab Homine et Ecclesia duodecim; a quibus una deficiens, ordinemque deserens reliquum omne opus absolvit. Adjecit et Horos duos: alterum qui Bythum inter ac Pleroma reliquum intercedit, et genitos Æonas ab ingenito Patre dirimit; alterum qui Matrem illorum a Pleromate secernit. Christum porro non a Pleromatis Æonibus editum, sed ab extorri Matre ex meliorum recordatione cum quadam umbra procreatum. Eumdemque, cum esset masculus, abjecta a semet umbra ad Pleroma recurrisse; Matrem vero cum umbra relictam, ac spiritali substantia exhaustam, alium procreasse filium, videlicet Conditorem, cui in omnia, quæ quidem ipsi subjecta sunt, dominatum ac potestatem tribuunt. Cum hoc et alium productum esse sinistrum principem arbitratus est: perinde ut Gnostici illi, falso ita dicti, de quibus postea dicemus. Jesum porro nonnunquam a Theleto illo genitum affirmat, qui ab ipsorum Matre contractus, unaque cum Universitate profusus est; interdum ab eo, qui se ad Pleroma receperit, scilicet Christo. Alias a Christo et Ecclesia. Spiritum denique sanctum ab Ecclesia originem traxisse putat, et ad examinandos ac fecunditate donandos Æonas editum, cum in illos ita subiisset, ut aspici nullo modo posset; cujus adeo ipsi beneficio veritatis stirpes emittunt.

εἰς αὐτοὺς εἰσιόν· δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν

Πεπλήρωται τὰ Εἰρηναίου κατὰ Οὐαλεντίνων.

ΛΓ'. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ προειρημένος ἀνὴρ πρεσβύτης Εἰρηναῖος, ὁ κατὰ πάντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου κεκοσμημένος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὑπὸ τοῦ Κυρίου προβεβλημένος, καὶ ἐπαλειφθεὶς τοῖς ἐπουρανίοις χαρίσμασι τοῖς κατὰ τὴν ἀληθινὴν πίστιν καὶ γνῶσιν, καταπαλαίσας τε καὶ καταγωνισάμενος τὴν πᾶσαν αὐτῶν ληρώδη ὑπόθεσιν, διεξῆλθε κατὰ λόγον τὰ ὑπ' αὐτῶν κενοφωνούμενα. Ἀκρότατα δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ ἕξῃς δευτέρῳ αὐτοῦ λόγῳ καὶ τοῖς ἄλλοις διήλεγξε περιττοτέρως, βουλόμενός πως τὸν χαμαὶ ῥιφέντα, καὶ εἰς ἥτταν τραπέντα σῦραι, καὶ ἐνώπιον πάντων θριαμβεῦσαί τε καὶ φωράσαι τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ῥιφέντι ἀναίσχυντόν τε καὶ ἀσθενῆ προὔκλησιν ματαιοφροσύνης. Ἡμεῖς δὲ, ἀρκεσθέντες τοῖς τε

Hactenus Irenæus contra Valentinianos.

XXXIII. Hæc atque his similia optimus ille senex Irenæus totidem verbis de vanissimis illorum opinionibus disseruit, **205** vir omnino Spiritus sancti donis instructissimus, ac tanquam fortis athleta productus a Domino, et cœlestibus ornamentis, ut ita dixerim, ad certamen perunctus; qui sinceræ fidei ac scientiæ præsidiis illorum prostravit evertitque mendacia. Quod in secundo libro ac sequentibus aliis potissimum perfecit, ubi illos uberiore stylo confutavit: cum velut humi abjectum ac superatum adversarium trahere, ac quodammodo triumphare visus est velle, et profligati nugatoris impudentem magis quam fortem ad provocandum audaciam palam omnibus detegere. Nos autem par-

[1] Iren. ἀρχαίας διδασκαλίας. [2] Iren. αὐτῶν. [3] Iren. ἀποκειμ. αὐτῷ. [4] Iren. ἀριστερόν.

(82) *Οὕτως ἐξηροφόρησεν.* Corrupta vox, in qua divinationem experiri non vacat.

Digitized by Google Распознавание текста

tim iis, quæ a nobis breviter sunt disputata, partim quæ ab aliis sinceris id genus scriptoribus elucubrata sunt, contenti, cum nonnullos quoque videamus de hoc argumento scripsisse, præsertimque Clementem, Irenæum et Hippolytum, aliosque complures, qui admirabili quadam facultate illorum dogmata refutarunt, non multum in eo, ut dictum est, elaborare studuimus, satis superque illorum opera factum arbitrati : idque ipsum apud nos existimantes, neminem esse paululum intelligentem, cui vel ex ipsis illorum libris ac dogmatibus non ea facile occurrant, quæ ad illos refellendos idonea sint.

A παρ' ἡμῶν λεχθεῖσιν ὀλίγοις, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας συγγραφέων τούτων λεχθεῖσί τε καὶ συνταχθεῖσι, καὶ ὁρῶντες, ὅτι ἄλλοι πεπονήκασι, φημὶ δὲ Κλήμης καὶ Εἰρηναῖος καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ἄλλοι πλείους, οἱ καὶ θαυμαστῶς τὴν κατ' αὐτῶν πεποίηνται ἀνατροπήν, οὐ πάνυ τι τῷ καμάτῳ προσθεῖναι, ὡς προεῖπον, ἠθελήσαμεν, ἱκανωθέντες τοῖς προειρημένοις ἀνδράσι, καὶ αὐτὸ τοῦτο διανοηθέντες, ὅτι παντὶ συνετῷ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτῶν λόγων ἡ ἀνατροπὴ αὐτῶν κατ' αὐτῶν φανήσεται.

XXXIV. In primis quod opinionum a se invicem varietate dissentiant, alterque alterius decreta convellere sese profiteatur. Deinde quod tales sint illorum fabulæ, ut cohærere nullo modo possint, cum neque in sacris Litteris, nec in Mosis lege, neque apud Mose recentiores prophetas illarum exstet ulla mentio; neque a Salvatore quidquam, vel ejus evangelistis, aut denique apostolis de iisce sit proditum: nam si veritati illa consentanea forent, certe Dominus, qui ad illuminandum orbem venerat, et ante illum prophetæ, tum apostoli, qui falsorum deorum superstitionem, ac flagitiorum scelerumque genus omne redarguerunt, nec impiam omnem contrariamque doctrinam scriptis suis profligare sunt veriti ; illi, inquam, aperte nobis illa significassent, præsertim cum Salvator ita ipse dixisset : *Cæteris quidem in parabolis, vobis autem parabolæ ad regni cœlestis enarrationem edisserendæ sunt* [1]. Quocirca quæcunque in Evangelio parabolæ ab eo propositæ sunt, statim illarum sensum aperuisse videtur. **206** Nam et granum sinapis quid sibi vellet exposuit, quid fermentum, quæve mulier esset illa, quæ in tria farinæ sata fermentum immiserit; quid illa vitis, ac ficus ; quis ille qui seminat, quæve optima sit terra. Itaque frustra illi cæco dæmonis impetu conciti rapiuntur; de quibus merito sanctus Paulus ita loquitur : *Novissimis temporibus avertent se quidam a doctrina, intendentes fabulis et doctrinis dæmonum* [2]. Cui et Jacobus astipulatur, de ejusmodi dogmatibus ita loquens: *Non est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica. Quæ autem desursum est sapientia primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis* [3], etc., cujus ne minimus quidem in his quos commemoravimus fructus cernitur. Quippe apud illos inconstantia ac nefaria omnia facinora, dæmonumque fetus, et serpentum sibili reperiuntur. Aliter aliis temporibus, atque aliud unusquisque prædicat. Nulla illic misericordia, vel clementia, sed dissensiones ac discordiæ; nulla usquam castimonia, nulla pax, æquitas animi nulla.

ΛΔ'. Πρῶτον μὲν ὅτι διάφορα παρ' αὐτοῖς τὰ φρονήματα, καὶ ἕτερος τὰ τοῦ ἑτέρου καταλύειν ἐπαγγέλλεται· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσύστατα τὰ παρ' αὐτοῖς μυθοποιήματα, οὔτε που Γραφῆς εἰπούσης, οὔτε τοῦ Μωϋσέως νόμου, οὔτε τινὸς προφήτου τῶν μετὰ Μωϋσέα, ἀλλ' οὔτε τοῦ Σωτῆρος, οὔτε τῶν αὐτοῦ εὐαγγελιστῶν, ἀλλ' οὔτε μὴν τῶν ἀποστόλων. Εἰ γὰρ ταῦτα ἀληθινὰ ὑπῆρχεν, ὁ ἐλθὼν φωτίσαι τὴν οἰκουμένην Κύριος, καὶ πρὸ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἀπόστολοι οἱ ἐλέγξαντες τὴν εἰδωλολατρείαν, πᾶσάν τε παράνομον πρᾶξιν, καὶ μὴ δειλιάσαντες γράφειν κατὰ πάσης παρανόμου διδασκαλίας καὶ ἐναντιότητος, σαφῶς ἂν τὰ τοιαῦτα ἡμῖν κατήγγελλον· καὶ μάλιστα αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, ὅτι *Τοῖς μὲν ἔξω ἐν παραβολαῖς, ὑμῖν δὲ τὰς παραβολὰς εἰς ἐπίλυσιν βασιλείας οὐρανῶν ῥητέον*. Ὅσας γοῦν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολὰς εἴρηκεν, εὐθὺς ἐπιλύσας φαίνεται. Ἀμέλει καὶ τίς ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως, καὶ τίς ἡ ζύμη· καὶ τίς βαλοῦσα τὴν ζύμην εἰς τὰ τρία σάτα, τίς ὁ ἀμπελὼν, τίς ἡ συκῆ, τίς ὁ σπορεὺς, τίς ἡ καλλίστη γῆ. Καὶ μάτην οὗτοι ἐνθουσιῶνται ὑπὸ δαιμόνων ἐλαυνόμενοι· περὶ ὧν φησιν ὁ ἁγιώτατος ἀπόστολος Παῦλος· *Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς διδασκαλίας, προσέχοντες μύθοις καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων*. Καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Ἰάκωβος λέγων περὶ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἡ αὐτὴ σοφία κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης. Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνικὴ, εὐπειθὴς, ἀδιάκριτος, μεστὴ ἐλέους, καὶ καρπῶν ἀγαθῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἧς οὐδὲ εἷς καρπὸς ἐν τοῖς προειρημένοις εὑρίσκεται. Παρ' αὐτοῖς γὰρ ἀκαταστασία, καὶ πᾶν παράνομον πρᾶγμα, δαιμόνων τε κυήματα, καὶ συρίγματα δρακόντων, ἄλλοτε ἄλλως καὶ ἄλλο ἑκάστου αὐτῶν λαλοῦντος. Παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, οὐκ οἶκτος εὑρίσκεται, ἀλλὰ διακρίσεις καὶ διαφοραὶ, καὶ οὐδαμοῦ ἁγνεῖαι, οὐδαμοῦ εἰρήνη, οὐδαμοῦ ἐπιείκεια.

XXXV. Ac mihi sane libet, quoniam ad id sermonis et argumenti me necessitas impellit, tametsi finem facere constitueram, pauca ex illorum decretis ad refu-

ΛΕ'. Βούλομαι δὲ πάλιν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου, εἰ καὶ παύσασθαι ὑπεσχόμην, ὀλίγων παρ αὐτοῖς εἰρημένων μνημονεύσας ἀνατρέψαι. Οὐ γὰρ

[1] Luc. VIII, 10. [2] I Tim IV, 1. [3] Jac. III, 15-17.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τοῦ κατὰ τέχνην μοι λόγου μέλει, ἀλλὰ τῆς τῶν ἐντυγχανόντων ὠφελείας. Λέγουσι τοίνυν, ὅτι ὁ δωδέκατος Αἰὼν ὁ ἐν ὑστερήματι γενόμενος παντελῶς τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα ἐξέπεσε, καὶ ἀπόλλυται ὁ ἀριθμὸς ὁ δωδέκατος. Τοῦτο δέ φασι γεγενῆσθαι τῷ τὸν Ἰούδαν ὄντα δωδέκατον ἐκπεπτωκέναι, καὶ οὕτω τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν ἠφανίσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς αἱμορρόουσης, καὶ τῆς τὴν μίαν δραχμὴν ἀπὸ τῶν δέκα δραχμῶν ἀπολεσάσης. Δείκνυται δὲ, ὅτι οὔτε ὁ δωδέκατος Αἰὼν πρόσωπον Ἰούδα ἔχειν δυνήσεται, ὡς τῷ ἀγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ προείρηται· Ἰούδας μὲν γὰρ παντελῶς ἀπόλωλεν· ὁ δωδέκατος λεγόμενος Αἰὼν κατὰ τὸ αὐτῶν πλάσμα οὐκ ἐκενώθη· ἔστη γὰρ ἐνώπιον αὐτοῦ ὁ Μεταγωγεὺς, ἢ ὁ Ὁροθέτης, φήσας πρὸς αὐτὸν, Ἰαώτ· ὡσαύτως φασὶ, καὶ οὕτως ἐστερεώθη· οὔτε ἡ δώδεκα ἔτεσιν αἱμορροοῦσα τῷ αὐτῶν δράματι ὁμοιωθήσεται· ἐσώθη γὰρ μετὰ δώδεκα ἔτη, ἐν οἷς τῷ αἵματι τῆς ῥύσεως ἐφέρετο· οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἕνδεκα ἔτεσιν ἀπαθὴς διετέλει, καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ δὲ σέσωσται· οὔτε ἡ τὰς δέκα δραχμὰς κεκτημένη ἀπώλεσε τὴν μίαν εἰς τέλος, ἵνα ὁ Αἰὼν τῆς ὕλης ἀπολωλὼς μυθεύηται παρ' αὐτοῖς. Ἦψε γὰρ τὸν λύχνον, καὶ ηὗρε τὴν δραχμήν.

A tandum seligere. Neque enim orationis artificio, sed lectorum utilitati mihi serviendum arbitror. Aiunt igitur duodecimum Æonem, cum defecisset, a duodenario illo numero penitus excidisse, atque ita duodecimum hunc numerum esse sublatum. Hoc autem tum contigisse, cum Judas apostolorum duodecimus exclusus est; sicque duodecimus numerus ille periit. Similiter et in muliere illa, quæ sanguinis profluvio laborabat, et in alia, quæ decem ex drachmis, unam perdiderat. Atqui demonstrari illud potest, Æonem illum duodecimum Judæ personam minime posse sustinere; etenim Judas funditus periit; duodecimus autem Æon ille, vel ut ipsimet fictis iisce fabulis docent, non penitus exstinctus est. Stetit enim, aiunt, ex ejus adverso Metagogeus, hoc est traductor, qui et Horotheta, sive Definitor dicitur, et ad eum Jaot inclamans, hac illum voce firmavit. Neque vero duodecimum jam annum sanguine fluens mulier ad istorum fabulam convenit; quæ vertente demum anno duodecimo, postquam toto illo tempore profluvio sanguinis laborasset, repente consanuit. **207** Non enim undecim annis expers morbi, duodecimo demum denas drachmas habebat, unam ex iis amisit omnino, quo commentitius ille ac materiæ concretus Æon constare possit. Accendit enim lucernam, et

B

sanitatem obtinuit. Ac neque mulier illa, quæ drachmam reperit.

ΛΖ'. Ἐκ τοίνυν τῶν δύο λόγων τούτων ἢ τριῶν τὰ πάντα αὐτῶν εὐθὺς ἐλεγχθέντα καταλειφθήσεται δραματουργήματα, καὶ ἀδρανῆ, καὶ ἔωλα τοῖς τῆς φρονήσεως υἱοῖς καὶ τέκνοις τοῖς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἵνα γὰρ μὴ κατὰ τῶν αὐτῶν φερόμενος εἰς μῆκος ἄπειρον ἐλάσω τὴν πραγματείαν, ἕως τῆς ἐνταῦθα ὑφηγήσεως ποιησάμενος τὴν ὑπόμνησιν, καὶ ἐπιθεὶς πέρας τῇ τοσαύτῃ αὐτῶν μοχθηρίᾳ, ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμαι, Θεὸν ἐπικαλούμενος ὁδηγόν τε καὶ ἐπίκουρον τῆς ἡμῶν ἀσθενείας, εἰς τὸ σωθῆναι ἀπὸ ταύτης καὶ τῶν προειρημένων αἱρέσεων, καὶ τῶν μελλουσῶν ἀναδείκνυσθαι τοῖς φιλολόγοις, καὶ βουλομένοις τὰ ἀκριβῆ εἰδέναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κενοφωνιῶν τε καὶ ἀσυστάτων δογμάτων. Εἰς πολλοὺς γὰρ οὗτος τὴν ἑαυτοῦ ὀνειροπολίαν ἐπισπείρας, Γνωστικὸν ἑαυτὸν καλέσας, πολλοὺς, ὡς εἰπεῖν, σκορπίους ὡς μίαν ἅλυσιν συνέδησεν, ὡς ἡ παλαιὰ καὶ ἐναργὴς παραβολὴ ὑπάρχει, ὅτι, ἁλυσίν τινα οἱ σκορπίοι (83) ἀπὸ ἑνὸς εἰς τὸν ἕτερον δεσμοῦντες, ἕως δέκα ἢ καὶ πλείους ἀπὸ στέγης ἢ δώματος ἑαυτοὺς χαλῶσι, καὶ οὕτως μετὰ δόλου τὴν λύμην τοῖς ἀνθρώποις ἐργάζονται. Οὕτως καὶ οὗτος, καὶ οἱ αὐτοῦ καλούμενοι Γνωστικοὶ τῆς πλάνης ἀρχηγέται γεγόνασι, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς προφάσεις ὑπειληφότες, ἕτερος ὑφ' ἑτέρου μαθητευθεὶς μετὰ τὸν διδάσκαλον προσθήκην τῆς πλάνης εἰργάσατο, καὶ ἑτέραν αἵρεσιν εἰσηγήσατο, ἐχομένης [1] τῆς προτέρας. Καὶ οὕτω κατὰ τὴν διαδοχὴν εἰς διαφόρους αἱρέσεις αὐτοὶ οἱ ἐληθέντες Γνωστικοὶ ἐμερίσθησαν· παρὰ Οὐαλεν-

XXXVI. Quamobrem duobus hisce tribusve verbis illorum discussa somnia quam putida et imbecilla sint, facile prudens quilibet, et sanctæ ac catholicæ Dei Ecclesiæ filius animadvertet. Jam enim veritus ego, ne si pluribus in eam sectam invectus fuero, in infinitum abeat oratio, ad hunc usque locum progressus modum adhibebo refellendæ illorum nequitiæ, meque ad cæteras redarguendas conferam. Sed primum viæ mihi ducem, et imbecillitatis adjutorem meæ Deum invocabo, uti me et ab hujus sectæ, superiorumque omnium, et ab insequentium contagione liberet, quas in eruditorum hominum gratiam, qui absurda illa et inania dogmata, quæ in hunc orbem eruperunt, accuratius explorare student, deinceps persequemur. Siquidem Valentinus iste suis in quamplurimos diffusis communicatisque somniis, cum sese Gnosticum appellari maluisset, multos, ut ita dixerim, scorpios in unam catenam constrinxit; id quod vetus, ac testata similitudo declarat. Nimirum scorpios ad decem pluresve catenæ instar alios ab aliis suspensos sese ex tecto ac solario demittere, sicque ex insidiis homines opprimere. Sic ille, posterique ejus omnes Gnostici falsi dogmatis auctores exstitere, et ab illo erroris argumenta nacti, ac successione quadam invicem edocti, ad eam quam a magistro acceperat suam quilibet opinionem adjecit, novamque sectam cum priore cohærentem invexit. Qua re factum est, ut Gnostici varia hære-

C

D

[1] For. ἐχομένην.

(83) Ὅτι ἅλυσίν τινα οἱ σκορπίοι. Ælianus lib. VI *Hist.*, an. 125.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

seon divortia paulatim fecerint; qui quidem omnes a Valentino, ut diximus, iisque insuper, qui eo superiores exstiterant, initium acceperunt. Nunc universæ pariter veritatis doctrina prostratæ ac proculcatæ prætereundæ sunt, quo eadem Dei ope ac virtute freti reliquas perscrutemur

A τίνου μεντοι, ὡς ἔφην, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς προφάσεις ἐλληφότες, ὅμως αἱ προειρημέναι σὺν τῇ τούτου τοῦ Οὐαλεντίνου τῇ τῆς ἀληθείας διδασκαλίᾳ καταπατηθεῖσαι ὑφ' ἡμῶν παρεισθωσαν. Ἡμεῖς δὲ τὰς ἑξῆς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει διασκοπήσωμεν.

208 ADVERSUS SECUNDIANOS,

Ad quos sese Epiphanes et Isidorus applicarunt, quæ est hæresis XII sive XXXII.

I. Posteaquam Valentiniana hæresi defuncti sumus, et in ejus dumetis ac vepribus magnopere laboravimus, deinceps incredibili cum sudore ac cujusdam velut agriculturæ molestia ad reliquas illius evellendas spinas, ac tetras serpentum effigies profligandas veniemus. Sed in primis Spiritus sancti opem a Christo postulabimus, ut hujus illum interventu per cœlestem doctrinam religiososque sermones in hominum animos elicere, ab iisque, qui id ultro voluerint, pestiferum virus extrahere possimus. Sequar vero in iis exponendis ætatum ordinem, ac cujus quisque successor exstiterit in illis recensendis aperiam, qui ab illo profecti diversa quædam doctrinæ semina sparserunt.

Horum igitur e numero Secundus quidam fuit, qui plus aliquid quam cæteri sapere studens, etsi eadem quæ Valentinus asserit omnia, ampliore tamen sonitu furiosorum aures opplevit. Hic eodem quo Valentinus tempore eumdem ipsum novo aliquo invento superare gestiens, primam Ogdoadem ex Tetrade dextra ac sinistra conflari docuit, quarum alterum Lumen, Tenebras alterum appellari voluit. Jam vero Virtutem illam quæ defecisse, et ad inopiam fuisse redacta dicitur, negat ex tricenario illo numero Æonum exstitisse, sed inferioris cujusdam ordinis, ex eorum videlicet grege fuisse, qui infra aliam Ogdoadem collocantur. De Christo aliisque dogmatibus eadem cum auctore veneni sui ac ministratore Valentino statuit. Quare cum haud ita multa sint ab isto diversis ac peregrinis explicata vocibus, pauca hæc quæ dicta sunt sufficere putavi, quæ per seipsa satis ad refellendum argumentorum suppeditant. Sed de illo tamen breviter quoque disputandum est, ne ideo, quod contra ipsum afferre nihil possemus, prætermisisse videamur. Igitur si Tetrades ex illorum opinione dextræ sunt ac sinistræ, medium inter eas quiddam assignari oportet, propterea quod quidquid dextros habet ac sinistros ordines, in eorum medio collocari necesse est; **209** neque dextra vel sinistra uspiam esse possunt, nisi ex interjecto corpore utriusque partis discrimen petatur. Quamobrem, stolidissime mortalium Secunde, vosque Secundiani omnes, medium erit unum aliquid, cui sinistra dextraque quæ dicuntur subjecta sint: neque ab uno illo alienum id esse poterit, quod ei subjicitur dextrum aut sinistrum: atque ita ad unam quamdam naturam universa referentur, qua nihil

ΚΑΤΑ ΣΕΚΟΥΝΔΙΑΝΩΝ,

Οἷς συνήφθη Ἐπιφάνης καὶ Ἰσίδωρος, δωδεκάτη, ἢ καὶ τριακοστὴ δευτέρα.

Α'. Παρελθόντες δὲ τὴν τοῦ Οὐαλεντίνου αἵρεσιν, καὶ πολλὰ μοχθήσαντες ἐν τῇ ἀκανθώδει αὐτοῦ σπορᾷ, διὰ πολλοῦ, ὡς εἰπεῖν, καμάτου καὶ γεωργικῆς κακοπαθείας ἐπὶ τὰ λείψανα τῆς ἀκανθώδους αὐτοῦ σπορᾶς καὶ ἑρπετώδους αὐτοῦ θηριομορφίας ἐλευσόμεθα, τὸ ἅγιον Πνεῦμα αἰτησάμενοι παρὰ Χριστοῦ, εἰς τὸ δι' αὐτοῦ ἐπισπάσαι ταῖς ψυχαῖς τῇ ἐν Θεῷ διδασκαλίᾳ καὶ σεμνῷ λόγῳ, καὶ τοὺς ἰοὺς ἀνασπάσαι δυνηθῆναι ἀπὸ τῶν οὕτω προειρημένων (84). Ἄρξομαι δὲ περὶ τούτων λέγειν κατὰ διαδοχήν, τίς τίνος διάδοχος γεγένηται τῶν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένων, καὶ ἑτέραν παρὰ τὴν ἐκείνου σποράν διδασκόντων.

Israel [a]. Item apud alium prophetam: *Si justum est vobis, date mercedem meam, aut abdicate* [b]. Item alius propheta: Dederunt argentum pretium appretiati. Et dixit: Mitte in fundibulum, et vide an probum sit, ut probatus sum a filiis Israel.

Η'. Καὶ πόσα ἐστὶν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς συλλέγειν περὶ τῶν τελειωθέντων ἐν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, οὐ κατὰ τὴν Ἰούδα πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐνέργειαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ ἐκ προαιρέσεως ἑαυτοῦ παράδοσιν καὶ οἰκονομίαν τοῦ σταυροῦ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας; Οἶδα δὲ εἰς πολὺν ὄγκον ἄγων τὰς μαρτυρίας· ὡς λέγει πάλιν ἄλλος προφήτης· *Γενέσθω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. Ὃς πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ ἔγκατα* [2] *αὐτοῦ.* Καὶ τὸ πέρας, ἀγχόνῃ χρησάμενος, ἔδειξε τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ σωτηρίας διολέσας, τῷ διαπεσεῖν τῆς ἐλπίδος, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἄταντον καὶ προπετῆ κατὰ τοῦ Δεσπότου αὐτοῦ ἐπιβουλήν, καὶ ἕνεκεν φιλαργυρίας ἐπ' ἀρνησιθεΐαν· ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτῶν ἀριθμὸν Ματθίαν κατέστησαν, λέγοντες· *Ἀφ' οὗ παρέβη Ἰούδας, ἀπελθεῖν εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.* Ποῖον δὴ τοῦτον, ἀλλ' ἢ ὃν ἀπεφήνατο αὐτῷ ὁ Σωτὴρ, λέγων, ὅτι ἔστιν υἱὸς ἀπωλείας; Ἔνθα ἔσχεν ἀντὶ μερίδος μερίδα, καὶ ἀντὶ ἐπισκοπῆς ἀποστολικῆς τὸν τόπον τῆς ἀπωλείας.

283 VIII. Quam multa possumus e Scripturis sacris afferre, de iis quæ in Christo Domino perfecta sunt, non ea quidem ab Juda ex ulla commodandi voluntate profecta, sed ex eo nimirum quod Salvator noster ac Dominus Jesus Christus Deus pro nobis sese non necessitate compulsus, sed sponte sua tradidit, et administrandæ salutis nostræ causa crucem subiit. Ego vero non ignoro quam infinitum sit testimonia omnia persequi. Velut quod ab alio propheta scriptum est: *Fiat habitatio ejus deserta, et episcopatum ejus accipiat alter* [c]. *Qui suspensus crepuit medius; diffusa sunt omnia viscera ejus* [d]. Ac postremo laqueo gulam frangens, quid egisset ostendit, cum omni se salute spoliasset, eo ipso quod ob subitam illam ac temere susceptam contra Dominum perfidiam ab æternitatis spe in divini Numinis abnegationem incidisset. Unde et apostoli ejus loco Matthiam in numerum suum allegerunt, dicentes: *Ex quo Judas prævaricatus est, ut abiret in locum suum* [e]. Quemnam, obsecro; nisi quem Salvator eidem ostenderat, cum eum perditionis filium appellavit [f]? Hic enim illi perditionis attributus est locus: in quo partis loco partem alteram, hoc est illam pro apostolico episcopatu exitii sedem adeptus est.

Περὶ τούτου δὲ ἱκανῶς ἔχειν τὰ εἰρημένα νομίσαντες, καθεξῆς πάλιν ἐφ' ἑτέραν ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί, τὰ σκολιὰ πάλιν καὶ θηριώδη διδάγματα [3] καὶ ἰοβόλα ἀποκαλύπτοντες τῶν παρὰ ταῖς λοιπαῖς ἐξ ἐπιπλάστου διαβολικῆς ἐπινοίας τῷ κόσμῳ λύμης ἕνεκα ἐμβεβροντημένων. Τῶν γὰρ τοιούτων τὴν γνώμην τῶν τοῦ χείρονος ὀρεγομένων, ἐφκυΐαν τῷ γένει τοῦ βουπρήστου κανθάρου (50), ἀποκαλύψαντες, οὖσάν τε ἐπιβλαβῆ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καταθλάσαντες, τὴν τῶν ἄλλων ἔρευναν τὸν νοῦν ἐπιβαλόμενοι, τὸν Θεὸν ἀρωγὸν ἐπικαλεσώμεθα, ὦ Χριστοῦ παῖδες.

De quo cum satis superque, quantum opinor, hactenus a nobis disputatum sit, ad aliam hæresim transeamus: ac tortuosa, venenataque illorum dogmata detegamus, qui cæteris in sectis callido dæmonis instinctu sic tanquam fulmine quodam perciti, et communem ad orbis pestem ac perniciem afflati sunt. Posteaquam enim istiusmodi hominum, qui deterioribus quibusque delectantur, opinionem, buprestarum generi similem (scarabeorum ea species est) patefecimus, penitusque mortiferam divina ope comminuimus, ad inquirendas cæteras eamdem, o Christi filii, Numinis opem ac præsidium imploremus.

ΚΑΤΑ ΣΗΘΙΑΝΩΝ,

Ἐννεακαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἐννάτη.

284 CONTRA SETHIANOS,

Quæ est hæresis XIX sive XXXIX.

Α'. Σηθιανοὶ πάλιν αἵρεσις ἑτέρα ἐστὶν, οὕτω καλουμένη. Οὐ πανταχοῦ δὲ αὕτη εὑρίσκεται, οὔτε ἡ πρὸ ταύτης ἡ τῶν Καϊανῶν λεγομένη. Τάχα δὲ ἤδη καὶ αἱ πλείους τούτων ἐξερριζώθησαν ἐκ τοῦ κόσμου. Τὸ γὰρ οὐκ ἐκ Θεοῦ ὂν οὐ σταθήσεται, ἀλλὰ καιρῷ μὲν ἀκμάζει, εἰς τὸ παντελὲς δὲ διαρκῶς οὐκ ἐμπαραμένει. Τάχα δὲ οἶμαι ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ συντετυχηκέναι καὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει. Οὐ γὰρ ἀκριβῶς τὴν χώραν μέμνημαι, ἐν ᾗ αὐτοῖς συνέτυχον.

I. Alia est Sethianorum hæresis, quæ non ubique reperitur, uti nec Caianorum, contra quam proxime disputavimus. Ac nescio an non pleræque sectarum istiusmodi radicitus exstirpatæ sint. Quidquid enim a Deo non est, consistere non potest, sed etsi aliquanto tempore vigeat, perenne nihilominus esse nequit. Quod nisi me fallit memoria, puto me cum in Ægypto essem in eam hæresin incidisse, neque enim penitus loci recordor, ubi cum istis

[1] *γρ.* ἀπὸ τῶν. [2] *γρ.* σπλάγχνα [3] Vet. δήγματα.
[a] Matth. xxvii, 5-9. [b] Zach. xi, 12. [c] Psal. cviii, 8.
[d] Act. i, 18 [e] ibid. 25. [f] Joan. xvii, 12.

(50) *Τοῦ βουπρήστου καρθάρου.* Ælianus l. vi, c. 35, Plinius l. xxxx, c. 4: *Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi: fallit inter herbas borem maxime; unde et nomen invenit; devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

congressus sum. Quamobrem quæ ad eos pertinent partim oculis ipsis usurpavimus, partim ex illorum monimentis percepimus.

Igitur Sethiani a Setho Adami filio genus se traxisse gloriantur. Quem quidem magnopere prædicant; eique quæ ad virtutem ac justitiam pertinent omnia, earumque signa, ac cætera generis hujus attribuunt. Eumdemque Christum nominant, et ipsummet Jesum fuisse confirmant. Atque hunc in modum suum illud dogma declarant. Ab angelis enim, non a superiore vi, producta esse dicunt omnia.

II. Nam cum superiore Caianorum hæresi hac ex parte consentiunt, quod asserunt, duos ab initio nomines exstitisse, a quibus Cainus et Abelus exorti sunt. De quibus inter se dissidentes angeli contra se mutuo venerunt : idque perfecerunt, ut Abelum fratrem Cainus occideret. Siquidem de amborum illorum hominum generationibus, a quibus Cainus et Abelus producti sunt, pugnantibus angelis, acris est coorta contentio. Sed enim victoria penes vim illam superiorem fuit quam matrem esse, feminamque definiunt. Quippe matres ab his in cœlo, et feminæ, maresque collocantur; ac propemodum etiam generis necessitudines, stirpiumque capita. Posteaquam igitur, ut aiunt, vicit illa mater ac femina, et Abelum interfectum esse cognovit, secum animo cogitans, Sethi generationem procuravit, eique vim suam indidit. Proinde **285** vis illius superioris semina quædam aspersit, ac scintillam immisit, quæ ad primam illam seminis propagationem constitutionemque lapsa de cœlo fuerat. Quam quidem justitiæ constitutionem ac seminis electionem fuisse jactant, quo utriusque beneficio angelorum vires everterentur, qui et mundum fabricaverant, et duos homines initio produxerant. Quas ob causas Sethi genus separatim ab illa origine deductum est, utpote electum et ab reliqua stirpe sejunctum. Progredientibus deinceps temporibus, et utraque sobole in unum conflata, hoc est Caino et Abelo convenientibus invicemque permistis, omnium mater ea re animadversa generis humani semina integra ac sincera repræsentare constituit, cum, uti diximus, Abel esset occisus. In Sethum illud delegit, et ab omni labe purum ostendit. In eumque solum cœlestis illius vis suæ ac sinceritatis genus immisit.

III. Rursum vero cum promiscuam perturbationem, et angelorum hominumque temerarios impetus cerneret, quod commista simul genera illa duo fuissent, qua ex confusione nova quædam essent genera constituta, eadem illa parens femina progrediens aquarum eluvione contrariam omnem factionem funditus exstinxit, ut incorrupta ac justa Sethi stirps ad cœleste genus scintillamque justitiæ conflatam in terris sola retineretur. Verum clam ipsa

Καὶ τὰ μὲν κατὰ ἱστορίαν φύσει αὐτοψίᾳ περὶ ταύτης ἔγνωμεν, τὰ δὲ ἐκ συγγραμμάτων

Οὗτοι γὰρ οἱ Σηθιανοὶ ἀπὸ Σὴθ τοῦ υἱοῦ Ἀδὰμ σεμνύνονται τὸ γένος κατάγειν. Αὐτὸν δὲ δοξάζουσι, καὶ εἰς αὐτὸν πάντα ὅσαπερ ἀρετῆς εἶναι[1] ἀναφέρουσι, τά τε τῆς ἀρετῆς τεκμήρια καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὅσα τοιαῦτα ὑπάρχει. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὀνομάζουσι, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν διαβεβαιοῦνται. Διδάσκουσι δὲ αὐτῶν τὴν διδασκαλίαν οὕτω· Ὅτι, φησί, ἐξ ἀγγέλων γεγένηται τὰ πάντα, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἄνω δυνάμεως.

Β'. Οὗτοι γὰρ συνῳδὰ λέγουσι τῇ πρώτῃ αἱρέσει τῶν Καϊανῶν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος· γεγενῆσθαι ἐξ ὑπαρχῆς εὐθὺς δύο ἀνθρώπους, καὶ ἐκ τῶν δύο εἶναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ. Περὶ τούτων τε στασιάσαντας τοὺς ἀγγέλους, εἰς ἀλλήλους ἥκειν· οὕτω τε πεποιηκέναι ἀποκτανθῆναι τὸν Ἄβελ ὑπὸ τοῦ Κάϊν. Ἦν γὰρ ἡ στάσις τοῖς ἀγγέλοις, ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, τοῦ γεγεννηκότος τὸν Κάϊν καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ. Κεκρατηκέναι δὲ τὴν ἄνω δύναμιν, ἣν Μητέρα φάσκουσι, καὶ θήλειαν. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἶναι καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας, καὶ ἄρσενας· ὀλίγου δὲ δεῖν καὶ συγγενείας καὶ πατριαρχίας λέγειν. Ἐπεὶ οὖν κεκράτηκε, φασὶν, ἡ Μήτηρ καὶ θήλεια καλουμένη, γνοῦσα, ὅτι ἀπέκτανται Ἄβελ, ἐνθυμηθεῖσα, ἐποίησε γεννηθῆναι τὸν Σὴθ, καὶ ἐν τούτῳ ἔθηκε τὴν αὐτῆς δύναμιν. Καὶ καταλαβοῦσα[2] ἐν αὐτῇ σπέρμα τῆς ἄνωθεν δυνάμεως, καὶ τὸν σπινθῆρα τὸν ἄνωθεν πεμφθέντα εἰς πρώτην καταβολὴν τοῦ σπέρματος καὶ συστάσεως. Καὶ εἶναι ταύτην σύστασιν τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἐκλογὴν σπέρματος καὶ γένους· ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστάσεως, καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν καὶ τὸ γένος τοῦ Σὴθ ἀφορισθὲν ἐντεῦθεν κατάγεται, ἐκλογῆς ὂν καὶ διακεκριμένον τοῦ ἄλλου γένους. Προβαινόντων δὲ τῶν καιρῶν, φασὶ, καὶ ὁμοῦ ὄντων τῶν δύο γενῶν, τοῦ τε Κάϊν καὶ τοῦ Ἄβελ εἰς τὸ αὐτὸ συνελθόντων, διὰ κακίαν πολλὴν, καὶ ὁμοῦ μιχθέντων, ἀποβλέψασα ἡ πάντων Μήτηρ, καθαρὸν τὸ σπέρμα τῶν ἀνθρώπων ἠβουλήθη ἀπεργάσασθαι, ὡς προεῖπον, διὰ τὸν Ἄβελ ἀπεκτάνθαι. Καὶ τοῦτον τὸν Σὴθ ἐξελέξατο, καὶ καθαρὸν ἔδειξε. Καὶ ἐν τούτῳ τὸ γένος μόνῳ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ καθαρότητος κατέθετο.

Γ'. Ἰδοῦσα δὲ πάλιν πολλὴν ἐπιμιξίαν, καὶ ἄταχτον ὁρμὴν τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰς μίξιν τῶν δύο γενῶν ἐλθόντων, καὶ συστάσεις γενῶν τινας τὴν αὐτῶν ἀταξίαν ἐμποιήσασαν, πορευθεῖσα πάλιν ἡ αὐτὴ Μήτηρ τε καὶ θήλεια κατακλυσμὸν ἤνεγκε, καὶ ἀπώλεσε πᾶσαν στάσιν ἀνθρώπου παντὸς γένους ἐναντίου· ἵνα δῆθεν τὸ καθαρὸν γένος τὸ ἀπὸ τοῦ Σὴθ, καὶ δίκαιον, μόνον μείνῃ ἐν κόσμῳ, εἰς σύστασιν τοῦ ἄνωθεν γένους τε καὶ σπινθῆρος τῆς δικαιοσύνης. Ἐλα-

[1] Deest ἔοικεν, vel ἐστὶ leg. [2] F. καταβαλοῦσα.

Digitized by Google Распознавание текста

θον δὲ αὐτὴν πάλιν οἱ ἄγγελοι, καὶ εἰσέδυσαν τὸν Χὰμ εἰς τὴν κιβωτὸν, ὄντα τοῦ αὐτῶν σπέρματος. Ὀκτὼ γὰρ ψυχῶν σωθεισῶν ἐν τῇ τότε λάρνακι τοῦ Νῶε, ἑπτὰ μὲν εἶναι τοῦ καθαροῦ γένους φασί· τὸν δὲ ἕνα εἶναι τὸν Χὰμ τῆς ἄλλης δυνάμεως ὑπάρχοντα, ὃν εἰσδῦναι λαθόντα τὴν ἄνω Μητέρα. Ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δὲ τὸ τοιοῦτο συσκευασθὲν, οὕτως ἀποτελεσθῆναι. Ἐπειδὴ γὰρ, φασὶ, ἔγνωσαν οἱ ἄγγελοι, ὅτι μέλλει πᾶν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπαλείφεσθαι ἐν τῷ κατακλυσμῷ, πανουργίᾳ τινὶ τὸν προειρημένον Χὰμ εἰς διατήρησιν τοῦ ὑπ' αὐτῶν κτισθέντος γένους τῆς κακίας παρεισέβαλον. Καὶ ἐκ τούτου λήθη καὶ πλάνη περὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἄτακτοι φοραὶ ἁμαρτημάτων, καὶ πολυμιξία κακίας ἐν τῷ κόσμῳ γεγένηται. Καὶ οὕτως ὁ κόσμος εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀταξίας αὖθις ἀνέκαμψε, καὶ ἐνεπλήσθη κακῶν, ὡς ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ κατὰ σπέρμα καὶ κατὰ διαδοχὴν γένους ὁ Χριστὸς ἦλθεν αὐτὸς Ἰησοῦς, οὐχὶ κατὰ γένη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνώς· ὃς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ, ὁ τότε καὶ Χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τῆς μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος.

A rursus angeli Chamum e genere suo prognatum in arcam introducunt. Nam ex octo capitibus illis, quæ in Noemi arca servata leguntur, sincerioris generis septena fuisse prædicant, octavum vero nomine Chamum ab aliena vi productum latuisse cœlestem matrem, et in arcam irrepsisse; et id ipsum angelorum fraude ac consilio esse perfectum. Cum enim, ut aiunt, didicissent illi, genus omne suum diluvii aquis exterminandum, mira calliditate, quo mali generis, cujus auctores erant, reliquias foverent, Chamum in arcam inculcant. A quo in humanum genus error, et oblivio, atque inconsiderati flagitiorum impetus, et scelerum varietas multiplex in orbem terrarum erupit. Atque ita mundus ad pristinam perturbationem **286** denuo revolutus, B perinde atque ante diluvium, malorum copia redundavit. Cæterum a Setho continuata generis successione Jesus Christus prodiit, non ipse quidem generis stirpe procreatus, sed in hunc mundum admirabiliter introductus. Idem enim qui illis temporibus Sethus fuit, modo Christus appellatus a cœlesti matre de cœlo missus ad homines descendit.

Δ'. Ταῦτα πάντα οὕτω γεγενῆσθαί φασιν ἐκεῖνοι. Μωρὰ δὲ, καὶ ἀδρανῆ, καὶ κενοφωνίας ἔμπλεα τὰ τοιαῦτα κηρύγματα, ὡς παντὶ τῷ δῆλόν ἐστιν. Οὐ γὰρ δύο ἄνθρωποι ἐπλάσθησαν, ἀλλὰ εἷς ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ὅ τε Κάϊν καὶ Ἄβελ, καὶ Σήθ. Καὶ οὐκέτι ἐκ δύο ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν γενῶν ὅλων τοῦ Ἀδὰμ ἐχόντων τὰς ἑαυτῶν συστάσεις ἐν τῷ κόσμῳ. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκ τοῦ Νῶε πάλιν τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ οὐκ ἐκ διαφόρων, ἀλλὰ ἀπὸ ἑνὸς τοῦ Νῶε, τοῦ κατὰ διαδοχὴν ἐκ σπέρματος τοῦ Σὴθ, πᾶν γένος τῶν ἀνθρώπων, οὐκ εἰς δύο αἱρούμενον [1], ἀλλὰ εἰς ἓν γένος. Ἀφ' οὗπερ καὶ Νῶε, καὶ ἡ αὐτοῦ γυνὴ, καὶ Σὴμ, καὶ Χὰμ, καὶ Ἰάφεθ, οἱ τούτου παῖδες καὶ τρεῖς γυναῖκες τῶν αὐτοῦ παίδων ἀπὸ τοῦ Σὴθ τὸ γένος κατάγουσι πάντες, καὶ οὐχὶ ἀπὸ δύο ἀνθρώπων τῶν μὴ γενομένων κατὰ τὴν τούτων μυθοποιΐαν.

IV. Hoc modo illi universa statuunt. Verum quam stolida, quam porro imbecilla, ac vana sint quæ ab illis jactantur, nemo non videt. Neque enim duo conditi sunt homines, sed unus duntaxat Adamus: a quo Cain, et Abel, Sethusque geniti. Tum reliquæ deinceps ad diluvium usque generationes non a duobus hominibus, sed ex uno solum capite, nimirum Adamo, profecta sunt. Sed et ab uno rursus C Noemo post diluvium, non a diversis insequentium origo deducitur; a Noemo, inquam, qui e Sethi prosapia fuit, genus hominum omne derivatum est, non bifariam divisum, sed una stirpe comprehensum. Ex qua tam Noemus, quam ejus uxor prodilt, eorumque liberi Sem, Cham, Japhet: necnon et singulorum conjuges; qui quidem omnes unius e Sethi genere procreati sunt, non a duobus hominibus producti: qui nunquam in terris fuerunt, quemadmodum isti fabulantur.

Ε'. Βίβλους δέ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν, ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ἑπτὰ λέγοντες εἶναι βίβλους· ἄλλας δὲ βίβλους ἑτέρας ἀλλογενεῖς οὕτω καλοῦσιν· ἄλλην δὲ ἐξ ὀνόματος Ἀβραὰμ, ἣν καὶ Ἀποκάλυψιν φάσκουσιν εἶναι, πάσης κακίας ἔμπλεων· ἑτέρας δὲ ἐξ ὀνόματος τοῦ Μωϋσέως, καὶ ἄλλας ἄλλων. Εἰς μωρίαν δὲ πολλὴν τὸν νοῦν ἑαυτῶν κατάγοντες, γυναῖκά τινα Ὡραίαν λέγουσιν εἶναι τοῦ Σήθ. Ὅρα δέ μοι, ἀγαπητὲ, τὴν τούτων ἄνοιαν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καταγνῷς τῆς αὐτῶν δραματουργίας, καὶ μυθώδους ματαιοφροσύνης, καὶ ἐπιπλάστου ληρολογίας. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἄλλαι τινὲς αἱρέσεις, αἵτινες δύναμί τινα εἶναι λέγουσιν, ἣν καλοῦσιν ὀνομαστικῶς Ὡραίαν. Τὴν παρ' ἄλλοις τοίνυν νομιζομένην δύναμιν, Ὡραίαν τε καλουμένην, οὕτω γυναῖκα τοῦ Σὴθ λέγουσιν. Ὅθεν δυνάμεθά τε ἀποδείξαι, ὡς ἴστε,

V. At enim certos libros clarissimorum virorum nominibus inscriptos circumferunt. Ex quibus septem omnino Setho tribuunt; alios vero ἀλλογενεῖς, hoc est, generis alterius nuncupant. Est et alius liber falso Abrahami nomine, quem pro Apocalypsi venditant, omni nequitia refertus. Præter quem alterum a Moyse, reliquos ab aliis editos esse mentiuntur. Ad hæc, quæ est illorum stoliditas ac vecordia, uxorem Sethi Horæam nescio quam nominatim vocant. In quo vide, quæso, quam inepti sint, ut illorum velut scenica commenta, stultissimasque fabulas ac temere conficta mendacia omni ex parte condemnes. Nam cum nonnullæ sint hæreses quæ vim quamdam esse statuunt, quæ Horæa nominetur: illi vim ejusmodi, Horæamque Sethi conjugem exstitisse prædicant. Ex quo demonstrari,

[1] Cod. διαιρούμενα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ut videtis, illud potest, hominem fuisse Sethum illum; nec ab **287** aliis origine diversum, utpote Caini et Abeli germanum, ab iisdemque parentibus in lucem editum. *Cognovit enim*, ut Scriptura dicit, *Adam uxorem suam Evam; quæ concepit, et peperit Cain* [1]. Hoc enim ei nomen imposuit, quod *possessionem* significat, dicens: *Possedi filium per Dominum Deum* [2]. Ac rursus Abelum peperit. *Cognovit*, inquit, *Adam Evam conjugem suam: quæ concepit, et peperit filium; quem Abelum vocavit* [3]. Tum multis interjectis, post Abeli mortem: *Cognovit*, inquit, *Adam uxorem Evam, quæ concepit, et peperit filium, et vocavit Sethum*, quod *compensationem* sonat. *Excitavit enim*, inquit, *mihi Deus stirpem pro Abelo, quem interfecit Cain* [4]. Jam cum ita loquitur: *Possedi hominem per Deum*; et, *Excitavit mihi Deus*; unum esse Deum indicat, qui et universa condiderit, et eos ipsos qui geniti sunt benigne concesserit. Quod vero uxores ambo illi, Cainus ac Sethus, habuerint, minime est obscurum. Nam Abelus matura nondum ætate sublatus est e medio: neque se matrimonio conjunxerat.

A ἀγαπητοὶ, καὶ φύσει ἄνθρωπον τὸν Σὴθ, καὶ οὐχὶ ἀνωθέν τι παρηλλαγμένον, ἀδελφὸν δὲ ὄντα φύσει τοῦ Κάϊν καὶ Ἄβελ ἐξ ἑνὸς πατρὸς καὶ μιᾶς μητρός. *Ἔγνω γὰρ, φησὶν, Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν·* καὶ ἐπέθετο αὐτῷ ὄνομα Κάϊν, ὅπερ ἑρμηνεύεται *κτίσις*, λέγων· *Ἐκτησάμην υἱὸν διὰ Κυρίου Θεοῦ·* καὶ πάλιν τὸν Ἄβελ· *Ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἄβελ.* Καὶ μετὰ πολλὰ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Ἄβελ· *Καὶ ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ,* ὅπερ ἑρμηνεύεται *ἀνταλλαγή·* *Ἀνέστησε γάρ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν.* Τὸ δὲ, *Ἐκτησάμην διὰ Θεοῦ*, καὶ, B *Ἀνέστησέ μοι ὁ Θεὸς*, ἕνα Θεὸν δείκνυσι τὸν πάντων ποιητὴν, καὶ δότην τῶν γεγεννημένων. Ὅτι δὲ οὗτοι ἔσχον γυναῖκας, ὅ τε Κάϊν καὶ ὁ Σὴθ, δῆλον. Ὁ γὰρ Ἄβελ νεώτερος ἀπεκτάνθη, μηδέπω γήμας.

VI. Exstant in Jubilæis, qui liber Genesis Parva dicitur, uxorum Caini Sethique nomina, ut qui conficta illas fabulas in hominum vitam invexerunt, pudore omnino suffundantur. Etenim cum Adamus utriusque sexus liberos suscepisset, necesse per illa tempora fuit, ut filii matrimonia cum sororibus inirent. Neque id erat interdictum: propterea quod genus aliud erat hominum nullum. Quin etiam Adamus ipse cum sua, ut ita dicam, filia C conjugio sociatus est, quam de ejus corpore Deus effinxerat: nefas enim illud non erat. Et ex illius liberis, Cainus sororem natu majorem duxit, Savem nomine. Sethus porro Adami filiorum tertius post Abelum genitus cum alia sorore Azura conjunctus est. Fuerunt et alii Adamo liberi, ut in Parva illa Genesi scriptum est, novem scilicet secundum priores illos tres, ut in totum filias duas, mares duodecim susceperit; e quibus occisus unus, undecim superstites relicti sunt. Quæ omnia in mundi Originibus, ac primo Mosis volumine his verbis significantur: *Et vixit Adam annis nongentis triginta, et genuit filios et filias, et mortuus est* [5].

Ϛ'. Ὡς δὲ ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ Λεπτογενέσει καλουμένῃ, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τοῦ τε Κάϊν καὶ τοῦ Σὴθ ἡ βίβλος περιέχει· ἵνα κατὰ πάντα τρόπον οὗτοι καταισχυνθῶσιν, οἱ τοὺς μύθους τῷ βίῳ ῥαψῳδήσαντες. Τοῦ γὰρ Ἀδὰμ γεννήσαντος υἱοὺς καὶ θυγατέρας, ἀνάγκη γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀδελφαῖς ταῖς ἰδίαις συναφθῆναι τοὺς παῖδας. Οὐ γὰρ ἦν παράνομον τὸ τοιοῦτον· ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον γένος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ σχεδὸν τῇ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, κατὰ συζυγίαν αὐτῷ ἐκ Θεοῦ πεπλασμένῃ, καὶ οὐκ ἦν παράνομον· οἵ τε τούτου υἱοὶ συνήφθησαν ὁ μὲν Κάϊν τῇ ἀδελφῇ τῇ μείζονι Σαυὴ, οὕτω καλουμένῃ, ὁ δὲ Σὴθ τρίτος υἱὸς μετὰ τὸν Ἄβελ γεννηθεὶς τῇ λεγομένῃ αὐτοῦ ἀδελφῇ Ἀζουρᾶ. Γεγόνασι δὲ τῷ Ἀδὰμ καὶ ἄλλοι υἱοὶ, ὡς ἡ Λεπτὴ Γένεσις περιέχει, ἐννέα μετὰ τοὺς τρεῖς τούτους· ὡς εἶναι αὐτῷ δύο μὲν θυγατέρας, ἄῤῥενας δὲ δεκαδύο· ἕνα μὲν ἀποκτανθέντα, ἑνδεκα δὲ περιλειφθέντας τῷ βίῳ. Ἔχεις δὲ καὶ τούτων τὴν ἔμφασιν ἐν τῇ Γενέσει τοῦ κόσμου, καὶ πρώτῃ βίβλῳ παρὰ Μωϋσεῖ οὕτω φασκούσῃ· *Καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε.*

288 VII. Cæterum amplificato hominum genere, auctoque posterorum Adami numero, honestissimi matrimonii pudori accuratioribus paulatim legibus est D consultum. Ubi enim Adamo filii ac nepotes obtigerunt; ex iisque filiæ generis successione procreatæ; tum demum sorores in matrimonio habere non licuit. Itaque vel ante scriptam a Moyse Legem honesta-

Ζ'. Πλατυνθέντων δὲ τῶν ἀνθρώπων (51), καὶ τῆς γενεᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἐπεκτεινομένης, ἡ ἀκρίβεια ἡ κατὰ τὸν γάμον τὸν σεμνὸν ἐπλατύνετο καθεξῆς προβαίνουσα. Καὶ ἐπείπερ γεγόνασι παῖδες τῷ Ἀδὰμ, καὶ παῖδες παίδων· θυγατέρες δὲ ἐκ τούτων κατὰ διαδοχὴν γένους ἐγεννήθησαν· λοιπὸν οὐκέτι τὰς αὐτῶν ἀδελφὰς πρὸς γάμον ἤγοντο. Ἀλλὰ εἰς εὐνομίαν κατ-

[1] Gen. IV, 1. [2] ibid. [3] ibid. 2. [4] ibid. 25. [5] Gen. V, 4.

(51) *Πλατυνθέντων δὲ τῶν ἀνθρώπων.* Hæc quidem Epiphanii sententia est, quam et Augustinus lib. XXII *cont. Faust.* cap. 35, et Hieron. *cont. Helvid.* tuentur: Abrahami tempore nefas fuisse sorores ex altero parente ducere. Sed reclamant plerique, qui Saram Abrahami sororem fuisse non dubitant, quod et Abrahamus ipse, Gen. XI, diserte profitetur. Imo vero et Davidis tempore fortasse licuit. Alioqui Thamar Amnon fratri suo non diceret, ut se conjugem a parente postularet, II Reg. XXIII. Quanquam scio hæc aliter accipi.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐστη, καὶ πρὸ τοῦ διὰ Μωϋσέως ἐγγράφου νόμου ὁ κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον θεσμός· καὶ ἐκ τῶν πατραδέλφων αὐτῶν τὰς γαμετὰς ἑαυτῶν ἤγοντο. Καὶ οὕτω πλατυνομένων ἄρτι τῶν ἀνθρώπων ἐμίγη τὰ δύο γένη, τοῦ τε Κάϊν πρὸς τὸ γένος τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ Σὴθ πρὸς θάτερον, καὶ τὰ ἄλλα τῶν υἱῶν τοῦ Ἀδὰμ γένη. Ἐντεῦθεν λοιπὸν τοῦ κατακλυσμοῦ ἄρδην τὸ πᾶν τῆς στάσεως τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσαντος, διαπεφύλακται μόνος Νῶε εὑρὼν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, δίκαιος εὑρεθεὶς ἐν τῇ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γενεᾷ. Λάρναξ δὲ κατὰ τὰ ἤδη πρότερον ἡμῖν εἰρημένα κατεσκεύασεν ἑαυτῷ ἐκ προστάγματος Θεοῦ, ὡς ἔχουσιν αἱ ἀληθιναὶ Γραφαί. Ἐν ᾗ διασεσῶσθαι ἡ αὐτὴ φάσκει τῆς Ἀληθείας βίβλος αὐτόν τε καὶ τὰς προειρημένας αὐτῷ ἅμα ἑπτὰ ψυχάς· φημὶ δὲ τήν τε ἰδίαν σύζυγον, καὶ τοὺς τρεῖς υἱοὺς, γυναῖκάς τε τούτων ὁμοίως τρεῖς. Ἐκ τούτου δὲ λείψανα γεγενῆσθαι τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον συστάσεως ἐν κόσμῳ πάλιν ἡ ἀλήθεια συνίστησιν. Ὅθεν κατὰ γενεὰν προβαινόντων, καὶ κατὰ διαδοχὴν υἱοῦ πατέρα διαδεχομένου, εἰς γενεὰς πέντε ὁ αἰὼν ἐλήλακε.

Καὶ γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ τῆς Βαβυλῶνος κτίσις ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, καὶ ὁ ὑπ' αὐτῶν οἰκοδομηθεὶς τότε πύργος. Ἦσαν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὡς ἤδη ἐν ταῖς πρότερον αἱρέσεσι διηγησάμην, κατὰ τὸν εἰρμὸν τῶν ἄνω μοι γενεῶν πραγματευθεισῶν οἱ πάντες ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν, ἀρχηγοί τε καὶ κεφαλαιῶται, τοῦ μὲν Χὰμ γένους τριακονταδύο, καὶ τοῦ Σὴμ δεκαπέντε, τοῦ δὲ Ἰάφεθ εἰκοσιπέντε[1]. Καὶ οὕτως ὁ πύργος καὶ ἡ Βαβυλὼν ἐγένετο. Ἐκ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν φυλαί τε καὶ γλῶσσαι. Καὶ ἐπείπερ οἱ ἑβδομηκονταδύο τότε τὸν πύργον οἰκοδομοῦντες ταῖς γλώσσαις διεσκεδάσθησαν συγχυθέντες, καὶ ἀπὸ μιᾶς ἧς ἤδεσαν ἐμπνευσθέντες ἐκ Θεοῦ βουλήσεως, ἄλλος ἄλλην ἐσχήκασιν. Ἐξ ὧνπερ καὶ μέχρι δεῦρο ἡ σύστασις τῶν λαλιῶν ἐνέστηκεν· ὥστε βουλομένῳ ἐνεστιν εὑρεῖν ἕκαστον ἀρχηγὸν ἑκάστης γλώσσης· ὡς Ἰωυὰν μὲν τὴν Ἑλληνίδα ἔσχεν, ἐξ οὗπερ καὶ Ἴωνες κέκληνται, οἱ τὴν παλαιὰν γλῶσσαν τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες· Θήρας δὲ τῶν Θρᾳκῶν· Μοσὸχ τὴν Μωσσυνοίκων γλῶσσαν· Θωβὲλ τὴν τῶν Θετταλῶν· Ἐλοὺδ τὴν Λυδῶν· Γεφὰρ τὴν Γασφηνῶν· Μιστρὲμ τὴν τῶν Αἰγυπτίων· Ψοῦς τὴν τῶν Ἀξουμιτῶν· Ἀρμὼτ τὴν τῶν Ἀράβων· καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος, ἵνα μὴ καθένα λέγω, ἰδίαν ἐνεπνεύσθη γλῶσσαν. Καὶ οὕτως ἑκάστης γλώσσης ἡ διαδοχὴ ἐν τῷ κόσμῳ πεπλάτυνται.

rum nuptiarum status optimis decretis constitutus est. Ergo consobrinas ducere mos fuit. Qua ratione factum est ut, multiplicatis hominibus, duo in unum genera miscerentur, Caini videlicet ac Sethi; tum deinceps reliquæ filiorum Adami stirpes promiscue jungerentur. Postea cum aquarum exundatio humani generis statum funditus delevisset, unus ex omnibus Noemus servatus est, qui gratiosus apud Deum exstiterat, quod ætate sua justus esset inventus. Hic, ut ante memoravimus, arcam sibi Deo jubente fabricatus est, quemadmodum germana divinæ legis monimenta testantur. Qua quidem in arca servatum Noemum in eodem sinceræ Scripturæ volumine proditum est, cum eoque septem, quæ ante nominavimus, capita, hoc est conjugem ipsius cum tribus liberis, ac totidem eorum uxoribus. Quamobrem generis humani reliquias in hunc mundum a Noemo productas esse veritatis ipsius testimonio constat. Ex quo multiplicata prole, perpetuaque sobolis successione quinque in terris stirpium sunt facta divortia.

Quo tempore Babylon in Assyria ab iisdem illis exstructa, qui et turrim condiderunt. Erantque tum, uti in superioribus hæresibus ex generationum a nobis instituta serie demonstratum est, homines ferme LXXII stirpium auctores, et capita. Nimirum ex Chami progenie XXXII; e genere Sem, XV; e Japheti vero stirpe XXV, cum turris illa cum Babylone conderetur. Ab his in universum orbem nationes omnes ac linguæ dissipatæ sunt. Posteaquam septuaginta illi duo, qui turrim moliebantur, confusis linguis, huc illucque dispersi sunt et pro una quam callebant alius aliam ex afflatu Dei ac voluntate sortitus est. Ex quo ad hanc usque diem linguarum omnis est conflata varietas, quarum **289** uniuscujusque licet auctorem nullo negotio deprehendere. Sic enim Javan Græci sermonis princeps exstitit, a quo sunt Jones cognominati, penes quos veteris est Græcæ linguæ possessio. A Thera Thracum lingua profecta est, Mossynœcorum a Mosocho: a Thobese Thessalorum. Elud porro Lydorum sermonis auctor fuit; uti Gasphenorum Gephar, Ægyptiorum Mistrem, Psus Axumitarum, Armot Arabum; ac deinceps, ne singillatim percenseam, suæ cujusque linguæ reliquis est impertita scientia. Atque ita singularum successio est paulatim in orbe dilatata, progressaque longius.

Η'. Πόθεν τοίνυν οὗτοι ἐψευδηγόρησαν αὐτῶν τὰ ῥήματα, παρενθέντες τὴν ἑαυτῶν μυθοποιΐαν φαντάζόμενοι, καὶ ὀνειροπολοῦντες τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ τὰ ὄντα τῆς ἑαυτῶν διανοίας διασκεδαννύντες; Ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῦ διαβόλου βούλημα τοῦτο ἐνεκίσησε ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι (52), ὡς ἐν πολλοῖς μὲν ἀτοπήμασι τὸν

VIII. Quæ cum ita sint, unde, quæso, Sethiani falsas illas narrationes acceperunt, dum et fictas fabulas obtrudunt, et quæ nunquam facta sunt pro veris velut somniantes effutiunt? Quæ autem vera solidaque sunt, procul a suis ipsi mentibus rejiciunt. Sed nimirum totum istud ex mali voluntate dæmonis afflatuque conceptum humanis ingeniis

[1] Cor. τοῦ δὲ Ἰάφεθ δεκαπέντε, τοῦ δὲ Σὴμ εἰκοσιπέντε.

52) *Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι.* Hæc de dæmonibus sententia a Justino primum manavit: eamque postea Irenæus amplexus est lib. v, c. 26. Vide Euseb. *Histor.* lib. IV, c. 17. Quæ tamen vulgo non probatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

adhæsit. Quam re non minus considerandum illud quam admirandum venit, quemadmodum ille cum homines in absurda indignaque quamplurima fraudulenter pellexerit, atque in scelus pertraxerit, stupra videlicet, adulteria, libidines, idolorum superstitiones ac præstigias, profusiones sanguinum, rapinas et insatiabiles cupiditates, aleam, voracitatem, aliaque id genus flagitia, nunquam tamen ante Christi Servatoris adventum, contumeliosam in Dominum suum jactare vocem, vel rebellare sit ausus. Exspectabat siquidem dum Christus adveniret, ut vel ipse profitetur, his verbis : De te scriptum est : *Quoniam angelis suis mandabit de te, et in manibus portabunt te* [1]. Illud enim perpetuo a prophetis nuntiatum audierat, Christi Domini præsentiam eorum redemptionem fore, qui peccassent, ac pœnitentiam susciperent. Quare et ipse misericordiæ nonnihil se consecuturum sperabat. Verum ubi suam ad obtinendam salutem conversionem a Christo repudiari infelix animadvertit, os illico contra Dominum aperuit, ac maledicentiam omnem evomuit. Quin eam mentem hominibus injecit, ut, vero contempto Deo, alium qui nuspiam esset inquirerent. Hoc igitur modo Sethianos in fraudem impulsos esse undequaque constabit. Siquidem Sethus olim mortuus est, suntque ejus ætatis anni perscripti. Nam cum annos vixisset XII supra DCCCC, ex hac vita discessit, ubi sexus utriusque liberos suscepit, ut divinis Litteris proditum est. Successit patri filius, **290** Enos nomine : qui annos vixit DCCCV, et prole sexus utriusque similiter auctus vivendi finem fecit, ut eadem illa verissima scripta testantur.

IX. Quænam ergo ratio patitur Sethum istum, qui et illo tempore mortuus est, et filios reliquit, qui suum quoque vitæ tempus obierunt, Christum esse Dominum, qui repræsentandæ hominum vitæ ac salutis desiderio de Virgine sit Maria natus, cum idem ante omne tempus esset a Patre genitus, apud quem perpetuo manet, Deus ipse, Verbumque subsistens? Qui postremis temporibus venit in mundum, et ex Virginis Matris utero efficta sibi carne atque circumfusa, tum assumpta simul anima numeris omnibus absolutus homo factus est. Postea vero quam vitæ nobis mysteria prædicasset, justitiæ in agendo cultores discipulos constituit : ac tum per sese, tum per illos humanum genus disciplinæ suæ documentis erudiit. Neque tamen aut Sethianorum illa dogmata tradidit, aut sibi ipsi Sethi nomen imposuit : id quod strenui illi negatores, ac velut ebrii mendacissime prædicant.

Verum cum hodie summam ad paucitatem hæresis ista redacta sit, non necesse habui uberiori illam oratione refellere; proindeque quæ hactenus sunt dicta sufficiant. Præsertim quod illorum amentia expugnari facile potest, seque adeo ipsam convincit ac detegit : non solum quod ad educendi Christi rationem attinet plenissimamque illam ca-

A ἄνθρωπον ἠπάτησε, καὶ εἰς παρανομίαν κατέσπασεν, εἴς τε πορνείας καὶ μοιχείας, καὶ ἀσελγείας, εἰδωλο-
μανίας τε καὶ γοητείας, καὶ αἱματεκχυσίας, ἁρπα-
γάς τε καὶ ἀπληστίας, κυβείας τε καὶ ἀδηφαγίας,
καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐδαμοῦ δὲ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ
παρουσίας ἐτόλμησεν εἰς τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην φθέγ-
ξασθαι βλάσφημόν τινα λόγον, ἢ ἀνταρσιν ἐννοῆσαι.
Ἀνέμενε γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ὡς λέγει·
Περὶ σοῦ γέγραπται, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ
ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε.
Ἦκουε γὰρ ἀεὶ τῶν προφητῶν καταγγελλόντων τὴν
Χριστοῦ παρουσίαν, λύτρωσιν ἐσομένην τῶν ἁμαρ-
τησάντων, καὶ διὰ Χριστοῦ μετανοούντων· ἐνόμιζέ
τε τεύξασθαί τινος ἐλέους. Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ τάλας τὸν
Χριστὸν μὴ δεξάμενον αὐτοῦ τὴν περὶ σωτηρίας ἐπι-
B στροφὴν, ἀνοίξας τὸ στόμα κατὰ τοῦ ἰδίου Δεσπότου,
τὴν βλασφημίαν ἐξήμεσε, τοῖς ἀνθρώποις ὑπόνοιαν
ἐμβαλὼν, ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν ὄντα, τὸν δὲ μὴ ὄντα
ζητεῖν. Οὕτω τοίνυν καὶ οὗτοι ἐλέγχονται κατὰ
πάντα τρόπον ἠπατημένοι. Ὁ γὰρ Σὴθ τέθνηκε, καὶ
τὰ ἔτη αὐτοῦ ἀναγέγραπται. Βιώσας γὰρ ἔτη ἐννα-
κόσια δεκαδύο, τὸ χρεὼν ἀπέδωκε, γεννήσας υἱοὺς
καὶ θυγατέρας, ὥς φησιν ἡ θεία Γραφή. Κατὰ δια-
δοχὴν δὲ ὁ τούτου παῖς (Ἐνὼς δὲ ἦν τούτῳ ὄνομα),
καὶ αὐτὸς βιώσας ἔτη ἐννακόσια πέντε, ὑπῆλλαξε
τὸν καθ' ἡμᾶς βίον, γεννήσας υἱοὺς καὶ θυγατέρας,
ὡς ἔχει ἡ αὐτὴ βίβλος τῆς ἀληθείας.

C Θ'. Ποθὲν τοίνυν ὁ Σὴθ ὁ τότε τελευτήσας, οὗ καὶ
υἱοὶ κατὰ διαδοχὴν βιώσαντες τοῦ βίου ἐπαύσαντο,
εὑρεθήσεται Κύριος ὁ ἀπὸ Μαρίας γεννηθεὶς τῆς
ἀειπαρθένου, εὐδοκήσας ἐπὶ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων, ὁ
γεννηθεὶς ἀχρόνως, ὁ ὢν πρὸς τὸν Πατέρα ἀεὶ, ἐν-
υπόστατος Θεὸς Λόγος, ἐλθὼν δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῶν
ἡμερῶν, καὶ εἰς ἑαυτὸν δὲ ἀναπλασάμενος ἀπὸ
μήτρας παρθενικῆς σάρκα, καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρω-
πείαν εἰληφὼς, οὕτως ἐνηνθρώπησε τελειότατα, κη-
ρύξας ἡμῖν ζωῆς τὰ μυστήρια, δικαιοσύνης τε ἐργά-
τας τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καταστήσας, καὶ τὴν αὐτοῦ
διδασκαλίαν δι' ἑαυτοῦ τε καὶ δι' αὐτῶν παιδεύσας
τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων; οὐ τὰ τῶν Σηθιανῶν ἀπο-
καλύψας, οὐδὲ Σὴθ ἑαυτὸν ὀνομάσας· ὡς οὗτοι λη-
D ροῦντες, καὶ μέθῃ τινὶ συνεχόμενοι, ἀπὸ τῆς ἀλη-
θείας ἐκπεπτώκασι.

Τὰ δὲ νυν συντόμως (53) οὔσης τῆς αἱρέσεως,
οὐκ ἐνδεηθεὶς ἐπεκτεῖναι τὸν κατ' αὐτῆς ἔλεγχον,
ἀρκοῦμαι τοῖς παροῦσι μόνοις. Εὔτρωτος γὰρ ἡ
τούτων ἄνοια, καὶ ἑαυτὴν δυναμένη τε ἐλέγξαι καὶ
φωράσαι· οὐ μόνον περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγωγῆς,
καὶ σεσυκοφαντημένης διδασκαλίας τοῦ τὸν Σὴθ αὐ-
τὸν νομίζειν τε καὶ διαβεβαιοῦσθαι εἶναι, ἀλλὰ καὶ

[1] Psal. XC, 11.

(53) *Τὰ δὲ νῦν συντόμως.* Deesse quidpiam ad hujus loci integritatem suspicor

εἰς τὴν περὶ τῶν δυο ἀνθρώπων ὑπόθεσιν. Εἰ γὰρ αἱ δυνάμεις ἄνωθεν ἐσχήκασι τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἄνευ τῆς ἐκείθεν, ἤγουν διὰ καὶ Μητέρα φάσκουσι τῶν ὅλων εἶναι, ἐγένετό τε καὶ ἐπράχθη τὰ ὑπὸ τῶν δύο πραχθέντα. Εὑρίσκεται γὰρ ἡ μία αἰτία τῶν δύο δυνάμεων, καὶ ἄνευ αὐτῆς μηδὲν τῶν γενομένων γεγονέναι. Καὶ ἀναδραμοῦνται πάλιν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι δεσπότην τῶν πάντων, καὶ δημιουργὸν, καὶ κτίστην τῶν ὅλων, ἅπαξ μιᾶς δεικνυμένης ἀρχῆς. Ἀλλὰ καὶ περὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως ταῦτα φήσαντες, καὶ ἀποκαλύψαντες τὸν ἰὸν τῆς ἑρπετώδους αὐτῶν ἐκ γένους ἀσπίδων γονῆς, ἐφ' ἑτέραν πάλιν ἴωμεν, ἀγαπητοὶ, τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ τῆς πραγματείας.

A lumniæ doctrinam, qua Sethum eumdem esse cum Christo statuunt, ac pertinacissime tuentur : verum etiam quod de duobus illis hominibus asseverant. Nam si mentes illæ, quas δυνάμεις vocant, superiorem aliquam originem agnoscunt, profecto quæ a duabus sunt gesta, non sine unius auxilio, quam omnium matrem esse definiunt, fieri perficique potuerunt. Ab una quippe causa ambæ illæ mentes profectæ sunt, sine qua nihil omnino ex iis quæ sunt produci potuit. Ita tandem eo necessario recurrent, unum ut Dominum rerum omnium, et auctorem, ac conditorem universorum admittant, ubi semel principium unicum esse comprobatum fuerit. His adversus hanc hæresim disputatis, ac pestifero illorum velut aspidum veneno detecto, ad aliam deinceps, quo nos instituti operis series vocat, convertenda rursus oratio.

ΚΑΤΑ ΑΡΧΟΝΤΙΚΩΝ,

Εἰκοστὴ, ἡ καὶ τεσσαρακοστή.

Α'. Ἀρχοντικῶν τις αἵρεσις τούτοις ἕπεται· οὐκ ἐν πολλοῖς δὲ τόποις αὕτη φαίνεται, ἢ μόνον ἐν τῇ Παλαιστίνων ἐπαρχίᾳ. Μετήνεγκαν δὲ τὸν αὐτῶν ἰὸν ἤδη που καὶ εἰς τὴν μεγάλην Ἀρμενίαν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ τοῦτο τὸ ζιζάνιον ἤδη ἔσπαρται ὑπὸ ἀνδρός τινος ἐπιδημήσαντος τῇ Παλαιστίνων γῇ ἀπὸ Ἀρμενίας ἐν χρόνοις Κωνσταντίου, περὶ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, Εὐτάκτου ὀνόματι, μᾶλλον δὲ ἀτάκτου τὸν τρόπον, καὶ μαθόντος τὴν κακοδιδασκαλίαν ταύτην, εἶτα ἐπανελθόντος εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ διδάξαντος. Μετέλαβε δὲ, ὡς ἔφην, ἐν Παλαιστίνῃ ὡς ὑπὸ ἀσπίδος ἰὸν ἀπὸ Πέτρου τινὸς γέροντος, ἀναξίως Πέτρου καλουμένου, ὃς κατῴκει ἐν τῇ τῆς Ἐλευθεροπόλεως Ἱερουσαλὴμ [1] ἐνορίᾳ, ἐπέκεινα τῆς Χεβρὼν (54) σημείοις τρισὶ, Καβαρβαριχὰ τὴν πόλιν [2] καλοῦσιν. Οὗτος ὁ γέρων τὰ πρῶτα ἔνδυμα εἶχεν ἔκπληκτον, ὑποκρίσεως γέμον. Ἔξωθεν μὲν γὰρ ἀληθῶς κώδιον προβάτου ἠμφίεστο, ἠγνοεῖτο δὲ ἔνδοθεν λύκος ὑπάρχων ἅρπαξ. Ἀναχωρητὴς γὰρ ἐδόκει εἶναι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ καθεζόμενος. Ὃς πολλοὺς δῆθεν συνήγαγεν εἰς ἀπόταξιν· καὶ πατὴρ δῆθεν διά τε τὸ γῆρας καὶ τὸ σχῆμα ἐκαλεῖτο· τά τε αὐτοῦ ὑπάρχοντα πτωχοῖς διένειμε, καὶ καθ' ἡμέραν ἐλεημοσύνας ἐποίει. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ αὐτοῦ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν ἐξητάσθη. Ἐπὶ Ἀετίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου κατηγορηθεὶς, καὶ ἐλεγχθεὶς τότε τὴν τῶν Γνωστικῶν μετιὼν αἵρεσιν, καθῃρέθη ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου. Ἦν γὰρ κατασταθεὶς ποτε πρεσβύτερος τοῦ (τε) τόπου.

Μετὰ δὲ τὸν ἔλεγχον ὑπὸ Ἀετίου ἐδιώχθη, καὶ ἀπελθὼν κατῴκησεν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἐν Κωχάβῃ, ἔνθα αἱ τῶν Ἐβιωναίων τε καὶ Ναζωραίων ῥίζαι ἐνήρξαντο, ὡς καὶ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσι περὶ τοῦ τόπου τούτου ἐσήμανα. Ὕστερον δὲ, ὡς σωφρονισθεὶς πρὸς τὸ γῆρας, πάλιν ἐπανῆλθε φέρων ἑαυτῷ ταύτην τὴν ἰοβολίαν κρύβδην. Καὶ παρὰ πᾶσιν ἀγνοούμενος, ἕως ὅτε εἰς ἔσχατον, ἀφ' ὧν εἰς ὦτά τινων ἐψιθύρισε

ADVERSUS ARCHONTICOS,

Quæ est hæresis XX vel XL.

I. Proxima huic est Archonticorum hæresis, quæ tamen haud plerisque extra Palæstinam in locis cernitur. Quanquam virus suum in majorem etiam Armeniam diffuderunt. Imo et in Armenia minore lolium istud certo ab homine disseminatum est, qui paulo ante Constantii imperatoris obitum ex Armenia in Palæstinam profectus est, Eutactus nomine, sive Atactus potius, hoc est moribus perturbatus. Qui cum infelix illud dogma combibisset, in patriam reversus profiteri cœpit quod didicerat. Ejusmodi porro velut ab aspide venenum, a sene quodam hauserat, nomine Petro, sed minime hac appellatione digno : qui in Eleutheropolis, et Hierosolymorum finibus habitabat, tertio ab Hebrone lapide, oppido quod Cabarbaricha nominant. Hujus porro seni vestitus erat initio asperitate ipsa horribilis, et ad simulationem affectatus : ac cum extrinsecus ovis pelle esset indutus, lupus erat intus rapacissimus et occultus. Anachoreta quippe esse videbatur in spelunca degens. Qui quidem plerosque abdicatis fortunis omnibus ad sese pertraxit, Paterque vulgo cum ob ætatem, tum ob habitum ipsum appellari solebat. Idem quidquid habebat in egenos distribuere, ac quotidie stipem erogare. Sed ab ineunte ætate variis se hæresibus addixerat. Postea ad Aetium episcopum delatus, ac Gnosticorum hæresis convictus, a sacerdotio exauctoratus est. Illius quippe loci creatus olim fuerat presbyter.

Deprehensus itaque, et ab Aetio pulsus, in Cochaben Arabiæ oppidum profectus est : ubi Ebionæorum ac Nazoræorum semina pullulare cœperant, ut in multis refutandis hæresibus antea monuimus. Postremo velut ætatis maturitate sapientior factus, postliminio rediit, abditum illud virus in pectore ferens, et ignotus omnibus, donec tandem nonnullis e sermonibus, quos in aliquorum aures

[1] F. καὶ Ἱερουσ. [2] Vet. καὶ Βαρβαριχὰ τὴν κώμην.

(54) *Ἐπέκεινα τῆς Χεβρών.* Chebron Eleutheropolis vulgo esse creditur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

insusurrabat, pro hæretico compertus a nobis excommunicatus, et mediocritatis nostræ opera convictus est. Unde in speluncam deinceps abscessit, omnium exsecratione damnatus, et tam a fratribus derelictus, **292** quam a plerisque a quibus necessaria vitæ præsidia suppetebant. Ad hunc itaque senem ille, quem dixi, Eutactus, si hoc nomine vocandus est, cum ex Ægypto venisset, ab eoque impiis dogmatibus esset imbutus, talem pestem velut exquisitas merces secum in patriam revexit. Erat hæc, ut diximus, Armenia minor in vicina Satalæ regione. Quo cum esset reversus, contagione sua quamplurimos illic infecit. Nam se in locupletum quorumdam, ac senatorii ordinis feminæ, aliorumque primariorum amicitiam insinuans, per eos utpote principes viros infinitis hominibus exitium attulit. Sed eum Dominus celeriter e medio sustulit, cum jam zizania sua sparsisset.

II. Cæterum isti apocryphos quosdam libros finxerunt. E quibus duo sunt *Symphoniæ* nomine, major videlicet ac minor. Præter quos nonnullos alios iis quibuscum agunt percensere solent, ut errorem suum multis auctoritatibus affirmare ac probare videantur. Habent et quos Ἀλλογενεῖς, hoc est *alienigenas* vocant, sic inscriptos libellos. Item ex Anabatico Isaiæ, et id genus apocryphis argumenta depromunt. Sed eo libro, cui *Symphoniæ* nomen est, uti potissimum solent : in quo cœlestes orbes octo vel septem esse definiunt. Horum in singulis residere principes : ita ut per septenos orbes distributi sint, atque unus in quolibet princeps exsistat. Certos porro unicuique principi ordines esse descriptos. Supra quos omnes octavo in cœlo lucidam Matrem cæterarum hæreseon more constituunt. Sed eorum aliqui fœdissimis libidinibus corpora sua contaminant. Alii jejunia simulantes monachorum specie simplicioribus illudunt, ac se bonorum omnium abdicatione venditant. Jam vero in unoquoque, ut dictum est, cœlo principem et potestatem cum angelis aliquot apparitoribus collocant. Quemlibet enim principem suos sibi genuisse ac procreasse satellites. Carnem negant resurgere, idque soli animæ tribuunt. Baptismum damnant : tametsi inter eos sint qui baptismo antea initiati fuerint. Mysteriorum communionem ac bonitatem repudiant, tanquam alienam, et in nomine **293** Sabaoth repertam. Hunc enim, ut et aliæ quædam hæreses, septimo in orbe versari, ac tyrannidem exercere prædicant, cæterosque violenter opprimere. Principatuum potestatumque cibum animam appellant, sine qua vivere illos non posse, quod a cœlesti rore procreata vegetet illos ac foveat. Quæ cum ad cognitionem pervenerit, ac baptismum Ecclesiæ nomenque Sabaoth, qui auctor legis est, effugerit, ad singulos evolare cœ-

A ρημάτων, ἐλεγχθεὶς τοιοῦτος ὑφ' ἡμῶν ἀνεθεματίσθη, καὶ ἐλήλεγκται διὰ τῆς ἡμῶν βραχύτητος. Καὶ ἐκάθισεν ἐν τῷ σπηλαίῳ λοιπὸν βδελυχθεὶς ὑπὸ πάντων, καὶ μονωθεὶς ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, καὶ ἀπὸ πλείστων τῶν τῆς ζωῆς ἐαυτῶν ἐπιμελουμένων. Πρὸς τοῦτον τὸν γέροντα καταχθεὶς ὁ προειρημένος Εὐτακτος, εἴγε Εὐτακτος, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου διερχόμενος, καὶ μεταλαβὼν τῆς τοῦ γέροντος κακοδιδασκαλίας, ὡς μεγάλην ἐμπορίαν τὸ δηλητήριον τοῦτο λαβὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἀπεκόμισεν. Ἦν γὰρ ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, ὡς ἔφην, ὁρμώμενος, τῶν Σατάλης πλησίον τόπων. Ἐπανελθὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, πολλοὺς ἔχρανε τῆς αὐτῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, προσφθαρείς τισι πλουσίοις, συγκλητικῇ τέ τινι καὶ ἄλλοις περιβλέπτοις, δι' ὧν διαφανῶν ἀνδρῶν
B πολλοὺς ἐκεῖσε ἀπώλεσε. Τάχιον δὲ αὐτὸν ὁ Κύριος τοῦ βίου ἐξήλειψε, πλὴν ὅτι ἔσπειρε τὸ ἑαυτοῦ ζιζάνιον.

Β'. Καὶ οὗτοι δὲ ὅμως βίβλους ἑαυτοῖς ἐπλαστογράφησάν τινας ἀποκρύφους, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. Τὸ μὲν γὰρ *Συμφωνίαν*, μικρὸν ὄντα βιβλίον καλοῦσι, τὸ δὲ μέγα Συμφωνίαν. Ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ βιβλία ἑαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν, οἷς ἐὰν συντύχωσιν, ἵνα δόξωσι τὴν ἑαυτῶν πλάνην διὰ πολλῶν βεβαιοῦν[1] ἐπισυνεισφέρεσθαι. Ἤδη δὲ καὶ τοῖς *Ἀλλογενέσι* καλουμένοις κέχρηνται· βίβλοι γάρ εἰσιν οὕτω καλούμεναι. Λαμβάνουσι δὲ λαβὰς ἀπὸ τοῦ Ἀναβατικοῦ Ἡσαΐου· ἔτι δὲ καὶ ἄλλων τινῶν ἀποκρύφων· τὸ δὲ πᾶν ἐκ τοῦ *Συμφωνία* καλουμένου βιβλίου· ἐν ᾧ ὀγδοάδα τινὰ λέγουσιν εἶναι οὐρανὸν, καὶ ἑβδομάδα.
C Εἰδέναι δὲ καθ' ἕκαστον (55) οὐρανὸν ἄρχοντας· καὶ τοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἑπτὰ οὐρανούς, καθ' ἕνα οὐρανὸν ἕνα ἄρχοντα· τάξεις δὲ εἶναι ἑκάστῳ ἄρχοντι. Καὶ τὴν Μητέρα τὴν φωτεινὴν ἀνωτάτω ἐν τῷ ὀγδόῳ εἶναι, καθάπερ αἱ ἄλλαι αἱρέσεις. Καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν κατὰ τὰ σώματα κεχραμμένων[2] ἀσελγείᾳ τυγχάνουσιν· ἄλλοι δὲ δῆθεν προσποιητὴν νηστείαν ὑποκρίνονται· ἀπατῶσι δὲ τοὺς ἀφελεστέρους ἀνθρώπους προσχήματι μοναζόντων, ἀποταξίαν τινὰ σεμνυνόμενοι. Φασὶ δὲ εἶναι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, ὡς προεῖπον, ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, καὶ ἀγγελικάς τινας ὑπηρεσίας, ἑκάστου ἄρχοντος ἑαυτῷ γεγεννηκότος καὶ πεποιηκότος ὑπηρεσίαν. Μὴ εἶναι δὲ σαρκὸς ἀνάστασιν, ἀλλὰ μόνον ψυχῆς. Ἀναθεματίζουσί
D τε τὸ λουτρὸν, κἂν τε εἴέν τινες ἐν αὐτοῖς προειλημμένοι καὶ βεβαπτισμένοι. Τὴν τε τῶν μυστηρίων μετοχὴν καὶ ἀγαθότητα ἀθετοῦσιν, ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν, καὶ εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γεγενημένην· τοῦτον γὰρ θέλουσιν εἶναι κατά τινας τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἐν τῷ ἑβδόμῳ οὐρανῷ τυραννοῦντα, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων κατισχύοντα. Βρῶμα δὲ λέγουσιν εἶναι ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν τὴν ψυχήν. Ἄνευ δὲ αὐτοῦ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ζῆν, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ἱκμάδος αὐτὴν εἶναι, καὶ δύναμιν αὐτοῖς παρέχειν. Ἐν γνώσει δὲ ταύτην γενομένην, καὶ φυγοῦσαν τὸ βάπτισμα τῆς

[1] F. βεβαίων. [2] F. κεχραμμένοι.

(55) *Εἰδέναι δὲ καθ' ἕκαστον*. F. εἶναι.

Ἐκκλησίας, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Σαβαὼθ τοῦ τὸν νόμον δεδωκότος, ἀνιέναι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, καὶ ἀπολογίαν διδόναι ἑκάστῃ ἐξουσίᾳ· καὶ οὕτως ὑπερβαίνειν πρὸς τὴν ἀνωτέραν Μητέρα καὶ Πατέρα τῶν ὅλων, ὅθεν δὴ κατῆλθεν εἰς τόνδε τὸν κόσμον. Ἤδη δὲ εἶπον, ὡς ἀναθεματίζουσι τὸ βάπτισμα. *ὡς μυῖαι θανατοῦσαι σαπριοῦσαι σκευασίαν ἑλαίου ἡδύσματος*· ὡς ἐπὶ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἡ παραβολὴ τῷ Ἐκκλησιαστῇ εἴρηται. Μυῖαι γάρ εἰσιν ἀληθῶς θανατοῦσαι, καὶ θάνατον ἐμποιοῦσαι, καὶ σαπρίζουσαι τὸ μυρεψικὸν ἔλαιον τοῦ ἡδύσματος, τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ μυστήρια τὰ ἐν τῷ λουτρῷ ἡμῖν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν κεχαρισμένα.

Γ'. Θαυμάσειε δ' ἄν τις εὑρὼν καὶ παρὰ τοῖς φυσιολόγοις τινὰ ὠφελείας ἔμπλεα, ἀπεικασθεὶς τῇ τῆς μελίττης συνέσει, τῆς ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα ἐφιζανούσης, τὰ χρήσιμα δὲ ἑαυτῇ ἐπισυναγούσης. Ὁ γὰρ συνετὸς ἄνθρωπος οὐδαμόθεν ζημιοῦται, ἀλλ' ἢ πανταχόθεν κερδαίνει· ἀσύνετος δὲ ζημιωθήσεται, ὡς καὶ ὁ ἅγιος προφήτης λέγει· *Τίς συνετὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ ὁ λόγος Κυρίου ἐστὶ, καὶ γνώσεται αὐτὰ, ὅτι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου· ἀσεβεῖς δὲ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς;* Εὕρομεν γὰρ καὶ παρὰ τοῖς καλουμένοις φυσιολόγοις, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς αὐτοὶ ὁρῶμεν, ὡς τὸ τῶν κανθάρων γένος (56) τὸ παρά τισι βυλάρον καλούμενον, συνήθειαν ἔχει ἐν τῇ δυσωδίᾳ καὶ κόπρῳ ἀνακυλίεσθαι, καὶ αὕτη αὐτοῖς τροφή τε καὶ ἐργασία· ἄλλοις δὲ τὴν αὐτὴν τούτου βορβορώδη τροφὴν, εἰς μὲν ἐπάχθειαν καὶ δυσοδμίαν. Καὶ μελίσσαις μὲν αὕτη ἡ κόπρος καὶ δυσωδία θάνατος, βυλάροις δέ ἐστιν ἐργασία καὶ τροφὴ καὶ πραγματεία. Ταῖς δὲ μελίσσαις τοὐναντίον ἡ εὐοδμία καὶ τὰ ἄνθη, καὶ τὰ μύρα εἰς ἀναψυχὴν, κτίσιν τε καὶ ἐδωδὴν, εἰς ἐργασίαν τε καὶ πραγματείαν· τοῖς δὲ κανθάροις τοῖς προειρημένοις, εἶτ' οὖν βυλάροις, ἐναντία τὰ τοιαῦτα. Ὁ γὰρ βουλόμενος τούτους δοκιμάσαι, ὥς φασιν οἱ φυσιολόγοι, ἀπὸ μύρου, φημὶ δὲ ὀποβαλσάμου, ἢ νάρδου λαβὼν, καὶ προσενέγκας τοῖς κανθάροις, θάνατον αὐτοῖς ἐμποιεῖ. Εὐθὺς γὰρ τελευτῶσι, μὴ φέροντες τὴν εὐωδίαν. Οὕτω καὶ οὗτοι, τῆς μὲν γαλήνης [1], καὶ πορνείας, καὶ κακίας ὀρεγόμενοι, εἰς τὰ πονηρὰ ἔχουσι τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα· πλησιάσαντες δὲ τῷ ἁγίῳ λουτρῷ καὶ τῇ εὐοδμίᾳ, ἀποθνήσκουσιν, εἰς τὸν Θεὸν βλασφημοῦντες, καὶ τὴν αὐτῶν κυριότητα ἀθετοῦντες.

Δ'. Ἐξ μιᾶς δὲ ἢ δύο μαρτυριῶν αὐτοὺς ἀνατρέψομεν. Εἰ γὰρ καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καλούμεναι, οὐκ ἐκτὸς Θεοῦ αὗται γεγόνασι, μάλιστα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οἶδε γὰρ ἡ Γραφὴ λέγειν ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, οὐκ εἰς ἐναντιότητα τεταγμένους, ἀλλὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς καθ' ἑκάστην βασιλείαν πολλαὶ ἀρχαὶ,

lestes orbes, seque apud unamquamque potestatem excusare : sicque ad supremam Matrem atque omnium pervenire Parentem, a quo in hunc mundum delapsa sit. Diximus baptismum ab illis rejici. *Nam muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti :* quod de istis, eorumque similibus proverbii specie Ecclesiastes pronuntiat [2]. Muscæ quippe sunt mortiferæ, quæ conditum a seplasiariis unguentum inficiunt, divina videlicet mysteria, quæ ad peccatorum condonationem nobis in baptismo collata sunt.

III. Enimvero mirari quispiam illud poterit, quam multa in naturalium rerum scriptoribus utilitatis plena reperiat, si apis velit imitari prudentiam, quæ flosculis omnibus insidens undecunque sibi utilia colligit. Etenim vir prudens ac perspicax nulla ex re detrimentum capit, sed ex omni occasione lucratur ; imprudens contra incommodum ac damnum percipit, uti sanctus propheta testatur : *Quis sapiens, et intelliget hæc ? et verbum Domini est, et cognoscet ista ? quoniam rectæ viæ Domini : impii autem infirmabuntur in eis* [3] ? Apud illos igitur, quos dixi, naturalium rerum scriptores invenimus, vel ipsimet potius cernimus ; scarabæorum genus, quod a quibusdam bylarum vocatur, in fetore ac stercore volutari solere, unicunque illis ipsis et alimentum et opus esse, cum aliis dirus ac sordidus ille cibus molestiam ac nauseam pariat. Nam qui apes fimus ac fetor interficit, scarabæis alimentum ac materiam præbet operis, ut illis flores et odorum fragrantia, atque unguentorum suavitas : quibus omnibus ad oblectationem, et mellificium, ac cibum et operis exercitationem utuntur. Scarabæis vero longe hæc contraria sunt. **294** Qui enim periculum facere voluerit, ut physiologi tradunt, si unguentum, puta opobalsamum, aut nardum scarabæis admoveat, letum illis affert. Statim enim suavitate odoris enecantur. Sic hæretici illi stuprorum ac libidinum, et nequitiæ omnis appetentes, pessimis in rebus spem suam collocant ; mox autem ut ad sacrum baptismum et fragrantiam illam accesserint, moriuntur, blasphemantes Deum, ac dominationem ejus spernentes.

IV. Quos quidem uno vel altero testimonio jugulabimus. Nam si quos principatus ac potestates vocamus, sine Deo minime constituuntur, id in cœlis ipsis locum habere maxime debet. Angelos enim et archangelos Scriptura commemorat, non ejusmodi ut contrarii Deo sint : sed administratorios spiritus ad ministerium missos, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis [4]. Si quidem et in terra

[1] Suspecta mihi vox est γαλήνης. [2] Eccle. x, 1. [3] Ose. xiv, 10. [4] Hebr. i, 14.

(56) Ὡς τὸ τῶν κανθάρων γένος. Non displicet Cornarii lectio, qui *Philularium* legit. Nam Βύλαρον illud non expedio.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quodlibet regnum plures habet principatus uni regi subjectos. *Quæ enim potestates sunt, a Deo ordinatæ sunt*, ait Apostolus [1]. *Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Nam principes non sunt contra bonum, sed pro bono: neque sunt contra veritatem, sed pro veritate. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister ad hoc ipsum adversus scelerate quidpiam gerentem a Deo constitutus.* Videsne ut hæc mundi potestas a Deo stabilita sit, gladiique jus obtineat? Neque vero id aliunde, quam a Deo ad vindicandum accipit. Cæterum quod ejusmodi sint in mundo principatus ac potestates, nemo illorum regem propterea regem esse negaverit; sed ita principatus illos ac potestates in mundo esse fatebitur, ut interim illorum esse regem agnoscat. Igitur hoc ipsum, quod in terris accidit, demonstravimus; non esse regi principatus contrarios, sed ad imperii totius administrationem terræque moderationem subjectos; ubi cædes videlicet ac prælia sint, ignorantiæque ac disciplinæ, observatio denique legum ac transgressio. Cujus rei gratia potestates institutæ sunt, ut ad aptam totius orbis compositamque gubernationem præclare a Deo constituantur ac regantur universa. Idem et in cœlo quoque contingere necesse est eoque magis, quod illic nec invidia, nec æmulatio, neque legum violatio, nec seditio ulla sit; non jusjurandum, non **295** rapina, non aliquid ejusmodi. Quare alterius negotii causa potestates stabilitæ sunt. Cujusnam vero? Nimirum propter divinarum laudum concentum, et immortalem illam numinis prædicationem. Cujus gratia summus ille Deus ac princeps omnis expers invidiæ suum cuique illorum, quos produxit, ornamentum ac decus attribuit, ut imperii sui splendor, atque sempiterna dignitas, perpetuo celebretur. Quocirca vehementer errant isti, qui Dei gratiam ignorant.

V. Verum inanis ac ridicula hæc opinio omni ex parte concidit, ut in aliis hæresibus antea docuimus. Qui enim resurgere anima illa potest, quæ nunquam corruit? Quomodo, inquam, ei, quæ non cecidit, resurrectio tribuetur? Quidquid enim cadit, resurrectione opus habet. Cadit autem non anima, sed corpus. Quod idcirco πτῶμα, hoc est *cadaver*, consuetudo communis appellat, adeoque Dominus ipse, cum sic loquitur : *Ubicunque est* πτῶμα, id est *corpus, illic congregabuntur et aquilæ* [1]. Neque enim sepulcris animas includimus, sed corpora humi defossa componimus : quibus divini prædicatione verbi spes resurrectionis ostenditur : quemadmodum in frumenti grano, cæterisque seminibus accidit : ex quibus Apostolus ad fidem faciendam exempla producit, ut et ipsemet in Evangelio Dominus : *Nisi*, inquit, *granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet* [2]. **306** At Apostolus cum idem argumentum pertractat, insipientem eum appellat, qui non credit, aut omnino hæsitans interrogat : *Quomodo fit resurrectio? quali autem corpore venient?* Ac statim contra illos sic disputat : *Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur* [3]. Qua ex Scripturæ auctoritate plane illud intelligimus, grano illi quod cecidit, hoc est consepulto corpori, non animæ, resurrectionem esse vindicandam. Etenim quomodo anima sola veniret, aut regnare sola posset, quæ cum corpore quod justum vel malum est communiter exercuit? Esset quippe justitiæ minime consentaneum et alienum.

Ϛ'. Πῶς δὲ συσταθήσεται ὁ παρ' αὐτῷ Μαρκίωνι τριῶν ἀρχῶν λόγος; Πῶς δὲ ὁ ἀγαθὸς εὑρεθήσεται ἐν τοῖς τοῦ φαύλου μέρεσιν ἔργον ἐπιτελῶν ἢ σωτηρίας, ἢ τῶν ἄλλων; Εἰ γὰρ οὐκ αὐτοῦ τυγχάνει ὁ κόσμος, ἀπέστειλε δὲ αὐτοῦ τὸν Μονογενῆ εἰς τὸν κόσμον λαβεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τοῦ ἀλλοτρίου, ἃ μὴ αὐτὸς ἔσπειρε, μηδὲ ἐποίησεν· εὑρεθήσεται ἢ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενος, ἢ πενίαν ὑφιστάμενος, καὶ ἴδια μὴ ἔχων, ἐπὶ τὰ ἀλλότρια ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, ὅπως ἑαυτῷ προσπορίσηται ἃ μὴ πρότερον ἔχει. Πῶς δὲ κριτὴς ἀμέσον ἀμφοτέρων γενήσεται ὁ Δημιουργός; Εἶτα τίνας ἔχει κρῖναι; Εἰ γὰρ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄνω σκευῶν δικαστὴς προκαθέζεται, ἰσχύει ὑπὲρ τὸν ἄνω· ἐπειδὴ φέρει εἰς μέσον τῶν αὐτοῦ κριτηρίων τὰ τοῦ ἄνω ὑπάρχοντα, ὡς τῷ Μαρκίωνι ἔδοξε. Καὶ εἰ ὅλως κριτὴς τυγχάνει, δίκαιός ἐστι. Δείξωμεν δὲ ἀπὸ τοῦ δικαίου ὀνόματος, ὅτι ταυτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ δίκαιον. Πᾶν γὰρ ὃ δίκαιόν ἐστι, τοῦτο καὶ ἀγαθόν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ἀγαθὸν χαρίζεται δικαίως μετὰ ἀλη-

VI. Nam triplex illud Marcionis principium cohærere quo demum pacto poterit? Qui autem fieri potest, ut qui bonus sit, in deterioris partibus opus moliatur ullum, quod ad salutem et id genus alia pertineat? Si enim non ipsius peculiaris est mundus, et in eumdem unigenam suum nihilominus immisit, ut ex alieno mundo quod nec severat, nec fecerat, auferret : necesse est illum vel alienorum cupiditate, vel penuria laborare : ut cum propriis careat, in ea quæ alterius sunt, manus immittat, quo sibi quæ antea non habebat usurpet. Conditor porro quomodo inter utrosque judicabit, aut quorum omnino causam disceptabit? Si enim de iis, quæ in supremi illius possessione sunt, judicium exerceat, erit supremo illo potentior : utpote qui quæ ejus sunt suum ad tribunal cognitionemque transferat, ut quidem Marcioni videtur. Quod si judex est, omnino justus itidem sit oportet. Atqui ex ipso justi nomine bonum ac justum idem esse

[1] Luc. XVII, 37. [2] Joan. XII, 24. [3] I Cor. XV, 35, 36.

(65) *Οὐ κατακλείομεν ψυχάς.* Quod ethnici certis ritibus faciebant. Hinc III *Æneid.*

Animamque sepulcro
Condimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

demonstrabimus. Quidquid enim justum est, id etiam est bonum. Ex eo quippe quod bonum sit, hoc habet, ut ei qui bona fecerit, juste ac reipsa bonum rependat. Quare quod bonum est bono contrarium non erit; illud scilicet, quod et bono bonum ex justitia tribuat, et malo debitas pœnas ac supplicia constituat. Vicissim vero nec ille bonus erit, qui eum qui malus sit in fine præmiis afficit, nisi forte resipuerit; quamvis modo *super bonos ac malos oriri solem suum faciat, atque imbrem suum largiatur* [1] : propter eam quæ in malis perinde ac bonis cernitur arbitrii libertatem. Neque enim bona ejus esse natura potest, qui in futuro sæculo scelerato cuipiam mercedem salutis conferat, nec quidquid malum est potius exsecretur. Nam **307** tertius ille, qui a Marcione ponitur malus, si male agendi potestate præditus est, atque eos qui in mundo sunt, aut e cœlo delapsi sunt, bonos, aut mediocrem justum expugnare potest, duobus reliquis diis erit potentior, quippe qui aliena per vim possit eripere. Isti vero, si eum illo comparentur, ignavi et imbecilles habendi sunt : qui quidem resistere nequeant, suaque ab illius, qui ea rapiat, et insita sibi pravitate corrumpat, injuria vindicare.

A θείας τῷ ἀγαθὰ δράσαντι· καὶ οὐκέτι ἔσται πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐναντίως τῷ ἀγαθῷ, κατὰ δικαιοσύνην τὸ ἀγαθὸν τῷ ἀγαθῷ παρέχων, καὶ τῷ φαύλῳ τὴν ἐπιτιμίαν τῆς τιμωρίας. Οὐδὲ πάλιν ἀγαθὸς ἂν εἴη ὁ τῷ πονηρῷ τὸν ἀγαθὸν μισθὸν ἐπὶ τῷ τέλει ἀποδιδοὺς, μὴ μετανοοῦντι· *εἰ καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀνατέλλοι αὐτοῦ τὸν ἥλιον ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ φαύλους, καὶ τὸν ὑετὸν αὐτοῦ παρέχοι*, διὰ τὸ νῦν αὐτεξούσιον, τοῖς τε πονηροῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνθρώποις. Ἀγαθὴ γὰρ οὐκέτι ἔσται φύσις, καὶ δικαία τοῦ τῷ πονηρῷ μισθὸν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι σωτηρίας παρέχοντος, καὶ οὐ μᾶλλον μισοῦντες τὸ πονηρὸν καὶ φαῦλον. Ὁ δὲ τρίτος εὑρισκόμενος παρ' αὐτῷ πονηρὸς, εἰ ἔχει τὴν ἐξουσίαν τὰ πονηρὰ ἐργάζεσθαι, καὶ κατισχύειν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἢ τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν, ἢ τοῦ μέσου B δικαίου, εὑρεθήσεται ἰσχυρότερος οὗτος δύο θεῶν τῶν παρὰ Μαρκίωνι λεγομένων· ἐπειδὴ ἐξουσιάζει ἁρπάζειν τὰ ἀλλότρια. Καὶ ἀδρανεῖς λοιπὸν καταψηφισθήσονται οἱ δύο παρὰ τὸν ἕνα πονηρὸν, οἱ μὴ δυνάμενοι ἀντέχειν, καὶ ῥύεσθαι ἀπὸ τοῦ ἁρπάζοντος τὰ αὐτῶν ὄντα, καὶ εἰς πονηρίαν μεταβάλλοντος

VII. Verum ut improbi nebulonis inanes ac ridiculas fabulas magis magisque refellamus, alia istud ratione considerandum est. Etenim si malus ille penitus malus est, et a bono nihilominus bonos auferat, justos a justo, solos sui similes relinquat, utique malus esse desinet, qui malus dicitur, cum bonorum desiderio teneatur, eosdemque sibi quasi C meliores asserere studeat. Sin de suis quoque judicium instituat, ab iisque qui injuriam fecerint pœnas exigat, non jam malus erit utpote malorum judex : atque hoc modo tota illius doctrina per sese penitus labefacta concidet. Nunc illud velim mihi respondeas, unde tria illa principia idipsum quod sunt obtinuerint : aut quis singula suis finibus ac regionibus descripserit. Nam si deorum quilibet suo loco definitur, non amplius perfecta illa tria censentur, quæ certis comprehensa sunt ac circumscripta spatiis : estque idipsum quod continet eo quod continetur majus; neque quod ejusmodi ambitu cingitur, Dei appellationem meretur, sed spatium illud utique, quo suis ipsum limitibus complectitur. At enim cum in unum coiissent, separati postea sedes D suas occuparunt, ac propria quisque contentus nequaquam invadit in alterum, aut impressionem facit. Igitur non amplius contraria invicem erunt illa principia, nec ullum esse malum poterit, cum suas res comiter ex æquo bonoque ac summa constantia moderetur, nec ultra progredi quam fas sit appetat. Sed si malus a supremo vincitur, ac violenter opprimitur; cum et ab eo sejunctus sit, et propriam sedem obtineat, quæ boni illius ac supremi nihil intersit, neque quidquam in ea quæ in mali domicilio sunt, juris habeat, tyrannicis magis erit moribus supremus ille minimeque bonus, qui Filium suum, nempe Christum miserit, ut usurpare tur aliena.

Z'. Ἄλλως δὲ πάλιν νοήσωμεν, ἵνα τὴν χλεύην τοῦ ἀγύρτου φωράσωμεν τῆς ματαιοφροσύνης. Εἰ γὰρ ὅλως ὁ πονηρὸς ὑπάρχει, ἁρπάζει δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τοὺς δικαίους ἀπὸ τοῦ δικαίου, ἰδίους δὲ οὐχ ἁρπάζει μόνους· εὑρεθήσεται ὁ πονηρὸς οὐκέτι πονηρὸς, τῶν ἀγαθῶν ὀρεγόμενος, καὶ ἐπιδικαζόμενος ὡς βελτιόνων. Εἰ δὲ καὶ τοὺς ἰδίους κρίνει, τιμωρίαν δὲ τοὺς ἀδικήσαντας ἀπαιτεῖ· οὐκέτι πονηρὸς ἔσται ὁ πονηρῶν δικαστὴς ὑπάρχων· καὶ εὑρεθήσεται κατὰ πάντα τρόπον ἡ αὐτοῦ ὑπόθεσις ἑαυτὴν ἀνατρέπουσα. Πόθεν δὲ εἰλήφασι τὸ εἶναι αἱ τρεῖς ἀρχαὶ, πάλιν λέγε· τίς δὲ ὁ ταύταις ὁρισμὸν συστησάμενος; Εἰ μὲν γὰρ ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ περιορίζεται, οὐκέτι τέλεια τὰ τρία εὑρεθήσεται ὁριζόμενος [2] ἐν τισι περιεκτικοῖς τόποις· εὑρεθήσεται δὲ τὸ περιεκτικὸν μεῖζον τοῦ περιεχομένου· καὶ οὐκέτι τὸ περιεχόμενον Θεὸς ἂν κληθείη, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ περιεκτικὴ ὁροθεσία. Εἰ δὲ καὶ εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις γενόμενοι ἕκαστος κατὰ δίεσιν τὸν ἴδιον ἐκληρώθη τόπον, καὶ ἕκαστος, ἐν τῷ ἰδίῳ ὢν, τῷ ἑτέρῳ οὐκ ἐντρίβεται, οὐδὲ ἐπέρχεται· οὐκέτι αἱ ἀρχαὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι, οὐδέ τις αὐτῶν φαύλη εὑρεθήσεται, διὰ τὸ κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ ἡσυχον, καὶ εὐσταθὲς τῶν ἰδίων ἐπιμέλεσθαι, καὶ μὴ περαιτέρω βαίνειν ἐπιβαλλόμενον. Εἰ δὲ ὁ μὲν πονηρὸς ὑπὸ τοῦ ἄνω κατισχύεται, καὶ βιάζεται, καὶ καταπονεῖται μεμερισμένος ὢν, καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ ὑπάρχων, οὗ τόπου τῷ ἄνω ἀγαθῷ οὐδὲν προσήκει, οὐδέ τι ὑπ' αὐτοῦ κεκτῆσθαι τῶν ἐνταῦθα λέγω ἐν τῷ τοῦ πονηροῦ τόπῳ· τυραννικώτερος μᾶλλον εὑρεθήσεται ὁ ἄνω, καὶ οὐκέτι ἀγαθὸς, τὸν ἴδιον Υἱὸν, εἴτουν Χριστὸν, ἀποστείλας, ἵνα τὰ ἀλλότρια λάβῃ.

[1] Matth. v, 45. [2] F. ὁριζόμενα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Καὶ ποῦ ὁ ὅρος ὁ διορίζων τὰς τρεῖς ἀρχὰς κατὰ τὸν τοῦ ἀγύρτου τῆς ὑποθέσεως λόγον; Ζητηθήσεται γὰρ τέταρτός τις ἐπιεικέστατος, καὶ τῶν τριῶν σοφώτερος, ὁριογνώμων τε καὶ ἐπιστήμων, ὃς τὰ μέτρα ἑκάστῳ διένειμέ τε καὶ τοὺς τρεῖς εἰρηνοποίησεν. Εἰ δὲ μὴ [1] στασιάσαιεν πρὸς ἀλλήλους, μηδὲ εἰς τὰ ἄλλου ἄλλος ἀποστέλλει. Καὶ οὗτος μὲν, πείσας τὰς τρεῖς ἀρχὰς, εὑρεθήσεται τέταρτος καὶ σοφώτερος, καὶ ἐπιεικέστερος· καὶ αὐτὸς δὲ ἐν ἰδίῳ τόπῳ πάλιν ζητηθήσεται, ἀφ' οὗπερ εἰς μέσον ἦλθε τῶν τριῶν, καὶ ἑκάστῳ τὸ μέρος σοφῶς διώρισεν, ἵνα μὴ εἰς ἀλλήλους ἀδικοῖεν. Εἰ δὲ ἐν τοῖς τοῦ ἑνὸς, λέγω δὴ τοῦ δημιουργοῦ, αἱ δύο ἀρχαί εἰσιν ἐμπολιτευόμεναι, ὅ τε πονηρὸς ἐν τοῖς τοῦ δημιουργοῦ χώραις τε καὶ χώροις, καὶ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ Χριστὸς ἐπιδημήσας· οὐκέτι ἄρα κριτὴς καὶ δημιουργὸς μόνον εὑρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὸς, συγχωρῶν τοῖς δυσὶν εἰς τὰ ἴδια ποιεῖν ὃ βούλονται· ἢ ἀδρανὴς εὑρεθήσεται, καὶ μὴ ἰσχύων κωλῦσαι τῶν ἰδίων τοὺς ἀλλοτρίους ἅρπαγας. Εἰ δὲ καὶ ἴσσων τῇ δυνάμει ἐστὶν, οὐκέτι εὑρεθήσεται ἡ δημιουργία συνεστῶσα· ἀλλ' ἐξέλιπεν ἔκπαλαι ἀναρπαζομένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπό τε τοῦ πονηροῦ εἰς τὸ ἴδιον μέρος, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ εἰς τὰ ἄνω. Καὶ ποῦ ἔτι ἡ δημιουργία σταθήσεται; Εἰ δὲ ὅτι χρόνῳ λήξει, λέγεις, καὶ δυνατὸν ταύτην ὅλως λῆγειν διὰ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελείας· οὐκοῦν ὁ ἀγαθὸς αἴτιος τῆς βλάβης ἔσται ὁ μὴ πάλαι ποιήσας, ὅπερ ὕστερον ἀγαθὸν ἔδοξεν ἐπιτελεῖν, μήτε μὴν πεποιηκὼς ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν, πρὶν ἢ τοὺς πλείους ἀδικηθῆναι, καὶ ἐγκαθέξει [2] αὐτοὺς γενέσθαι τοῦ κριτοῦ, καὶ κάτω μεμενηκέναι.

A **308** Quo quidem constituto, ubi ille terminus erit a quo ex impostoris illius opinione tria sunt illa principia separata? Quærendus nimirum erit quartus aliquis æquissimus, ac tribus sapientior, velut limitum finiumque regendorum peritus, qui suum cuique modum attribuit, ac pacem inter illos stabilivit, ut ne amplius a se mutuo dissiderent, aut alter satellites suos in stationem alterius immitteret: atque ille quidem pace inter tria principia constituta quartus numerabitur, cæteris prudentior ac justior; et idem tamen ipse proprio ac certo in loco quærendus est, a quo trium in medium progressus unicuique partem suam scite ac perite tribuerit, ne mutuo sibi injuriam importarent. Jam vero si in unius puta creatoris possessione duo B principia versentur; malus nimirum, qui in hujus regionibus locisque resideat, et a bono missus ibidemque commorans Christus; consequens est, non illum modo judicem ac conditorem, sed et bonum esse, qui ambobus quodcunque apud se cuperent agere permiserit; aut sane perquam erit imbecillus, qui alienorum direptores coercere nequiverit. Igitur demus illum viribus imparem esse, nusquam fabricatum opus ab eo constare poterit; sed jampridem interciderit oportet, cum diebus singulis decerptum indidem aliquid partim a malo propriam in regionem, partim a bono in superiora transferatur. Ubinam ergo demum illud opificium consistet? Si paulatim desiturum respondeas, ac boni cura studioque finem aliquando consecuturum; C nonne illati damni culpam bonus iste sustinebit: ante, adeoque initio perfecerit, antequam plerique inferiore loco remanerent?

qui quod boni fecisse postea visus est, non diu injuriam acciperent, et in judicis potestate detenti,

Η'. Πάλιν δὲ τὰ τῆς θείας Γραφῆς οὐκ ὀρθῶς νοῶν προφέρει, καὶ τοὺς ἀκεραίους ἐξαπατᾷ διαστρέφων τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν, ὅτι *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.* Καί φησιν· Εἰ ἦμεν αὐτοῦ, οὐκ ἂν τὸ ἑαυτοῦ ἠγόραζεν. Ἀγοράσας δὲ εἰς ἀλλότριον κόσμον ἦλθεν ἡμᾶς ἀγοράσαι τοὺς οὐκ ὄντας αὐτοῦ. Ποίημα γὰρ ἦμεν ἑτέρου, καὶ διὰ τοῦτο ἡμᾶς σὺτὸς, ἠγόραζεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ζωήν. Ἀγνοεῖ δὲ ὅλως ὁ ἠλίθιος, ὅτι οὔτε Χριστὸς κατάραν τὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀφεῖλεν, ἑαυτὸν σταυρώσας, καὶ γενόμενος θάνατος θανάτῳ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ κατάρα αὐτὸς τῇ κατάρᾳ γενόμενος. Διὸ οὐκ ἔστι Χριστὸς κατάρα, ἀλλὰ τῆς κατάρας λύσις· εὐλογία δὲ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν ἀληθῶς πεπιστευκόσιν. Οὕτω καὶ τὸ, *ἐξηγόρασεν*, οὐκ εἶπεν, *ἠγόρασεν*. Οὔτε γὰρ εἰς ἀλλότριον ἦλθεν ἁρπάσαι ἢ ἀγοράσαι. Εἰ γὰρ ἠγόρασεν, μὴ ἔχων ἠγόρασε, καὶ ὡς πτωχὸς ἃ μὴ εἶχεν ἐκτήσατο. Καὶ ὃ [3] κεκτημένος ἡμᾶς πέπρακεν, ἀπορήσας πέπρακεν, ἀπό τινος ἄρα δανειστοῦ ἐλαυνόμενος. Ἀλλ' οὐκ ἔχει οὕτως. Οὔτε γὰρ εἶπεν, ἠγόρασεν, ἀλλ', *ἐξηγόρασεν*. Ὅμοιον δὲ τούτῳ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἀπόστολός φησιν· *Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.* Καὶ οὐχ ἡμέ-

VIII. Jam quod e sacris depromptum Litteris affert, eo perperam intellecto, atque Apostoli depravata sententia, rudioribus fucum objicit: cum ita loquitur Apostolus: *Christus nos a maledicto redemit, pro nobis factus maledictum* [4]. Ex quo istud colligit; si ipsius essemus, non utique quod jam suum erat redempturum fuisse. Cum igitur redemisse dicatur, necesse est alienum in mundum pedem posuisse, ut nos qui illius non essemus, redimeret. Opus enim eramus alterius, ideoque nos vitam ad suam transportandos redemit. Verum illud hominum stolidissimus ignorat, nequaquam Chri- D stum maledictum fuisse, absit ut ejusmodi quiddam arbitremur; sed cum ultro crucem subiisset, contractum a nobis ex peccato maledictum abstulisse, **309** ut mors quodammodo mortis esset culpa nostra susceptæ, ipsiusque maledicti maledictum. Quare maledictum Christus non est, sed dissolutio maledicti; contra vero benedictio omnibus est in eum vere ac sincere credentibus. Unde et *redemit* scriptum est, non *emit*. Neque enim in alienam possessionem diripiendi vel emendi gratia venit. Nam si emeret, quod ante non habebat, emeret, ac mendici instar quibus caruerat sibi compararet.

[1] F. ἵνα μή. [2] F. ἐν καθέξει. [3] Cor. ὅς. [4] Galat. III, 13.

Digitized by Google Распознавание текста

Cujus autem in peculio eramus, omnino egestate nos oppressus aliqua vendidisset; quasi a creditore quopiam coactus. Longe vero sese aliter res habet. Non enim emendi verbo usus est, sed redimendi. Cui simile est illud, quod idem Apostolus alio loco dixit: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*[1]. Atqui neque dies emuntur a nobis, nec pro illis pretium ullum persolvimus, sed ad patientiam, ac tolerantiam, animique constantiam exprimendam eam loquendi rationem adhibuit. Quocirca redimendi verbum totum illud suscepti pro salute nostra corporis, adventusque negotium significat; quo quidem pati nostra causa dignatus est Deus, qui pati nihil alioqui poterat, cum in eodem statu divinitatis, patiendi videlicet, nihilominus persisteret. Quod vero perpeti aliquid pro nobis voluit, non id emendi nostri gratia præstitit, quasi alieno mancipio teneremur; sed uno duntaxat nostri studio et amore ductus crucis supplicium non necessitate ulla, sed voluntate sustinuit. Ex quo Marcionis tota illa ratio funditus labefactatur. Sed ad ejus machinam omnem ac tragœdiam evertendam, multa sunt a nobis in illius refutationem congesta, eademque religiosa ex mente, animique recta ratione præditi significatione profecta.

A ρας ἀγοράζομεν, οὐδὲ τιμὴν ἡμερῶν δίδομεν· ἀλλὰ τὸ δι' ὑπομονὴν, καὶ τὸ μελλητικόν τε μακροθυμίας σημαίνων, τοῦτο ἔφη. Ὥστε τὸ, *ἐξηγόρασε*, τὴν ὑπόθεσιν ἀπέφηνε τῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδοχῆς ἐν κόσμῳ ἐνσάρκου παρουσίας· ἧς ἀνεδέξατο ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ὁ ἀπαθὴς ὢν Θεὸς, μένων ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀπαθείᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος· καὶ αὐτὸ δ ἀνεδέξατο ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν, οὐκ ἀγοράζων ἡμᾶς ἀπ' ἀλλοτρίων, ἀλλὰ τὴν ὑπόθεσιν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ σταυροῦ ἀναδεξάμενος προαιρέσει, καὶ οὐ μετ' ἀνάγκης. Ὅθεν ἐλήλεγκται κατὰ πάντα τοῦ Μαρκίωνος ὁ λόγος. Καὶ πολλά ἐστι τὰ πρὸς ἀνατροπὴν τῆς τούτου μηχανῆς καὶ τραγῳδίας, ἐξ εὐσεβοῦς λογισμοῦ καὶ εὐλόγου ὁρμώμενα ἐμφάσεως ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιῤῥήσει

IX. Jam enim ad ejus scripta, vel potius scelerate commissa, me confero. Nam iste solum Lucæ Evangelium amplectitur, amputato tamen ejus initio, quod ibi Salvatoris in utero generationem, et ejusdem adventum cum corpore perspicue commemoret. Nec initium modo circumscripsit ille sui potius quam Evangelii corruptor; sed et ex initio pariter ac medio plerasque veritatis sententias sustulit, aliasque pro illis substituit. Hanc unam porro Evangelii formam, quod a Luca scriptum admittit. Epistolas præterea Pauli apostoli decem, quibus solis utitur, nec iis quidem integris, sed alia ex illis capita detrahit, alia commutat. Atque hos duos libros duntaxat pro canonicis habet: præter quos alia insuper a se elucubrata volumina erroris **310** sui studiosis obtrusit. Epistolæ vero, quæ ab illo probantur, hæsunt: prima est ad Galatas; II ad Corinthios prima; III ad Corinthios secunda; IV ad Romanos; V ad Thessalonicenses prima; VI ad Thessalonicences secunda; VII ad Ephesios; VIII ad Colossenses; IX ad Philemonem; X ad Philippenses. Habet et ad Laodicenses Epistolæ particulas aliquot. Qua ex ipsa, quam retinet, Evangelii, Epistolarumque forma, planum hunc et impostorem esse demonstrare Deo opitulante possumus, plenissimeque refellere. Etenim ex iis ipsis libris, quos germanos esse confitetur, procul dubio redarguetur. Ex iis inquam quas adsciscit ac servat Evangelii, Epistolarumque reliquiis, apud eos quidem, qui sapientiæ paululum habeant, manifeste probabimus, nequaquam a Vetere Testamento Christum, aut ab eo cum carne veniente prophetas abhorrere. Quin etiam resurrectionem corporum ab Apostolo prædicari, et in eorum qui salutem consequuntur numerum Abrahamum ab eodem et Isaacum Jacobumque referri; nec non reliqua demonstrabuntur omnia, quæ sancta Dei Ecclesia

B Θ'. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα, μᾶλλον δὲ ἐῤῥᾳδιουργημένα. Οὗτος γὰρ ἔχει Εὐαγγέλιον μόνον τὸ κατὰ Λουκᾶν, περικεκομμένον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος σύλληψιν καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν. Οὐ μόνον δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπέτεμεν ὁ λυμηνάμενος ἑαυτὸν ἥπερ τὸ Εὐαγγέλιον· ἀλλὰ καὶ τοῦ τέλους καὶ τῶν μέσων πολλὰ περιέκοψε τῶν τῆς ἀληθείας λόγων· ἄλλα δὲ παρὰ τὰ γεγραμμένα προστέθεικε. Μόνῳ δὲ κέχρηται τούτῳ τῷ χαρακτῆρι τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ. Ἔχει δὲ καὶ Ἐπιστολὰς παρ' αὐτῷ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου δέκα, αἷς μόναις κέχρηται, οὐ πᾶσι δὲ τοῖς ἐν αὐταῖς γεγραμμένοις, ἀλλά τινα αὐτῶν περιτέμνων, τινὰ δὲ ἀλλοιώσας κεφάλαια. Ταύταις δὲ ταῖς δυσὶ βίβλοις κέχρηται. Ἄλλα δὲ συντάγματα ἀφ' ἑαυτοῦ συνέταξε τοῖς ἀπ' αὐτοῦ C πλανωμένοις. Αἱ δὲ Ἐπιστολαὶ αἱ παρ' αὐτῷ λεγόμεναί εἰσι· πρώτη μὲν πρὸς Γαλάτας, δευτέρα δὲ πρὸς Κορινθίους, τρίτη πρὸς Κορινθίους δευτέρα, τετάρτη πρὸς Ῥωμαίους, πέμπτη πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἕκτη, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα, ἑβδόμη πρὸς Ἐφεσίους, ὀγδόη πρὸς Κολωσσεῖς, ἐνάτη πρὸς Φιλήμονα, δεκάτη πρὸς Φιλιππησίους. Ἔχει δὲ καὶ τῆς πρὸς Λαοδικείας λεγομένης μέρη. Ἐξ οὗπερ χαρακτῆρος τοῦ παρ' αὐτοῦ σωζομένου, τοῦ τε Εὐαγγελίου, καὶ τῶν Ἐπιστολῶν τοῦ Ἀποστόλου, δεῖξαι αὐτὸν ἐν Θεῷ ἔχομεν ἀπατεῶνα καὶ πεπλανημένον, καὶ ἀκρότατα διελέγξαι. Ἐξ αὐτῶν γὰρ ἀναμφιβόλως τῶν παρ' αὐτοῦ ὁμολογουμένων ἀνατρπήσεται. Ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν ἔτι παρ' αὐτοῦ λειφθέ- D νων, τοῦ τε Εὐαγγελίου καὶ τῶν Ἐπιστολῶν εὑρισκομένων, δειχθήσεται ὁ Χριστὸς τοῖς συνετοῖς μὴ ἀλλότριος εἶναι Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ οἱ προφῆται οὖν οὐκ ἀλλότριοι ὄντες τῆς τοῦ Κυρίου ἐνδημίας, καὶ ὅτι ἀνάστασιν σαρκὸς ὁ Ἀπόστολος κηρύττει, καὶ δικαίους τοὺς προφήτας ὀνομάζει, καὶ ἐν σωζομένοις ὑπάρχοντας τοὺς περὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας (τε)

[1] Ephes. v, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

σωτήρια καὶ ἅγια καὶ ἐκ Θεοῦ ἐστηριγμένα, ἔν τε τῇ πίστει καὶ ἐν τῇ γνώσει, καὶ ἐν ἐλπίδι, καὶ διδασκαλίᾳ.

Ι'. Παραθήσομαι δὲ καὶ ἣν ἐποιησάμην κατ' αὐτοῦ πραγματείαν, πρὶν τοῦ ταύτην μου τὴν σύνταξιν ἐσπουδακέναι διὰ τῆς ὑμῶν τῶν ἀδελφῶν προτροπῆς ποιήσασθαι Ἀπὸ ἐτῶν ἱκανῶν ἀνερευνῶν[1] τὴν τούτου τοῦ Μαρκίωνος ἐπινενοημένην ψευδηγορίαν καὶ ληρώδη διδασκαλίαν, αὐτὰς δὴ τὰς τοῦ προειρημένου βίβλους, ἃς κέκτηται μετὰ χεῖρας λαβών, τό τε παρ' αὐτῶν λεγόμενον Εὐαγγέλιον καὶ ἀποστολικὸν καλούμενον παρ' αὐτῷ, ἐξανθισάμενος, καὶ ἀναλεξάμενος καθ' εἱρμὸν ἀπὸ τῶν προειρημένων δύο βιβλίων τὰ ἐλέγξαι αὐτὸν δυνάμενα, ἐδάφιόν τι συντάξεως ἐποιησάμην, ἀκολούθως τάξας κεφάλαια, καὶ ἐπιγράψας; ἑκάστῃ ῥήσει πρώτην, δευτέραν, τρίτην· καὶ οὕτως ἕως τέλους διεξῆλθον, ἐν οἷς φαίνεται ἠλιθίως καθ' ἑαυτοῦ ἐπὶ ταύτας τὰς παραμεινάσας τοῦ τε Σωτῆρος καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέξεις φυλάττων. Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν παρηλλαγμένως ὑπ' αὐτοῦ ἐῤῥᾳδιουργήθησαν, καὶ ὡς οὐκ εἶχε τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ τὸ ἀντίγραφον, οὔτε ἡ τοῦ ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος ἔμφασις· ἄλλα δὲ φύσει ὡς ἔχει καὶ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ὁ Ἀπόστολος, μὴ ἀλλαγέντα ὑπ' αὐτοῦ, δυνάμενα δὲ αὐτὸν διελέγχειν, δι' ὧν δείκνυται Παλαιὰ Διαθήκη συμφωνοῦσα πρὸς τὴν Νέαν, καὶ ἡ Καινὴ πρὸς τὴν Παλαιὰν Διαθήκην. Ἄλλαι δὲ πάλιν λέξεις τῶν αὐτῶν βιβλίων ὑποφαίνουσι Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, καὶ ἐν ἡμῖν τελείως ἐνηνθρωπηκέναι. Ἀλλὰ καὶ ἄλλαι πάλιν ὁμολογοῦσαι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὸν Θεὸν ἕνα ὄντα Κύριον πάντων παντοκράτορα, αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς γενομένων, καὶ οὔτε παραχαράσσουσαι τοῦ Εὐαγγελίου τὴν κλῆσιν, οὔτε μὴν ἀρνούμεναι τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων, ἀλλὰ δηλοῦσαι τὸν σαφῶς ὁμολογημένον ὑπὸ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος. Καὶ ἔστι τὰ ἡμῖν πεπραγματευμένα ἐν ὑποκειμένοις παρατιθέμενα, ἅτινά ἐστι τάδε.

A profitetur, salutaria illa quidem, ac sancta, Deique auctoritate roborata, quæ communi fide, scientia, spe, doctrinaque comprehendit.

X. Libet vero disputationem quamdam hic inserere, quam adversus hæreticum istum elucubraveram, antequam opus istud hortatu vestro susciperem. Nam cum multis abhinc annis Marcionis hujus commentitias fabulas, et inanissima dogmata perscrutatus essem, quosque ille libros pro canonicis comprobat; puta Evangelium quod ipsi vocant, et apostolicum ab iisdem nominatum evolvens, selectiora inde nonnulla, quæ ad illum refutandum pertinent, continuata serie decerpsissem, uberioris cujusdam operis fundamenta posui; ac singulorum capitum ordinem ita distribui, ut uni- B cuique sententiæ, prima, secunda, tertia, ac sic deinceps præscriberem : et ad finem usque singula notarem, in quibus istas Salvatoris aut Apostoli sententias contra se videtur stultissime retinuisse. Quædam enim ex illis ab eo commutatæ depravatæque sunt; **311** non ea fide repræsentatæ, qua aut in Evangelii secundum Lucam exemplaribus leguntur, aut apostolicus ipse stylus præ se ferre videatur. Alias integras et incorruptas reliquit; cujusmodi sincero in Evangelio et Apostolo reperiuntur; ex quibus illius convinci mendacia possunt; utpote quæ Veteris Testamenti cum Novo, hujus vicissim cum illo consensionem ac concordiam declarant. Insunt in his libris et alia loca, quibus assumpta carne venisse Christum ostendatur, C ac perfectum inter nos hominem fuisse versatum. Accedunt ea quoque, quibus mortuorum prædicatur excitatio; idemque Deus et universorum Dominus omnipotens, cœli ac terræ, omniumque quæ sunt in terra conditor perhibetur. Quæ nec evangelicam vocationem adulterant, nec totius universitatis auctorem ac molitorem abnegant; sed eumdem ipsum referunt, qualem et apostolicus stylus, et evangelica prædicatio profitetur. Quæ igitur hunc in modum elaboravimus suis argumentis digesta, deinceps proponenda sunt.

Προοίμιον τῆς περὶ τῶν Μαρκίωνος βιβλίων ὑποθέσεώς τε καὶ ἐλέγχου.

ΙΑ'. Ὅτῳ φίλον ἐστὶ τὰς τοῦ ἀπατηλοῦ Μαρκίωνος νόθους ἐπινοίας ἀκριβοῦν, καὶ τὰς ἐπιπλάστους D τοῦ αὐτοῦ βοσκήματος μηχανὰς διαγινώσκειν τουτῳῖ τῷ συλλελεγμένῳ πονήματι ἐντυχεῖν μὴ κατοκνείτω. Ἐκ γὰρ τοῦ παρ' αὐτοῦ Εὐαγγελίου τὰ πρὸς ἀντίῤῥησιν τῆς πανούργου αὐτοῦ ῥᾳδιουργίας σπουδάσαντες παρεθέμεθα· ἵν' οἱ τῷ πονήματι ἐντυχεῖν ἐθέλοντες, ἔχωσι τοῦτο γυμνάσιον ὀξύτητος πρὸς ἔλεγχον τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐπινενοημένων ξενολεξιῶν. Ὁ μὲν γὰρ χαρακτὴρ τοῦ κατὰ Λουκᾶν σημαίνει τὸ Εὐαγγέλιον· ὡς δὲ ἠκρωτηρίασται μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε μέσα, μήτε τέλος, ἱματίου βεβρωμένου ὑπὸ πολλῶν σητῶν ἐπέχει τὸν τρόπον. Εὐθὺς μὲν γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ πάντα τὰ ἀπ' ἀρχῆς τῷ Λουκᾷ πεπραγματευμένα, τουτέστιν

De Marcionis libris opusculi, sive refutationis proœmium.

XI. Si quis adulterina Marcionis inventa comprehendere penitus studet, ac pectudis illius versutias omnes et artificia cognoscere, hoc quod a me concinnatum opus est percurrat. Nam ex ejus Evangelio quæ contra calliditatem ipsius scelere implicatam opponi queant studiose selegimus, ut qui nostram hanc lucubratiunculam in manus sumere voluerint, in ea quamdam acuminis exercitationem habeant, quo peregrinarum vocum ab illo repertarum novitatem redarguant. Et quidem Marcionis ille liber Evangelium secundum Lucam stylo ipso referre videtur, ut autem ab eo mutilatus est, initio, medio ac fine decurtatis, corrosi a tinels undique vestimenti simillimus est. Etenim ab ipso

[1] For. ἱκανῶν γάρ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

statim initio, ea unde Lucas exorsus est, nimirum : *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem*, etc. [1], una cum Elizabethæ et angeli Mariæ Virgini nuntium afferentis historia, Joannis item ac Zachariæ, **312** adeoque nati apud Bethlehem Domini, cum ejusdem genealogia, ac baptismate : hæc, inquam, omnia circumcidens ac transiliens, inde Evangelium exorditur, *Anno* XV *Tiberii Cæsaris* [2], etc. Hoc igitur illius initium est. Neque tamen cætera ordine pertexit ; verum quædam, ut diximus, amputat, addit alia, susque deque, quod aiunt, omnia perturbans, nec recta gradiens, sed malitiose huc illuc que cursitans. Ea porro sequuntur :

1. *Abiens ostende te sacerdoti, et offer pro expiatione tua, sicut præcepit Moyses, ut sit hoc testimonium vobis*, pro eo quod a Salvatore dictum est, *in testimonium ipsis* [3].

2. *Ut autem sciatis, quia potestatem habet Filius hominis dimittendi peccata in terra* [4].

3. *Dominus est Filius hominis etiam Sabbati* [5].

4. *Judam Iscariothem, qui fuit proditor.* Pro eo quod est, *Descendit cum ipsis*, habet *Descendit in ipsos* [6].

5. *Et omnis turba quærebat eum tangere* [7].

6. *Et ipse elevatis oculis suis. Secundum hæc eadem faciebant prophetis patres vestri* [8].

7. *Dico autem : Tantam fidem neque in Israel inveni* [9].

8. Depravatum est ab eo : *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me* [10].

9. Nam ad Joannem ista referebat : *Hic est de quo scriptum est : Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam* [11].

10. *Et ingressus in domum Pharisæi discubuit. Mulier vero stans retro, peccatrix secus pedes, lacrymis pedes rigavit, et unxit, et osculata est* [12].

11. Et rursus : *Hæc lacrymis rigavit pedes meos, et unxit, et osculata est* [13].

12. Non habet ista : *Mater ipsius, et fratres ipsius ;* sed hoc solum : *Mater tua et fratres tui* [14].

13. *Navigantibus ipsis obdormivit. At ille surgens increpavit ventum et mare* [15].

313 14. *Et contigit dum iret, ut a turbis comprimeretur. Et mulier cum tetigisset ipsum, sanata est a fluxu sanguinis. Et ait Dominus : Quis me tetigit?* Ac rursum : *Tetigit me aliquis. Nam ego novi virtutem de me exisse* [16].

15. *Suspiciens in cœlum benedicebat ipsis* [17].

16. *Dicens : Oportet Filium hominis multa pati, et occidi, et post tres dies resurgere* [18].

ὡς λέγει· *Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὰ περὶ τῆς Ἐλισάβετ, καὶ τοῦ ἀγγέλου εὐαγγελιζομένου τὴν Μαρίαν Παρθένον, Ἰωάννου τε καὶ Ζαχαρίου, καὶ τῆς ἐν Βηθλεὲμ γεννήσεως γενεαλογίας, καὶ τῆς τοῦ βαπτίσματος ὑποθέσεως· ταῦτα πάντα περικόψας ἀπεπήδησε, καὶ ἀρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἔταξε ταύτην· *Ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐντεῦθεν οὖν οὗτος ἄρχεται, καὶ οὐ καθ' εἱρμὸν πάλιν ἐπιμένει, ἀλλὰ τὰ μὲν, ὡς προεῖπον, παρακόπτει, τὰ δὲ προστίθησιν ἄνω κάτω, οὐκ ὀρθῶς βαδίζων, ἀλλὰ ἐρραδιουργημένως πάντα περινοστεύων. Καὶ ἔστιν·

α'. *Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ πρόσενεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς, ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν.* Ἀφ' οὗ εἶπεν ὁ Σωτὴρ, *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.*

β'. *Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς.*

γ'. *Κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ Σαββάτου.*

δ'. *Ἰούδαν Ἰσκαριὼθ, ὃς ἐγένετο προδότης.* Ἀντὶ τοῦδε, *Κατέβη μετ' αὐτῶν*, ἔχει, *Κατέβη ἐν αὐτοῖς.*

ε'. *Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ.*

ς'. *Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Κατὰ τὰ αὐτὰ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες ὑμῶν.*

ζ'. *Λέγω δὲ· Τοσαύτην πίστιν οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον.*

η'. Παρηλλαγμένον τὸ, *Μακάριος ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.*

θ'. Εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ἰωάννην· *Αὐτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου.*

ι'. *Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου κατεκλίθη. Ἡ δὲ γυνὴ, στᾶσα ὀπίσω ἡ ἁμαρτωλὸς παρὰ τοὺς πόδας, ἔβρεξε τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.*

ια'. Καὶ πάλιν· *Αὕτη τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.*

ιβ'. Οὐκ εἶχεν· *Ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ*, ἀλλὰ μόνον· *Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου.*

ιγ'. *Πλεόντων αὐτῶν ἀφύπνωσεν. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ*

ιδ'. *Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτὸν συνέπνιγον αὐτὸν οἱ ὄχλοι. Καὶ γυνὴ ἁψαμένη αὐτοῦ ἰάθη τοῦ αἵματος. Καὶ εἶπεν ὁ Κύριος· Τίς μου ἥψατο ; καὶ πάλιν· Ἥψατό μού τις ; Καὶ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.*

ιε'. *Ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησεν ἐπ' αὐτούς.*

ις'. *Λέγων· Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκταν θῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγερθῆναι.*

[1] Luc. I, 1. [2] Luc. III, 1. [3] Luc. V, 14. [4] ibid. 23. [5] Luc. VI, 5. [6] ibid. 16. [7] ibid. 19. [8] ibid. 20. [9] Luc. VII, 9. [10] ibid. 23. [11] ibid. 27. [12] ibid. 36. [13] ibid. 44. [14] Luc. VIII, 29. [15] ibid. 24 [16] Luc. VIII, 41-46. [17] Luc. IX, 16. [18] ibid. 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ις'. Καὶ ἰδοὺ δύο ἄνδρες συνελάλουν αὐτῷ, Ἠλίας καὶ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ.

ιη'. Ἐκ τῆς νεφέλης φωνή· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.

ιθ'. Ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου. Εἶχε δὲ παρὰ τὸ, Οὐκ ἠδυνήθησαν ἐκβαλεῖν αὐτό. Καὶ πρὸς αὐτούς· Ὦ γενεὰ ἄπιστος! ἕως ἀνέξομαι ὑμῶν;

κ'. Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

κα'. Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβίδ· Εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ.

κβ'. Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ. Οὐκ εἶχε δὲ, καὶ τῆς γῆς. Οὔτε, Πάτερ, εἶχεν. Ἐλέγχεται δέ· κάτω γὰρ εἶχεν, Ναὶ ὁ Πατήρ.

κγ'. Εἶπε τῷ νομικῷ· Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; Καὶ ἀποκριθείς. Μετὰ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ νομικοῦ εἶπεν· Ὀρθῶς εἶπες. Τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

κδ'. Καὶ εἶπε· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, αἰτῶν τρεῖς ἄρτους; καὶ λοιπόν· Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται. Τίνα γὰρ ἐξ ὑμῶν τὸν πατέρα υἱὸς αἰτήσει ἰχθύν, καὶ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; ἢ ἀντὶ ᾠοῦ σκορπίον; Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατήρ;

κε'. Περικέκοπται τὸ περὶ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Εἶχε γάρ· Ἡ γενεὰ αὕτη, σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. Οὐκ εἶχε δὴ περὶ Νινευῆ καὶ βασιλίσσης νότου, καὶ Σαλομῶνος.

κς'. Ἀντὶ τοῦ, Παρέρχεσθε τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, εἶχε, Παρέρχεσθε τὴν κλῆσιν τοῦ Θεοῦ.

κζ'. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνήματα τῶν προφητῶν, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

κη'. Οὐκ εἶχε· Διὰ τοῦτο εἶπεν ἡ Σοφία τοῦ Θεοῦ, Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας· καὶ περὶ αἵματος Ζαχαρίου καὶ Ἄβελ τῶν προφητῶν· Ὅτι ἐκζητηθήσεται ἐκ τῆς γενεᾶς ταύτης.

κθ'. Λέγω τοῖς φίλοις μου· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα· φοβηθῆτε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἔχοντα ἐξουσίαν βαλεῖν εἰς γέενναν. Οὐκ εἶχε δέ· Οὐχὶ πέντε στρουθία ἀσσαρίων δύο πωλοῦνται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

λ'. Ἀντὶ τοῦ, Ὁμολογήσει ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λέγει.

λα'. Οὐκ ἔχει τό· Ὁ Θεὸς ἀμφιέννυσι τὸν χόρτον.

λβ'. Ὑμῶν δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων· τῶν σαρκικῶν δή.

λγ'. Ζητεῖτε δὴ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

λδ'. Ἀντὶ τοῦ, ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ Πατὴρ εἶχεν.

λε'. Ἀντὶ τοῦ, δευτέρᾳ ἢ τρίτῃ φυλακῇ, εἶχεν, ἑσπερινὴν φυλακήν.

17. *Et ecce duo viri loquebantur cum eo, Elias et Moyses in gloria* [1].

18. *E nube vox : Hic est Filius meus dilectus* [2].

19. *Rogavi discipulos tuos.* Quod in codice suo habebat, præterquam : *Non potuerunt ejicere ipsum. Et ait ad ipsos : O generatio incredula! quandiu vos sustinebo* [3] ?

20. *Filius enim hominis tradendus est in manus hominum* [4].

21. *Neque hoc legistis, quid fecerit David : Ingressus est in domum Dei* [5].

22. *Gratias ago tibi, Domine cœli ;* deerat, *et terræ ;* sed et vox, *Pater*, aberat. Sed ex eo redarguitur, quod paulo post habeat, *Etiam Pater* [6].

23. Dixit legisperito : *In lege quid scriptum est? Et respondens.* Post legisperiti responsum, dixit : *Recte dixisti. Hoc fac, et vives* [7].

24. Et dixit : *Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, postulans tres panes?* Ac deinceps : *Petite et dabitur. Quis enim ex vobis est pater, a quo filius petat piscem, et pro pisce serpentem dabit illi? aut pro ovo scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis dona bona, quanto magis Pater* [8]?

25. Amputata erant ea quæ ad Jonam pertinebant. Sic enim habebat : *Generatio hæc, signum non dabitur ei* [9]. Desiderabantur etiam illa, quibus de Ninive, et regina Austri, ac Salomone fit mentio.

26. Pro his verbis, *Præteritis Dei judicium* [10], rescripserat, *Præteritis Dei vocationem.*

27. *Væ vobis, quoniam ædificatis sepulcra prophetarum, et patres vestri occiderunt illos* [11].

28. Deerat : *Propterea et Sapientia Dei dixit : Mittam ad illos prophetas* [12] : et de sanguine Zachariæ et Abel prophetarum : **314** *Quoniam requiretur a generatione hac.*

29. *Dico amicis meis : Nolite timere eos, qui occidunt corpus ; timete vero eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittendi in gehennam* [13]. Nec habebat illud : *Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex ipsis non est in oblivione coram Deo* [14] ?

30. Pro his verbis, *Confitebitur coram angelis Dei*, rescribit, *coram Deo* [15].

31. Non habet ista : *Deus vestit fenum* [16].

32. *Pater vester novit, quoniam his opus habetis* [17] ; haud dubie quæ ad carnem attinent.

33. *Quærite autem regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* [18].

34. Pro eo quod est, *Pater vester*, habebat, *Pater* [19].

35. Pro his vero, *secunda aut tertia custodia*, substituerat, *vespertinam custodiam* [20].

[1] Luc. IX, 31. [2] ibid. 35. [3] ibid. 40. [4] ibid. 44. [5] Luc. VI, 3. [6] Luc. X, 21. [7] ibid. 27. [8] Luc. XI, 5 sqq. [9] ibid. 30. [10] ibid. 42. [11] ibid. 47. [12] ibid. 49. [13] Luc. XII, 4, 5. [14] ibid. 6. [15] ibid. 8. [16] ibid. 28. [17] ibid. 30. [18] ibid. 31. [19] ibid. 30. [20] ibid. 38.

Digitized by Google Распознавание текста

36. *Veniet Dominus servi istius, et secabit eum, et partem ejus ponet cum infidelibus* [1].

37. *Ne forte trahat te ad judicem; et judex tradat te exactori* [2].

38. Sustulerat ex illo loco : *Venerunt quidam nuntiantes ipsi de Galilæis, quorum sanguinem miscuerat Pilatus cum sacrificiis eorum*, usque ad ea, quibus de octodecim illis est sermo, qui ruina turris oppressi sunt. Item, *Nisi pœnitentiam egeritis*, usque ad parabolam ficus, de qua dixit agricola : *Fodiam, et mittam stercora : et si non fecerit, excide* [3].

39. *Hanc autem filiam Abrahæ alligavit Satanas* [4].

40. Item illud ademit : *Tunc videbitis Abraham, Isaac, et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei* [5]. Pro quo rescripsit : *Cum omnes justos videritis in regno Dei, vos autem exclusos.* Adjecit vero, *detentos foris*, et, *illic est fletus, et stridor dentium.*

41. Item illud sustulit : *Venient ab Oriente et Occidente, et recumbent in regno.* Tum illud : *Erunt novissimi primi.* Item : *Accesserunt Pharisæi dicentes : Exi et vade, quoniam Herodes vult te interficere.* Necnon et istud : *Dixit : Abeuntes dicite* **315** *vulpi huic*, usque ad ea, *Non capit prophetam occidi extra Hierusalem.* Illud etiam : *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* Item : *Sæpe volui congregare, sicut gallina pullos suos*; et, *Relinquetur vobis domus vestra*; et, *Non me videbitis, donec dicatis, Benedictus* [6].

42. Ad hæc integram abscidit duorum filiorum parabolam, ejus videlicet, qui bonorum partem abstulerat, et alterius [7].

43. *Lex et prophetæ usque ad Joannem, et omnis in illud vim facit* [8].

44. De divite, et Lazaro mendico, quemadmodum delatus est ab angelis in sinum Abrahami [9].

45. *Nunc vero hic consolatur Lazarus* [10].

46. Dixit Abraham : *Habent Moysem et prophetas, ipsos audiant : quandoquidem neque si quis a mortuis resurrexerit, audient* [11].

47. Sustulit ista : *Dicite : Quoniam servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus* [12].

48. Quando occurrerunt leprosi. Quo in loco multa resecuit : atque ita scripsit : *Et misit eos dicens : Ostendite vos sacerdotibus* [13] : ac pro aliis alia subjecit, ita concipiens : *Multi erant leprosi in diebus Elisæi prophetæ, et nemo curatus est nisi Naaman Syrus* [14].

λς'. *Ἥξει ὁ Κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.*

λζ'. *Μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν καὶ ὁ κριτὴς παραδώσει σε τῷ πράκτορι.*

λη'. Ἦν παρακεκομμένον ἀπὸ τοῦ· *Ἦλθόν τινες ἀναγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα συνέμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν*, ἕως ὅπου λέγει περὶ τῶν ἐν τῷ Σιλωὰμ δεκαοκτὼ ἀποθανόντων ἐν τῷ πύργῳ· καὶ ὅτι *Ἐὰν μὴ μετανοήσητε*, καὶ ἕως τῆς παραβολῆς τῆς συκῆς, περὶ ἧς εἶπεν ὁ γεωργὸς, ὅτι *Σκάπτω, καὶ βάλλω κόπρια· καὶ ἐὰν μὴ ποιήσῃ, ἐκκόψον.*

λθ'. *Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ ἔδησεν ὁ Σατανᾶς.*

μ'. Παρέκοψε πάλιν· *Τότε ὄψεσθε Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.* Ἀντὶ δὲ τούτου ἐποίησεν· *Ὅτε πάντας τοὺς δικαίους ἴδητε ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους.* Ἐποίησε δὲ, *κρατουμένους ἔξω·* καὶ, *ἐκεῖ ἐστιν ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.*

μα'. Παρέκοψε πάλιν τό· *Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ·* καὶ τό· *Οἱ ἔσχατοι ἔσονται πρῶτοι·* καὶ τό· *Προσῆλθον οἱ Φαρισαῖοι λέγοντες· Ἔξελθε καὶ πορεύου, ὅτι Ἡρώδης σε θέλει ἀποκτεῖναι·* καὶ τό· *Εἶπε· Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ*, ἕως ὅτου εἶπεν· *Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.* [15] *Ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους·* καὶ τό· *Πολλάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι, ὡς ὄρνις τὰ τέκνα σου·* καὶ τὸ, *Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν·* καὶ τὸ, *Οὐ μὴ ἴδητέ με, ἕως εἴπητε· Εὐλογημένος.*

μβ'. Πάλιν ἀπέκοψε τὴν παραβολὴν πᾶσαν τῶν δύο υἱῶν, τοῦ εἰληφότος τὸ μέρος τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τοῦ ἄλλου.

μγ'. *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.*

μδ'. Περὶ τοῦ πλουσίου, καὶ Λαζάρου τοῦ πτωχοῦ, ὅτι ἀπηνέχθη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ.

με'. *Νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται ὁ αὐτὸς Λάζαρος.*

μς'. Εἶπεν Ἀβραάμ· *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτούς· ἐπεὶ οὐδέ τον ἐγειρομένου ἐκ νεκρῶν ἀκούουσιν.*

μζ'. Παρέκοψε τό· *Λέγετε· Ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι πεποιήκαμεν.*

μη'. Ὅτε συνήντησαν οἱ δέκα λεπροί. *Ἀπέκαψε δὲ πολλὰ*, καὶ ἐποίησεν· *Ἀπέστειλεν αὐτοὺς λέγων· Δείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι·* καὶ *Ἄλλα* ἀντὶ ἄλλων ἐποίησε, λέγων, ὅτι *Πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐν ἡμέραις Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου, καὶ οὐκ ἐκαθαρίσθη εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.*

[1] Luc. XII, 46. [2] ibid. 50. [3] Luc. XIII, 1. [4] ibid. 16. [5] ibid. 28. [6] ibid. 29-35. [7] Luc. XV, 12 sqq. [8] Luc. XVI, 16. [9] ibid. 22-24. [10] ibid. 25. [11] ibid. 29. [12] Luc. XVII, 10. [13] ibid. 12 sqq. [14] Luc. IV, 27. [15] Adde Ἱερουσαλήμ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μθ'. Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἐπιθυμήσητε ἰδεῖν μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

ν'. Εἶπέ τις πρὸς αὐτόν· Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Μή με λέγετε ἀγαθόν. Εἷς ἐστιν ἀγαθός. Προσέθηκε τὸ, ὅτι ὁ Πατήρ. Καὶ ἀντὶ τοῦ, Τὰς ἐντολὰς οἶδας, λέγει, Τὰς ἐντολὰς οἶδα.

να'. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν τῇ Ἰεριχὼ, τυφλὸς ἔβόα· Ἰησοῦ υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με. Καὶ ὅτε ἰάθη, φησίν· Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

νβ'. Παρέκοψε τό· Παραλαβὼν τοὺς δώδεκα ἔλεγεν· Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· παραδοθήσεται, ἀποκταθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Ὅλα ταῦτα παρέκοψε.

νγ'. Παρέκοψε τὸ κεφάλαιον τῆς ὄνου, καὶ Βηθφαγὴ, καὶ τὸ περὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦ ἱεροῦ· Ὅτι γεγραμμένον ἦν· Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς· καὶ ποιεῖτε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.

νδ'. Καὶ ἐζήτησαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, καὶ ἐφοβήθησαν.

νε'. Πάλιν ἀπέκοψε τὴν τοῦ ἀμπελῶνος [1] τοῦ ἐκδεδομένου γεωργοῖς. Καὶ τὸ, Τί οὖν ἐστι τό· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες;

νς'. Ἀπέκοψε τό· Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, Μωϋσῆς ἐμήνυσε περὶ τῆς βάτου, καθὼς λέγει· Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Θεὸς δέ ἐστι ζώντων, καὶ οὐχὶ νεκρῶν.

νζ'. Οὐκ εἶχε ταῦτα· Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσε, λέγων Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακώβ, Θεὸν ζώντων.

νη'. Πάλιν παρέκοψε τό· Θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

νθ'. Πάλιν παρέκοψε ταῦτα· Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ τὰ ἐξῆς· διὰ τὸ ἐπιφερόμενον· ἕως πληρωθῇ πάντα τὰ γεγραμμένα.

ξ'. Συνελάλησε τοῖς στρατηγοῖς. Καὶ τὸ, Πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.

ξα'. Καὶ εἶπε τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς· Ἀπελθόντες ἑτοιμάσατε, ἵνα φάγωμεν τὸ πάσχα.

ξβ'. Καὶ ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ· καὶ εἶπεν· Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν.

ξγ'. Παρέκοψε τό· Λέγω γὰρ ὑμῖν, Οὐ μὴ φάγω αὐτὸ ἀπ' ἄρτι, ἕως πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

ξδ'. Παρέκοψε τό· Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς, μή τινος ὑστερήσατε; καὶ τὰ ἐξῆς· διὰ τό· Καὶ τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι, τό, Καὶ μετὰ ἀνόμων συνελογίσθη.

ξε'. Ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴ, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο.

ξς'. Καὶ ἤγγισε καταφιλῆσαι αὐτὸν, καὶ εἶπεν.

49. *Venient dies, quando desiderabitis videre unum ex diebus Filii hominis* [2].

50. *Dixit ei quidam : Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Nolite me dicere bonum. Unus est bonus* [3]. Adjecit vero, *Pater*. Sed et pro eo quod est : *Mandata nosti* [4]; scripsit ille, *Mandata novi*.

51. *Factum autem est cum appropinquaret Jericho, cæcus clamabat : Jesu fili David, miserere mei. Et cum curatus esset ait : Fides tua te salvum fecit* [5].

52. Mutilavit ista : *Assumptis duodecim ait : Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis : tradetur, occidetur, et tertia die resurget* [6]. Hæc omnia sustulit.

53. Expunxit et caput illud de asino, Bethphage, et urbe, ac templo : **316** *Quoniam scriptum est : Domus mea domus orationis vocabitur; et facitis eam speluncam latronum* [7].

54. *Et quæsierunt injicere manus in illum, et timuerunt* [8].

55. Item illum induxit locum, quo de vite illa agitur agricolis locata. Atque hoc insuper : *Quid est igitur : Lapidem quem reprobaverunt ædificantes* [9]?

56. Delevit illud : *Quia vero mortui resurgunt, Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit, Dominum Deum Abraham, et Isaac, et Jacob. Deus autem est vivorum, non mortuorum* [10].

57. Ista quoque prætermisit : *Quia vero resurgant mortui, et Moyses ostendit, dicens Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Jacob, Deum vivorum.*

58. Illud insuper omisit : *Capillus de capite vestro non peribit* [11].

59. Iterum hæc amputavit : *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes*, etc., ob ea quæ sequuntur, *donec consummentur omnia quæ scripta sunt* [12].

60. *Locutus est cum magistratibus*, et, *quemadmodum illum traderet* [13], etc.

61. *Et dixit Petro et reliquis : Euntes præparate, ut manducemus pascha* [14].

62. *Et recubuit, et duodecim apostoli cum illo : et dixit : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar* [15].

63. Præterea hæc ab eo detracta sunt : *Dico enim vobis, Non edam illud amplius donec impleatur in regno Patris mei* [16].

64. Item illud : *Quando misi vos, nunquid defuit vobis?* etc. Ob ea quæ sequuntur : *Et hoc quod scriptum est oportet impleri : Et cum iniquis deputatus est* [17].

65. *Avulsus est ab illis, quantum jactus est lapidis : Et positis genibus orabat* [18].

66. *Et accessit, ut oscularetur eum, et dixit* [19].

[1] For. τὰ τοῦ ἀμπ. [2] Luc. XVII, 22. [3] Luc. XVIII, 18. [4] ibid. 20. [5] ibid. 35. [6] ibid. 31. [7] Luc. XIX, 29 sqq. [8] Luc. XX, 19. [9] ibid. 9. [10] ibid. 37. [11] Luc. XXI, 18. [12] ibid. 21 sqq. [13] Luc. XXII, 4. [14] ibid. 8. [15] ibid. 15. [16] ibid. 16. [17] ibid. 35. [18] ibid. 41. [19] ibid. 47.

Digitized by Google Распознавание текста

67. Recidit id quod a Petro gestum est, cum percussit, et amputavit auriculam [1].

68. *Et qui tenebant illudebant, cædentes, et percutientes dicebant : Prophetiza; quis est qui te percussit* [2]?

69. Post ista : *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram* [3], addidit, *et destruentem legem et prophetas.*

317 70. Aliud quoque post hæc verba : *Et prohibentem tributa dare* [4], subjecit : *et avertentem uxores et filios.*

71. *Et venientes in locum qui dicitur Calvariæ locus, crucifixerunt eum, et diviserunt vestimenta, et obscuratus est sol* [5].

72. Hoc abstulit : *Hodie mecum eris in paradiso* [6].

73. *Et clamans voce magna exspiravit* [7].

74. *Et ecce vir nomine Joseph depositum corpus involvit, et posuit in monumento exciso* [8].

75. *Et revertentes siluerunt Sabbato secundum mandatum* [9].

76. *Dixerunt qui erant in veste alba : Quid quæritis viventem cum mortuis? Surrexit. Recordamini quæ locutus est, cum adhuc esset : Quoniam oportet Filium hominis pati et tradi* [10].

77. Quin ea subtraxit, quæ Cleophæ, et ejus socio dicta sunt, cum illis occurrit : *O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ! Nonne hæc oportuit pati?* Ac pro his *omnibus quæ locuti sunt prophetæ* [11], scripsit, *in omnibus, quæ locutus sum vobis.* Sed ex eo redarguitur, quod cum panem fregit, aperti sunt oculi, et cognoverunt.

78. *Quid turbati estis? Videte manus, et pedes : quoniam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere* [12].

Præter hæc, quæ sequuntur contra hæreseos auctorem istum, huic a nobis instituto adjungamus operi. Quæ quidem apud eumdem invenimus hunc in finem usurpata, ut Epistolarum Pauli apostoli speciem præ se ferrent. Quas tamen non omnes, sed certas duntaxat asciscit; quarum in calce totius operis nomina subscripsimus, cujusmodi in Apostolico ab illis inscripto libro reperiuntur. Atque illas ipsas insuper usitato illo suo flagitio mutilatas proposuit : quemadmodum in alterum illum librum, cui Evangelio nomen imposuit, ut quod res est dicam, germani Evangelii reliquias conjecit, ac nihilominus tamen omnia malitiose callideque depravavit.

ξζ'. Παρέκοψε τὸ, [14] ἐποίησε Πέτρος, ὅτε ἐπάταξε, καὶ ἀφεῖλετο τὸ οὖς.

ξη'. *Οἱ συνέχοντες ἐνέπαιζον, δέροντες, καὶ τύπτοντες ἔλεγον· Προφήτευσον· τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;*

ξθ'. Προσέθετο μετὰ τοῦτο· *Τοῦτον εὑρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, — καὶ καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας.*

ο'. Προσθήκη μετὰ τὸ, *Κελεύοντα φόρους μὴ δοῦναι, — καὶ ἀποστρέφοντα τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα.*

οα'. *Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Κρανίου τόπον, ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια,* [15] *ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος.*

οβ'. Παρέκοψε τό· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*

ογ'. *Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ, ἐξέπνευσε.*

οδ'. *Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, καθελὼν τὸ σῶμα ἐνετύλιξε, καὶ ἔθηκεν ἐν μνήματι λαξευτῷ.*

οε'. *Καὶ ὑποστρέψασαι ἡσύχασαν τὸ Σάββατον κατὰ τὸν νόμον.*

ος'. *Εἶπαν οἱ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ· Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Ἠγέρθη. Μνήσθητε ὅτα ἐλάλησεν ἔτι ὢν· Ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παθεῖν, καὶ παραδοθῆναι.*

οζ'. Παρέκοψε τὸ εἰρημένον πρὸς Κλεόπαν καὶ τὸν ἄλλον, ὅτε συνήντησεν αὐτοῖς, τό· *Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται! Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν;* Καὶ ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐφ' οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, — ἐφ' οἷς ἐλάλησα ὑμῖν.* Ἐλέγχεται δὲ, ὅτι, ὅτε ἔκλασε τὸν ἄρτον, ἠνεῴχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν.

οη'. *Τί τεταραγμένοι ἐστέ; Ἴδετε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· ὅτι πνεῦμα ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.*

Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα συνάπτομεν· κατὰ τοῦ προειρημένου αἱρεσιάρχου ταύτῃ τῇ ἡμῶν κατ' αὐτοῦ πεπραγματευμένῃ σχέσει· ἄτινα παρ' αὐτῷ πάλιν ἐφεύρομεν, ὡς ἐν ἐθελοδοκήσει τῶν τοῦ ἀποστόλου Παύλου Ἐπιστολῶν· οὐχ ὅλων, ἀλλ' ἐνίων, ὧν ἐν τῷ τέλει τῆς πάσης πραγματείας αἱ ὀνομασίαι ὑφ' ἡμῶν ἐνετάχθησαν, ὡς παρ' αὐτῷ τὸ Ἀποστολικὸν ἐμφέρεται. Καὶ αὐτῶν δὲ ἠκρωτηριασμένων συνήθως τῇ αὐτοῦ ῥᾳδιουργίᾳ· ὡς καὶ ἐν τῷ προταχθέντι ὀνόματι Εὐαγγελίῳ λείψανα μὲν τοῦ ἀληθινοῦ Εὐαγγελίου, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν· ὅμως δὲ τὰ πάντα δεινῶς μηχανευσάμενος ἐνόθευσεν

318 Ex Epistola ad Romanos, quæ apud illum IV est, in Apostolico I.

1. *Quicunque sine lege peccaverunt, sine lege et peribunt, et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* [13].

Τῆς πρὸς Ῥωμαίους παρ' αὐτῷ Δ', ἐν δὲ τῷ Ἀποστολικῷ Α'.

α'. *Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐννόμως ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαωθήσονται.*

[1] Luc. XXII, 50. [2] ibid. 63. [3] Luc. XXIII, 2. [4] ibid. [5] ibid. 33, 45. [6] ibid. 34. [7] ibid. 46. [8] ibid. 50. ibid. 56. [10] Luc. XXIV 5. [11] ibid. 25-31. [12] ibid. 39. [13] Rom. II, 12, 13. [14] For. ὃ ἐποί. [15] Supple καί.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

β'. *Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.*

γ'. *Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.*

δ'. *Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.*

ε'. *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή.*

ς'. *Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν.*

ζ'. *Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.*

η'. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, νόμον πεπλήρωκε.*

A 2. *Circumcisio quidem prodest, si legem observes. Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est* [1].

3. *Habentem formam cognitionis, et veritatis in lege* [2].

4. *Adhuc enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est* [3].

5. *Unde lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum* [4].

6. *Ut justificatio legis impleatur in nobis* [5].

7. *Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti* [6].

8. *Qui enim diligit proximum, legem implevit* [7].

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς Α', παρ' ἡμῖν δὲ Η'· πρὸς Θεσσαλονικεῖς Β', παρ' ἡμῖν Θ'· ἡ πρὸς Ἐφεσίους Ζ', παρ' ἡμῖν δὲ Ε'.

B Ad Thessalonicenses I, quæ est apud nos VIII; ad Thessalonicenses II, quæ est apud nos IX; ad Ephesios VII, apud nos V.

α'. *Μνημονεύοντες ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν Διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

1. *Memores estote, quod aliquando vos eratis gentes, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta. Eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites Testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim pax nostra, qui fecit utraque unum* [8], etc.

β'. *Διὸ λέγει· Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.*

2. Ideo dicit: *Surge, qui dormis, et illuminabit te Christus* [9].

γ'. *Ἀντὶ τούτου, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικί, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, παρὰ τὸ, τῇ γυναικί.*

C 3. *Propter hoc, relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhærebit uxori, et erunt duo in carnem unam* [10], dempta voce *uxori*.

Πρὸς Κολοσσαεῖς Η', παρ' ἡμῖν δὲ Ζ'.

319 Ad Colossenses VIII, apud nos VII.

Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ Νεομηνίας, καὶ Σαββάτων, ὅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.

Nemo ergo vos judicet in cibo, et potu, aut in parte diei, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quod est umbra futurorum [11].

Πρὸς Φιλήμονα Θ', παρ' ἡμῖν δὲ ΙΓ', ἣ καὶ ΙΔ'· πρὸς Φιλιππησίους Ι', παρ' ἡμῖν δὲ Ϛ'· πρὸς Λαοδικεῖς ΙΑ'.

Ad Philemonem IX, quæ apud nos est XIII, vel XIV; ad Philippenses X, apud nos VI; ad Laodicenos XI.

Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν.

Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus [12].

Ἀπὸ τῆς πρὸς Γαλάτας Α', παρ' ἡμῖν Δ' καὶ Α' [1].

Ex Epistola ad Galatas I, apud nos IV.

D α'. *Μάθετε δέ, ὅτι δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Ὅσοι γὰρ ὑπὸ νόμον, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. Ὁ δὲ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς.*

1. *Discite autem, quia justus ex fide vivit. Quotquot enim sub lege sunt, sub maledicto sunt. Qui autem fecerit ista, vivet in eis* [13].

β'. *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.*

2. *Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, ex libera* [14].

Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας διὰ τῆς ἐλευθέρας.

γ'. *Μαρτύρομαι δὲ πάλιν, ὅτι ἄνθρωπος περιτετμημένος ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.*

3. *Testificor rursum, quoniam homo circumcisus debitor est universæ legis implendæ* [15].

δ'. *Ἀντὶ τοῦ, Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, ἐποίησε, δολοῖ.*

4. Pro eo quod est, *Modicum fermentum totam massam corrumpit* [16], rescripsit, *adulterat*.

[1] For. tollenda ista καὶ α'. [2] Rom. II. 25. [3] ibid. 20. [4] Rom. v, 6. [5] Rom. VII, 12. [6] Rom. VIII, 4. [7] Rom. X, 4. [8] Rom. XIII, 8. [9] Ephes. II, 11-14. [10] Ephes. V, 14. [11] ibid. 31. [12] Coloss. II, 16. [13] Ephes. IV, 5. [14] Galat III, 10. [15] ibid. 14. [16] Galat. V, 3. [17] ibid. 9.

Digitized by Google Распознавание текста

5. *Omnis enim lex vobis impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum* [1].

6. *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, homicidia, ebrietates, comessationes, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt* [2].

7. *Qui autem Christi, carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* [3].

8. *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt* [4].

ε'. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ὑμῖν πεπλήρωται. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

ς'. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἅτινά ἐστι πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

ζ'. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

η'. Οὔτε γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσι.

320 Ad Corinthios I, quæ est apud Marcionem ut et apud nos II.

Πρὸς Κορινθίους Α', παρ' αὐτῷ δὲ Μαρκίωνι Β', καὶ παρ' ἡμῖν Β'.

1. *Scriptum est enim : Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo* [5].

2. *Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in Domino glorietur* [6].

3. *Principum hujus sæculi, qui evacuantur* [7].

α'. Γέγραπται γάρ· Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

β'. Ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

γ'. Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων.

4. *Scriptum est enim : Comprehendam sapientes in astutia eorum* [8]. Et iterum : *Dominus novit cogitationes hominum, quia vanæ sunt* [9].

δ'. Γέγραπται γάρ· Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν· καὶ πάλιν· Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

5. *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus* [10].

ε'. Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

6. *Nescitis quod qui adhæret meretrici, unum corpus est? Erunt enim*, inquit, *duo in carnem unam* [11].

ς'. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

7. Mutatus est locus, nam pro eo quod est : *Et lex hæc non dicit*, habet [12] ille, *Etsi lex Moysis hæc non dicit.*

ζ'. Μεταλλαγμένος· ἀντὶ γὰρ τοῦ, Καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει, φησὶ ἐκεῖνος, Εἰ καὶ ὁ νόμος Μωϋσέως ταῦτα οὐ λέγει.

8. *Nunquid de bobus cura est Deo* [13]?

η'. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;

9. *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra ; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi fuerunt. Neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est : Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque tentemus Christum*, usque ad ea verba : *Hæc autem omnia in figura contingebant ipsis,* [14] etc.

θ'. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν. Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται· Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, ἕως ὅπου λέγει· Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἡμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

10. *Quid ergo dico? Quod idolis immolatum aliquid sit? Sed quæ immolant dæmoniis, et non Deo* [15].

11. *Vir comam non nutriat; gloria enim et imago Dei est* [16].

12. *Sed Deus temperavit corpus* [17].

13. Perperam istam concepit : *Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui* [18]. Aliter enim ille scripsit ; et *ob legem*, addidit.

ι'. Τί οὖν φημι; Ὅτι [19] ἱερόθυτόν τί ἐστιν· Ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ Θεῷ.

ια'. Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κομᾶν, δόξα καὶ εἰκὼν Θεοῦ ὑπάρχων.

ιβ'. Ἀλλὰ ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.

ιγ'. Πεπλανημένως· Ἀλλὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους τῷ νοΐ μου λαλῆσαι. Ἐτέρως δέ, διὰ τὸν νόμον.

[1] Gal. v, 14. [2] ibid. 19. [3] ibid. 24. [4] Galat. vi, 13. [5] I Cor. i, 19 ; Isa. xxix, 14. [6] I Cor. i, 31 ; Jer ix, 23. [7] I Cor. ii, 6. [8] I Cor. iii, 19 ; Job v, 3. [9] I Cor. iii, 19 ; Psal. xciii, 11. [10] I Cor. v, 7. [11] I Cor. vi, 16. [12] I Cor. ix, 8. [13] ibid. 9. [14] I Cor. x, 1 sqq. ; Exod. xxxii 6. [15] I Cor. x, 19. [16] I Cor. xi, 14. [17] I Cor. xii, 24. [18] I Cor. xiv, 19. [19] Vet. ἢ εἰδωλόθυτον.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АБР

ιδ'. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· *Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον.*

ιε'. *Αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. Οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν· ἀλλ' ὑποτασσέσθωσαν, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.*

ις'. Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν· *Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν·* καὶ ὅτι, *Εἰ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον,* καὶ τὰ ἑξῆς. *Οὕτως κηρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπιστεύσαμεν· ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ὅταν δὲ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.*

Τῆς πρὸς Κορινθίους Β', παρ' αὐτῷ δὲ καὶ παρ' ἡμῖν Γ'.

α'. *Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί· διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ ἀμὴν τῷ Θεῷ.*

β'. *Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι.*

γ'. *Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν καὶ λαλοῦμεν.* Ἐξέκοψε δὲ τὸ *κατὰ τὸ γεγραμμένον.*

Αὕτη ἡ νενοθευμένη τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις, ἔχουσα μὲν χαρακτῆρα καὶ τύπον τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου, καὶ Παύλου τοῦ ἀποστόλου οὐχ ὅλον, οὐ πασῶν τῶν αὐτοῦ Ἐπιστολῶν, ἀλλὰ μόνον τῆς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τῆς πρὸς Ἐφεσίους, καὶ πρὸς Κολοσσεῖς, καὶ τῆς πρὸς Λαοδικεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς Γαλάτας, καὶ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Φιλήμονα, καὶ Φιλιππησίους, καὶ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ πρὸς Τίτον, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους τῶν ἐμφερομένων παρ' αὐτῷ, ὡς οὐ πληρεστάτων οὐσῶν, ἀλλὰ ὡς ἐν παραχαράξει· πανταχόθεν δὲ τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἐῤῥαδιουργημένην, καὶ ἔν τισι λέξεσιν ἐπιποιήτως προσθήκην ἔχουσαν, οὐκ εἰς ὠφέλειαν, ἀλλὰ εἰς ἦσσονας καὶ ἐπιβλαβεῖς ξενολεξίας κατὰ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐμβεβροντημένου νοῦ βοσκήματος.

Ταῦτα δὲ ἡμῖν πεπόνηται καὶ πεπολυπραγμόνηται ἐκ τῆς παρ' αὐτοῦ [1] προλελεγμένης γραφῆς Ἀποστόλου τε καὶ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου· εἰδέναι [2] ἔχοιεν πάντες οἱ πειρώμενοι ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ πλάνῃ, ὅτι τὰ μὲν παρηλλαγμένα ῥήματα κατὰ ῥᾳδιουργίαν ἐντέτακται· ὅσα δὲ οὐκ ἐμφέρεται ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις συληθέντα ὑπάρχει ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τόλμης. Ταῦτα γὰρ ἐδόκει ὁ κτηνώδης μόνα ἐναντία εἶναι, ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ ἐπιπλάστῳ ἐπινοίᾳ.

Ἔστι δὲ τρίτον ἡμῶν τῆς φιλοκαλίας τὸ συναγαγεῖν ὅσα παρ' αὐτῷ τε καὶ παρ' ἡμῖν εὕρηται συν-

A **321** 14. *In lege scriptum est : Quoniam in aliis linguis, et labiis loquar populo huic* [3].

15. *Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit* [4].

16. De resurrectione mortuorum : *Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod prædicavi vobis* [5]. Item : *Si Christus non resurrexit, inanis,* etc. *Sic prædicamus, et sic credidimus, quoniam Christus mortuus est, et sepultus, et resurrexit tertia die. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absorpta est mors in victoria* [6].

B Ex Epistola II ad Corinthios, quæ tam illi quam nobis est III.

1. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est : ideo et per ipsum amen Deo* [7].

2. *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Dominum Jesum Christum ; nos autem servos vestros per Jesum Christum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere* [8].

3. *Habentes autem eumdem spiritum fidei et nos credimus et loquimur* [9]. Ubi voces illas sustulit, *sicut scriptum est.*

Hæc est Marcionis adulterina illa lucubratio. Quæ tam Evangelii secundum Lucam, quam Epistolarum Pauli apostoli formam speciemque re- C præsentat ; nec earum tamen omnium, sed illius duntaxat quæ ad Romanos est scripta ; et ad Ephesios, et ad Colossenses : necnon ad Laodicenos, et ad Galatas, et ad Corinthios prima ac secunda : item ad Thessalonicenses, prima et secunda ; ad Philemonem ; ad Philippenses ; ad Timotheum prima et secunda ; ad Titum, et ad Hebræos. Quas omnes non integras, sed depravatas ac mutilatas complexus est. Adeo quidem, totum ut illud opus mala fide vitiatum, et quibusdam dictionibus insuper additis interpolatum fuerit. Quod non communis utilitatis gratia, sed ad vocum periculosissimam novitatem affectandam, furiosa illa bellua facere instituit.

D **322** Hæc autem omnia ex eo, quem commemoravimus, Apostoli, Evangeliique Lucæ libro, quo is utitur, excerpere ac seligere studuimus. Ut quicunque adversus illius errorem disputare fuerint aggressi, prius intelligant quædam ab eo commutata vocabula, ac per fraudem ac malitiam inserta. Quæ vero suis locis minime reperiuntur, ejusdem sunt audacia subtracta. Hæc enim homo stupidus sola esse judicavit commentitiis illis suis opinionibus contraria.

Tertius vero præterea susceptus a nobis est labor, ut in unum conferremus omnia, de quibus cum

[1] γρ. παρ' αὐτῷ. [2] For. ἵνα εἰδ. [3] Cor. XIV, 21. [4] ibid. 34. [5] I Cor. XV, 1. [6] ibid. 14 sqq. ; Use. XIII, 14. [7] II Cor. I, 20. [8] II Cor. IV, 5, 6. [9] ibid. 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Inter nos atque illum conveniat, ea tamen sunt ejusmodi, ut Salvatorem nostrum assumpta carne venisse manifeste significent. Tum quæ Veteris Novique Testamenti consensionem ostendunt; aut ipsiusmet Dei Filii confessionem, qua Deum esse cœli terræque conditorem, et in lege prophetisque locutum, ac denique Patrem esse suum affirmat. De hoc igitur argumento brevem illum commentarium velut scholia quædam elaboravimus; totumque istud opus e Marcionis libris ad verbum excerptum, sic tanquam majoris alicujus solum ac fundamentum, præmisimus. Sed ne si quid in eo est ad intelligendum difficile quibusdam ignorantiæ tenebris lectorum obducat animos, placet deinceps singula a me proposita suisque titulis inscripta capita, primum, secundum ac tertium explicando tractare, causamque demonstrare, propter quam igitur disputandi initium faciam.

A ἁδοντα, καὶ ἔχοντα ἔμφασιν ἐνσάρκου παρουσίας τῆς τοῦ Σωτῆρος καὶ μαρτυρίας συμφωνίας τῆς Καινῆς πρὸς Παλαιὰν Διαθήκην, καὶ ὁμολογίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁμολογοῦντος τὸν Θεὸν πατέρα τὸν οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς, αὐτόν τε λαλήσαντα ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις· ἴδιον δὲ τοῦτον εἶναι Πατέρα αὐτοῦ. Καὶ αὕτη τῆς προειρημένης ὑμῶν ὑποθέσεως ἡ σχολιοποιηθεῖσα σύντομος ὑπομνηματικὴ ἐξ ἀντιγράφων τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις πρὸς ἔπος, ὡς ἐδάφιον ἡμῖν γεγραμμένη. Ἵνα δὲ μὴ τὰ ἐν αὐτῇ δυσνόητα παρά τισι σκοτεινῶς ἀγνοούμενα ἐμφέρηται, αὖθις πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς τῶν ἐπιγραφῶν, πρώτου φημὶ καὶ δευτέρου καὶ τρίτου κεφαλαίου καθ' εἱρμὸν ἐπιλύσω, δι' ἣν αἰτίαν ἑκάστη λέξις ἀνελέχθη, καὶ ἐνταῦθα μετεβλήθη. Ἄρξομαι δὲ τοῦ B λέγειν οὕτως.

Scholion ex Evangelio quo Marcio utitur.

Σχόλιον ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ παρ' αὐτῷ τῷ Μαρκίωνι.

1. *Vade, ostende te sacerdoti, et offer pro purgatione tua, sicut præcepit Moyses, ut sit testimonium hoc vobis* [1].

α'. *Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς, ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν.*

Refutatio 1. Potuitne Dominus, si contra legem, legisque Deum suam haberet, ut asseris, comparatam doctrinam, curatis a se hominibus, veluti leproso huic, istiusmodi mandatum edere : *Vade et ostende te sacerdoti* (ubi cum sacerdotem commemorat, legis sacerdotium non abrogat) *et offer pro purgatione tua?* Ac licet vocem illam, *munus*, inducas ex *offerendi* verbo, nihilominus constat, de munere illum esse locutum. **323** *Pro purgatione tua, sicut præcepit Moyses.* Quod si Moysis præcepto jubet obtemperari, legis Deum minime condemnat, aut ei maledicit. Sed tam semetipsum, quam Deum Patrem suum legem Moysi tradidisse confirmat. Tu vero, Marcio, Scripturæ verba depravasti. Nam pro eo quod est, *in testimonium ipsis, in testimonium vobis*, ausus es rescribere. Quod in tuum caput perspicue mentitus es. Si enim *in testimonium vobis* dixerit, testificatione illa comprobavit, non venisse se legem solvere, vel prophetas, sed adimplere [2].

Ἔλεγχος α'. Πῶς ἠδύνατο ὁ Κύριος ὁ κατὰ τοῦ νόμου καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ νόμου ἔχων τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ὡς σὺ φῄς, λέγειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις, φημὶ δὲ τῷ λεπρῷ· *Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ* (ἱερεῖ γὰρ λέγων, οὐκ ἀθετεῖ τὴν τοῦ νόμου ἱερωσύνην) *καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου;* Κἂν τε ἀποκόψῃς (66) τὸ, *δῶρον*, φανήσεται ἐκ τοῦ, *προσένεγκε*, ὅτι περὶ δώρου λέγει. *Περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς.* Εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως τὸ πρόσταγμα συμβουλεύει γενέσθαι, οὐκ ἀθετεῖ, οὐδὲ βλασφημεῖ τὸν Θεὸν τοῦ νόμου. Ἀλλὰ ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν αὐτοῦ Πατέρα Θεὸν τὸν νόμον τῷ Μωϋσεῖ δεδωκέναι. Διέστρεψας δὲ τὸ ῥητὸν, ὦ Μαρκίων. Ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν, *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, μαρτύριον*, λέγων, *ὑμῖν*. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἐψεύσω κατὰ τῆς σαυτοῦ κεφαλῆς. Εἰ γὰρ *μαρτύριον ὑμῖν* ἔλεγεν, ἐμμάρτυρον αὐτὸν ἐποίει, ὅτι οὐκ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι.

2. *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis dimittendi peccata in terra* [3].

Σχόλιον β'. *Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς.*

Refut. 2. Cum itaque Filium se hominis appellet unigena Dei Filius, hominem se esse non negat, frustraque apud te canitur, specie illum tenus apparuisse. Item si potestatem habet in terra, non erit terra ab illius, ac Patris ipsius operibus aliena.

Ἔλεγχ. β'. Εἰ οὖν Υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν καλεῖ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ Μονογενὴς· καὶ μάτην παρὰ σοὶ ᾄδεται τὸ δοκήσει πεφηνέναι. Καὶ εἰ ἔχει ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ ἀλλοτρία ἡ γῆ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων καὶ τοῦ αὐτοῦ Πατρός.

Schol. 3. *Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati* [4].

Σχόλ. γ'. *Κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ Σαββάτου.*

[1] Luc. v, 14. [2] Matth. v, 17. [3] Luc. v, 24. [4] Luc. vi, 5.

(66) *Κἂν τε ἀποκόψῃς.* Aliud egit Epiphanius, cum vocem δῶρον mala fide a Marcione sublatam credidit. Neque enim apud Lucam, aut Marcum reperitur. Atque, ut opinor, loci alterius similitudine deceptus, qui est Matth. v, 23: *Si offers munus tuum ad altare*, etc., δώρου, sive *muneris* vocem alteri quoque illi tribuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Ἔλεγχ. γ'. Δύο εὐθὺς ἐν ταυτῷ, καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ κύριον Σαββάτου ἑαυτὸν ὁ Σωτὴρ ὁμολογεῖ, διδάσκων, ἵνα μὴ τὸ Σάββατον ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ ποιήσεως νομίζηται· κἂν τε ἔσχατον [1] Υἱὸς ἀνθρώπου ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας κληθῇ.

Σχόλ. δ'. *Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς ἐγένετο προδότης.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *κατέβη μετ' αὐτῶν, κατέβη ἐν αὐτοῖς.*

Ἔλεγχ. δ'. *Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὃς ἐγένετο προδότης.* Τίνος λέγε; Πάντως τοῦ συλληφθέντος, καὶ μὴν καὶ ἐσταυρωμένου, καὶ πολλὰ πεπονθότος. Πῶς οὖν συλληφθεὶς σταυροῦται, ὁ μὴ ὑπὸ ἀφὴν ὑποπίπτων κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ Μαρκίων; Δόκησιν γὰρ εἶναι λέγεις. Ἐλεγχθήσεται δὲ ἡ ὑπόνοιά σου, ἀντὶ τοῦ γεγράφθαι, Ἰούδαν προδότην. Προέδωκε γὰρ καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην. Οὐδὲν δέ σε ὤνησε τὸ, *Κατέβη ἐν αὐτοῖς* λέγειν, ἀντὶ τοῦ, *μετ' αὐτῶν.* Οὐ γὰρ δύνασαι φαντασίαν ὁρίζειν, τὸν παρὰ σοὶ κακόν [2] τι ὕστερον ὑπὸ ἀφὴν πίπτοντα δεικνύμενον.

Σχόλ. ε'. *Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ,* καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἔλεγχ. ε'. Πῶς πάλιν ὁ ὄχλος ἠδύνατο ἅψασθαι τοῦ ἀφὴν μὴ ἔχοντος; Ποίους δὲ ὀφθαλμοὺς ἐπῆρεν εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐκ σαρκὸς μὴ ἡρμοσμένος; Ἀλλ' ἵνα δείξῃ, ὅτι μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ἔχων τὰ ἀμφότερα, ἐξ ἀνθρώπων μὲν τὴν σάρκα, ἐκ δὲ Θεοῦ Πατρὸς τὴν ἀόρατον οὐσίαν.

Σχόλ. ς'. *Κατὰ τὰ αὐτὰ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες ὑμῶν.*

Ἔλεγχ. ς'. Εἰ προφητῶν μέμνηται, οὐκ ἀρνεῖται προφήτας· εἰ ἐκδικεῖ τὸν τῶν προφητῶν φόνον, καὶ ὀνειδίζει τοὺς πεφονευκότας τε καὶ διώξαντας, οὐκ ἀλλότριος προφητῶν τυγχάνει, ἀλλὰ Θεὸς αὐτῶν ὑπάρχει, ὁ τὴν σύστασιν αὐτῶν ποιούμενος.

Σχόλ. ζ'. *Λέγω ὑμῖν· Τοσαύτην πίστιν οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον.*

Ἔλεγχ. ζ'. Εἰ οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοιαύτην πίστιν εὗρεν, ὡς ἐν τῷ ἀπὸ ἐθνῶν ἐλθόντι ἑκατοντάρχῃ, ἆρα οὐ ψέγει τὴν τοῦ Ἰσραὴλ πίστιν. Εἰ γὰρ ἀλλότριον [3] Θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ οὐκ αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς, οὐκ ἂν ταύτης ἐποιεῖτο τὸν ἔπαινον.

Σχόλ. η'. Παρηλλαγμένον τὸ, *Μακάριος ὃς οὐ μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.* Εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ἰωάννην (67).

Ἔλεγχ. η'. Κἂν τε πρὸς Ἰωάννην ἔχοι, κἂν τε πρὸς αὐτὸν τὸν Σωτῆρα, μακαρίζει τοὺς μὴ σκανδαλιζομένους ἤτοι ἐν αὐτῷ, ἤτοι ἐν Ἰωάννῃ· ἵνα μὴ ἃ μὴ ἀκούωσι παρ' αὐτοῦ ἑαυτοῖς πλάσσωνται. Ἔχει

Refut. 3. Duo simul hoc in loco Salvator de seipso profitetur : nimirum Filium hominis se esse, Sabbatique dominum, ne Sabbatum a molitione sua abhorrere crederetur; etiamsi quod postremum est, Filius hominis ob assumptam carnem appelletur.

Schol. 4. *Judam Iscarioten, qui fuit proditor* [4]. Pro eo vero quod est, *descendit cum ipsis* [5], *descendit in ipsos*, legit.

Refut. 4. *Judas Iscariotes, qui fuit proditor.* Cujusnam obsecro? Nimirum illius, qui comprehensus, imo et in crucem sublatus multaque perpessus est. Quanam igitur ratione comprehensus affigi cruci poterit, qui contrectari manibus, ut existimas, non potest, o Marcio? Nihil enim præter inanem speciem tribuis. Sed hæc tua opinio facile convincitur, ex eo quod scriptum est, Judam proditorem. Revera quippe Dominum suum prodidit, et in manus hominum tradidit. Neque vero causam tuam sublevat, quod, *Descendit in ipsos*, non, *cum ipsis*, substitueris. Neque enim cassa ad umbrataque specie definire potes illum, quem tactu perceptum fuisse fateare ipse vel invitus.

324 Schol. 5. *Et omnis turba quærebat eum tangere. Et ipse, elevatis oculis suis* [6], etc.

Refut. 5. Qui tandem tangere illum turba potuit, qui tactum omnem effugeret? Quosnam vero in cœlum oculos sustulit, qui minime ex carne constaret? Sed ut planum faceret, mediatorem Dei et hominum hominem esse Christum Jesum [7], qui utrumque complecteretur, atque ab hominibus carnem, a Deo vero Patre naturam accepisset, quæ oculorum aciem fugeret.

Schol. 6. *Secundum hæc eadem faciebant prophetis patres vestri* [8].

Refut. 6. Cum prophetarum mentionem faciat, prophetas non repudiat. Cumque illorum cædem ulciscatur, iisque qui occiderunt ac persecuti sunt, istud ipsum exprobret, non a prophetis alienus, sed eorumdem Deus erit, a quo illi originem traxerunt.

Schol. 7. *Dico vobis, Non inveni tantam fidem neque in Israel* [9].

Refut. 7. Si ne in Israel quidem tanta est ab illo fides inventa, quanta in centurione illo gentili, non igitur Israelis fidem condemnat. Qui si a Deo alienus esset, neque aut ad se, aut ad Patrem suum attineret, nequaquam illam prædicaret.

Schol. 8. Mutatum istud est : *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me* [10]. Quippe ad Joannem referebatur.

Refut. 8. Sive ad Joannem, sive ad ipsum Salvatorem pertineat, beatos illos esse pronuntiat, qui scandalizati non fuerint in se, vel in Joanne, ne ea sibi fingant, quæ a se non audierint. Sed inest quid-

[1] For. τὸ ἔσχατ. [2] Corr. κἄκοντι. [3] For. ἀλλότριος. [4] Luc. VI, 16. [5] ibid. 17. [6] ibid. 19. [7] I Tim. II, 5. [8] Luc. VI, 23. [9] Luc. VII, 9. [10] ibid. 23.

(67) Postrema verba, εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ἰωάννην, supra in locorum indiculo cum scholio 9 copulantur. Scripserat, nisi fallor, Marcio, ὃς οὐ σκανδαλισθήσεται ἐν αὐτῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dam attentiori consideratione dignum; cujus gratia illa sunt a Salvatore dicta : ne quis videlicet Joannem, quo inter natos mulierum majorem esse neminem dixerat, Salvatori etiam ipsi anteponendum putaret, quod is natus esset e muliere. Ob id consulto istud adjecit : *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Unde etiam subjicit : *Qui autem minor est in regno, major est ipso* [1]. Erat quippe Dominus illo, quod ad carnis originem spectat, semestri spatio minor ; sed in regno tamen major, utpote qui et illius esset Deus. Nihil enim Unigenitus clam dicturus, aut falso prædicaturus advenit. **325** *In occulto*, inquit, *locutus sum nihil, sed palam* [2]. Siquidem veritas est, ut asserit : *Ego sum via et veritas* [3]. Quare nec errorem habet via, nec veritas semetipsam dissimulans mendacium profert.

Schol. 9. *Hic est de quo scriptum est : Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam* [4].

Refut. 9. Si Joannem unigenitus Dei Filius agnoscit, consequens est, ut ante cognoverit. Hoc ipso vero quod ante cognoverit, veritatis studiosis illum esse demonstrat, de quo scriptum sit : *Mitto angelum meum ante faciem tuam* [5]. Quamobrem qui ita scripsit, et dixit : *Mitto angelum meum ante faciem tuam*, sempiternus, inquam, ille Deus, qui in prophetis ac lege locutus est, a Jesu Christo Filio suo nequaquam abhorret; cum illius ante faciem, nimirum Filii apud Patrem honoratissimi, suum angelum miserit. Neque enim angelum suum ad alieni obsequium allegaret; præsertim si, ut ais, Marcio, eidem foret contrarius.

Schol. 10. *Et ingressus in domum Pharisæi, discubuit. Mulier autem peccatrix retro stans ad pedes, lacrymis rigavit, et unxit, et osculabatur* [6].

Refut. 10. Hoc ipsum, quod *ingressus est*, habuisse corpus ostendit. Domum quippe ac mensuram corporis significat. Tum accumbere nullum ad alterum pertinet, quam ad eum, cujus accumbens corpus mole sit præditum. Item quod mulier lacrymis pedes irrigat, non simulacra fuisse pedum inania demonstrat. *Unxit enim, et rigavit, et osculata est*, corpus aliquod procul dubio contrectans.

Schol. 11. Et iterum : *Hæc lacrymis rigavit pedes meos, et unxit, et osculata est*

. Refut. 11. Ne ita putares, o Marcio, sola hominum opinione Salvatoris pedes rigasse, unxisse, atque osculatam esse mulierem, idem ipse Dominus astipulator accedit; ac non opinione istud accidisse sola, sed reipsa demonstrat; et non ad Pharisæum

A δὲ μείζονα θεωρίαν, δι' ἣν, φησὶν, εἴρηκεν ὁ Σωτήρ· ἵνα μή τις τὸν μείζονα ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπ' αὐτοῦ ταχθέντα Ἰωάννην καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος μείζονα νομίσῃ, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ γυναικὸς γεγενῆσθαι, ἀσφαλίζεται καὶ λέγει τό· *Καὶ μακάριος ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.* Ὅθεν λέγει· Ὁ δὲ μικρότερος (68) ἐν τῇ βασιλείᾳ μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ἦν γὰρ ὁ Σωτὴρ τῷ χρόνῳ κατὰ τὴν ἀπὸ σαρκὸς γέννησιν μικρότερος αὐτοῦ ἑξαμηνιαίῳ· μείζων δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ, δῆλον ὡς Θεὸς αὐτοῦ. Οὐδὲν γὰρ ἦλθεν ὁ Μονογενὴς ἐν κρυφῇ λαλῆσαι, ἢ καταψεύσασθαί τι τοῦ ἰδίου κηρύγματος. Φάσκει γάρ, ὅτι *Ἐν κρυφῇ λελάληκα οὐδέν, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας.* Ἀλήθεια γάρ ἐστιν, ὡς λέγει· *Ἐγὼ ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια.* Οὐδὲ τοίνυν ἡ ὁδὸς πλάνην ἔχει, οὔτε

B ἡ ἀλήθεια κρύπτουσα ἑαυτὴν λαλεῖ τὸ ψεῦδος.

Σχόλ. θ'. *Αὐτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου.*

Ἔλεγχ. θ'. Εἰ ἐπιγινώσκει ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸν Ἰωάννην, καὶ προγινώσκει, προγινώσκων δὲ ὑποδείκνυσι τοῖς βουλομένοις εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, *Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου·* ἆρα ὁ γράψας, καὶ εἰπών· *Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου,* ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας καὶ ἐν νόμῳ, οὐκ ἀλλότριος ἦν τοῦ ἰδίου [7] Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀποστέλλει γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον πρὸ προσώπου αὐτοῦ, πρὸ προσ-

C ώπου Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς τιμωμένου. Οὐ γὰρ ἀπέστειλε τὸν αὐτοῦ ἄγγελον ἀλλοτρίῳ ἐξυπηρετησόμενον, εἴπερ καὶ ἀντίθετος ἦν αὐτοῦ, κατὰ τόν σου, ὦ Μαρκίων, λόγον.

Σχόλ. ι'. *Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου κατεκλίθη. Ἡ δὲ γυνὴ, στᾶσα ὀπίσω ἡ ἁμαρτωλὸς παρὰ τοὺς πόδας, ἔβρεξε τοῖς δάκρυσι, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.*

Ἔλεγχ. ι'. Τὸ, *εἰσελθὼν*, σῶμα δείκνυσιν· οἷον γὰρ δείκνυσι καὶ μέτρον σώματος. Καὶ τὸ κατακλιθῆναι οὐδενός ἐστιν ἀλλ' ἢ σῶμα ὀγκηρὸν τὸ κατακείμενον [8]. Καὶ τὸ τὴν γυναῖκα βρέξαι τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας, οὐ φαντασίας πόδας, οὐδὲ δοκήσεως. *Ἤλειψε γὰρ, καὶ ἔβρεξε, καὶ κατεφίλει,* τῆς ἁφῆς

D τοῦ σώματος αἰσθανομένη

Σχόλ. ια'. Καὶ πάλιν· *Αὕτη τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξε τοὺς πόδας μου, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.*

Ἔλεγχ. ια'. Ἵνα μὴ νομίσῃς, ὦ Μαρκίων, μόνον νομίζεσθαι παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἁμαρτωλὸν γυναῖκα τοὺς πόδας τοῦ Σωτῆρος βρέξαι τε καὶ ἀλεῖψαι, καὶ καταπεφιληκέναι, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐπιβεβαιοῖ, οὐ κατὰ δόκησιν ταῦτα γεγενῆσθαι διδάσκων, ἀλλὰ ἐξ

[1] Luc. VII, 28. [2] Joan. XVIII, 8. [3] Joan. XIV, 6. [4] Luc. VII, 27; Malach. III, 1. [5] Luc. VII, 36. [6] Luc. VII, 44. [7] Deest vox Υἱοῦ. [8] Deest ἔχοντος.

(68) Ὅθεν λέγει, ὁ δὲ μικρότερος. Quod minorem se Christus appellat in regno cœlorum, ad ætatem refert cum Epiphanio Chrys. : μικρότερος κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, etc. Necnon et Beda, aliique complures.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἀληθείας, πρὸς ἔλεγχον τοῦ Φαρισαίου, καὶ σοῦ τοῦ Μαρκίωνος, καὶ τῶν κατὰ σὲ, διισχυριζόμενος, καὶ λέγων· *Αὕτη τοὺς πόδας μου ἤλειψε, καὶ κατεψίλει.* Πόδας δὲ ποίους ἀλλ' ἢ τοὺς ἐκ σαρκὸς, καὶ ὀστέων, καὶ τῶν ἄλλων ὑπάρχοντας;

Σχόλ. ιβ'. Οὐκ εἶχεν· *Ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνον· Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου.*

Ἔλεγχ. ιβ'. Κἂν τε ἀνωτέρω παρακόψῃς, ὦ Μαρκίων, τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου, ἵνα ποιήσῃς τὸν εὐαγγελιστὴν μὴ συντιθέμενον τῇ ὑπό τινων ῥηθείσῃ, λέξει· ὅτι *Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου·* οὐ δύνασαι ὑπερβαίνειν τὴν ἀλήθειαν. Διὰ τί γὰρ μὴ πολλὰς ἐκάλεσε μητέρας; διὰ τί μὴ πολλὰς εἶπε πατρίδας; Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου! Ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, ἄλλοι Κολοφώνιον, ἄλλοι Φρύγα, ἄλλοι Σμυρναῖον, Μέλητος [1] καὶ Κριθηίδος (69). Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ἀπεφήναντο· ἄλλοι δὲ Λυδὸν Μαιόνος· ἄλλοι δὲ Κύπριον προποδιάδος (70) περιοικίδος τῆς Σαλαμινίων περιμέτρου, καίτοιγε ἄνθρωπον. Διὰ δὲ τὸ ἐν πολλαῖς πατρίσι γεγενῆσθαι, πολλοὺς εἰς διάφορον ὑφήγησιν ἐλήλακεν. Ὧδε δὲ περὶ Θεοῦ λέγοντες καὶ Χριστοῦ, οὐ πολλὰς ὑπέλαβον μητέρας, ἀλλὰ τὴν μίαν τὴν ὄντως αὐτὸν γεγεννηκυῖαν. Καὶ οὐ πολλοὺς ἀδελφοὺς, ἀλλὰ τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ ἐκ τῆς ὄντως αὐτοῦ ἄλλης γυναικός· καὶ οὐ δύνασαι κατὰ τῆς ἀληθείας ὁπλίζεσθαι. Καὶ μή σε πλανάτω ὁ λόγος, ὃν εἶπεν ὁ Κύριος· *Τίς μου ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοί;* Οὐ γὰρ ἀρνούμενος τὴν μητέρα ταῦτ' ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἄκαιρον ἀνατρέπων τοῦ εἰπόντος, τοσούτου ὄχλου περιεστῶτος, καὶ τῆς αὐτοῦ μὲν σωτηριώδους διδασκαλίας προχεομένης, καὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰς ἰάσεις καὶ τὸ κήρυγμα ἀσχολουμένου. Ἀπασχόλησις γὰρ ἐδόκει εἶναι τὸ τὸν εἰπόντα ἐκκόψαι αὐτόν· διὰ τὸ εἰπεῖν· *Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου·* καὶ εἰ μὴ ὅτι διὰ χαρᾶς ἔσχεν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ὅτι ἥκασι, πρὸ τοῦ ἀκηκοέναι, ἀλλὰ προγιγνώσκων, ὅτι ἔξω ἑστήκασιν· ἐπεὶ ἂν μετ' ἐπιτιμίας τὴν ἄκαιρον τοῦ εἰπόντος φωνὴν ἀνέτρεψεν· ὡς καὶ τῷ Πέτρῳ ποτὲ ἔφη· *Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, Σατανᾶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.*

Σχόλ. ιγ'. *Πλεόντων αὐτῶν ἀφύπνωσεν. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ τῇ θαλάσσῃ.*

Ἔλεγχ. ιγ'. Τίς ὕπνωσε; λέγε· περὶ τῆς Θεότητος

A modo, sed ad te, o Marcio, tuosque redarguendos istud affirmat ac prædicat: *Hæc, inquit, unxit pedes meos, et osculata est.* Quosnam, obsecro, pedes, nisi ex carne, ossibus, cæterisque partibus compositos?

Schol. 12. Deerat in illius codice: *Mater ejus, et fratres ejus;* sed solum erat: *Mater tua et fratres tui* [1].

326 Refut. 12. Tametsi evangelicæ sententiæ superiora illa recidas, o Marcio, ut ne Evangelii scriptor huic quorumdam voci suffragari videatur, *Mater tua, et fratres tui*, veritatem nihilominus ipsam præterire non potes. Cedo enim cur non plerasque matris appellavit nomine? cur non plures habuit patrias? Quam varia de Homero dicuntur a B multis! Quem Ægyptum alii faciunt, alii Chium, Colophonium aliqui, nonnulli Phrygem; alii Smyrnæum, Meletis, et Critheidis filium. Atheniensem fuisse prodit Aristarchus. Alii Lydum e Mæonia; alii denique Cyprum, e suburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfusus est. Atqui homo ille quidem exstitit. Verum quoniam oppida multa peragravit, plerosque varias in sententias, opinionesque distraxit. Hic autem cum de Deo Christoque mentionem haberent, non plures ejus matres, sed unam duntaxat commemorarunt, a qua esset ille revera genitus; neque fratres multos, sed Josephi solum liberos, quos ex alio germana conjuge susceperat: ut ex eo contra veritatem armari minime possis. Ac ne te Domini responsum illud in C errorem impellat, *Quæ est mater mea, et fratres?* scito non his verbis negatam esse matrem, sed ejus importunitatem repressam, qui tanta multitudine circumfusa, dum salutaris doctrina profunditur, ipseque adeo in curandis corporibus, ac prædicando Dei verbo totus occupatur, sic eum ausus est alloqui. Interpellasse quippe visus est, qui hunc in modum interruperat: *Ecce mater tua, et fratres tui.* Quod nisi gratus ac jucundus illorum adventus ipsi fuisset, non quod antequam audiret, venisse nesciret, sed quod adesse foris antea cognovisset, acerbiori quidem increpatione intempestivam hominis vocem excepisset; veluti cum Petro respondit: *Discede a me, Satana, quoniam non sapis quæ* D *Dei sunt, sed quæ hominum* [2].

Schol. 13. *Navigantibus illis obdormivit. Expergefactus vero increpavit ventum et mare* [3].

Refut. 13. Age vero quisnam obdormiisse dicitur?

[1] Leg. Μέλητος· et υἱόν deest, vel subaudiendum est. [2] Luc. VIII, 20. [3] Matth. XVI, 23. [4] Luc. VIII, 23,-24.

(69) *Μέλητος, καὶ Κριθηίδος.* Ut se habent hæc duo nomina, locorum, oppidorumve propria esse videntur. Sed desunt in primis aliqua: tum Μέλητος legendum, ut Homeri parens uterque commemoretur; Meles, et Critheis. Meles fluvius est, qui Smyrnam alluit, Homeri patriam. Strabo l. XIV. Stephanus Μελήτου κόλπου meminit, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μελήτου ποταμοῦ. Quare Μέλητος etiam pro Μέλης. Herod. in *Homeri Vita* Critheidem ait Homerum ex furtivo concubitu ad Meletem fluvium peperisse, ac propterea Melesigenem appellasse Philostr., II *Iconum in Melete*, Critheidem Meletis amore captam introducit, ab eoque Homerum genitum. Ubi Critheis non fontis ullius, ut Ortelius existimat, sed ipsiusmet Homeri matris nomen est. Vide Suidam.

(70) *Ἄλλοι δὲ Κύπριον προποδιάδος.* Haud scio an proprium sit oppidi nomen, an eum agrum significet, qui est πρὸ ποδός montis alicujus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Divinitatem ipsam ne tu quidem audebis dicere. Atque ut maxime audeas, tuum in caput, exsecrande, maledicta ista recident. Sed nemo est, qui non intelligat eum, qui homo revera sit factus, somno propter corpus indigentem obdormiisse. Nam qui illum excitarunt, non larvam aliquam, sed veram hominis naturam contuebantur. **327** Unde et manibus concutientes, compellantesque, sese illum expergefecisse testantur. *Surgens enim*, inquit, *ille ipse qui dormierat*, carne præditus Deus, e cœlo delapsus, propter nos carne vestitus, tanquam homo suscitatus est, sed utpote Deus *increpavit mare*, totumque illud admirandum opus præstitit.

A οὐ τολμήσεις λέγειν. Εἰ δὲ κἂν εἴποις, κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, θεήλατε, βλασφημήσεις. Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστιν, ὅτι ὁ ἐν ἀληθείᾳ ἐνανθρωπήσας, ὕπνου χρῄζων, διὰ τὸ σωματικὸν ὑπνωσεν. Οἱ γὰρ αὐτὸν διυπνίσαντες οὐ δόκησιν εἶδον, ἀλλὰ ἐνανθρώπησιν ἀληθινήν. Ἀμέλει χερσὶ κινοῦντες, καὶ φωνήσαντες μαρτυροῦσιν, ὅτι ἤγειραν. Ἀναστὰς γάρ, φησὶν, ὁ κοιμηθεὶς Θεὸς σαρκοφόρος, ὁ ἀπ' οὐρανοῦ κατελθών, καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς ἀμφιεσάμενος, ἠγέρθη μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐπετίμησε δὲ ὡς Θεὸς τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐποίησε [7].

Schol. 14. *Et contigit cum iret, ut a turbis comprimeretur. Et mulier cum tetigisset ipsum sanata est a fluxu sanguinis. Et ait Dominus: Quis me tetigit?* Ac rursum : *Tetigit me aliquis. Nam ego novi virtutem de me exisse* [1].

Σχόλ. ιδ'. Ἐγέρετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, συνέπνιγον αὐτὸν οἱ ὄχλοι. Καὶ γυνὴ ἁψαμένη αὐτοῦ ἰάθη τοῦ αἵματος. Καὶ εἶπεν ὁ Κύριος· Τίς μου ἥψατο; καὶ πάλιν· Ἥψατό μού τις. Καὶ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

Refut. 14. *Cum iret.* Non dixit, *cum irent*, ne aliter illum, quam cæteri iter facientes solent, habuisse crederes. Quod vero scriptum est, *comprimebatur a turbis*, utique spiritum comprimere turbæ non poterant. Sed et mulier, quæ tetigit ac sanata est, non aerem, sed humanum quiddam quod contrectari posset attigit. Ut enim ostenderet mulierem corpus illius non specie sola tetigisse, istud ipsum responsione sua declarat : *Quis me tetigit? Nam et novi virtutem a me exisse.*

Ἔλεγχ. ιδ'. Ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτόν καὶ οὐκ εἶπεν, ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτούς, ἵνα μὴ ἑτέρως αὐτὸν σχηματίσει παρὰ τὴν τῶν ὁδοιπορούντων ἀκολουθίαν. Τὸ δὲ, συνέπνιγον αὐτὸν οἱ ὄχλοι, πνεῦμα οὐκ ἠδύναντο συμπνίγειν οἱ ὄχλοι. Γυνὴ δὲ ἁψαμένη καὶ ἰαθεῖσα, οὐκ ἀέρος ἥψατο, ἀλλὰ ἁφῆς ἀνθρωπείας. Ἵνα γὰρ δείξῃ, ὅτι οὐχὶ δοκήσει μόνον ἡ ἁφὴ τοῦ σώματος αὐτοῦ ὑπὸ τῆς γυναικὸς γεγένηται, διδάσκει λέγων· Τίς μου ἥψατο; Καὶ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

Schol. 15. *Suspiciens in cœlum benedicebat ipsis* [2].

Σχόλ. ιε'. Ἀναβλέψας εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ηὐλόγησεν αὐτούς.

Refut. 15. Si in cœlum suspexit, ac benedixit illis, oculorum membrorumque reliquorum formas non specie tenus præferebat.

Ἔλεγχ. ιε'. Εἰ ἀνέβλεψεν εἰς οὐρανοὺς, καὶ ηὐλόγησεν ἐπ' αὐτοὺς, οὐ δοκήσει εἶχε τῶν τε ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ἄλλων μελῶν τὰ σχήματα.

Schol. 16. *Dicens : Oportet Filium hominis multa pati, et occidi, et post tres dies resurgere* [3].

Σχόλ. ις'. Λέγων· Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκταν θῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγερθῆναι.

Refut. 16. Cum hominis Filium, hoc est seipsum, et pati et interfici Unigenitus Dei Filius affirmet, hæc nimirum illa contra te securis est, quæ radices tuas omnes amputat, o Marcio de spinis exorte, *nubes sine aqua, arbor infructuosa, et autumnalis* [4]. Nam et statim subjicit : *Et post tres dies resurgere.* Quid est autem quod resurgere dicitur, nisi corpus illud quod passum est, atqui in monimento sepultum? Umbra enim, aut ventus, aut spiritus, aut larva neque funus ac sepulturam, nec resurrectionem capere potuisset.

Ἔλεγχ. ις'. Εἰ Υἱὸν ἀνθρώπου καὶ παθεῖν καὶ ἀποκτανθῆναι ἑαυτὸν ὁμολογεῖ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, κατὰ σοῦ ἀξίνη ἐστὶν αὕτη ἐκτέμνουσά σου πᾶσαν τὴν ῥίζαν, ὦ ἐξ ἀκανθῶν γεγεννημένε Μαρκίων, καὶ νεφέλη ἄνυδρε, δένδρον τε ἄκαρπον καὶ φθινοπωρινόν. Καὶ γάρ φησι πάλιν· Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγερθῆναι. Τί δὲ τὸ ἐγερθῆναι (71), ἀλλ' ἢ αὐτὸ τὸ πεπονθὸς καὶ ταφὲν ἐν τῷ μνημείῳ; Δόκησις δὲ, ἢ ἄνεμος, ἢ πνεῦμα, ἢ φαντασία, κηδείαν καὶ ταφὴν οὐκ ἐνεδέχετο, καὶ ἀνάστασιν.

Schol. 17. *Et ecce viri cum illo loquebantur, Elias et Moyses in gloria* [5].

Σχόλ. ιζ'. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες συνελάλουν αὐτῷ, Ἠλίας καὶ Μωυσῆς ἐν δόξῃ.

Refut. 17. Quantum equidem opinor hisce verbis falx illa, quam Zacharias commemorat [6], adversum te significatur; **328** quæ tua omnia contra legem ac prophetas mendacia succidat. Etenim quoniam emersurus eras aliquando, qui lege prophetisque repudiatis, a Salvatore ejusque gloria, ac cœlesti

Ἔλεγχ. ιζ'. Τάχα, οἶμαι, διὰ τῶν λόγων τούτων, τὸ παρὰ τῷ ἁγίῳ Ζαχαρίᾳ δρέπανον κατὰ σοῦ, ὦ Μαρκίων, ἀνατετύπωται, ἐκτέμνον σου πᾶσαν τὴν κατὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐπινενοημένην ψευδηγορίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλες ἀθετεῖν νόμον καὶ προφήτας, ἀλλοτρίους αὐτοὺς φάσκων τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς αὐ-

[1] Luc. VIII, 42 sqq. [2] Luc. IX, 16. [3] ibid. 22. [4] Jud. 2. [5] Luc. IX, 31. [6] Zach. V, 2. [7] Fur. επαυσε.

71) *Τί δὲ τὸ ἐγερθῆναι.* Corr. ἐγερθέν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σοῦ δόξης, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐνθέου διδασκαλίας, ἀμφοτέρους ἤγαγε μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δόξῃ, καὶ ἔδειξε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ οἱ μαθηταὶ ἡμῖν καὶ τῷ κόσμῳ, τουτέστι παντὶ ἀνθρώπῳ βουλομένῳ ζῆν· ἵνα διὰ μὲν τοῦ πρώτου, ὡς ἐν ἀξίνῃ, σοῦ τέμῃ τὰς ῥίζας, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου, ὡς διὰ δρεπάνου τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ἐκτέμῃ σου τοὺς κλάδους, τοὺς τὸ κώνειον καὶ θανάσιμον τοῖς ἀνθρώποις ἐκποιοῦντας γλοιώδη ὀπὸν βλασφημίας. Εἰ γὰρ ἀλλότριος ἦν Μωϋσῆς ὁ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πάλαι πιστευθεὶς τὸν νόμον, καὶ οἱ προφῆται ἦσαν ἀλλότριοι, οὐκ ἂν αὐτοῖς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δόξῃ ἀπεκάλυπτε. Βλέπε γὰρ τὸ θαῦμα, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ μνήματι τούτους ἔδειξεν, οὐδὲ παρὰ τὸν σταυρόν· ἀλλ' ὅτε τὸ μέρος τῆς αὐτοῦ δόξης ὡς εἰς ἀρραβῶνα ἡμῖν ἀπεκάλυπτε, τότε τοὺς ἁγίους, Μωϋσέα τέ φημι καὶ Ἠλίαν, ἅμα αὐτῷ ἤγαγεν, ὅπως συγκληρονόμους τῆς αὐτοῦ βασιλείας αὐτοὺς ὑποδείξῃ.

A doctrina alienos eos esse contenderes, utrumque ad illud gloriæ suæ ac majestatis speciem adhibuit, ac discipulis suis ostendit; discipuli porro nobis, ac toti adeo mundo significarunt, hoc est cuilibet homini, qui vitæ ac salutis desiderio teneatur. Nimirum ut qui primo loco memoratus est, asciæ sit instar, quæ radices tuas excidat; alter sic tanquam veritatis falx ramos tuos amputet, ex quibus cicutæ similis ac lethifer ille succus, viscique more sequacissimus exprimitur. Nam si alienus esset Moyses ille, cui legis est a Christo quondam mandata provincia, si alieni insuper prophetæ, nunquam eos secum sua illa in gloria repræsentaret. In quo quid mirabile contigerit, animadverte. Neque enim illos in sepulcro, aut ad crucem apparere B voluit; sed tunc solum, cum splendoris sui particulam nobis velut arrhabonem ac pignus aspergeret. Tum enim sanctos illos secum Moysen et Eliam adduxit, ut ejusdem secum regni participes, ac socios esse monstraret.

Σχόλ. ιη'. *Ἐκ τῆς νεφέλης φωνή· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*

Ἔλεγχ. ιη'. Παντὶ τῳ δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἡ νεφέλη οὐκ ἔστιν ἀνωτάτη, οὔτε ὑπὲρ οὐρανὸν ὑπάρχει, ἀλλὰ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς κτίσει· ὅθεν ἡ φωνὴ πρὸς τὸν Σωτῆρα ἠνέχθη. Εἰ τοίνυν ὁ Πατὴρ καὶ ἐν νεφέλῃ λαλεῖ, ὑποδεικνύων τοῖς μαθηταῖς τὸν αὐτοῦ Υἱόν, οὐκ ἄλλος ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, ἀλλὰ ὁ αὐτὸς, ὁ καὶ διὰ νεφέλης τῷ ἰδίῳ Υἱῷ μαρτυρήσας, καὶ οὐ τῶν ὑπὲρ οὐρανὸν μόνων δεσπόζων, ὡς αὐτὸς φάσκεις.

Schol. 18. *E nube vox: Hic est Filius meus dilectus* [1].

Refut. 18. Manifestum cuivis est, opinor, nubem neque suprema in regione, neque supra cœlum esse; sed in hac infima conditarum rerum statione versari; unde vox est ad Salvatorem delapsa. Igitur si de nube locutus Pater, Filium suum discipulis ostendit, non alius esse potest Conditor, quam is ipse qui per nubem Filio suo testimonium præstitit; C nec in ea solum, quæ cœlo superiora sunt, dominatum obtinebit.

Σχόλ. ιθ'. *Ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου.* Εἶχε δὲ παρὰ τὸ, *οὐκ ἠδυνήθησαν ἐκβαλεῖν αὐτὸ, καὶ πρὸς αὐτούς· Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;*

Schol. 19. *Rogavi discipulos tuos.* Habebatque cætera, præterquam, *non potuerunt ejicere illud, et ait ad ipsos: Generatio incredula, quandiu vos patiar* [2]?

Ἔλεγχ. ιθ'. Τὸ, *ἕως πότε*, ἐνσάρκου παρουσίας χρόνου ἐστὶ σημαντικόν. Καὶ τὸ, *Ὦ γενεὰ ἄπιστος·* ὡς τῶν προφητῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ θεοσήμεια ἐργασαμένων καὶ πεπιστευκότων, ὡς ὁ Ἠλίας εὑρίσκεται ποιῶν καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ οἱ ἄλλοι.

Refut. 19. Vox illa, *quandiu*, tempus illud significat, quo Christus in terra cum carne versatus est. Hoc autem, *Generatio incredula*, eo nimirum refertur, quod in ipsius nomine prophetæ prodigia quædam ediderint, eique crediderint; cujusmodi Elias, Elisæus, aliique fecisse leguntur.

Σχόλ. κ'. *Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.*

Schol. 20. *Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum* [3].

Ἔλεγχ. κ'. Υἱοῦ ἀνθρώπου, καὶ παραδοθησομένου εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, οὐ δοκήσεως ἡ ἔμφασις, οὐδὲ φαντασίας, ἀλλὰ σώματος καὶ μελῶν θεωρία.

329 Refut. 20. Hominis ille Filius, qui in manus erat tradendus hominum, non opinione, specieque sola, sed corporis ac membrorum habitu ac confirmatione talis exstitit. D

Σχόλ. κα'. *Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβὶδ; Εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ.*

Schol. 21. *Neque hoc legistis, quid fecerit David, cum ingressus est in domum Dei* [4]?

Ἔλεγχ. κα'. Εἰ οἶκον Θεοῦ φάσκει τὸν οἶκον τῆς παρὰ Μωϋσέως γενομένης σκηνοπηγίας, οὐκ ἀθετεῖ τὸν νόμον, οὐδὲ τὸν Θεὸν τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ. Θεὸν γὰρ αὐτὸν φάσκει, ὃς ἐστιν αὐτοῦ Πατὴρ, ἢ αὐτὸς Μονογενής. Εἴωθε γὰρ Τριὰς, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἐνεργεῖν ἔν τε νόμῳ καὶ προφήταις καὶ Εὐαγγελίοις, καὶ ἐν ἀποστόλοις.

Refut. 21. Cum tabernaculum illud Moyse collocatum Dei domum appellet, nequaquam legem aut Deum ipsum, qui in lege locutus est, abjicit. Hunc quippe Deum nominat, qui ejus Pater est, aut ejusdem Unigenitus. Solet enim sancta Trinitas, Pater et Filius, et Spiritus sanctus, non in lege solum et prophetis, sed Evangeliis atque apostolis opera sua perficere.

[1] Luc. IX, 35. [2] ibid. 40, 41. [3] ibid. 44. [4] Luc. VI, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Schol. 22. *Gratias ago tibi, Domine cœli.* Nec ascripsit, *et terræ* ; neque etiam, *Pater*. Sed ex eo tamen revincitur, quod infra sequitur : *Etiam Pater* [1].

Refut. 22. Domino itaque cœli gratias agit; licet, *terræ*, sustuleris; licet *Patris* vocem subtraxeris, Marcio, ne Patrem a Christo suum, pronuntiari Conditorem ostenderes. Vivunt adhuc et spirant veritatis illa a te relicta membra. Voculæ illæ nimirum, quas tu velut in reliquiis neglectas per oblivionem retinuisti : *Etiam, Pater!* Ex quibus plane istud conficitur; proprio Patri gratias egisse Christum Dominum, eumdemque cœli Dominum appellasse, ut singularem in te quamdam inesse amentiam oporteat, qua liberam veritatis vocem non agnoscas.

Schol. 23. *Dixit legisperito : In lege quid scriptum est? Et respondens.* Post legisperiti verba, dixit : *Recte dixisti. Hoc fac, et vives* [2].

Refut. 23. Cum Dei Filius ipsamet veritas esset, neminem eorum qui se de vita consequenda interrogarent, fefellit. Si quidem ut vitam humano generi conciliaret, advenit. Quare cum et vitæ nostræ curam gesserit, et ei qui legem servaret, adfuturam vitam ostenderit; sed et eum, qui cum lege ipsa consentanee responderat, præclare dixisse testatus fuerit, quis erit tam vecors ac stupidus, Marcioni ut inhæreat, qui Deo illi maledicat, a quo non modo lex in homines, sed et Evangelii est gratia derivata, ut se hominis illius erroribus addicat, qui neque ex lege, neque ex Spiritu sancto ullam doctrinæ suæ particulam expresserit?

330 Schol. 24. *Et dixit : Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, postulans tres panes?* Ac deinceps : *Petite, et dabitur. Quis enim ex vobis est pater, a quo filius petat piscem, et pro pisce serpentem dabit illi? aut pro ovo scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data, quanto magis Pater* [3]?

Refut. 24. Ex hoc loco vafri hominis superstitiosa et affectata religio convincitur. Non enim optimæ alicujus mercedis gratia, aut spe consequendæ immortalitatis inductus, sed ex impietate ac pestiferæ opinionis falsitate ciborum temperantiam adhibuit. Animatis enim vesci prohibet, ac reos esse judicio putat illos qui carnes degustent, tanquam animas comedant. Quod quidem in primis est absurdum. Neque enim caro est, sed in carnibus inest anima. Neque vero brutorum animam perinde atque hominum pretiosam esse dicimus, sed ad vitam duntaxat animalibus concessam. At ille miserrimus cum sectatoribus suis eamdem hominum esse, quæ in reliquis animantibus cernitur, animam existimat. Quod ei dogma plerisque cum aliis est hæresibus commune. Nam et Valentinus, et Colorbasus, et Gnostici omnes, ac Manichæi traductiones quasdam animarum, atque in varia cor-

A Σχόλ. κβ'. *Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, τοῦ οὐρανοῦ.* Οὐκ εἶχε δὲ, *καὶ τῆς γῆς·* οὔτε, *Πάτερ*, εἶχεν. Ἐλέγχεται δέ· κάτω γὰρ εἶχεν, *Ναὶ, ὁ Πατήρ.*

Ἔλεγχ. κβ'. Εὐχαριστεῖ Κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ, κἂν περιέλῃς, *τῆς γῆς*, κἂν παρακόψῃς τὸ, *Πάτερ*, ἵνα μὴ Πατέρα αὐτοῦ ὑποδείξῃς, Μαρκίων, τὸν Χριστὸν λέγοντα τὸν Δημιουργόν. Μένει γὰρ τῆς ἀληθείας τὰ μέλη ζῶντα. Ὥσπερ γὰρ ἐν λειψάνῳ κατὰ λῆθην εἴασας, ὦ Μαρκίων, τὸ, *Ναὶ, ὁ Πατήρ.* Ἀποδέδεικται τοίνυν ἐξάπαντος τῷ ἰδίῳ Πατρὶ εὐχαριστεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ οὐρανοῦ Κύριον αὐτὸν ὀνομάζειν· καὶ πολλή σου φρενοβλάβεια, μὴ *κατανοοῦσα τῆς ἀληθείας τὴν ἐλευθερίαν* [4].

B Σχόλ. κγ'. *Εἶπε τῷ νομικῷ· Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; Καὶ ἀποκριθείς.* Μετὰ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ νομικοῦ εἶπεν· *Ὀρθῶς εἶπας. Τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.*

Ἔλεγχ. κγ'. Ἀλήθεια ὢν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, *οὐδένα* ἐπλάνα τῶν περὶ ζωῆς ἐρωτώντων. Διὰ γὰρ τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν ἐλήλυθε. Ζωῆς τοίνυν ἐπιμελημένου αὐτοῦ, καὶ ὑποδεικνύντος τὸν νόμον τῷ φυλάττοντι καὶ ποιήσαντι ζωὴν ὑπάρχειν, καὶ τῷ κατὰ νόμον ἀποκριθέντι φήσαντος ὀρθῶς λελαληκέναι, καὶ Οὕτως ποίει καὶ ζήσῃ, τίς οὕτως ἐμβρόντητος ἂν εἴη, ὡς πείθεσθαι μὲν τῷ Μαρκίωνι βλασφημοῦντι εἰς τὸν Θεὸν, τὸν καὶ νόμον καὶ τὴν χάριν τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς ἀνθρώποις κεχαρισμένον, αὐτῷ δὲ συναπάγεσθαι τῷ μήτε ἐκ νόμου, μήτε ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου ἔχοντί τι τῆς διδασκαλίας; C

Σχόλ. κδ'. *Καὶ εἶπε· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, αἰτῶν τρεῖς ἄρτους;* καὶ λοιπόν· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται. Τίνα γὰρ ἐξ ὑμῶν τὸν πατέρα υἱὸς αἰτήσας ἰχθὺν, καὶ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; καὶ ἀντὶ ᾠοῦ σκορπίον; Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ οἴδατε δόματα ἀγαθὰ, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατήρ;*

Refut. 7. Si *qui Christi sunt, carnem crucifixerunt*, Marcio, perspicuum est Christi servos circumcisis cupiditatibus et affectionibus purgatissimam carnem suam reddidisse, imitatosque esse Christum, dum ipsum carnem suam cruci affixisse declarant. Unde et illi eodem quo Dominus suus consilio carnem in cruce defigunt. Jam vero si carnem suam crucifixerint, fieri non potest quin caro pro Christo perpessa cum Christo pariter regnet: id quod alio in loco his verbis demonstrat Apostolus: *Sicut socii passionum Christi estis, ita et gloriæ* [4].

Σχόλ. η'. *Οὔτε γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν.*

D

Schol. 8. *Neque enim qui circumciduntur ipsi legem custodiunt* [5].

Ἔλεγχ. η'. Οὐκ ἀπηγόρευτο τοίνυν ἡ προτέρα περιτομὴ ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, εἰ νόμον ἐφύλαξε. Νόμος δὲ Χριστὸν κατήγγελλεν ἐρχόμενον νόμον ἐλευθερίας παρασχέσθαι, καὶ οὐκέτι ἡ περιτομὴ ἐν σαρκὶ τῷ χρόνῳ τοῦ Χριστοῦ ἐξυπηρετήσειεν. Ἦλθε γὰρ ἡ διὰ Χριστοῦ ἀληθινὴ, ἧς τύπος ἐκείνη ἦν. Οἱ δὲ ἔτι ἐν ἐκείνῃ σφραγιζόμενοι, κἂν τε πάντα τὸν νόμον φυλάξωσιν, οὐκέτι αὐτοῖς λογισθήσεται νόμου φύλαξις. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νόμος ἔλεγε περὶ Χριστοῦ, ὅτι *Προφήτην ἐγερεῖ ὑμῖν Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν μου ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσετε*· αὐτῶν δὲ τοῦ Χριστοῦ μὴ ἀκουσάντων, ἡ περιτομὴ ἀκροβυστία γίνεται αὐτοῖς, καὶ ἡ φύλαξις τοῦ νόμου οὐκέτι

353 Refut. 8. Non igitur suo tempore prohibita vetus illa circumcisio fuit, si quidem legem custodiret. Porro lex Christum nuntiabat idcirco venientem, ut legem libertatis afferret, cujus illa figuram expressit. Quicunque vero adhuc in illa signantur, tametsi legem omnem observent, non tamen iis observatio ista legis imputabitur. Cum enim lex de Christo prædixerit: *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus e fratribus meis sicut me; ipsum audietis* [6]: qui ex illis Christum non audierint, horum circumcisio præputii instar æstimatur, ipsaque legis observatio, observatio esse desinit. Est igitur bona quidem lex, bonaque circumcisio: per quas

[1] I Cor. xv, 50. [2] Rom. viii, 33. [3] Galat. v 24. [4] II Cor. i, 7. [5] Galat. vi, 13. [6] Deut. xviii, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Christum Christique perfectiorem legem, ac circumcisionem cognovimus.

φύλαξις. Καλὸς τοίνυν ὁ νόμος, καὶ καλὴ ἡ περιτομή, ἀφ' οὗ καὶ ἀφ' ἧς ἔγνωμεν Χριστὸν, καὶ τὸν ἐντελέστερον αὐτοῦ νόμον, καὶ τὴν ἐντελεστέραν αὐτοῦ περιτομήν.

Ex Epistola ad Corinthios, quam isti perinde ac nos secundo loco numerant.

Ἀπὸ τῆς πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῆς· αὕτη γὰρ παρ' αὐτοῖς δευτέρα καὶ παρ' ἡμῖν.

Schol. 1 et 9. *Scriptum est enim : Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobabo* [1].

α' καὶ θ' σχόλ. *Γέγραπται γάρ· Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.*

Refut. 1 et 9. Quandoquidem ex iis quæ a prophetis scripta sunt Apostolus ad veritatis sinceræque doctrinæ faciendam fidem, auctoritates arcessit, nequaquam a veritate, nec a bono, bonaque illius disciplina prophetiæ segregandi sunt.

α' καὶ θ'. ἔλεγχ. Εἰ ἀπὸ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς προφήταις ἀναλέγεται ὁ Ἀπόστολος μαρτυρίας εἰς παράστασιν ἀληθείας καὶ ἀγαθῆς διδασκαλίας, ὡς ἀλλότριοι οἱ προφῆται τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ διδασκαλίας.

Schol. 2 et 10. *Ut, quemadmodum scriptum est : Qui gloriatur, in Domino glorietur* [2].

β' καὶ ι' σχόλ. *Καὶ ἵνα, καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.*

Refut. 2 et 10. Cum is qui gloriatur in Domino apud prophetas laude dignus habeatur, Dominum porro Scriptura eum intelligat, qui legis sit Deus, quem tu, Marcio, judicem et creatorem, ac justum nominas; non potest hic alius esse quam Christi Pater, cujus discipulus est Paulus; quandoquidem e prophetæ doctrina gentium institutus a Christo magister Paulus, ex iisdem, inquam, doctrinæ fontibus velut clarissimam aquam hauriens, commissam sibi perfundit Ecclesiam.

β' καὶ ι'. ἔλεγχ. Εἰ ἐπαινετὸς ὑπάρχει ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ παρὰ τοῖς προφήταις. Κύριον δὲ οἶδε τὸν Θεὸν τοῦ νόμου τὸν παρὰ σοὶ, ὦ Μαρκίων, καὶ κρτὴν, καὶ δημιουργὸν, καὶ δίκαιον καλούμενον, οὐκ ἄλλος ἐστὶν οὗτος παρὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ Πατέρα, οὗ μαθητὴς ὑπάρχει Παῦλος· ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς τοῦ προφήτου διδασκαλίας ὁ διδάσκαλος κατασταθεὶς τῶν ἐθνῶν ὑπὸ Χριστοῦ Παῦλος, ἀπὸ τῶν ὁμοίων καὶ τῶν αὐτῶν διδασκαλιῶν ἀνιμώμενος ὡς καθαρὸν ὕδωρ, ἀρδεύει ἣν πεπίστευται Ἐκκλησίαν.

Schol. 3 et 11. *Principum hujus sæculi, qui evacuantur* [3].

γ' καὶ ια' σχόλ. *Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων.*

354 Refut. 3 et 11. Si hujus sæculi principes sunt multi, qui quidem evacuantur, non trium amplius principiorum, Marcio, stirpes ac radices indagare cogeris; sed aliam comminisci fabulam, atque ad multorum principiorum, et radicum, et ingentis alicujus tragœdiæ inquisitionem te convertere. Cumque nescio quid calumniose struxeris; neque enim invenire poteris quemadmodum verba illa, *qui evacuantur*, accommodes, ex hoc ipso *evacuandi* vocabulo ruat illa necesse est, quam fingis, principiorum radix carens ipso principio. Quidquid enim desinit aliquando, sempiternum esse non potest; sed si principium aliquod unde esse cœpit habuerit, finem insuper obtinebit. Fieri quippe nequit ut quod principium habet perenne sit ac perpetuum. Alioqui quid illud sibi vellet quod dicitur: id quod est ejus esse causam, quod aliquando non fuerit, et esse demum cœperit? Idipsum porro quod est, Pater est et Filius, et Spiritus sanctus. Cætera omnia, quæ condita sunt, non esse dicuntur, quæ a principio quodam ortum habuerunt; inter quæ malum etiam quod dicitur referendum est. Malum, inquam, quod ab hominibus jam in lucem editis tanquam a principio manavit : cum et ipsi quandoque non fuerint, et tum esse malum cœperit, cum et homo, qui antea non erat, originem accepit. Quare veniet tempus cum malum amplius non erit; cum principi ipsi minime istud placuerit, quod ortum a principio ipsum in malorum numero atque ordine

γ' καὶ ια'. ἔλεγχ. Εἰ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου πολλοὶ, καταργοῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι, ἀναγκασθήσῃ, ὦ Μαρκίων, οὐκέτι τριῶν ἀρχῶν [4] ζητεῖν τὰς ῥίζας· ἀλλ' ἐρευνήσας ἄλλον μῦθον πολλῶν ἀρχῶν καὶ πολλῶν ῥιζῶν, καὶ πολλῆς τραγῳδίας. Καὶ ὅταν συκοφαντῶν πλάσῃς· οὐ γὰρ εὕροις συναντῆσαί σοι τὸ, *καταργουμένων*· ἐκ δὲ τοῦ λόγου τοῦ λέγοντος *καταργουμένων* ἀναιρεθήσεται ἡ παρὰ σοῦ φανταζομένη ἀναρχος τῶν ἀρχῶν ῥίζα. Πᾶν γὰρ τὸ λῆγον οὐκ ἀΐδιον ὑπάρχει· ἀλλὰ εἰ ἀρχὴν ἔσχε τοῦ εἶναι, καὶ τέλος ὑφέξει. Ἀδύνατον γὰρ τὸ ἀρχὴν ἐσχηκὸς διαιωνίζειν ἀϊδίως· εἰ μή τι ἂν θέλοι τὸ ὂν αἴτιον γενόμενον τοῦμή ποτε ὄντος, ἀρξαμένου δὲ τοῦ εἶναι. Τὸ δὲ ὂν ἐστὶ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· τὸ δὲ μὴ ὂν ἐστὶ πάντα τὰ κεκτημένα [5], ἀρχὴν ἐσχηκότα τοῦ εἶναι, ἐν οἷς ἂν καὶ τὸ λεγόμενον κακόν· καὶ ὂν κακὸν ἀπὸ ἀνθρώπων ἀρξάμενον τῶν γενομένων, οὐκ ὄντων ποτὲ, ἀρχὴν δὲ τοῦ κακοῦ ἐσχηκότος, ἐξότε καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ οὐκ ὢν ποτε, οὐκέτι ἔσται τὸ κακόν. Ἀναμφιβόλως γὰρ ἀναιρεθήσεται, διὰ τὸ μὴ συνευδοκεῖν τὸν ἄρχοντα τῇ ἀρχὴν ἐσχηκότι, καὶ ἐν φαύλοις ἑαυτὸν καταστήσαντι· παυθήσεται γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου κηρύξεως· καὶ πρὸ τοῦδε νόμου ἀπὸ πολλῶν τῶν κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον πεπολιτευμένων· καὶ ἔτι γε περισσοτέρως ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας· τελεώτατα δὲ ἀπὸ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ σπείρονται ἐν φθορᾷ, ἐγείρονται ἐν ἀφθαρσίᾳ, μηκέτι

[1] I Cor. I, 19; Isa. XXIX, 14 [2] I Cor. I, 31; Jer. IX, 23, 24. [3] I Cor. II, 6. [4] το. ἀογόντων [5] F. κεκτισμένα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὸ κακὸν ἐργαζόμενοι, μηκέτι ἀποθνήσκοντες. Καὶ ὅτι δὲ παυθήσεται, μαρτυρήσει ὁ αὐτὸς λόγος τοῦ Ἀποστόλου φάσκων· *Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων.* Καὶ ἀνῄρηται παντα-χόθεν ἡ κατὰ σὲ, ὦ Μαρκίων, ὑπόθεσις, φαντασιώδης τις οὖσα καὶ ψευδὴς, καὶ ἄστατος, καὶ ἄλογος.

A collocarat. Igitur non solum post corporum resurrectionem desinet, sed jamdudum ab ipsa legis promulgatione; imo ante legem ipsam in plerisque desiit, qui vitam suam ex naturalis legis præscripto temperarunt. Sed multo magis post Christi Salvatoris adventum; ac denique post mortuorum resurrectionem longe id cumulatius accidet. Quandoquidem *seminantur in corruptione, surgunt autem in incorruptione*[1], nec malum amplius perpetrant, neque moriuntur. Ac cessaturum quidem omnino malum eadem illa Apostoli testatur oratio : *Principum hujus sæculi, qui evacuantur.* Ex quo vanum tuum illud dogma concidit, Marcio, quod opinione sola conflictum, mendax, inconstans, rationique minime consentaneum est.

δ' καὶ ιβ' σχόλ. *Γέγραπται γάρ· Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν·* καὶ πάλιν· *Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.*

Schol. 4 et 12. *Scriptum est enim : Qui comprehendit sapientes in astutia eorum*[2]. **355** Et iterum : *Dominus novit cogitationes hominum, quia vanæ sunt*[3].

δ' καὶ ιβ' ἔλεγχ. Τὸ, *γέγραπται*, εἰς χρῆσιν προφερόμενον, καὶ τὸ, *γινώσκει Κύριος*, ὁμολογούμενον, οὐκ ἀλλότριον ὑπάρχει τῷ ἀναλεξαμένῳ τὸ ῥητὸν τοῦ λόγου· φημὶ δὲ τῷ ἁγίῳ Ἀποστόλῳ, παρ' ᾧ ἡ χρῆσις ἐμφέρεται. Ἐξ ἧς χρήσεως ὁ χαρακτὴρ φανεῖται οὐκ ἀλλοτρίου τοῦ κηρύγματος τοῦ Ἀποστόλου ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ὅθεν αὐτῷ ἡ μαρτυρία συνέστη.

B Refut. 4 et 12. Istud ipsum, *Scriptum est*, etc., ad usum translatum; itemque, *novit Dominus*, etc., hac autoritate comprobatum, alienum ab eo minime censetur, qui hanc e Scriptura sententiam protulit, Apostolo videlicet, a quo ista collecta sunt. Atque hoc ex usu locorum satis apparet, apostolicæ doctrinæ formam nihil a Vetere Testamento dissidere, cujus ille testimonium adhibuit.

ε' καὶ ιγ' σχόλ. *Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός*

Schol. 5 et 13. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*[4].

ε' καὶ ιγ' Ἔλεγχ. Εἰ Πάσχα ὁ Ἀπόστολος ὁμολογεῖ, καὶ τυθέντα τὸν Χριστὸν οὐκ ἀρνεῖται, οὐκ ἀλλότριον τὸ Πάσχα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κατὰ νόμον Πάσχα πρόβατον θύοντος ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, οὐ[1] προβάτου τύπος ἦν ὁ οὐ δοκήσει θυόμενος Χριστὸς, οὐδὲ ἄνευ σαρκὸς πάσχων. Πῶς γὰρ ἠδύνατο πνεῦμα θύεσθαι, δῆλον οὐκ ἠδύνατο· μὴ δυναμένου δὲ ἄνευ σαρκὸς τυθῆναι, τυθέντος δὲ ἐν ἀληθείᾳ (81) ὁμολογεῖται διὰ τῆς τοῦ Ἀποστόλου ἀναμφιλέκτου ὁμολογίας. Οὐκοῦν ἐκ παντὸς σαφῶς ἀποδέδεικται οὐκ ἀλλότριος ὁ νόμος τύπῳ φερόμενος χρόνῳ μέχρι τοῦ ἐντελεστέρου καὶ ἐναργοῦς προβάτου τυθέντος ἐν ἀληθείᾳ Χριστοῦ, οὗ προῆγεν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἄλλος θυόμενον τὸ πρόβατον τὸ αἰσθητόν. *Ἡμῶν δὲ τὸ Πάσχα ἐτύθη Χριστός.*

C Refut. 5 et 13. Cum et Pascha Apostolus agnoscat, et immolatum Christum non neget, non est abalienandum a Christo Pascha qui ex Paschatis lege verum Agnum non specie tenus immolat : cujus agni formam non specie item sola immolatus Christus nec sine carne passus expressit. Qui enim mactari spiritus posset? Sane fieri istud omnino nequit; sed neque sine carne potest occidi. Occisum autem esse revera, haud dubia Apostoli confessione declaratur. Quamobrem necessaria illud ratione colligitur : non alienam esse legem, quæ adumbratis rebus ac figuris tandiu constabat, donec perfectior, idemque manifestus agnus succederet, hoc est Christus reipsa mactatus, quem priscis temporibus antecessit alter ille qui immolabatur agnus, quique sensu percipi poterat. *Nostrum vero Pascha immolatus est Christus*

ς' καὶ ιδ' σχόλ. *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.*

Schol. 6 et 14. *Nescitis quod qui adhæret meretrici, unum corpus est*[5]. *Erunt enim, inquit, duo in carnem unam*[6].

D

ς' καὶ ιδ' Ἔλεγχ. Εἰ οὐκ ἀληθὴς ὁ νόμος, τίνι τῷ λόγῳ οἱ ἀληθεῖς τὰς μαρτυρίας ἀπὸ τοῦ νόμου λαμβάνουσιν; ὧν εἷς ὑπάρχει ὁ ἅγιος Θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τὴν μαρτυρίαν ταύτην μετὰ καὶ πολλῶν ἄλλων λαβὼν εἰς ἐναργῆ παράστασιν ἀληθείας καὶ κηρύγματος ἀγαθοῦ Θεοῦ.

Refut. 6 et 14. Nisi vera lex sit, quid est tandem quod qui veritati student auctoritates ex illa depromunt? cujusmodi sanctus Dei apostolus est Paulus qui cum aliis innumeris hoc etiam testimonium ad veritatem bonique Dei prædicationem evidenter asseverandam non dubitavit afferre.

ζ' καὶ ιε' σχόλ. Μετηλλαγμένως· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *ἐν τῷ νόμῳ*, λέγει, *ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ.* Λέγει δὲ πρὸ τούτου· *εἰ καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει.*

Schol. 7 et 15. Mutatus est locus. Nam pro eo quod est, *In lege*[7], scripsit, *in Moysis lege.* Sed antea dixerat, *tametsi lex ea non dicat.*

[1] F. ου προσ. In Vat. leg. τυπος ην ο δοκησει. [2] 1 Cor. xv, 42. [3] 1 Cor. iii, 19; Job v, 13. [4] Psal. xciii, 11. [5] 1 Cor. v, 7. [6] 1 Cor. vi, 16. [7] Gen. ii, 24; Matth. xix, 5. [8] 1 Cor. ix, 9.

(81) *Τυθέντος δὲ ἐν ἀληθ.* Deesse nonnihil ad integritatem hujus loci videtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Refut. 7 et 15. Licet in secunda sententia formam orationis immutaveris, Marcio, atque ex eo quod *in lege Moysis* scripseris, hac voce, *Moysis*, alienum a lege Deum ostendi putaveris posse, tamen superior illa conjunctio vesaniam tuam redarguit, *tametsi lex ista non dicat.* **356** In lege quippe scriptum est: *Non alligabis os bovi trituranti* [1]. Cæterum quod tu legem Moysis scribere maluisti, nihil nobis omnino nocuisti, sed profuisti potius, ac luculentius contra te testimonium obfirmasti, ut vel imprudens confiterere Moysis legem a Deo derivatam, hoc ipso quod, *in lege Mosis*, scripseris. Item, *lex dicit.* Astipulatur enim et Apostolus postea subjiciens: *Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique dicit* [2]? Quod si propter apostolos tam lex quam qui in lege locutus est Deus ista dixerunt, uterque profecto apostolorum Christi curam suscipit, dum illis os alligari prohibet; sive a prædicanda Christi doctrina impediri vetat; sive quotidiana ipsis alimenta suppeditari populorum liberalitate præcipit. Itaque nec alienos a divinitate sua apostolos ille putat, nec isti alienum ipsum esse statuunt. Ex hoc vero communi omnibus testimonio sic colligit Apostolus: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Sed propter apostolos dixit.

Quare si propter apostolos usurpavit, hominum porro pecudumque conditor est, e quibus boves sunt ac passeres, serpentes, bestiæ, pisces, animantiaque reliqua, consequens est curam illum omnium pro cujusque ratione capessere. Nam et universorum ei curam esse satis ex eo quod scriptum est ostenditur: *Homines et jumenta salvabis, Domine* [3]. Item ex eo: *Quis dedit corvo cibum* [4]? et: *Pulli corvorum ad Dominum clamant cibos postulantes* [5]; et: *Dabis opportunam escam omnibus* [6]. Neque vero boum in obterendis frugibus obstringi capistris ora simpliciter prohibet: alioqui Deum conditis a se animantibus præbere alimenta non posse monstraret: neque aliter quam ope hominum et auxilio pecorum pabulo providere. Sed illud Apostolus declarat, non cibariorum inopia Deum bobus trituræ tempore consultum voluisse, atque obligari vetuisse; verum hoc ænigma totum ad apostolos quadam habitudine referendum. At vero infima omnia, quæ sensu percipi possunt, Deus providentia sua complectitur, et universorum curam pariter suscipit. Non enim Salvatori contraria scripsit Apostolus, ut hanc sibi plerique excusationis latebram quærant. Etenim longe bobus minores sunt passeres, de quibus a Salvatore dictum est: *Quinque passeres veneunt dipondio* [7]. Et rursum: *Nonne* **357** *duo passeres asse veneunt, et unus ex ipsis non cadet in laqueum sine Patre vestro qui in cœlis est* [8]? Sic igitur universa Deus providentia sua gubernat. Quæ vero majora sunt, altiore qua-

A ζ' καὶ ιε' ἔλεγχ. Κἂν τε ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀποφάσει ἀλλάξῃς τὸ εἶδος, ὦ Μαρκίων, καὶ νομίσῃς ἀπὸ τοῦ πεποιηκέναι σε, *ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως*, ἀπαλλοτριοῦν διὰ τὸν *Μωϋσέα* Θεοῦ τὸν νόμον, ἔνωθεν ὁ σύνδεσμος ἐλέγχει σου τὴν ἀφροσύνην, ὅτι, *εἰ καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει.* Ἐν γὰρ τῷ νόμῳ γέγραπται· *Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.* Οὐδὲν δὲ ἡμᾶς ἠδίκησας, κἂν τε προσθεὶς τὸ ὄνομα Μωϋσέως· ἀλλὰ ἡμᾶς μὲν ὠφέλησας, κατὰ σαυτοῦ δὲ τὴν μαρτυρίαν ἐσφιγξας, πανταχόθεν δὲ ὡμολόγησας, ἀγνοῶν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Μωϋσέως νόμον ἀπὸ τοῦ, *Ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως.* Καὶ, *ὁ νόμος λέγει.* Ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ Ἀπόστολος συντιθέμενος ἐν τῷ μετέπειτα εἰρηκέναι· *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἢ πάντως δι' ἡμᾶς εἴρηκεν;* Εἰ δὲ διὰ τοὺς ἀποστόλους

B εἴρηκεν ὁ νόμος, καὶ ὁ ἐν τῷ νόμῳ Θεὸς λαλήσας, ἐπιμελεῖται ἄρα τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ μὴ φιμοῦν αὐτοὺς παρακελεύεσθαι, ἤτοι τοῦ λαλεῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἤτοι τὴν ἐφήμερον τροφὴν παρὰ τῶν λαῶν ἀνενδεῶς αὐτοὺς ἔχειν. Οὐκ ἄρα ἀλλοτρίους τοὺς ἀποστόλους ἑαυτοῦ τῆς θεότητος οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι ἀλλότριον αὐτὸν Θεὸν ἡγοῦνται. Ἐξ ἧσπερ ὑπὲρ πάντων μαρτυρίας ὁ ἅγιος Ἀπόστολος ἀποδέδωκε φήσας· *Μὴ περὶ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;* Ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀποστόλους εἴρηκε.

Καὶ εἰ διὰ τοὺς ἀποστόλους εἴρηκε, κτίστης δέ ἐστι ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, ἐξ ὧν βόες τε καὶ στρουθοὶ, ἑρπετά τε καὶ κνώδαλα, ἐνάλιά τε καὶ τὰ ἄλλα· ἄρα μέλει αὐτῷ περὶ πάντων κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν. Καὶ μέλει μὲν αὐτῷ περὶ πάντων ἐν τῷ λέγειν· *Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε·* καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι· *Τίς δέδωκε κόραξι βοράν;* καὶ· *Νεοσσοὶ κοράκων πρὸς Κύριον κεκράγασι, τὰ σῖτα ζητοῦντες·* καὶ, *Δώσεις τὴν τροφὴν εὔκαιρον τοῖς πᾶσιν.* Ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ἀλοᾶν τοὺς βοῦς παρεκελεύετο μὴ φιμοῦν βοῦν ἀλοῶντα· ἐπεὶ ἐδείκνυεν ἂν μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν τρέφειν αὐτοῦ τὴν κτῆσιν· ἀλλὰ εἰ καὶ μὴ διὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων τοῖς κτήνεσιν ἐπικουρουμένους [9] τροφῆς. Ἔδειξε δὲ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος οὐ δι' ἀπορίαν τροφῆς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ ἀλοητοῦ ἐπιμέλεσθαι βοῶν, ἐν τῷ παρακελεύεσθαι μὴ φιμοῦν τοὺς τοιούτους· ἀλλὰ διὰ τοῦ αἰνίγματος περὶ τῶν ἀποστόλων σημαίνεσθαι τὴν σχέσιν. Τῶν γὰρ κατὰ τὸ [10] αἰσθητῶν πάντων ποιεῖται τὴν πρόνοιαν, καὶ ὁμοίως μέλει αὐτῷ περὶ πάντων. Οὐ γὰρ ἀντιθέτως ὁ Ἀπόστολος πρὸς τὸν Σωτῆρα ἔγραφεν, ἵνα οὕτως προφασίσωνται οἱ πολλοί. Μικρότερα γὰρ τῶν βοῶν τὰ στρουθία, περὶ ὧν ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν, ὅτι *Πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο·* καὶ πάλιν· *Οὐχὶ δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου ἑνός;* [11] *καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται εἰς παγίδα ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ὁμοῦ μὲν πάντων προνοεῖ· τῶν δὲ μειζόνων ἐπιμελεῖται, κατὰ τὸ μεῖζον εἶδος τῆς πνευματικῆς ἀκολουθίας. Ὥστ' οὖν ἐκ παντὸς ὁμολογεῖται τὸν

[1] Deut. xxv, 4. [2] I Cor. ix, 9, 10 [3] Psal. xxv. 7. [4] Job xxxviii, 41. [5] Psal. cxlvi, 9. [6] Psal. cxliv, 15. [7] Luc. xii, 6. [8] Matth. x, 29. [9] F. ἐπικουρουμένων [10] F. κάτω. [11] Vat. addit Εἰ οὖν δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου ἑνός

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

αὐτὸν ποιητὴν, καὶ δημιουργὸν, καὶ νομοθέτην Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης ὄντα, Θεὸν ἀναθόν τε καὶ δίκαιον καὶ τῶν πάντων Κύριον.

dam cura et spiritali, quæ illorum naturam consequitur, administrat. Concludendum igitur est, eumdem conditorem, et opificem, ac legislatorem esse Veteris ac Novi Testamenti, Deum bonum, et justum, universorumque Dominum.

η' καὶ ις' σχόλ. *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;*

Schol. 8 et 16. *Nunquid de bobus cura est Deo* [1].

η' καὶ ις' ἔλεγχ. Ἤδη διαπεπραγμάτευται, καὶ διὰ πλάτους ἡρμήνευται ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ῥητῷ. Διὸ περιττὸν ἡγησάμενος αὖθις περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἠρκέσθην τοῖς προειρημένοις.

Refut. 8 et 16. Abunde tractatus hic locus est, et in superiori capite a nobis expositus. Ideoque supervacaneum rati eadem denuo repetere, iis quæ dicta sunt contenti esse debemus.

θ' καὶ ιζ' σχόλ. *Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ὑμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, μὴ πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς καὶ ἐκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, καθὼς γέγραπται· Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν· ὅπου λέγει· ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ ἡμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Refut. 9 et 17. *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eumdem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi fuerunt; neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque tentemus Christum,* usque ad illa verba: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem nobis* [2], etc.

θ' καὶ ιζ' ἔλεγχ. Ὦ πολλῆς φρενοβλαβείας: Τίς ἔχων ὀφθαλμοὺς, ἡλίου ἀνατέλλοντος, ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ φωτὸς πλανήσει; Εἰ γὰρ πατέρας ἑαυτοῦ τοὺς τότε λέγει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, καὶ ὑπὸ νεφέλης, καὶ διὰ θαλάσσης διεληλυθέναι, καὶ πνευματικὸν βρῶμα καὶ πόμα εἶναι, βεβρωκέναι δὲ καὶ πεπωκέναι ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, Χριστὸν δὲ εἶναι τὴν πέτραν φάσκει· τίς πεισθήσεται Μαρκίωνος τῇ ἀπονοίᾳ, τοῦ σκοτίζοντος ἑαυτοῦ τὸν νοῦν καὶ τῶν ἀκουόντων αὐτοῦ, ἀλλότριον φάσκειν τὸν Χριστὸν τῶν ἐν νόμῳ γενομένων, ὁμολογουμένων δὲ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐν δοκήσει; Φάσκει δὲ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, *μὴ ἐν τοῖς πλείστοις τὸν Χριστὸν ηὐδοκηκέναι*, πάντως διὰ παράνομον πρᾶξιν τῶν αὐτῶν. Εἰ δὲ οὐκ ηὐδόκησεν ἐν τοῖς κατὰ τὸν νόμον παράνομα ἐργασαμένοις, ἆρα ἀγανακτεῖ πρὸς τοὺς τοιούτους, ὡς αὐτοῦ δεδωκότος τὸν νόμον, καὶ διδάσκει ἑαυτοῦ τὸν νόμον ὑπάρχειν, καιρῷ δοθέντα καὶ δικαίως ἐξυπηρετηθέντα, ἄχρι τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. Πρέπον γάρ ἐστιν οἰκοδεσπότῃ καθ' ἕκαστον καιρὸν ἁρμοδίως ἐπιτάσσειν τοῖς ἑαυτοῦ οἰκέταις τὰ πρέποντα. Εὐθὺς δὲ ἐπιφέρει, λέγων· *Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν·* οὐχὶ κατὰ πάντων τὴν ψῆφον διεξιών. Καὶ πόθεν οἶδας ταῦτα, ὦ Ἀπόστολε; Ἐπιφέρει, *Ὡς γέγραπται, φήσας· Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.*

Refut. 9 et 17. O inauditam amentiam! Quis, oriente sole, si modo oculos habeat, a luce possit aberrare? Num si patres suos veteres illos Apostolus nominat, et sub nube fuisse, ac mare transiisse prædicat; si spiritalem escam et potum commemorat: itemque manducasse ac bibisse de spiritali consequente illos petra, eamque petram Christum esse scribit; quis Marcionis insaniæ fidem adhibeat: qui suam ac sectatorum suorum mentem tantis tenebris implicat, ut Christum ab iis qui in lege versati sunt abalienare contendat: quos quidem Apostolus revera, non ficta quadam specie, commendavit? Quod autem *in plerisque* scribit idem *non fuisse placitum Christo*, plane **358** ad illorum scelera pertinere putandum est. Jam vero si in iis qui in lege scelerate se gesserunt nequaquam illi placitum est, ideo illis succensuerit oportet, quod legem ipse tulerit; quam omnino suam esse confirmat, quæ pro temporis opportunitate concessa, tandiu functionem suam est administrationemque sortita, donec ille carne præditus advenit. Nam et paterfamilias servis suis consentanea cuique tempori debet mandata præscribere. Subinde vero ista subtexuit: *Hæc autem in figura nostri contigerunt, ne simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt; neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis.* In quo non omnes sententia sua condemnavit. Sed undenam, obsecro hæc, Apostole, nosti? *Sicut scriptum est,* inquit: *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.*

[1] 1 Cor. IX, 9. [2] 1 Cor. X, 1 sqq.; Exod. XXXII, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Vera est itaque Scriptura, de qua ad convincendos improbos Paulus argumenta colligit. Deinde rursus : *Neque tentemus Dominum.* Marcio vero pro *Domino* Christum substituit. Sed idem est plane Christus ac Dominus, etsi Marcioni aliter visum sit, cum Christi appellatio subjecta sit in iis verbis: *Petra autem erat Christus;* et, *non in plerisque illorum beneplacitum est Deo.* Post hæc Apostolus ubi totum illud argumentum percurrit, subjicit: *Hæc autem in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram.* Cum igitur quæ illis in figura contingebant ad correptionem nostram scripta sint, qui ea quæ tum acciderunt ad correptionem nostram præscripsit, illis haud dubie consulere studuit, quos corrigere atque admonere cupiebat, ne malorum concupiscentes essemus. Quamobrem bonus idem, non malus fuerit oportet. Quibus enim affectus est, iisdem ut præditi esse velimus hortatur, bonus ille nimirum Deus, ac justus; ac tam eorum quos ante scripserat Deus, quam posteriorum, qui correpti sunt, conditor: communis denique auctor omnium ac legislator; qui et Evangelia largitus est, et apostolorum dux ac moderator exstitit.

A Ἄρα γοῦν ἀληθὴς ἡ Γραφὴ, ἐξ ἧς καὶ τὸν ἔλεγχον κατὰ τῶν ἀνόμων ὁ Ἀπόστολος λαμβάνει. Εἶτα πάλιν· *Μηδὲ πειράζωμεν τὸν Κύριον.* Ὁ δὲ Μαρκίων ἀντὶ τοῦ, *Κύριον*, Χριστὸν ἐποίησε. Χριστὸν δὲ καὶ Κύριον ταυτὸν ὑπάρχειν, κἂν μὴ δοκοίη τῷ Μαρκίωνι, προϋποτεταγμένης τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπωνυμίας, ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἡ πέτρα ἦν ὁ Χριστός·* καὶ, *Οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε.* Διεξιὼν δὲ πάλιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος πᾶσαν τὴν τοῦ κεφαλαίου ὑπόθεσιν, φησί· *Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ ἡμῖν εἰς νουθεσίαν.* Εἰ τοίνυν τὰ τυπικῶς ἐκείνοις συμβεβηκότα ἐγράφη ἡμῖν εἰς νουθεσίαν, ὁ γράψας τὰ γεγονότα τότε εἰς νουθεσίαν ἡμῶν ἐπεμελεῖτο ὧν καὶ τὴν νουθεσίαν ἐποιεῖτο, τὸ μὴ γίνεσθαι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν.
B Ὁ δὲ μὴ θέλων κακῶν ἐπιθυμητὰς ἡμᾶς εἶναι, ἄρα ἀγαθὸς ὑπάρχει, καὶ οὐ κακός. Ἐν οἷς γὰρ ὑπάρχει, ἐν τούτοις προτρέπεται ἡμᾶς εἶναι, ὁ αὐτὸς ἀγαθὸς Θεὸς ὢν καὶ δίκαιος, ὁ τῶν προγραφέντων Θεὸς, καὶ τῶν μετέπειτα νουθετουμένων κτίστης ὤν, τῶν πάντων καὶ δημιουργὸς καὶ νομοθέτης, καὶ δωρητικὸς τῶν Εὐαγγελίων, καὶ καθοδηγὸς τῶν ἀποστόλων.

Schol. 10 et 18. *Quod ergo dico? Quod in templo immolatum aliquid sit, aut idolothytum aliquid sit? Sed quæ immolant dæmoniis, et non Deo* [1]. Ubi Marcio *in sacris immolatum* adjecit.

ι' καὶ ιη' σχόλ. *Τί οὖν φημι; Ὅτι ἱερόθυτόν τί ἐστιν, ἢ εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν; Ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ Θεῷ.* Προσέθετο δὲ ὁ Μαρκίων τὸ, *ἱερόθυτον.*

Refut. 10 et 18. *Quid ergo dico? Idolis* **359** *immolatum aliquid est? Sed quæ immolant dæmoniis et non Deo.* Non prisca illa patrum tempora condemnavit Apostolus, quæ ad ætatem usque suam, adeoque quandiu stetere Hierosolyma, fluxerunt, cum eos dixit, qui idolis immolarent dæmoniis immolare, non Deo. Non illos, inquam, damnare voluit, qui Deo sacrificarent, quo tempore sacrificari oportuit. Sed eos duntaxat accusat, qui idolis immolant, non ob hoc ipsum, quod immolant, sed quod idolis istud ipsum pro Deo præstant. Non enim ideo sacrificant, ut alimenta divinitus ad usum concessa sibi comparent, sed dæmonibus, ac vanissimis numinibus sacra faciunt. Tu vero, Marcio, vocem illam, *in templo immolatum*, adjecisti, ex eo ratus, quod duo hæc vocabula, templum et idola, permista invicem forent, ambarum quoque rationum habitudines posse confundi. Sed longe opinione tua falleris. Etenim si postquam Novum Testamentum illatum est, privatim Christo adhuc immolaretur, et in ejus nomine offerrentur animalia, probabiliter abs te mendacissimæ illæ calumniæ repertæ viderentur, ut et qui hoc tempore Deo sacrificarent, et hoc olim Hierosolymitano in templo fecissent et idolis immolarent, in unum miscerentur omnes, ac dæmoniis, non Deo sacra facere dicerentur. Sed cum animalia nemo Christo post ejus adventum ac Novum Testamentum conditum

C ι καὶ ιη' ἔλεγχ. *Τί οὖν φημι; Εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν; Ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ Θεῷ.* Οὐκ ἀπηγόρευσε τὸν παλαιὸν τῶν πατέρων χρόνον ὁ Ἀπόστολος ἕως αὐτοῦ, καὶ ἕως ἀνέστηκεν Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τοὺς εἰς τὰ εἰδωλα θύοντας δαιμονίοις θύειν, καὶ οὐ Θεῷ. Οὐκ ἄρα κατέκρινε τῷ Θεῷ θυσάντων, ὅτε χρεία θυσιῶν ἦν. Κατακρίνει δὲ τοὺς θύοντας εἰδώλοις, οὐ διὰ θύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀντὶ Θεῷ [2] εἰδώλοις θύειν. Οὔτε γὰρ θύουσιν, ἵνα τροφὴν ἑαυτοῖς ἐκ Θεοῦ κεχαρισμένην εἰς μετάληψιν ἐργάσωνται, ἀλλὰ δαίμοσι θύοντες καὶ ματαιοφροσύνῃ. Σὺ δὲ, ὦ Μαρκίων, προσέθηκας τὸ *ἱερόθυτον*, νομίσας ἀπὸ τοῦ μεμίχθαι τὰ δύο ὀνόματα, ἱεροῦ τε καὶ εἰδώλου, συνάπτεσθαι τῶν ὧν τρόπων τὴν σχέσιν. Καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ, μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὴν Καινὴν Διαθήκην, ἐθύετο
D τῷ Χριστῷ κατ' ἰδίαν, καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ζῶα ἀνεφέρετο· πιθανὸν ἂν σοι εὑρίσκετο τὸ τῆς συκοφαντίας ψεῦδος· ὡς τῶν νῦν Θεῷ θυόντων [3], τῶν δὲ τότε θυσάντων ἐν τῷ ἱερῷ Ἱεροσολύμων, καὶ τῶν τοῖς εἰδώλοις θυόντων ὁμοῦ συναπτομένων, καὶ δημοσιευόντων [4], καὶ οὐχὶ Θεῷ. Μηδενὸς δὲ θύσαντος ζῶα Χριστῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ ἐνδημίας καὶ Καινῆς Διαθήκης, φανερὰ ἡ παρὰ σοὶ προσθήκη. Εἰ δὲ καὶ φύσει ἔκειτο ἡ λέξις ἐν τῷ Ἀποστόλῳ περὶ ἱεροθύτων καὶ εἰδωλοθύτου, ὁμοῦ ἦν καὶ τὸ αὐτὸ ἔκρινε [5] παρὰ τοῖς εὔλογον λογισμὸν κεκτημένοις, καταχρηστικῶς λεγομένης τῆς λέξεως ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου

[1] I Cor. x, 19. [2] F. τοῦ Θεοῦ. [3] Var. addit., Χριστῷ θυόντων. [4] F δαιμονίοις θυόντων. [5] P. κρίνετο.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, τῶν ἀεὶ τὸ εἴδωλον ἱερὸν καλούντων.

A immolarit, illud te addidisse manifestum est. Quod licet ista dictio ita ut concipis, ab Apostolo esset expressa, atque ἱερόθυτον ad εἰδωλόθυτον adjunxisset, unum tamen idemque esse judicarent ii qui rationis paululum haberent : sic ut abusione quadam vocis illud usurpasse crederetur Apostolus, quod homines idolum ἱερόν, hoc est sacrum, appellare solent.

Καὶ πανταχοῦ διέπεσέ σου ἡ ψευδηγόρος διάνοια, ἀποδειχθείσης τῆς ἀληθείας· ὅτι οἱ θύοντες εἰδώλοις, ἤτοι κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἱερόθυτον ὃ ἐποίουν ἢ ποιοῦσι, ψεῦδος ἐργαζόμενοι, δαιμονίοις θύουσι, καὶ οὐχὶ Χριστῷ. Ἀλλ' οὐχ οἱ ποτε κατὰ νόμον θύσαντες δικαιότατα. Νῦν δὲ τούτου μηκέτι γενομένου, αὐτοῦ θέλοντος· ὡς καὶ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου ἔλεγεν· *Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν;* καὶ πάλιν· *Αἱ θυσίαι σου οὐχ ἡδυνάν μοι·* καὶ B ἄλλοτε· *Ἆρόν σου τὰς θυσίας, Ἰσραὴλ, καὶ φάγετε κρέα. Οὐ γὰρ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ θυσιῶν· ἀλλὰ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς, ἕκαστον ποιεῖν δικαιοσύνην πρὸς τὸν πλησίον.* Αὐτοῦ δὲ λέγοντος, ὅτι *Οὐκ ἐνετειλάμην*, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ νόμῳ λέγοντος τῷ Μωϋσῇ, ὅτι *Ἕκαστος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἐὰν προσενέγκῃ θυσίαν ἐκ βοῶν ἢ προβάτων, ἄρσεν ἄμωμον προσφερέτω·* καὶ πάλιν· *Ἐάν τις ἁμάρτῃ, καὶ γένηται ἐν τινι πλημμελείᾳ, προσαγάγῃ πρόβατον·* καὶ πάλιν· *Ἐὰν ἁμάρτῃ ὁ λαὸς, προσενέγκῃ μόσχον·* ἔδειξε μὲν εὐπροσδέκτως αὐτὸν κομίζεσθαι τὰς ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ λαοῦ ποτε τελεσθείσας θυσίας· οὐκ αὐτοῦ ἐπιδεομένου τούτων, οὐδὲ θέλοντος ταῦτα, ἀλλὰ συγκαταβαίνοντος αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀνθρωπότητος προλήψει· ἵνα ἀπὸ τῆς πολυθεΐας εἰς τὴν τοῦ περὶ ἑνὸς Θεοῦ γνῶσιν μετενέγκῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν.

Quocirca falsa illa tua ratio concidit, cum id verissime sit patefactum, qui idolis immolant, quod ἱερόθυτον isti vocant, quique hoc se mendacio obstringi passi sunt, aut adhuc patiuntur, dæmoniis immolare, non Christo. Quod quidem longe ab illis aberat qui ex lege tum justissime sacrificabant. Quod ipsum tamen eodem volente fieri desiit : quemadmodum jam olim per prophetam Jeremiam vaticinatus est : *Ut quid mihi thus de Saba affers, et cinnamomum de terra longinqua* [1]? Item : *Victimæ tuæ non placuerunt mihi* [2]. **360** Et alibi : *Tolle victimas tuas, Israel, et comedite carnes. Non enim præcepi patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti, de victimis; sed hoc præcepi illis, unumquemque facere justitiam cum proximo suo* [3]. Cum igitur dicit : *Non præcepi illis;* et idem tamen in lege Moysi præcipit : *Quilibet filiorum Israel, si offerat sacrificium de bobus aut ovibus, masculum immaculatum offerat* [4]. Ac rursum : *Si quis peccaverit, et in aliquo inventum est delictum, offeret agnum.* Item : *Si peccaverit populus, offeret vitulum :* his omnibus grata sibi fuisse sacrificia declarat, quæ tum pro salute populi istius oblata sunt : non quod illis indigeret, aut admodum cuperet, sed ut ad eorum se imbecillitatem et anticipatam humanæ mentis opinionem accommodaret, atque ut a plurimorum cultu numinum ad unius Dei cognitionem illorum animos traduceret.

Ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐτεθεμελίωτο ἡ διάνοια αὐτῶν ἐν τῇ θυσίᾳ, ὡς εὐσεβείᾳ τῇ ὑπὲρ ἱλασμῶν ἑαυτῶν καὶ σωτηρίας εἰδώλοις προσφερομένῃ εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ (82) χαλεπῶς φέρει [1], διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ἀποστρέψαι, τοῦτο ποιεῖν ἐῶς καιροῦ εἰς ὄνομα, ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας ἠθέλησα [1a] τὰ κατ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς τὸν μεταλλάξαι· ἵνα λοιπὸν γνόντες τὸν ἕνα, καὶ πιστεύσαντες ἀσφαλῶς τῷ ἑνὶ παρ' αὐτοῦ ἀκούσωμεν· *Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων,* D *ἢ αἷμα τράγων πίομαι;* καὶ, *Μὴ τεσσαράκοντα ἔτη θυσίαν προσηνέγκατέ μοι ἐν ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ;*

Etenim quoniam in sacrificiis vehementer ipsorum defixa mens erat, tanquam pietatis hæc essent officia, quæ idolis pro expiatione sua ac salute præstarent, simul ne ob consuetudinem extorqueri subito sibi ista omnia molestius ferrent; suo in nomine fieri ista aliquanto tempore voluit, quo a plurium deorum inani cultu annuas illas cæremonias ad obsequium suum transferrent : atque ut uno demum cognito Deo, corroborataque in illum fide nostra, deinceps ab eodem audiamus : *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo* [6]? Item : *Nunquid quadraginta annis sacrificium obtulistis mihi in deserto, domus Israel* [7]?

Καίτοιγε πολλῶν θυσιῶν τότε προσενεχθεισῶν (83), ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ αὐτῷ προσέφερον. Καί-

Quanquam infinita jam erant oblata sacrificia; sed ut ostenderet sibi hæc oblata non fuisse : tam-

[1] Cor. φέρειν. [1a] Pro ἠθέλησα, leg. ἠθέλησε. [2] Jer. VI, 20. [3] ibid. [4] Jerem. XXXI, 32 sqq. [5] Levit. XXII, 19. [6] Psal. XLIX, 13. [7] Amos V, 25.

(82) *Εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ.* Vitium hujus loci nemo non videt. Quod ego ex trajectione vocum irrepsisse suspicor. Vide igitur num ita conformari debeat. Εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ χαλεπῶς φέρειν, διὰ τὴν συνήθειαν, τοῦτο ποιεῖν ἐῶς καιροῦ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἠθέλησε, τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας, καὶ τὰ κατ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς ἑαυτὸν μεταλλάξαι.

(83) *Καίτοιγε πολλῶν θυσιῶν τότε προσενεχθεισῶν.* Toto illo spatio, quo in deserto Israelitæ

Digitized by Google Распознавание текста АВВҮҮ

etsi et acciperet ipse, et in nomine ejus offerrent. Quod quidem ob inveteratam istiusmodi in rebus illorum consuetudinem est factum, donec a plurium deorum usu paulatim in unius cultus reformatos perduceret; et ab illo deinceps intelligerent, nihil hunc ejusmodi ritibus opus habuisse, nec habere : atque ita demum per Christi sui adventum, totum illud sacrificiorum negotium circumscriberet : postquam unicum ac singulare sacrificium antecedentia omnia consummasset; nimirum Christi sacrificium. Quoniam, ut scriptum est, *Pascha nostrum immolatus est Christus* [1]. Hujus porro sacrificii, et Paschatis, et doctrinæ pædagogus lex fuit, **361** quæ per figurarum adumbrationes deduceret, et ad aliud disciplinæ genus conferret.

Schol. 11 et 19. *Vir comam non nutriat, gloria et imago Dei cum sit* [2].

Refut. 11 et 19. Non solum Dei imaginem, sed et gloriam Apostolus hominem esse definit. Comam vero utique corpoream, non animæ propriam cum nominat, non alienum a bono Deo opus illud esse significat, eo quod quæ in Vetere Testamento continebantur in Novo impleta esse fateatur.

Schol. 12 et 20. *Sed Deus temperavit corpus* [3].

Refut. 12 et 20. Si corpus a Deo temperatum est, nec alium quam verum Deum Apostolus prædicat, eumdem porro Deum corporis membra temperasse ac formasse confitetur; non alium profecto Deum, quam Conditorem ipsum, et quidem bonum, et creatorem, et justum, et conditorem omnium agnoscit. Quibus ex omnibus homo censendus est ab eodem apte suis partibus membrisque temperatus.

Schol. 13 et 21. Perperam ista concepit : *Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui* [4]; aliter enim scripsit et *ob legem*, adjecit.

Refut. 13 et 21. Linguæ igitur a Spiritus sancti gratia derivantur. Ejusmodi porro, de quibus Apostolus loquitur, linguæ sunt, ut non Hebraicas modo voces comprehendant, quæ in singulis vocabulis præclaram quamdam ac sapientem varietatem exhibent; sed et alia quoque idiomatum discrimina, quæ nonnulli Græcæ linguæ periti, cui insitus quidam fastus ac vanitas est, gloriose jactabant : qualis est Attica, Æolica, ac Dorica proprietas, quarum freti scientia nonnulli turbas illas Corinthi ac seditiones excitarant : ad quos ideo hanc Apostolus Epistolam dedit. In qua primum

A τοιγε αὐτοῦ δεχομένου, καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ αὐτῶν προσφερόντων· ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναχθεῖσαν συνήθειαν, ἕως μεταλλεύσῃ (84) καθελκύσας ἀπὸ συνηθείας (τοιαύτης τῶν πολλῶν [1]) εἰς τὸν ἕνα, καὶ τοῦ ἑνὸς λοιπὸν μάθωσιν, ὅτι οὔτε ἔχρῃζεν οὔτε χρῄζει· καὶ λοιπὸν ἀποκόψῃ διὰ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τῆς τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ τὸ πᾶν τῆς ὑποθέσεως τῶν θυσιῶν, τῆς μιᾶς θυσίας τελειωσάσης τὰς προϋπαρξάσας πάσας· ἥτις ἐστὶ θυσία Χριστοῦ. Ὅτι *Τὸ Πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἧς θυσίας, καὶ Πάσχα, καὶ διδασκαλίας παιδαγωγὸς ἐγένετο ὁ νόμος, ἀδῆγεν διὰ τὸν τύπον, καὶ ἀποκαθιστῶν εἰς τὴν ἑτέρων διδασκαλίαν

B

ια' καὶ ιθ' σχόλ. *Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κομᾶν, δόξα καὶ εἰκὼν Θεοῦ ὑπάρχων.*

ια' καὶ ιθ' ἔλεγχ. Εἰκόνα οὐ μόνον τὸν ἄνθρωπον Θεοῦ ὁρίζεται ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ καὶ δόξαν. Τὴν κόμην δὲ ὑποτιθέμενος σωματικὴν οὖσαν κατ' ἰδίαν ἐν σώματι, καὶ οὐκ ἐν ψυχῇ. Οὐκ ἀλλότριον ἄρα Θεοῦ τὸ ποίημα ὁρίζεται τοῦ ἀγαθοῦ· διὰ τὸ ὁμολογεῖν αὐτὸν τὰ ἀπὸ Παλαιᾶς ἐν Καινῇ πληρούμενα Διαθήκῃ.

ιβ' καὶ κ' σχόλ. *Ἀλλὰ ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.*

ιβ' καὶ κ' ἔλεγχ. Εἰ ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, οὐκ ἄλλον δὲ Θεὸν ὁ Ἀπόστολος κηρύσσει, ἀλλὰ τὸν ὄντα· ὁμολογεῖ δὲ τὸν Θεὸν τὸ σῶμα τοῖς μέλεσι κεκερακέναι· οὐκ ἄλλον οἶδε Θεὸν ἀλλ' ἢ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν ἀγαθὸν, καὶ κτίστην, καὶ δίκαιον, πάντων ποιητήν· ἐξ ὧν πάντων ἐν ἔργον ὑπάρχει ὁ ἄνθρωπος, ὁ τοῖς μέλεσιν ὑπ' αὐτοῦ καλῶς κεκερασμένος.

C

ιγ' καὶ κα' σχόλ. Πεπλανημένως ὁ Μαρκίων· *Ἀλλὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους τῷ νοΐ μου λαλῆσαι· ἑτέρως δὲ διὰ τὸν νόμον.*

ιγ' καὶ κα' ἔλεγχ. Ἆρα καὶ αἱ γλῶσσαι ἐκ τοῦ χαρίσματος τοῦ Πνεύματός εἰσι. Γλώσσας δὲ ὁποίας λέγει ὁ Ἀπόστολος, ὅπως γνῷ οὐ τὰς φωνὰς τὰς Ἑβραΐδας τὰς διαφόρους καὶ ποικίλως ἐν ἑκάστῃ λέξει καλῶς μετὰ σοφίας ποικιλθείσας, ἀλλὰ καὶ τὴν κομπώδη γλῶσσαν τῶν Ἑλλήνων αὐχοῦντες, τὸ ἀττικίζειν καὶ αἰολίζειν, καὶ Δωρικῶς φθέγγεσθαί τινες τῶν παρὰ τοῖς Κορινθίοις τὰς πτύρσεις καὶ στάσεις ἐργασαμένων, οἷς ἡ Ἐπιστολὴ ἐπετέλλετο. Καὶ ὡμολόγηται μὲν χάρισμα εἶναι πνευματικὸν τὸ ταῖς Ἑβραϊκαῖς λέξεσι κεχρῆσθαί τε καὶ τὸν νόμον διδάσκειν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα κομπώδη καθελὼν τῆς τῶν Ἑλλή-

D

[1] I Cor. v, 7. [2] I Cor. xi, 14. [3] I Cor. xii, 24. [4] I Cor. xiv, 19. [5] Aberan. hæc a Vatic.

versati sunt, sacra quidem obtulisse Deo putat Epiphanius; sed quod ea per sese minime ipsi placerent, quodque ut ab idololatria eos averteret potius, quam quod illis afficeretur, offerri sibi passus esset, ideo negare sibi hæc oblata fuisse per prophetam existimat. At Hieron. comment. *ad Amos* scribit Israelitas toto illo quo in deserto fuerunt tempore, non Deo, sed idolis immolasse. *Et quod postea*, inquit, *quædam Domino eos legimus obtulisse, non voluntate, sed pœnarum fecerunt meu, et eorum interfectione qui propter idola corruerunt. Dominus autem non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.* Cyrillus vero *ad* v *cap. Amos* ita statuit : Deum in illud duntaxat tempus celebranda præscripsisse sacrificia, quo promissam terram occuparent, sed illos nec postulante nec curante Deo, in deserto nihilominus obtulisse.

(84) Ἕως μεταλλεύσῃ. For. μεταλλάξῃ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

νων γλώσσης, ἔφησεν μᾶλλον γλώσσαις αὐτὸν αὐτῶν λαλοῦντα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν Ἑβραῖον ἐξ Ἑβραίων, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ ἀνατεθραμμένον· ὧν (Ἑβραίοις[1]) τὰ γράμματα ἐν ἐπαίνοις τίθησι, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς ὄντα χαρίσματα. Διὸ περὶ τῶν αὐτῶν καὶ Τιμοθέῳ γράφων, ἔλεγεν· ὅτι Ἀπὸ νεότητος ἱερὰ Γράμματα ἔμαθες. Ὅτι δὲ προστιθεὶς τοὺς ἀπὸ Ἑλλήνων ποιητῶν καὶ ῥητόρων ὁρμωμένους τὰ ἴσα φάσκων, ὁμοίως ἔφη· Πάντων πλέον ὑμῶν λαλῶ γλώσσαις, ἵνα δείξῃ καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας αὐτὸν ἐν πείρᾳ ὑπερβαλλόντως γεγενῆσθαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ σημαίνει αὐτὸν ὑπάρχειν ἐν προπαιδείᾳ, οὗ οὐκ ἠδυνήθησαν Ἐπικούρειοι καὶ Στωϊκοὶ ἀντιστῆναι, ἀνατρεπόμενοι διὰ τῆς λογίως παρ' αὐτῷ ἀναγνωσθείσης τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφῆς τῆς ἐπιγεγραμμένης τῷ Θεῷ ἀγνώστως[1*], ῥητορικῶς ἀναγνωσθείσης παρ' αὐτοῦ, καὶ εὐθὺς μεταφραστικῶς ῥηθείσης· Ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· καὶ πάλιν φήσαντος· Εἶπέ τις ἴδιος αὐτῶν προφήτης·

A singularis cujusdam esse beneficii docet, Hebraicis uti vocabulis posse, ac legem docere. Deinde ut Græci sermonis tumorem arrogantiamque comprimeret, sese linguarum illorum usu instructiorem illis ipsis esse monuit, quod Hebræus ab Hebræis esset oriundus, et ad pedes Gamalielis institutus. Ita Hebraicæ linguæ scientiam in laude posuit, et inter Spiritus sancti beneficia numeravit. **362** Unde et ad Timotheum de iisdem scribens : *Tu*, inquit, *ab adolescentia sacras Litteras didicisti*[b]. Quod vero ad illam eruditionem politiores quoque Græcorum litteras, hoc est poeticas ac rhetoricas, adjecerit, iisce verbis expressit : *Abundantius vobis omnibus linguis loquor*, uti se Græcarum disciplinarum excellentiori quodam usu præditum esse B monstraret. Nam et scribendi genus ipsum quo utitur, humanitatis illum studiis haud mediocriter imbutum fuisse declarat, ut ne Epicurei quidem ipsi Stoicive possent resistere ; quos omnes cum aræ illius inscriptionem ejusmodi, *Ignoto Deo*[c], erudite legisset, summa cum eloquentia artificioseque refutavit, id ipsumque ita declaravit : *Quem ignorantes colitis, hunc annuntio vobis*[d]. Item illud alio loco dixit, *Dixit quidam proprius illorum propheta*[e] :

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί·

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

ἵνα τὸν Ἐπιμενίδην δείξῃ (85), ἀρχαῖον ὄντα φιλόσοφον, καὶ Μίθρα τοῦ παρὰ Κρησὶν εἰδώλου[2]. Ἀφ' οὗπερ καὶ Καλλίμαχος ὁ Λίβυς τὴν μαρτυρίαν εἰς ἑαυτὸν συνανέτεινε, ψευδῶς περὶ Διὸς λέγων·

Epimenidem veterem philosophum intelligens, Mithræ cujusdam apud Cretenses idoli sacerdotem. De quo et Callimachus Libycus poeta idem testimonium falso ad institutum suum transtulit, cum ita de Jove cecinit :

C

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. Καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Creta quidem assidue mendax. Rex magne, sepulcrum Creta tuum exstruxit, sed tu mors nulla subegit.

Καὶ ὁρᾷς πῶς διηγεῖται περὶ γλωσσῶν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· Ἀλλὰ θέλω πέντε λόγους ἐν Ἐκκλησίᾳ τῷ νοΐ μου, τουτέστι διὰ τῆς ἑρμηνείας, φράσαι· ὡς ὁ προφήτης, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ εἰς τὸν νοῦν προχεχορηγημένα φέρων εἰς φῶς, διὰ τῆς προφητείας ὠφελεῖ τοὺς ἀκούοντας. Οὕτως κἀγὼ, φησὶ, λαλῆσαι εἰς ἀκοὴν τῆς Ἐκκλησίας καὶ οἰκοδομὴν, καὶ μὴ διὰ τοῦ κόμπου Ἑλληνίδος τε καὶ Ἑβραΐδος ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν τὸν εἰδότα, καὶ οὐχὶ τὴν Ἐκκλησίαν, δι' ἧς ἐπίσταται γλώσσης. Σὺ δὲ προσέθηκας, ὦ Μαρκίων, τὸ, διὰ τὸν νόμον· ὡς τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· Θέλω πέντε λόγους ἐν Ἐκκλησίᾳ διὰ τὸν νόμον. Αἰδέσθητι, Βαβυλὼν δευτέρα, καὶ καινὴ Σοδόμων πολυμιξία. Ἕως πότε συνέχεις[3] τὰς γλώσσας ; Ἕως πότε τολμᾷς κατὰ τῶν ὑπὸ σοῦ μηδὲν ἀδικουμένων; Ζητεῖς γὰρ βιάσασθαι ἀγγελικὰς δυνάμεις, ἐκβαλὼν τοὺς λόγους τῆς ἀληθείας ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας φάσκων Λὼτ τῷ ἁγίῳ· Ἐξάγαγε τοὺς ἄνδρας. Καὶ ὃ ἐπιχειρεῖς, κατὰ σεαυτοῦ ἐπιχειρεῖς· τοὺς δὲ λόγους τῆς ἀληθείας οὐκ ἐκβαλεῖς, ἀλλὰ σεαυτὸν πατάσσεις ἐν ἀορασίᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ ἐζοφωμένῃ διάγεις, ψηλαφῶν τὴν

Vides quorsum ille de linguis Apostoli sermo pertineat : *Volo quinque verba in Ecclesia sensu meo*, hoc est cum interpretatione, loqui. Quemadmodum propheta quæ sibi sancti Spiritus afflatu in animum immissa fuerint in medium proferens, auditoribus suis per prophetiam illam affert utilitatem, ita ego, inquit, loqui sic cupio, ut me Ecclesia omnis audiat, et ædificari possit, non ut Græcæ aut Hebraicæ linguæ scientia elatus me unum, qui eam scilicet intelligam, non Ecclesiam ipsam, ædificem. Tu vero illud addidisti, Marcio, *ob legem*, quasi ita scripserit Apostolus : *Volo quinque verba in Ecclesia propter legem*. Pudeat te, secunda Babylon, ac Sodomorum nova confusio. Quousque linguas istas confundes? Quousque contra eos quibus nocere nihil potes tuam armabis audaciam? Nam angelis vim moliris afferre, et ab Ecclesia veritatis sermones abjudicas, **363** quasi ita sanctum Lot alloquare : *Educ viros illos*. Verum tuus in te conatus recidet ; nec ideo veritatis illos sermones ejicis, sed tibimetipsi cæcitatem infligis, atque in densissima no-

[1] Forte ὧν (Ἑβραίων). [1*] F. ἀγνώστῳ. [2] γρ. εἰδωλίου. [3] F. συγχεῖς. [a] II Tim. III, 15. [b] Act. XVII, 23. [c] ibid. [d] Tit. I, 12.

(85) *Ἵνα τὸν Ἐπιμενίδην δείξῃ.* Mithræ sacerdotem hunc fuisse scribit Epiphanius, quod apud Cretenses idolum fuerit. Quod apud alium non memini legere, neque verum arbitror. De proverbii illius origine Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, vide Photium, n. 190, pag. 249.

Digitized by Google Распознавание текста

cis caligine versaris, fores palpans, nec invenies, donec sol ortus fuerit, tuque judicii diem aspicias, in quo mendaciis tuis vindex ignis occurrat. Nam hic te, uti vides, exspectat. Cæterum apud Apostolum non legitur, *propter legem*; sed illud a te perperam est adjectum. Quod si istud addidisset, consentaneum ei foret, quod ab ejus Domino fuerat dictum: Non venisse se ut legem solveret, sed ut adimpleret[1].

Schol. 14 et 22. *In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic*[2].

Refut. 14 et 22. Nisi illa quæ in lege prænicta fuerant Dominus implesset, quid attinebat Apostolum ea commemorare, quæ ex lege veteri fuerant in Novo Testamento perfecta? Quemadmodum et Salvator ipse demonstrat, eumdem se esse, qui tum in lege locutus est, in hunc modum interminatus: *Ideo offensus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde*[3]; et: *Juravi si introibunt in requiem meam*[4]. Propterea in aliis linguis locuturum se esse denuntiavit, ut et locutus est; nec ingressi illi sunt. Hujusmodi enim quiddam discipulis suis dixisse legitur: *Vobis datum est nosse mysteria regni Dei; illis autem in parabolis, ut videntes non videant*[5], etc. Cum itaque in Novo Testamento ea ubique sint impleta, quæ in Vetere continebantur, dubitare nemo potest, quin ejusdem ambo Testamenta Dei sint, non alterius ac diversi.

Schol. 15 et 23. *Mulieres in ecclesia taceant. Non enim permittitur illis loqui; sed subditæ sint, sicut et lex dicit*[6].

Refut. 15 et 23. Si ex legis præscripto sanctissimus Dei Apostolus Ecclesiæ ordinem ac disciplinam constituit, non erit lex ordinis expers, e qua ordinem Apostolus transtulit; neque ab alieno Deo proficiscetur, quæ viro feminam esse subjectam præcipit. Hoc enim et Apostolo in condendis Ecclesiæ legibus placuit, ut ipse testatur, 364 *Sicut et lex dicit.* Sed ubinam demum ista lex dicit? Nimirum eo in loco, ubi ita Dominus Evam alloquitur: *Ad virum erit conversio tua, et ipse dominabitur tibi*[7]. Nam, etsi plerisque aliis in locis idem repetitum fuerit; illic tamen primum est usurpatum. Jam cum ex illo tempore deinceps mulier divino mandato viro subjecta esse cœperit, et id secutus Apostolus eamdem subjecerit, nec illi Deo, qui virum feminamque condidit contrarium quiddam præceperit, plane istud indicat, ejusdem se Dei apostolum ac legislatorem esse, a quo lex ipsa Vetusque est Testamentum omne derivatum: cui Novum etiam, adeoque utrumque Testamentum tribui oporteat, quod mulierem, ut olim, ita et nunc ob piam atque æquabilem moderationem viro subditam esse præcipiat.

Schol. 16 et 24. De resurrectione mortuorum. *Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod*

A θύραν, καὶ μὴ εὑρίσκων ἕως ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος, καὶ ἕως τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως· ἐν ᾗ καὶ τὸ πῦρ ἐπιτήσεται τῇ σῇ ψευδηγορίᾳ. Τοῦτο γάρ σε ἐκδέχεται, ὡς ὁρᾷς. Οὔτε γὰρ κεῖται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, *διὰ τὸν νόμον*, καὶ παρὰ σοὶ τοῦτο πεποίηται. Εἰ δὲ καὶ ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος, *διὰ τὸν νόμον*, συνῳδὸν ἔλεγε τῷ ἑαυτοῦ Κυρίῳ· Οὐχ ἵνα καταλύσῃ τὸν νόμον, ἀλλ' ἵνα πληρώσῃ.

ιδ' καὶ κβ' σχόλ. *Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὅτι Ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον.*

ιδ' καὶ κβ' Ἔλεγχ. Εἰ μὴ ἐπλήρωσε Κύριος τὰ ἐν τῷ νόμῳ προειρημένα, τίς ἦν χρεία τὸν Ἀπόστολον ὑπομνῆσαι τὰ ἀπὸ νόμου ἐν Καινῇ Διαθήκῃ πληρωθέντα; Ὡς καὶ ὁ Σωτὴρ ἔδειξεν, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ τότε ἐν νόμῳ λαλήσας, καὶ κατὰ ἀπειλὴν ὁρίσας αὐτοῖς λέγων· *Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ταύτῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· καὶ, Ὤμοσα εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Διὰ τοῦτο ἐν ἑτερογλώσσοις ἐπηγγείλατο λαλῆσαι αὐτοῖς, ὡς καὶ ἐλάλησε· καὶ οὐκ εἰσῆλθον. Τοῦτο γὰρ εὑρίσκεται λέγων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς· *Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας· ἐκείνοις δὲ ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Πανταχοῦ τοίνυν ἐν τῇ Καινῇ τὰ ἀπὸ Παλαιᾶς πληρούμενα, παντί τῳ σαφές ἐστιν, ὅτι οὐχ ἑτέρου θεοῦ καὶ ἑτέρου, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ αἱ δύο Διαθῆκαι συνίστανται.

ιε' καὶ κγ' σχόλ. *Αἱ γυναῖκες ἐν ἐκκλησίᾳ σιγάτωσαν. Οὐ γὰρ ἐπιτρέπεται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλὰ ὑποτασσέσθωσαν, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.*

ιε' καὶ κγ' Ἔλεγχ. Εἰ κατὰ τὸν νόμον διατάσσεται ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Ἀπόστολος τὴν εὐταξίαν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, οὐκ ἄτακτος ὁ νόμος, ἀφ' οὗπερ τὴν εὐταξίαν μετακομίζεται· οὐδὲ ἀλλοτρίου Θεοῦ ὑπάρχει ὁ νόμος, τὴν γυναῖκα καθυποτάξας τῷ ἀνδρί. Συναρέσκει γὰρ καὶ Ἀποστόλῳ τοῦτο ἐν τῇ τῆς Ἐκκλησίας νομοθεσίᾳ, ὡς φησι· *Καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.* Ποῦ δὲ ὁ εἶπεν ὁ νόμος; Ἀλλὰ ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν Θεὸν πρὸς τὴν Εὔαν εὐθύς· *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει.* Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις, ἀλλὰ ἐντεῦθεν ἡ ἀρχή. Εἰ τοίνυν ἀπὸ τότε ἡ γυνὴ ὑπετάγη ἐκ προστάγματος Θεοῦ τῷ ἀνδρί, καὶ ἀκολούθως ὁ Ἀπόστολος καθυποτάσσει ταύτην· οὐκ ἀντιθέτως τῷ ποιήσαντι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν γυναῖκα Θεῷ αὐτὸς κελεύων, δείκνυσιν ἐξάπαντος, ὅτι τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ὑπάρχει ὁ Ἀπόστολος νομοθέτης Θεοῦ, οὗ καὶ ὁ νόμος ἦν, καὶ ἡ τότε Παλαιὰ Διαθήκη· καὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ Καινὴ Διαθήκη, τουτέστιν αἱ δύο Διαθῆκαι, αἱ τὴν γυναῖκα τότε καὶ νῦν καθυποτάξασαι τῷ ἀνδρὶ δι' εὐσεβῆ καὶ ἀντίρροπον εὐταξίαν.

ις' καὶ κδ' σχόλ. Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. *Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγε-*

[1] Matth. v, 17. [2] I Cor. xiv, 21; Isa. xxviii, 11. [3] Psal. xciv, 10 [4] ibid. 11. [5] Matth. xiii, 11. [6] I Cor. xiv, 34. [7] Gen. iii, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λλοις ἐπακολουθῶν ἀγύρταις, τοῖς τὰ δηλητήρια τῷ inhæsisse vestigiis, qui perniciosa ac letifera
ίῳ κατασκευάσασιν. Ἀνατραπήσεται γὰρ ῥᾳδίως. venena in hominum genus effuderunt. Sed nullo
ὐ γὰρ πολλοῦ ἐπιδεηθήσεται καμάτου ἡ πρὸς αὐτὸν plane negotio, nec operoso admodum labore con-
νατροπή. Ὅλον γὰρ τὸ σῶμα συγκεκραμένον τοῖς futabitur. Corpus enim universum ex iis quæ a
αλῶς ἐν αὐτῷ γεγονόσιν ἐκ Θεοῦ, φημὶ δὲ ὀρέξεσιν, D Deo recte fabricata sunt, hoc est, naturalibus est
ὐ δι' ἀτοπίαν ἐκ Θεοῦ γενομέναις, ἀλλὰ διὰ χρῆσιν appetitionibus conflatum : quas non absurdum ali-
γαθὴν καὶ ἀναγκαίας χρείας τάξιν · λέγω δὲ τὸ quem ad usum, sed honestum ac necessarium Deus
ρέγεσθαι ὕπνου, βρωτῶν, πόματος, ἐνδύσεως, καὶ indidit, nimirum ut et somnum appetamus, et ci-
ῶν ἄλλων πάντων τῶν εἰς τὰ ἴδια καὶ Θεῷ εὐάρεστα bum, ac potum, vestitum, ac cæteras opportunita-
μῖν συμβαίνοντα · ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ὄρεξιν τῆς κατὰ tes, quæ quidem Deo haud ingratæ nobis usuveniunt,
ὸ σῶμα ἐπιθυμίας οὐκ ἄτοπον οὖσαν παραστή- adeo ut vel ipsam a ratione minime abhorrere ve-
αιμ' ἄν. Ἔστι γὰρ πρὸς παιδοποιίαν ἐν σεμνότητι neris cupiditatem demonstrare liceat. Est enim ad
θεῖσα, καὶ εἰς δόξαν τοῦ ποιήσαντος τὰ πάντα, honestam sobolis propagationem et ad Conditoris
αθάπερ τῇ γῇ τὰ σπέρματα εἰς ἐπίχυσιν πλήθους omnium decus et honorem concessa, quemadmo-
ῶν ὑπὸ Θεοῦ ἐκτισμένων καλῶν γεννημάτων τέ dum semina ad eorum bonorum quæ Deus creavit,
ημι καὶ ἀκροδρύων. Οὕτως καὶ τῇ ἀνθρωπότητι germinum videlicet ac fructuum ubertatem ac co-

[1] For. Ἀπελλεῖ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

piam instituta sunt. Sic humano generi ad illud præstandum : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram* [1], infiniti sunt illi voluptatis aculei.

Cæterum apocryphis quibusdam libris uti illos accepimus; ac partim etiam publicis ac receptis, ex quibus ea sola deligunt, quæ pro animi sui libidine commutata adulterataque depravant. Enimvero vitis nequaquam est e diabolo consita, neque ex serpentis semine procreata, uti facile quivis intelligit. Qui enim fieri posset istud, cum aperte Salvator ipse contraria omnia testetur iis verbis : *Non bibam hoc de genimine vitis istius, donec bibam illud novum in regno cœlorum* [2]. Et quoniam veritas suos ubique radios diffundens, pro ea quam Deus habet imminentium malorum notitia, sermones suos ad convincendos errores accommodavit, inde factum **390** est, passim ut sacræ Litteræ eorum qui contra veritatem insurgerent occasum atque interitum prædixerint. Sic enim aperte quodam in loco Dominus, ut infelicem illum et impostorem Severum argueret, vitem se esse pronuntiat. *Ego sum*, inquit, *vitis vera* [3]. Atqui si vituperanda prorsus vitis esset appellatio, nunquam hujus ad se similitudinem transferret. Quin et apostoli in eo libro, qui *Διάταξις*, hoc est *Constitutio* vocatur, Dei stirpem ac vineam esse catholicam Ecclesiam produnt. Et, quod amplius est, Dominus ipse rursum in Evangelio idem expressit, ubi illam vineæ parabolam proposuit : Homo quidam paterfamilias habebat vineam : et locavit illam agricolis; et misit quærens fructum, et non dederunt [4]. Item : Homo quidam paterfamilias habens vineam exiit quærens operarios in vineam : et circa tertiam horam, et sextam, et nonam, et undecimam [5]. Ut ex omni parte vafri hominis fraus et improbitas veritatis oratione saucietur. Nam ut absente luce utcunque apparent tenebræ, simulatque vel minima scintilla micare cœperit, evanescunt illæ continuo, penitusque dissipantur. Ego vero ideo leviter hanc hæresim percurri, quod cum, ut initio monui, refutatu sit facilis, non magno labore contraria possit veritas affirmari. Accedit et illud, quod vel nullæ hodie supersint illius sectæ reliquiæ, vel exiguæ admodum superioribus in provinciis relictæ.

Quamobrem nos ee prætermissa, velut scorpio quodam subito proculcato, cæteras aggrediamur. Sed divinum ante omnia implorandum auxilium, quo et vera possimus eloqui, neque nobis ipsis fraudi sit earum rerum tractatio, præsertim cum tam nefariam et atrocem pestiferorum dogmatum improbitatem persequi studeamus.

CONTRA TATIANOS,

Quæ est hæresis XXVI sive XLVI.

I. Tatianus quidam post illos exstitit, qui sive eodem penitus tempore, **391** sive paulo post

εἰς τὸ πληρῶσαι τὸ, *Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.*

Κέχρηνται δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ ἀποκρύφοις τισὶν, ἃ ἀκηκόαμεν· ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ταῖς ῥηταῖς βίβλοις λελεξιθηρῶντες ἐκεῖνα μόνα, ἅτινα κατὰ τὸν κ αὐτῶν παραπλέκοντες ἑτέρως μεταχειρίζονται. Οὐ γὰρ ἡ ἄμπελος ἐκ διαβόλου πεφύτευται, οὔτε ἐ ὄφεως ἔσχε τὴν σποράν, ὡς παντὶ τῳ δῆλόν ἐσ Πῶς γάρ ἐστι τοῦτο; αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐπιμαρ ροῦντος, καὶ λέγοντος, ὅτι *Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γε νήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης, ἕως ἂν πίω αὐ καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶ* Καὶ ἐπειδὴ ἡ ἀλήθεια, τὰς ἑαυτῆς ἀκτῖνας ἀποστᾶ ζουσα εἰς τὸ παντελὲς κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ τ ἐπιφερομένων κακῶν, εἰς ἔλεγχον προετύπου τ αὐτῆς λόγους πανταχοῦ· προεθέσπισε τὸ θε γράμμα τὴν ἀναίρεσιν τῶν μελλόντων κατὰ τῆς ἀλ θείας ἐπεγείρεσθαι· ὡς διαῤῥήδην αὐτός που ὁ Κ ριος, εἰς ἔλεγχον τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ πεπλανημέν Σευήρου, φάσκει αὐτὸς ἑαυτὸν τὴν ἄμπελον, λέγω *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.* Εἰ δὲ ὡς ψεκτὸν ἦν τὸ τῆς ἀμπέλου ὄνομα, οὐκ ἂν τοῦ ὀνόμ ματος εἰς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὴν ὁμοιότητα. Ἀλλὰ κ οἱ ἀπόστολοι (89) φασιν ἐν τῇ *Διατάξει* τῇ καλουμέν ὅτι φυτεία Θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησ Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγε ποιούμενος τὴν τοῦ ἀμπελῶνος παραβολήν, ὅτι Ἄν τις οἰκοδεσπότης εἶχεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτ γεωργοῖς, καὶ ἔπεμψε ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐκ ἔδ καν. Ἀλλὰ καὶ πάλιν· Ἀνήρ τις οἰκοδεσπότης ἦν ἀμπελῶνα, ἐξῆλθε ζητῶν ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπε λῶνα, καὶ ἐπὶ τρίτην ὥραν, καὶ ἕκτην, καὶ ἐννάτη καὶ ἑνδεκάτην. Ὡς ἐξάπαντος τὸ τῆς ἐπιτηδεύσε σκευώρημα καὶ τούτου τοῦ ἀπατεῶνος πανταχόθ ἔχειν τὸ τιτρώσκεσθαι λόγῳ τῆς ἀληθείας. Κἂν γὰρ ἐπιφαίνεται τὸ σκότος φωτὸς μὴ παρόντος, ὀ ὀλίγου σπινθῆρος ἡ αὐτοῦ ἀφάντωσις τῆς ἀνατρπ γενήσεται. Συντόμως δὲ κέχρημαι τῇ αἱρέσει, διὰ τ ἤδη ἐξειπεῖν, ὅτι εὐάλωτος ὑπάρχουσα οὐ πολ δεῖται ἐργασίας, πρὸς σύστασιν τῆς κατ' αὐτῆς ἀλ θείας· μάλιστα δὲ, ὅτι τάχα οἶμαι καὶ μηκέτι ἐ ταύτης ὑπάρχειν τινὰς, ἀλλ' εἰ ἄρα σπανίως ἐν ἀν τάτῳ μέρεσιν.

Ἀπὸ ταύτης δὲ παρελθόντες, ὥσπερ σκορπ δεινὸν καταπατήσαντες ἀθρόως, τὰς ἑξῆς διασκ πήσομεν, Θεοῦ τὴν δύναμιν ἐπικαλούμενοι εἰς βο θειαν, τοῦ τε τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τοῦ αὐτὸν ἐμ μὴ βλάπτεσθαι, μάλιστα περὶ τῆς τοιαύτης δεινῆ καὶ ὀλετηρίου τῶν δογμάτων μέλλοντα ὑποφαίν κακοτροπίας.

ΚΑΤΑ ΤΑΤΙΑΝΩΝ

Εἰκοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ ἕκτη.

Α'. Τατιανός τις ἀνέστη, τούτους διαδεξάμενο ἤτοι κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους ὢν, ἢ μετ' αὐτούς,

[1] Gen. I, 28. [2] Matth. XXVI, 29. [3] Joan. XV, 1. [4] Luc. XX, 9 sqq. [5] Matth. XX, 1 sqq.

(89) *Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι.* Locus exstat in c. 1, l. I *Constit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

πάλιν τὴν ἑαυτοῦ τῆς κενοφωνίας διδασκαλίαν προ- A emerserit, novam vanissimæ doctrinæ scholam instστησάμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων stituit. Is primum, utpote Græcis eruditus artibus, παιδείας ὑπάρχων, συνακμάζει Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ, ἀνδρὶ ἁγίῳ καὶ φίλῳ Θεοῦ, τῷ ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότι (90). Οὗτος γὰρ ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ἦν τὸ γένος, εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς, καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας, τελείου στεφάνου καταξιοῦται ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἐπὶ Ῥωστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ (91) βασιλέως, Justini philosophi sanctissimi, ac religiosissimi viri consuetudine est usus, qui e Samaritanis ad Christi fidem transierat. Justinus enim genere Samaritanus, cum in Christum credidisset, multa virtutum exercitatione perpolitus, vitaque ad omnem honestatem instituta, tandem pro Christo martyrio perfunctus, perfectissimam coronam adeptus est Romæ, sub Rustico præfecto, Adriano imperante,

(90) *Τῷ ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότι.* Scaliger ad Eusebii *Chron.* an. 2157 : *Errat*, inquit, *Epiphanius, qui a Samaritis ad Christianos Justinum transiisse scribit. Certe enim Samarites non erat, sed Samariensis, quanquam et Samarites domo, non religione dici potest.* Causam affert; B quod Samaritanorum religionem minime sit secutus, sed Græcorum superstitioni inhæserit. Ideo non vere de eo dici potuit, ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, sed ἀφ' Ἑλλήνων. Sed si Σαμαρείτης domo, non religione, dici potuit Justinus, cur non ἀπὸ Σαμαρειτῶν credidisse dici potuerit, non video, hoc est e Samaritanorum populo ac civitate.

(91) *Ἐπὶ Ῥωστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ.* Manifesta est hallucinatio et quidem duplex. Nam neque Adriano imperante mortuus est Justinus, sed M. Aurelio et L. Vero, ut Eusebius asserit lib. IV *Hist. eccles.* c. 15, et tricenario major fuerit oportet, ut ex temporis ratione, quo apologias pro Christianis edidit constare potest. Quanquam difficile est statuere, quandonam illæ, aut quo demum ordine scriptæ sint. Eusebius libro *Hist.* IV duas omnino scripsisse Justinum refert, quarum priorem Antonino Pio obtulit, ut cap. 8 et 10 testatur. Ubi C etiam Justini verba quædam ex ea quæ secunda numeratur, apologia citat, in quibus de Antinoo, Marcione ac Judaico bello mentionem fecit : et, quod caput est, hujus etiam initium subjicit capite 11. At vero cap. 15, sive 16, alteram apologiam sub M. Aurelio et L. Vero scriptam affirmat : Κατὰ τούσδε καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι, θείῳ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ. Sub Aurelio igitur et Vero, quos cap. 13, sive 14, Antonino Pio successisse significaverat, secundam apologiam obtulit, et passus est Justinus. Eusebio assentitur Hieron. in *Script. eccles.*, et Photius. Hodie Justini duæ exstant apologiæ. Harum prior ad senatum inscribitur; posterior eumdem præfert titulum, quem primæ apologiæ Eusebius attribuit, nempe Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ, Σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιήτῳ. Neutra harum soli Antonino est inscripta. Porrò quæ posteriore loco censetur, ea prima ex duabus oblatis a Justino videri non immerito potest : primum quia priorem, ex Eusebii, Hieronymi et Photii auctoritate Antonino Pio; posteriorem post ejus mortem Aurelio ac Vero impp. exhibuit. Deinde quoniam Eusebius cap. 15, verba quædam ex posteriore apologia commemorat, quibus mortem sibi a Crescente Cynico impendere dixit; quæ quidem in ea leguntur, quæ hodie primo loco ponitur. Præterea quæ secunda vulgo nominatur, ineunte Antonini imperio scripta videtur, ac subinde post Adriani mortem : quippe Antonini velut recens consecrati in illa meminit, τοῦ νῦν γεγενημένου· item Judaici belli, quod perinde νῦν γεγενημένον appellat : cujus belli ac defectionis auctor fuit Barchochebas. Ad hæc inscriptio ipsa, quam paulo ante protulimus, idipsum suadere potest; nam Aurelium, quem Verissimum appellat, nondum Cæsarem vocat. Cum tamen Lucii Veri patrem, qui ab Adriano primum adoptatus fuerat, eo nomine insigniat. Atqui post Adriani mortem Aurelius Cæsaris nomen obtinuit. Quocirca statim post B Adriani necem paulo antequam Cæsar appellaretur Aurelius, priorem apologiam (quæ perperam secundo loco ponitur) habuisse videtur. Apparet insuper *Verissimi* nomen etiam post virilem togam penes Marcum Aurelium resedisse, tametsi, Capitolinus antequam virilem togam sumeret, Verissimum; ea usurpata, Annium Verum deinceps nominatum esse scripserit. *Virilem autem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno*, ut idem testatur. Quod supersite adhuc Adriano factum. Siquidem mortuus est Adrianus Camerino et Nigro coss. VI Id. Jul. anno urbis 891. Marcus vero natus est Vero et Augure coss. anno 874. Igitur annum agebat XVIII cum Adrianus excessit. Quæ de apologiæ utriusque tempore, atque ordine diximus, dubia non erant, nisi quædam ex Eusebio et aliis intervenirent, quæ negotii aliquantum facerent. Ac primum Eusebius cap. 16, sive 17 Christianæ mulieris historiam quamdam ex priore Justini apologia recenset, quæ in prima hodierna continetur. Deinde idem ipse Justinus apol. II, ante annos CL, ab eo anno quo defensionem istam scribebat, Christum esse natum memorat. Cum ergo 138 Christi anno Antonius Pius inierit, coss. Camerino ac Nigro, consequens est anno Antonini XIII, hanc quæ secunda numeratur, quæque a nobis prior constituitur, apologiam esse scriptam. Præterea Marcionis hæretici duobus in locis meminit. Hunc autem sub Antonino Pio, post annos ab obitu Christi 116 fere emersisse Tertullianus confirmat lib. I *contra Marcion.* c. 19. Non potuit igitur primo Antonini imperatoris anno defensio illa ab Justino esse scripta. Sed ut ex iis tricis utcunque se veritas explicet; mihi admodum probabile videtur, nisi plures duabus pro Christianis apologias Justinus ediderit, omnino primam esse quæ vulgo secunda numeratur; adeoque sub initium Antonini imperat. scriptam fuisse; quod ex iis argumentis conjicimus, quæ sunt antea proposita. Atqui CL annos a Christi D ortu ad illud tempus elapsi numerantur. Ita quidem Justinus : sed cum paulo fortasse plus CXL annis fluxissent, rotundo, ut assolet, numero ante annos CL dixit. De Eusebio expedita res erit, si aut ipsius, aut librarii culpa τῇ δευτέρᾳ pro τῇ προτέρᾳ irrepsisse dicamus. Nam perspicue τὴν δευτέραν illam esse significat, quam nos primam facimus; primam autem, quæ nobis est secunda. Postremum atque omnium difficillimum est, quod de Marcione nobis objicitur. Quem, ut consentanea loquamur, affirmandum est non Antonino demum imperante, sed sub Adriano cœpisse. Atque haud scio an duo illius distinguenda sint tempora, ut in plerisque hæresibus accidit, ita sub Adriano primum eruperit, postea vero sub Antonino longe lateque propagatis erroribus celebre sibi nomen pepererit. Ac Tertullianus profecto etsi sub Antonino Marcionem errorem exhalasse scribat, negat tamen scire se quoto ejus anno cœperit. *Quoto quidem anno*, in-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

in ipso flore juventutis, anno videlicet ætatis tricesimo. Huic cum se Tatianus initio dedisset, quandiu cum sancto martyre vixit, cum cæteris in rebus honestissime se gessit, tum egregia fuit ac constanti fide præditus. Sed illo mortuo perinde ac si cæcus ab altero deductus a ductore destituatur, in præceps sese committens, præ cæcitate deorsum ita fertur, ut cohibere ipsum nequeat, donec in exitium ruat : ita Tatiano contigit.

Erat hic, quemadmodum accepimus, natione Syrus. Qui primum in Mesopotamia novam sectam condere aggressus est, circa annum XII Antonini Pii. Quippe post sancti Justini martyrium Roma profectus in Orientem, et ibidem habitans in absurdas opiniones incidit : ac nescio quos æonas e Valentinianis fabulis, ac principia quædam ac propagationes commentus est. Sed Antiochia præsertim, quæ ad Daphnen est, illius dogma derivatum in Cilicia ac Pisidia cumprimis coaluit. Hinc enim Encratitarum orta successio est, quibus venenum illud aspersum. Ferunt opus illud quod ex IV Evangeliis contextum est, quodque secundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo conscriptum.

II. Cæterum eadem fere cum antiquis hæresibus defendit. Ac primum Adamum negat esse salvum. Deinde continentiam cælibemque vitam prædicat. Nuptias adulterium esse merum ac corruptelam existimat; nec ab illa discrepare penitus, sed idem et unum esse. Qua quidem continentiæ ac pudicitiæ **392** specie, velut illecebra proposita, homo vafer obrepsit, tanquam rapax quidam lupus pellem ovis induens, eoque cultu, quem ad tempus susceperat, miseros homines in fraudem pelliciens. Similiter et mysteria quædam ad Ecclesiæ sanctæ imitationem instituit; sed ad ea tamen nihil præter aquam adhibuit. Verum ne ille quidem poterit ratione ulla consistere, cujus tam imbecillum minimeque cohærens est dogma.

Ac, nisi fallor, hoc tempore cum omni schola sua exstinctus intercidit. Quid enim ad illum refutandum afferri non potest? Sed illud valet in primis, quod adversus similes hæreses antea proposuimus, fieri omnino non posse plura ut principia sint eo-

A ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώσῃ ἡλικίᾳ. Τούτῳ ὁ προειρημένος Τατιανὸς συναχμάσας τὰ πρῶτα καλῶς φερόμενος, καὶ τῇ πίστει ἐρρωμένος ἐτύγχανεν, ὅσον ἦν σὺν τῷ ἁγίῳ Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι. Ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, ὥσπερ [1] τυφλὸς χειραγωγούμενος ὑπὸ τοῦ χειραγωγοῦ καταλειφθείη, καὶ καταλειφθεὶς ἐπὶ κρημνὸν ἑαυτὸν ἐκδοὺς διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τύφλωσιν, καταφέρεται ἀνεπισχέτως, ἕως εἰς θάνατον κατενεχθείη· οὕτω καὶ αὐτός.

Καὶ ἦν μὲν Σύρος τὸ γένος, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα γνῶσις περιέχει· τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος (92) Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος. Ἀπὸ Ῥώμης γὰρ μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τελείωσιν διελθὼν ἐπὶ τὰ τῆς B Ἀνατολῆς μέρη, καὶ ἐκεῖσε διατρίβων, κακῇ διανοίᾳ περιπεσών, αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου, καὶ ἀρχάς τινας, καὶ προβολὰς καὶ αὐτὸς εἰσηγήσατο· τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος ἐπὶ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς Δάφνην, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν Κιλίκων μέρη, ἐπὶ πλεῖον δὲ ἐν τῇ Πισιδίᾳ ἐκράτυνεν. Ἀπὸ τούτου γὰρ κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι τοῦ ἰοῦ μετεσχηκότες ὑπάρχουσι. Λέγεται δὲ τὸ διὰ τεσσάρων Εὐαγγελίων ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, ὅπερ κατὰ Ἑβραίους τινὲς καλοῦσι.

Β'. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσι καὶ οὗτος δογματίζει. Καὶ πρῶτον μὲν φάσκει μὴ σώζεσθαι τὸν Ἀδάμ. Ἐγκράτειαν δὲ οὗτος κηρύττει. Τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται· φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. C Ὅθεν ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔσχε τὴν ἀγωγήν· ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προσχήματι τοὺς ἀπατωμένους. Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας· ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις. Πεσεῖται δὲ καὶ οὗτος κατὰ πάντα τρόπον, ἀσύστατον ἔχων τὸ κήρυγμα.

Ἤδη δὲ καὶ οὗτος κατασβεσθεὶς, οἶμαι, ἔληξε καὶ τὸ τούτου διδασκαλεῖον. Πόθεν γὰρ οὐκ ἐλεγχθήσεται ὁ τοιοῦτος; Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ τὰ ἄνω ἡμῖν προδεδηλωμένα, καὶ πρὸς τὰς οὕτω φασκούσας αἱρέσεις, ὅτι ἀδύνατον εἶναι πολλὰς ἀρχὰς γεννητικὰς τῶν

[1] Deest si.

quit, *Antonini majoris de Ponto suo exhalaverit aura canicularis, non curavi investigare.* Epiphanius in Marcionitarum hæresi, scribit Marcionem cum a patre suo pulsus pacem ac veniam eblandiri nullis precibus posset, Romam se post Hygini obitum contulisse. Cumque nihilo magis quod cupiebat illic obtineret, tum demum publicata hæresi sua Ecclesiam oppugnasse. Hygini obitus confertur in annum Antonini XVIII; ante quod tempus Marcionem hæresim suam disseminasse necesse est, cum Justinus, qui Antonino, et quidem imperii ejus initio, apologiam obtulit, Marcionis meminerit. Quare duplex, uti conjiciebamus, Marcionistarum ortus esse debet. Nam primum in Ponto Asia duntaxat nefarium dogma prædicavit, idque Adriano

D imperante. Postea sub Antonino majores trabes spiritus vehementius in eosdem illos errores cœpit incumbere. Hygino vero demum mortuo primitus dogma Cerdonis interpolasse Marcionem nullo modo censeo. Hæc de Justini ac Marcionis temporibus habui quæ dicerem. Dicent alii fortasse meliora; nam nostris illis non adeo confidimus, ut non afferri certiora posse speremus.

(92) Ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος. Consentaneus error est ei, quem paulo antea refutavimus, sub Adriano passum esse Justinum. Quod cum falsum sit, perinde falsum est sub Antonino Pio, videlicet post Justini obitum, scholam erroris aperuisse Tatianum, quod sub Marco Aurelio facere potuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

κατὰ διαδοχὴν γεννωμένων. Αἱ γὰρ οὖσαι πολλαὶ καὶ μία ἐκ τῆς μιᾶς ὑπάρχουσαι, ἐκ τῆς οὔσης μιᾶς αἰτίας τῶν παθῶν [1] εὑρεθήσονται· καὶ οὐκέτι πολλαὶ ἀρχαὶ, ἀλλ' ἡ μία ἡ τούτων αἰτία γεγονυῖα· καὶ ἀναχθήσεται πάντα εἰς τὴν μίαν μοναρχίαν· καὶ διέπεσεν ἡ τοῦ τοιούτου πιθανολογία, καὶ οὐκ ἀλήθεια, οὔτε τὴν πιθανολογίαν δυναμένη ἔχειν. Μωρὸν γὰρ τὸ ὅλον κήρυγμα. Καὶ εἰ ὁ Ἀδὰμ οὐ σώζεται, τὸ φύραμα, οὐδέ τι τοῦ φυράματος σώζεται [2]. Εἰ γὰρ ὁ πρωτόπλαστος καὶ ἐξ ἀθίκτου γῆς γενόμενος σωτηρίας οὐ μεθέξει, πῶς τὰ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένα μεθέξει σωτηρίας;

A rum quæ successione generantur. Plura siquidem illa, et unum, ab uno profecta, ab una omnium causa, manasse reperiemus. Ita non jam multa principia, sed unum erit, a quo cætera dependent, et ad unius imperium universa referentur : sicque fallax ac fucosa illius oratio concidet, nihil ipsa quidem veritatis habens, ac vel omni probabilitate destituta. Stulta quippe tota hæc est opinio. Nam si Adamus salutem minime est adeptus, hoc est ipsa quodammodo generis massa; nec ulla massæ hujus particula servari poterit. Si enim qui primus omnium conditus est, et ex integra adhuc terra formatus, salutis minime est particeps, quæ ab eodem orta sunt quo tandem pacto salutem obtinebunt?

Γ'. Κατὰ γὰρ δύο τρόπους εὑρεθήσεται καθ' ἑαυτοῦ λέγων· φάσκει γὰρ τὸν γάμον εἶναι οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πορνείας εἶναι αὐτὸν καὶ μῦσος, καὶ ἑαυτὸν γάμου ὑπάρχοντα, καὶ ἐκ γυναικὸς γεγεννημένον, καὶ ἐκ σπορᾶς ἀνδρῶν ἡγεῖται σώζεσθαι. Ἆρα οὖν πάλιν ἀνέλυσε τὴν αὐτοῦ κατὰ τοῦ γάμου βλασφημίαν. Εἰ γὰρ οὗτος ἐκ γάμων ὑπάρχων σωτηρίαν ἕξει, ἄρα οὐ βδέλυγμα ὁ γάμος, ὁ γεννῶν τοὺς τῆς σωτηρίας μετέχοντας, οἵῳ δ' ἂν θέλοι τρόπῳ λέγειν. Εἰ δὲ συσταίη κατ' αὐτῶν λόγος, Ὅτι ἀθέμιτός ἐστιν ὁ γάμος· ἄρα μᾶλλον ὁ Ἀδὰμ σωθήσεται, μὴ ἀπὸ γάμου ὁρμώμενος, ἀλλ' ἐν χειρὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος πεπλασμένος, κατὰ τὸ γεγραμμένον [3] ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, ὅτι *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Πῶς δὲ οὐ σώζεται ὁ Ἀδὰμ, ὁ παρὰ σοὶ ἀπελπιζόμενος, ὁπότε αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον, νεκροὺς μετὰ τὴν τελευτὴν ἐγείρει ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, ὡς τὸν Λάζαρον, καὶ υἱὸν τῆς χήρας, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Ἀρχισυναγώγου; Καὶ εἰ αὐτὸς οὐκ ἦν ὁ τὸν Ἀδὰμ πλάσας ἐκ χοὸς ἀπ' ἀρχῆς, πῶς πτύσας χαμαὶ ἐποίησε πηλὸν, καὶ ἐπέθετο ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ τοῦ ἐκ γενετῆς, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βλέπειν; Ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν Πλάστην σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ τὸ ἐλλιπὲς μέρος ἐν τῷ ἀπὸ γενετῆς γεγεννημένῳ τυφλῷ διὰ τοῦ πηλοῦ προστιθεὶς τῷ λείποντι τόπῳ· διορθώσεως γὰρ ἕνεκεν τοῦ λείποντος μέρους φαίνεται τοῦτο πεποιηκέναι. Εἰ δὲ πάλιν αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος Ἀδὰμ πλάσας, καὶ αὐτὸν τὸν πρωτόπλαστον ἀπολλύει, τοὺς δὲ ἄλλους σώζει, ὦ πολλή σου ματαιοφροσύνη, Τατιανέ! Ἀδυναμίαν γὰρ τῷ Κυρίῳ κατὰ δύναμιν προσάπτεις, τῷ δυναμένῳ τὸν πρωτόπλαστον αὐτοῦ, διά μίαν παρακοὴν ἐκβεβλημένον τοῦ παραδείσου, καὶ παιδείας οὐ τῆς τυχούσης μετασχόντα, ἐν ἱδρῶτι καὶ καμάτῳ διατετελεκότα, καὶ κατέναντι τοῦ παραδείσου κατῳκηκότα, ὅπως μνημονεύοι τῆς ἀγαθῆς διὰ τῆς εἰς μνήμην μετανοίας σώζειν· ἢ δυναμένῳ μὲν, μὴ ἐλεοῦντι δέ. Δι' ἣν τοῦ νῦν αἰτίαν [4] ἄχρι τῶν καταχθονίων Χριστὸς κατῆλθε; Τίνι τῷ λόγῳ τὸ τριήμερον κοιμηθεὶς πεπονθὼς ἀνέστη; Πῶς δὲ πληροῦται,

B III. Quamobrem duobus modis secum ipse pugnat : quod et nuptias auctori Deo tribuendas negat, easque flagitium et adulterium nominat, et seipsum nihilominus e muliere prognatum atque ex virili satu procreatum servari posse confidit. Qua quidem ratione priorem illam, quam nuptiis imposuerat, contumeliam rescidit. Si enim ille ipse originem trahens a nuptiis salutem consequitur, non igitur detestandæ sunt nuptiæ, quæ eos gignant, quibus salus tribuenda sit, quamcunque partem eligant. Quod si vera sit eorumdem sententia, Ut illicitæ sint nuptiæ ; tanto magis Adamum ipsum par est salutis compotem fieri, qui nullis propagatus nuptiis, Patris ac Filii, et Spiritus sancti manu est effictus : quemadmodum Scriptura testatur, cum ita Pater Filium alloquens introducitur : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [5]. Qui porro convenit Adamum, quem **393** pro desperato habes, a salute alienum esse, cum Dominus ipse noster Jesus Christus, in hunc mundum veniens, vita jam defunctos homines corpore ipso suscitarit, uti Lazarum [6], ac viduæ filium [7], et Synagogæ principis filiam [8]? Nam si is nequaquam Adamum initio de terra formasset, cur in humum despuens lutum faceret, ejusque qui cæcus natus fuerat oculis illineret, eique visum redderet [9]? Quo facto, Conditorem se esse cum Patre ac Spiritu sancto manifeste declaravit, cum partem illam, quæ cæco nato deerat, asperso luto, mutilato corporis membro restituit; ut enim mancum istud membrum corrigeret, hoc egisse videtur. Jam vero si Adamum Dominus ipse fabricavit, ac primum illud suum opus nihilominus exterminat, dum reliquos interim servat; quanta hæc, Tatiane, stultitia est! Imbecillitatem enim Domino quantum in te est affingis; qui cum hominem, quem ante omnes effinxerat, ob unicum violati mandati crimen e paradiso depulsum, nec mediocri animadversione castigatum, ut ætatem suam perpetuo sudore ac labore transigeret, atque e paradisi regione degeret, quo ex felicis domicilii recordatione vehementer eum pœniteret; hunc, inquam, servare minime

[1] F. πάντων. [2] Deest repetitum οὐ σώζεται, vel leg. οὐ δὲ τὸ φυράματος. [3] F. εἰρημένον. [4] F. διὰ τίνα δὲ αἰτίαν. [5] Gen. I, 26. [6] Joan. XI, 43. [7] Luc. VII, 14. [8] Marc. V, 41. [9] Joan. IX, 1 sqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

potuerit, aut ut potuerit, misericordiam ei nullam adhibuerit. Quid enim causæ fuit cur Christus ad inferos usque descenderet; aut triduo sepultus post passionem resurgeret? Qui porro istud impletur : *Ut mortuis vivisque dominetur* [1]? Qui sunt vivi illi mortuique, nisi qui tam infra quam supra terram ope illius indigebant? Possunt vero quæ ex massa illa decerpta sunt esse sancta, nisi massa ipsa sit sancta, ut apud sanctum Apostolum legimus? Qui de Eva loquens : *Salvabitur*, inquit, *per liberorum generationem; si in fide ac justitia permanserint* [2].

A Ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ; Ποίων δὲ ζώντων καὶ νεκρῶν, ἀλλ' ἢ τῶν χρῃζόντων τῆς ἀπ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἐπικουρίας; Πῶς δὲ ἔσται τὰ ἀπὸ φυράματος ἅγια, εἰ αὐτὸ τὸ φύραμα οὐκ ἔστιν ἅγιον, ὡς καὶ παρὰ τῷ ἁγίῳ Ἀποστόλῳ ἐμφέρεται; Φάσκει γὰρ καὶ περὶ Εὔας ὁ αὐτὸς ἀπόστολος, ὅτι *Σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ.*

IV. Innumera sunt quæ de eodem argumento disputari possunt : ex quibus prudenti cuilibet comperta esse potest Tatiani, Tatianorumque temeraria blasphemandi licentia, animique cæcitas. De quibus ita breviter disseruimus, ut illorum velut culicum noxiis morsibus, adhibita iis qui icti fuerant Domini doctrina, tanquam olei cujusdam illitu, medicinam fecerimus, illius veritate **394** ac potentia freti, qui dixit : *Non veni nisi ad oves quæ perierant domus Israel* [3]. Unde et in parabola dixit : *Homo quidam descendit ab Hierusalem in Jericho* [4]: quem in latrones incidisse narrabat, ut et ovem, et hominem qui ab Hierusalem in Jericho descenderat, illum ipsum doceret esse, qui ab ampliori dignitate ceciderat, et ab uno pastoris sui mandato divulsus erraverat. Ex quo sanctum Adamum parentem nostrum inter vivos numeramus, propter quem et nos omnes ejus posteros Christus advenit, ut iis qui ipsum olim cognoverant, nec a divinitate ejus aberraverant, et ob nonnulla delicta sua apud inferos detinebantur, injuriarum oblivionem concederet, eamque et adhuc viventibus per pœnitentiam, et apud inferos degentibus per misericordiam ac salutem tribueret.

B Δ'. Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτων λέγειν, ὡς ἔστιν τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ φανήσεται ἡ πρόχειρος βλασφημία, καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια τοῦ Τατιανοῦ καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ Τατιανῶν καλουμένων. Περὶ ὧν συντόμως διεξελθόντες, τὰ κατ' αὐτοὺς βλαβερὰ κωνώπων δίκην δήγματα, ἐλαίου ἰκμάδα τῆς τοῦ Κυρίου διδασκαλίας τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν Τατιανοῦ λόγων ἐπιθέμενοι, ἰασάμεθα διὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἀληθείας, καὶ δυνάμεως αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι *Οὐκ ἦλθον εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ πεπλανημένα οἴκου Ἰσραήλ.* Διὸ καὶ ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν, ὅτι *Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχώ·* ὃν δὴ καὶ λησταῖς περιπεσεῖν διηγεῖτο, ἵνα δείξῃ τὸ πρόβατον, καὶ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβεβηκότα, τὸν ἀπὸ τῆς δόξης τῆς μείζονος εἰς ἐλάττωσιν κατενεχθέντα, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς μιᾶς ἐντολῆς τοῦ ἰδίου ποιμένος ἀποσπασθέντα καὶ πεπλανημένον· ὅθεν καὶ τὸν ἅγιον Ἀδὰμ τὸν πατέρα ἐν ζῶσι πεπιστεύκαμεν· δι' ὃν καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἡμᾶς πάντας Χριστὸς ἦλθε, τοῖς μὲν πάλαι αὐτὸν γινώσκουσι, καὶ μὴ πλανηθεῖσιν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἕνεκεν δὲ σφαλμάτων ἐν ᾅδῃ (93) κατεσχημένοις ἀμνηστίαν χαρίσασθαι· τοῖς μὲν ἔτι ἐν κόσμῳ διὰ μετανοίας, τοῖς δὲ ἐν ᾅδῃ δι' ἐλέους καὶ σωτηρίας.

V. Est profecto quod intelligenti mirum videatur, id quod e librorum monimentis didicimus, Dominum nostrum Jesum Christum in Golgotha esse crucifixum, nimirum in eo potissimum loco, in quo Adami corpus jaceret. Hic enim e paradiso digrediens, diu ex adverso illius habitavit. Deinde longo postea tempore in illum, quem dixi Hierosolymorum, locum secessit, ubi et vita functus in Golgotha sepultus est. Qua ex re merito locus ipse nomen accepit, ut *calvariæ* interpretando diceretur. Cujus appellationis nulla in eo loco similitudo cernitur. Nam nec in clivo aliquo situs est, ut propterea *calvariæ* vocabulo nominetur : cujusmodi capitis in humano corpore sedes est; neque figuram habet editæ cujuspiam speculæ; ac ne cæteris quidem circumjacentibus locis altius consurgit. Quippe ex adverso est Oliveti mons editior; sed

C D Ε'. Διὸ καὶ θαυμάσαι ἔστι τὸν εἰδότα (94), ὡς καὶ ἐν βίβλοις ηὑρήκαμεν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν τῷ Γολγοθᾷ ἐσταυρῶσθαι, οὐκ ἄλλῃ που ἀλλ' ἢ ἔνθα ἔκειτο τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα. Ἐξελθὼν γὰρ ἐκ τοῦ παραδείσου, καὶ κατῳκηκὼς κατέναντι αὐτοῦ πολλῷ τῷ χρόνῳ, καὶ διὰ πολλῶν τῶν ἡμερῶν διελθὼν, ὕστερον ἦλθε καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, Ἱεροσολύμων δέ φημι, τὸ χρεὼν ἀποδεδωκὼς, καὶ ἐκεῖσε ἐτάφη ἐν τῷ τόπῳ τῷ Γολγοθᾷ. Ὅθεν εἰκότως τὸ ἐπώνυμον ὁ τόπος ἔσχε, *κρανίου* ἑρμηνευόμενος τόπος, ἧς ὀνομασίας τὸ σχῆμα τοῦ τόπου ἐμφερεῖάν τινα οὐχ ὑποδείκνυσιν. Οὔτε γὰρ ἐν ἄκρᾳ τινὶ κεῖται, ἵνα *κρανίον* τοῦτο ἑρμηνεύηται, ὡς ἐπὶ σώματος κεφαλὴ τόπος λέγεται, οὔτε σκοπιᾶς· καὶ γὰρ οὔτε ἐν ὕψει κεῖται παρὰ τοὺς ἄλλους τόπους. Ἀντικρὺς γάρ ἐστι τὸ τοῦ Ἐλαιῶνος ὄρος ὑψηλότερον, καὶ ἀπὸ σημείων ὀκτὼ ἡ Γαβαὼμ ὑψηλοτάτη. Ἀλλὰ καὶ

[1] Rom. XIV, 9. [2] 1 Tim. II, 15. [3] Matth. XV, 24. [4] Luc. X, 30 sqq.

(93) *Ἕνεκεν δὲ σφαλμάτων ἐν ᾅδῃ.* Notanda Epiphanii sententia : veteres Patres ante Christum, qui salva fide peccaverant, propterea apud inferos detentos esse, donec a Christo liberarentur.

(94) *Διὸ καὶ θαυμάσαι ἔστι τὸν εἰδότα.* Tritam de Golgothæ sive Calvariæ appellatione sententiam sequitur, ut ab Adami sepulto cadavere, ac cranio deducta sit. At Cyrillus catech. XIII prophetice sic a Christo nominatum existimat hunc locum, quod, ut ait Apostolus, caput viri sit Christus, Christi autem Deus (*I Cor.* XI, 3).

Digitized by Google Распознавание текста

ἦ ἄκρα ἡ ποτὲ ὑπάρχουσα ἐν Σιὼν, νῦν δὲ τμηθεῖσα, καὶ αὐτὴ ὑψηλοτέρα ὑπῆρχε τοῦ τόπου. Πόθεν οὖν ἡ ἐπωνυμία τοῦ *κραν*ί*ου* ; Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου ἐκεῖ τὸ κρανίον εὑρηται, καὶ ἐκεῖ τὸ λείψανον ἐναπέκειτο, τούτου ἕνεκα *κραν*ί*ου* τόπος ἐπεκέκλητο· ἐφ' οὗ σταυρωθεὶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, διὰ τοῦ ῥεύσαντος ἀπ' αὐτοῦ ὕδατος καὶ αἵματος, διὰ τῆς νυχθείσης αὐτοῦ πλευρᾶς, αἰνιγματωδῶς ἔδειξε τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ φυράματος ἀρξάμενος ῥαντίζειν τὰ λείψανα τοῦ προπάτορος, ἵνα καὶ ἡμῖν ὑποδείξῃ τὸν ῥαντισμὸν τοῦ αὐτοῦ αἵματος, εἰς κάθαρσιν τῆς ἡμῶν κοινώσεως καὶ ψυχῆς μετανοούσης, καὶ εἰς ὑπόδειγμα φυράσεως καὶ καθαρισμοῦ ῥύπου τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων γενόμενον, τὸ ἐκχυθὲν ὕδωρ ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον τῷ τόπῳ, καὶ τεθαμμένον εἰς ἐλπίδα αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένων. Διὸ καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦτο τὸ εἰρημένον· *Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.* Εἰ γὰρ καὶ περὶ ἡμῶν λέγει τῶν νενεκρωμένων τοῖς ἔργοις, καὶ τῶν καθευδόντων ἐν βάθει ὕπνου τῆς ἀγνωσίας· ἀλλ' οὖν γε ἐκεῖθεν ἡ ἀρχὴ τῆς αἰνίξεως περιέχει τὸν τρόπον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀργῶς· *Ἀνέστη γὰρ*, φησὶ, *πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων* (ὡς ἔχει τὸ Εὐαγγέλιον), *καὶ εἰσῆλθον σὺν αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν*, καὶ τὰ ἑξῆς.

A in primis arduus est Gabaonis mons octavo inde lapide distans. Postremo clivus etiam ille, qui in Sione quondam exstitit, sed excisus hodie est, fuit Golgothæ illo loco sublimior. Undenam igitur *calvariæ* nomen obtinuit? Quod nimirum primi hominis illic calvaria reperta sit, ejusque reliquiæ defossæ, ob id *calvariæ* locus appellatus est. In quo Dominus noster Jesus Christus sublatus in crucem, per aquam illam et sanguinem ex ejus perforato latere profluentem, velut imaginem quamdam, totum salutis nostræ negotium **395** adumbravit, dum primi parentis reliquias ab ipso massæ principio rigare cœpit, ut ad detergendam labem fœditatemque nostram, ac pœnitentis animæ repurgationem sui sanguinis aspersionem ostenderet, atque ad B subactionem quamdam commistionemque significandam, ac nostrarum sordium, hoc est scelerum, expiationem, aquam illam in subjectum hominem ibidemque sepultum destillasse monstraret; ac tam ipsum, quam nos ejus posteros ad spem consequendæ salutis erigeret. Quocirca illic Scripturæ dictum illud impletum est: *Surge, qui dormis*, et *excitare a mortuis, et illuminabit te Christus*[1]. Licet enim ad nos istud pertineat, qui et malis factis mortui sumus, et altissimo ignorantiæ somno consopiti, nihilominus illinc figuratæ hujus sententiæ arcessendum est initium, ut non temere, nec otiose pronuntiata videatur: *Surrexerunt enim multa corpora sanctorum* (ut in Evangelio scriptum est), *et introierunt cum ipso in sanctam civitatem*[2], etc.

Πανταχόθεν τοίνυν ἀποχρουσάμενος τοῦ κώνωπος C τούτου τὰ δήγματα, δι' ἐλαίου τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ Κυρίου ἡμῶν ἐνδημίας, καὶ φωτὸς τοῦ Εὐαγγελίου τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὰς ἑξῆς κατὰ τὸ εἰωθὸς πάλιν προελθεῖν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει σπουδάσωμεν.

Cum igitur culicis istius morsus divinæ misericordiæ oleo, ac Domini nostri Salvatoris adventu, et veritatis evangelicæ luce propulsaverim, ad alias hæreses, divina, pro eo ac soleo, fretus ope patrocinioque progrediar.

[1] Ephes. v, 14. [2] Matth. xxvii, 52.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ ΤΟΜΩ ΤΟΥΤΩ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ

ΤΕΤΑΡΤΩ ΔΕ ΟΝΤΙ,

Κατὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς τῶν τόμων τοῦ ἀριθμοῦ ἀκολουθίαν· ἐν ᾧ εἰσιν αἱρέσεις δεκαοκτώ.

396 SYNOPSIS TOMI III LIBRI II,

Qui in tomorum initio constituta serie quartus est, continetque hæreses XVIII.

Α'. *Ἐγκρατῖται*· οἱ ἀπόσπασμα τυγχάνουσι Ταδ τιανοῦ, τὸν γάμον ἀποβάλλουσι, τοῦ Σατανᾶ φάσκοντες τοῦτον εἶναι. Πᾶσαν δὲ ἀπαγορεύουσιν ἐμψυχοφαγίαν.

I. *Encratitæ*, Tatiani quædam velut appendix. Hi nuptias damnant, quas Satanæ tribuunt. Ab animatorum omnium usu abstinendum esse sentiunt.

Β'. *Καταφρυγαστῶν*, καὶ *Μοντανιστῶν*, καὶ *Τασκοδρουγιτῶν*· οἵτινες Παλαιὰν καὶ Νέαν Διαθήκην δέχονται· ἑτέρους δὲ προφήτας παρεισφέρουσι μετὰ τοὺς προφήτας, Μοντάνον τινὰ αὐχοῦντες, καὶ Ηρίσκιλλαν, καὶ Μαξιμίλλαν.

II. *Cataphrygastæ*, *Montanistæ* et *Tascondrugitæ*, qui utrumque Testamentum approbant; sed novos prophetas ad receptos et antiquos adjiciunt; ac Montanum quemdam, et Priscillam, ac Maximillam prædicant.

Γ'. *Πεπουζιανοὶ*, οἱ καὶ *Κυϊντιλλιανοὶ*, οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται. Ἐκ τούτων μέν εἰσι τῶν κατὰ

III. *Pepusiani*, qui et *Quintilliani* dicuntur, quibus accedunt et Artotyritæ, superioribus quidem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

illis, hoc est Cataphrygibus, annumerandi sunt. Sed ab iis tamen diversa nonnulla sentiunt. Ac Pepuzam desertum quoddam oppidum Galatiam inter et Cappadociam situm divinis honoribus extollunt, eamque Hierosolymam esse dicunt. Mulieribus sacros magistratus ac sacerdotia deferunt. Certis initiantur mysteriis, quibus puerulum confodiunt. Fingunt Pepuzæ Christum olim Quintillæ videndum se præbuisse muliebri specie. Tam Vetus quam Novum Testamentum adhibent, ita tamen ut pleraque pro animi libidine commutent.

IV. *Tessarescædecatitæ*, qui stato anni die Pascha celebrant. Ut quamcunque in diem XIV lunæ incurrerit, sive Sabbatum, sive Dominica fuerit, ea die jejunent, ac pervigilia celebrent.

V. *Alogi* a nobis ita nominati, qui Joannis Evangelium, ac Λόγον, hoc est Verbum Deum a Patre semper genitum, cœlitusque **397** demissum, cujus in Evangelio illo mentio fit, repudiant; nec Joannis duntaxat Evangelium, sed et Apocalypsin rejiciunt.

VI. *Adamiani* ab Adamo nescio quo vivente sic dicti, ridiculum potiusquam verisimile dogma profitentur. Nudi quippe, quales ex utero matris egressi sunt, viri perinde ac mulieres conveniunt, atque ita lectionibus, orationibus ac cæteris religionis officiis funguntur; et videlicet monachorum ac continentium instituta sectantur, nuptiasque condemnant. Ecclesiam vero suam paradisum nuncupant.

VII. *Sampsæi* sive *Elcesæi* ad hanc diem in Arabia degunt, supra Mortuum mare, Elxæ cujusdam pseudoprophetæ discipuli. E cujus stirpe Marthus et Marthina, feminæ duæ ætate nostra prodierunt; quas dearum instar hæresis ista coluit. Eadem porro cum Ebionæis omnino sentiunt.

VIII. *Theodotiani* a Theodoto Coriario Byzantino dicti. Qui Græcis artibus adprime fuit institutus. Hic cum aliis quibusdam in ea quæ tum sæviebat, persecutione comprehensus, cum socii ejus omnes martyrium obiissent, solus fidem ejuravit. Ob idque probris appetitus, id excogitavit, ut Christum nudum esse hominem assereret, ne crimini sibi istud verteretur, quod ejus divinitatem negasset.

IX. *Melchisedeciani* Melchisedecum ita venerantur, ut virtutem esse quamdam jactitent, non hominem duntaxat : et in ejus nomine facere ac dicere omnia nequaquam dubitant.

X. *Bardesianistæ*. Bardesianus iste e Mesopotamia oriundus sinceram fidem initio complexus est, ac sapientia præstitit. Sed a veritate postea recedens eadem cum Valentino docuit, præter pauca quædam, in quibus ab illo discrepat.

XI. *Noetiani*. Noetus hic Smyrnensis ex Asia fuit. Qui in altum sublatus cum aliis quibusdam,

[1] F. ἅρματι.

A Φρύγας· ἕτερα δὲ παρ' ἐκείνους δογματίζουσι. Πεπουζάν τινα πόλιν ἔρημον ἀνὰ μέσον Γαλατίας καὶ Καππαδοκίας ἐκθειάζοντες, καὶ δὴ ταύτην Ἱεροσαλὴμ ἡγούμενοι· γυναιξὶ δὲ ἀποδιδόντες τὸ ἄρχειν τε καὶ ἱερατεύειν. Μυοῦνται δὲ, τινὰ παῖδα κατακεντοῦντες νέον. Καὶ δὴ τῇ Κυϊντίλλῃ Χριστὸν ἐκεῖσε ἐν Πεπούζῃ ἀποκεκαλύφθαι ἐν ἰδέᾳ θηλείας μυθοποιοῦνται. Κέχρηνται δὲ ὡσαύτως Παλαιᾷ καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, κατὰ τὸν νοῦν τὸν ἴδιον μεταπαιόμενοι.

Δ'. *Τεσσαρεσκαιδεκατῖται*, οἱ μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους τὸ Πάσχα ἐκτελοῦντες. Ἐν ὁποίᾳ δ' ἡμέρᾳ ἐμπέσῃ ἡ τῆς σελήνης τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἤτοι ἐν Σαββάτῳ ἤτοι ἐν Κυριακῇ, ἐκείνην τε νηστεύοντες
B καὶ ἀγρυπνοῦντες ἑορτάζουσιν.

Ε'. *Ἄλογοι* ἀφ' ἡμῶν κληθέντες, οἱ τὸ Εὐαγγέλιον Ἰωάννου καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἄνωθεν ἀπὸ Πατρὸς ἀεὶ Θεὸν Λόγον παρεκβάλλοντες, τὸ Εὐαγγέλιον αὐτὸ δὴ τὸ κατὰ Ἰωάννην μὴ δεχόμενοι, μήτε τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν.

Ϛ'. *Ἀδαμιανοὶ* ἀπό τινος Ἀδὰμ ζῶντος καλούμενοι, χλεύης ἢ ἀληθείας μᾶλλον τὸ δόγμα ἔχοντες. Γυμνοὶ γὰρ, ὡς ἐκ μητρὸς, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάγονται, καὶ οὕτως τὰς ἀναγνώσεις, καὶ εὐχὰς, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦσι· δῆθεν μονάζοντές τε καὶ ἐγκρατευόμενοι ὄντες, καὶ γάμον μὴ δεχόμενοι, οἱ τὴν αὐτῶν Ἐκκλησίαν παράδεισον
C ἡγούμενοι.

Ζ'. *Σαμψαῖοι*, οἱ καὶ *Ἐλκεσαῖοι*, ἔτι δεῦρο τὴν Ἀραβίαν (οἱ) κατοικοῦντες, καθύπερθεν τῆς Νεκρᾶς θαλάσσης κειμένην χώραν· οἵτινες ἀπὸ τοῦ Ἠλξαΐ τινος ψευδοπροφήτου ἠπατημένοι· οὗ ἔτι δεῦρο ἐκ τοῦ γένους ὡρμᾶτο Μαρθοῦς καὶ Μαρθίνη, γυναῖκες δύο, προσκυνούμεναι ὑπὸ τῆς αἱρέσεως, ὡς θεαί· παραπλησίως τῶν Ἐβιωναίων τὰ πάντα ἔχοντες.

Η'. *Θεοδοτιανοὶ*, οἱ ἀπὸ τοῦ Θεοδότου Σκυτέως, τοῦ ἀπὸ Βυζαντίου. Οὗτος ἐν παιδείᾳ Ἑλληνικῇ γέγονεν ἄκρος. Ἅμα δὲ ἄλλοις τισὶν ἐν ἡμέραις τοῦ τότε γενομένου διωγμοῦ μόνος ἐκπεσών, ἐκείνων μαρτυρησάντων, διὰ τὸ ὀνειδίζεσθαι, ἐπινοήσας ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν τὸν Χριστὸν, ἵνα μὴ ὑπὸ ἔγκλημα γένηται
D Θεὸν ἀρνησάμενος. οὕτως ἐδίδαξεν.

Θ'. *Μελχισεδεκιανοὶ*, οἱ τὸν Μελχισεδὲκ γεραίροντες, τινὰ δύναμιν αὐτὸν φάσκοντες, καὶ μὴ ἄνθρωπον ψιλὸν, καὶ εἰς τὸ τούτου ὄνομα πάντα ἀνάγειν καὶ λέγειν τετολμηκότες.

Ι'. *Βαρδησιανιστα[1]*. Βαρδησιανὸς οὗτος ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ὡρμᾶτο, τὰ πρῶτα μὲν τῆς ἀληθινῆς πίστεως ὑπάρχων, καὶ ἐν σοφίᾳ διαπρέπων· ἐκκλίνας δὲ τῆς ἀληθείας, παραπλησίως Οὐαλεντίνῳ ἐδογμάτισε, χωρὶς ἐνίων ὀλίγων, ὧν διαφέρεται πρὸς Οὐαλεντῖνον.

ΙΑ'. *Νοητιανοὶ*. Νοητὸς οὗτος ἀπὸ Σμύρνης ὑπῆρχε τῆς Ἀσίας. Ἐν ἅρματι[1] δὲ ἐνεχθεὶς σὺν ἄλλοις τισὶν,

Υἱοπάτορα τὸν Χριστὸν ἐδίδαξε, τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Ἑαυτὸν δὲ ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἔλεγεν εἶναι τὸν Ἀαρών.

A Patrifilium asserere Christum ausus est; eumdemque Patrem ac Filium, et Spiritum sanctum esse profiteri. Se vero Moysen, fratrem suum Aaronem dicere.

ΙΒ'. *Οὐαλήσιοι.* Οὗτοι, καθὼς ὑπειλήφαμεν, τὴν Βάκαθον κατοικοῦντες, μητροκωμίαν Ἀραβίας τῆς Φιλαδελφίας, οἱ τοὺς παρατυγχάνοντας ἀποτέμνοντες. Πλείους δὲ αὐτῶν εὐνοῦχοι ὑπάρχουσιν ἀποτετμημένοι. Τινὰ δὲ ἕτερα διδάσκουσιν αἱρέσεως ἔμπλεα, ἀφανίζοντες τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας[1], καί τινας αἰσχρουργίας ἑτέρας παρεισφέροντες.

XII. *Valesii.* Hi, quantum suspicor, Bacathi habitant, qui est Arabiæ Philadelphensis primarius vicus. Iidem accedentes **398** ad sese castrare solent. Ac plerique inter illos eunuchi sunt et exseti. Habent et alia quædam erroris plenissima dogmata, atque inter alia legem ac prophetas rejiciunt. Postremo innumerabiles ad illa fœditates adjiciunt.

ΙΓ'. [*Καθαροί*, οἱ ἅμα Ναβάτῳ συναφθέντες τῷ Ῥωμαίῳ, καὶ τοὺς διγάμους παντελῶς ἀποβαλλόμενοι, καὶ μετάνοιαν μὴ δεχόμενοι.

XIII. *Cathari.* Novatum Romanum secuti sunt. Hi digamos penitus proscribunt; pœnitentiam repudiant.

ΙΔ'. *Ἀγγελικοί.* Οὗτοι παντελῶς ἐξέλιπον. Αὐχοῦντες δὲ ἦσαν ἀγγελικὴν ἔχειν τάξιν· ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀγγέλους προσκεκλῆσθαι.

B XIV. *Angelici.* Hi nusquam hodie reperiuntur. Angelici vero ordinis se esse profitebantur; aut certe quod angelos invocarent.

ΙΕ'. *Ἀποστολικοί*, οἱ καὶ *Ἀποτακτικοί* καὶ αὐτοί, οἱ περὶ τὴν Πισιδίαν μόνον, ἀποτακτικοὺς δεχόμενοι καθ' ἑαυτούς. Παραπλησιάζουσι δὲ τοῖς Ἐγκρατίταις· ἄλλα δὲ παρ' αὐτοὺς φρονοῦσιν.

XV. *Apostolici*, qui et *Apotactici*, sive *Renuntiatores* in Pisidia duntaxat inveniuntur. Hi solos illos admittunt, qui se bonis omnibus abdicaverint. Cæterum Encratitarum similes sunt, etsi diversa quædam ab illis statuunt.

ΙϚ'. *Σαβελλιανοί*, οἱ τὰ ὅμοια Νοητιανῶν δοξάζοντες· παρὰ τὸν Νοητὸν Πατέρα[2] πεπονθέναι λέγοντες, προφορικὸν πάλιν ἀναχεόμενον τὸν Λόγον.

XVI. *Sabelliani* cum Noetianis in omnibus propemodum consentiunt, nisi quod Patrem ipsum negant esse passum; ab eoque prolatitium duntaxat manare Verbum.

ΙΖ'. *Ὠριγενιανοί*, τινὸς Ὠριγένους. Αἰσχροποιοὶ δὲ οὗτοί εἰσιν, ἀῤῥητοποιοῦντες, καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα φθορᾷ παραδιδόντες.

XVII. *Origeniani* a quodam Origene derivati. Turpissimi isti sunt, ac nefariam et præposteram libidinem exercent, suaque corpora corrumpunt.

ΙΗ'. *Ὠριγενιανοὶ* ἄλλοι, Ὠριγένους τοῦ καὶ Ἀδαμαντίου, τοῦ συντάκτου, οἱ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀποβαλλόμενοι· Χριστὸν δὲ κτίσμα, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἰσηγούμενοι, παράδεισόν τε καὶ οὐρανούς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀλληγοροῦντες· Χριστοῦ δὲ τὴν βασιλείαν πεπαῦσθαι ληροῦντες, καὶ ὁμοῦ τοὺς ἀγγέλους παυθήσεσθαι· Χριστὸν δὲ σὺν διαβόλῳ βασιλευθησομένῳ[3].

C XVIII. *Origeniani* alii ab Origene Adamantio scriptore. Hi mortuorum resurrectionem negant; tam Christum, quam Spiritum sanctum creatis in rebus numerant; paradisum, ac cœlos, cæteraque omnia ad allegorias referunt: Christi regnum terminandum esse, desiturosque similiter angelos docent; eumdemque cum diabolo Christum alterius esse regno subjiciendum.

[1] γρ. σαφηνίζοντες τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. [2] Corr. παρὰ τοῦτο μόνον· τὸν Πατ. [3] F. βασιλευθησόμενον.

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

LIBRI II TOMUS I.

ΚΑΤΑ ΕΓΚΡΑΤΙΤΩΝ, ΚΖ' ἢ καὶ ΜΖ'.

D

399 ADVERSUS ENCRATITAS, *Quæ est hæresis XXVII sive XLVII.*

Α'. Ἐγκρατῖταί τινες οὕτω καλούμενοι, οὗτοι τὸν Ταζιανὸν διαδέχονται, φύσει ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοι τε καὶ ἠπατημένοι· ἕτερα δὲ παρὰ τοῦτον φρονήσαντες, καὶ εἰς μείζονα πάλιν ἐρεσχελίαν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες. Πληθύνουσι δὲ οὗτοι καὶ εἰς δεῦρο ἐν τῇ Πισιδίᾳ, καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ Κεκαυμένῃ (95), οὕτω λεγομένῃ. Ἴσως

I. Qui Encratitæ vocantur, Tatiano successerunt, cujus erroribus imbuti sunt, eosdemque novis opinionibus cumularunt, et majores nugas ac deliria commenti sunt. Horum ingens est hodie numerus in Pisidia, eaque Phrygiæ parte, quæ Adusta dicitur. Quod ei regioni nomen certo Dei

(95) *Ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ κεκαυμένῃ.* Ea est apud Strabonem l. XIII Lydorum, Mysorumque regio ad Mæandrum. At Stephanus Κατακεκαυμένην χώραν ait esse τῆς Ἐφεσίας ex XIII Strabonis libro. Cæteri Phrygiam esse censent. Invenio et Laodiceam cognomento κατακεκαυμένην in Lycaonia, sive Galatia, haud procul ab Isauria.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

consilio forsitan inditum est, quod talis ac tanti erroris pravitate illius incolæ quodammodo conflagraverint. Est enim hæresibus adprime referta. Præterea vero in Asiæ provinciis, et in Isauria, Pamphylia, Cilicia, Galatia, Encratitæ propagati sunt; imo et in Romano tractu, et Antiocheno in Syria, licet non ubique pervaserit.

400 Principia etiam illi plura constituunt, et inter ea diabolum referunt, quem Dei operibus adversari, nec illi esse subditum volunt, sed præcipua quadam potestate præditum agere quæ libuerit, non malitia depravatum. Cum Ecclesia quippe minime consentiunt, sed a veritatis doctrina longius aberrant. Inter primarias Scripturas habent Andreæ ac Joannis Acta, necnon Thomæ, et apocryphos alios. E Vetere Testamento quæ libuerit eligunt. Nuptiarum auctorem diabolum manifeste constituunt. Animatis vesci prohibent, non temperantiæ studio, neque peculiari ex instituto vitæ, sed falso quodam et affectato metu, ne ob animatorum usum sibi ipsi damnationem arcessant. Aquam ad mysteria solam adhibent. Nam vino penitus abstinent, et diabolicum appellant; quod qui bibant, eove utantur, improbos et peccatores esse statuunt. Mortuorum resurrectionem approbant, adeo ut furiosæ cujusdam insaniæ plena hæc esse videatur hæresis. Est illud sane cujuslibet sapientis et observatione et admiratione dignum, ex omnibus quæ ab hæreticis dici fierique cernimus, nihil sibi constans ac consentaneum esse, aut ulla veritatis specie probabile.

II. Etenim si tam Vetus, quam Novum Testamentum recipiunt, quomodo diversa illa principia ponentur, cum ambo inter se Testamenta de singulari divinitate consentiant, ejusque cognitionem prædicent? Ad hæc, si mortuorum est futura resurrectio, qui tandem honestæ nuptiæ tribui diabolo possunt, cum præsertim Deus edixerit: *Crescite et multiplicamini* [1]; et in Evangelio Dominus ita præceperit: *Quæ Deus conjunxit homo non separet* [2]; sed et Apostolus: *Honorabiles nuptiæ, et torus immaculatus* [3]. Verum ad opinionem suam, sive potius fabulam asserendam, eosque damnandos, qui vinum adhibent, nonnullis abutuntur Scripturæ locis, ac voces aucupantur, quibus a dæmone profectum istud ipsum demonstrent. Nam et Noemus, inquiunt, posteaquam vinum bibit, nudatus est [4]. Lot ebrius cum filiabus suis imprudens concubuit [5]. Eadem ad fabricandum vitulum ebrietas impulit [6]. Quo illa Scripturæ verba pertinent: *Cui tumultus? cui pugnæ? cui molestiæ ac fabulationes? cui* **401** *contritiones frustra? cujus lividi sunt oculi? Nonne eorum qui commemorantur in vino?*

A γὰρ κατὰ Θεοῦ οἰκονομίαν· καὶ οὕτως ἡ πατρὶς τοῦνομα εἴληφε καλεῖσθαι ἐν τῷ κόσμῳ, διὰ τὸ κεκαῦσθαι τοὺς οἰκήτορας ἀπὸ τῆς διαστροφῆς τῆς τοιαύτης καὶ τοσαύτης πλάνης. Πολλαὶ γὰρ αἱρέσεις ἐν τῷ χωρίῳ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν μέρεσι τῆς Ἀσίας, καὶ ἐν τῇ Ἰσαύρων, καὶ Παμφύλων, καὶ Κιλίκων γῇ. καὶ ἐν Γαλατίᾳ· ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων μέρος· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀντιοχέων τῆς Συρίας. Οὐ παντὶ [7] δὲ ἡ τοιαύτη αἵρεσις.

Φάσκουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀρχάς τινας εἶναι, τὴν τε τοῦ διαβόλου ἀντικειμένην πρὸς τὰ τοῦ Θεοῦ πράγματα, καὶ μὴ ὑποτασσομένην Θεῷ· ἀλλὰ ἰσχύοντα καὶ πράττοντα, ὡς κατὰ ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ οὐχ ὡς ἐν παρεκτροπῇ γενόμενον. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν λέγουσιν, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα. Κέχρηνται δὲ Γραφαῖς πρωτοτύπως ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου Πράξεσι, καὶ Θωμᾶ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶ, καὶ οἷς βούλονται λόγοις τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης. Τὸν δὲ γάμον σαφῶς τοῦ διαβόλου ὁρίζονται. Ἔμψυχα δὲ βδελύσσονται ἀπαγορεύοντες, οὐχ ἕνεκεν ἐγκρατείας, οὔτε πολιτείας, ἀλλὰ κατὰ φόβον, καὶ ἐνδελμὸν τοῦ μὴ καταδικασθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως. Κέχρηνται δὲ καὶ αὐτοὶ μυστηρίοις δι' ὕδατος. Οἶνον δὲ ὅλως οὐ μεταλαμβάνουσι· φάσκοντες εἶναι διαβολικόν· καὶ τοὺς πίνοντας, καὶ τοὺς χρωμένους ἀνόμους εἶναι καὶ ἁμαρτάδας. Πιστεύουσι δὲ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν. Ὡς εἶναι παρὰ τοῖς οὕτω πεπλανημένοις τὰ πάντα μανίας ἔμπλεα. Καὶ γὰρ ἔστιν ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι, καὶ εἰς ἔκπληξιν ἐλθεῖν τὸν ἄνθρωπον περὶ πάντων, ὧν οἱ ἀλλότριοι λέγουσί τε καὶ πράττουσιν· ἀσυστάτως τῶν πάντων παρ' αὐτοῖς λεγομένων τε καὶ γινομένων, καὶ μηδεμίαν ἔμφασιν ἀληθείας ἐπιδεχομένων.

Β'. Εἰ γὰρ κέχρηνται Παλαιᾷ καὶ Νέᾳ Διαθήκῃ, πῶς ἀρχαὶ διάφοροι εὑρεθήσονται, τῶν δύο Διαθηκῶν συμφωνουσῶν περὶ μιᾶς θεότητος, καὶ τὴν γνῶσιν κηρυττουσῶν [8]; Εἰ δὲ εἴη καὶ νεκρῶν ἀνάστασις, πῶς ἔτι ὁ σεμνὸς γάμος τοῦ διαβόλου εὑρεθήσεται, ὁπότε Θεὸς λέγει· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*· καὶ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγοντος· *Ἃ ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω*· καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος;* Εἰς ἑαυτῶν δὲ γνώμην καὶ παράστασιν μυθολογίας καὶ τῶν [9] πόνων τὸν οἶνον, ἐπιλαμβάνονταί τινα θηρολεκτοῦντες, καὶ φασιν ἐκ τοῦ πονηροῦ τὸ τοιοῦτον εἶναι τέλος. Ἔπιε γάρ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἐγυμνώθη. Καὶ Λὼτ, φησὶ, μεθυσθεὶς, θυγατράσιν ἰδίαις κατὰ ἄγνοιαν συνεμίγη. Καὶ διὰ μέθης γέγονεν ἡ μοσχοποιία. Καί φησιν ἡ Γραφή· *Τίνι θόρυβος; τίνι μάχαι; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνι συντρίμματα διακενῆς; τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; Οὐ τῶν χρονιζόντων ἐν οἴνοις; οὐ τῶν ἐξιχνευόντων ποῦ πότοι γίνονται;* Καὶ ἄλλα τοιαῦτά τινα ἐξιχνεύοντες; συσσωρεύουσι διὰ τὴν ἑαυτῶν πιθανότητα· οὐκ εἰδότες, ὅτι πᾶν τὸ ἄμετρον πανταχοῦ λυπηρὸν, καὶ ἐξω

[1] Gen. I, 28; IX, 1. [2] Matth. XIX, 6. [3] Hebr. XIII, 4. [4] Gen. IX, 21. [5] Gen. XIX, 33. [6] Exod. XXXII, 4. [7] F. πάντη. [8] Deest aliquid. [9] F. κατὰ τῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hac quidem ratione Scaligeri argumenta promoveant. Sed ea res suo loco tractabitur. Neque vero minor Calviniani alterius est vanitas, qui Epiph. credulitatis insimulat ex eo quod variis in locis Pilati Acta laudet, neque tamen in falsi suspicionem adducat. Quod ne refutationem quidem meretur.

(9) *Καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ στάσις.* Hæc verba τῶν μὲν λεγόντων, etc., aliena ab hoc loco videri possunt. Nam priorum illorum sententiam continent, qui XIV luna celebrandum Pascha sciverant. Quanquam sæpe otiosa ejusmodi repetitio apud hunc scriptorem animadvertitur. Sed quid ea tandem sibi volunt? Statuisse illos Pascha XIV luna, quæ in VIII Kal. Apr. incurrat? Est illud quidem nimis

(10) *Ἐὰν πρὸς ἑσπέραν.* Vide Animad. nostras ad hær. LXX, n. 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

illucescente geritur, vi dies jejunio tribuendi sunt; nec jam unus præfinietur; sicque omnis illa de una die quæstio per se ipsa corruit, quæ esse unica desinit. Nam et ad illas figurarum umbras, quæ iis ipsis significantur adamussim congruunt; et istos necesse est haud mediocrem divinorum mysteriorum jacturam facere. Christum enim XIV die mactari ex præscripto legis oportuit, ut ejus lumen, quod Judæos collustrabat, oriente sole ac luna abscondente, desineret. Etenim a XIV die deinceps lunæ splendor imminuitur. Sic in veteri lege, post adventum ac passionem Domini, Judæorum obscurata Synagoga, evangelicum lumen affulsit, non ut soluta lex sit, sed impleta; neque ut in nihilum figura redacta sit, sed ut veritatem exhibuerit. Ita post Pascha ad Hierichuntem peractum Scriptura statim adjecit: *Et comederunt in Galgalis, et defecit manna* [1]. Quibus verbis idipsum sacræ Litteræ vaticinando testatæ sunt, Dominica nece, propter adnegatum ab illis numen, angelicum, ac cœleste pabulum, quod appellabant manna, desiturum.

III. Ecclesia porro Catholica, quæ ad id mysterium celebrandum necessaria sunt undique contrahens, et in unum conferens, veritatem retinet. Nam non solum XIV diem observat; sed et hebdomadam; hoc est septenos illos Sabbati dies, qui perpetuo circuitu ac revolutione redeunt, ut ad eorum exemplar quæ sunt a Domino gesta, resurrectio epulæque celebrentur. Deinde præter lunæ XIV diem, etiam cursum solis adhibet, ne duplex in eumdem annum Pascha ita committatur, ut altero anno ne unum quidem habeatur. Quocirca XIV illam diem sic tenemus, ut æquinoctium prætergrediamur; ac demum in sanctam Dominicam religiosissimi temporis finem conjicimus, sed agnum jam tum a decimo die sumimus, quoniam in Iota littera Jesu nomen agnoscimus; ne quid omnino diligentiam nostram effugiat, quod ad ecclesiasticam et germanam, ac vitæ salutisque conciliatricem Paschatis celebrationem pertinere videatur.

422 Sed jam pestiferum bufonis hujus afflatum Christi potentia velut obsignatus munitusque præteribo; ac Dei ope postulata, animum ad reliquas convertam.

ADVERSUS HÆRESIN ILLAM,

Quæ Joannis Evangelium et Apocalypsin rejicit, quam Amentium appellat, hæresis XXXI, sive LI.

I. Post Cataphrygum, Quintillianorum, et Quartadecimanorum sectas, nova quædam in orbem terrarum erupit hæresis, velut imbecillus serpens,

τὸ Πάσχα, ἡ αὐτὴ τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐπιφώσκουσα ἐξ διατελεῖ ἡμέρας ἐν τῇ νηστείᾳ· καὶ οὐκέτι μία ἔστι τῆς νηστείας· καὶ διέπεσεν ἡ περὶ μιᾶς ἡμέρας αὐτῶν ζήτησις, οὐ μία τις οὖσα. Ἔχει γὰρ τὰ πρωτότυπα συνεζευγμένα· καὶ ἐζημίωνται οὐκ ὀλίγην κατὰ Θεὸν πραγματείαν. Ἔδει γὰρ τὸν Χριστὸν ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ θύεσθαι κατὰ τὸν νόμον, ὅπως λήξῃ παρ' αὐτοῖς τὸ φωτίζον αὐτοὺς φῶς κατὰ τὸν νόμον, τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος, καὶ σκεπάσαντος τῆς σελήνης τὸ σέλας. Ἀπὸ γὰρ τεσσαρεσκαιδεκάτης καὶ κάτω φθίνει τὸ φαεινὸν τῆς σελήνης. Οὕτω καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ πάθους ἠμαύρωται ἡ Ἰουδαϊκὴ συναγωγή, κατηύγασε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον· μὴ καταλυθέντος τοῦ νόμου, ἀλλὰ πληρωθέντος· μὴ καταργηθέντος τοῦ τύπου, ἀλλὰ παραστήσαντος τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ πεποιηκέναι τὸ Πάσχα ἐν τῇ Ἱεριχὼ, εὐθὺς ἐπήνεγκεν ἡ θεία Γραφὴ, λέγουσα· *Καὶ ἔφαγον ἐν Γαλγάλοις καὶ ἐξέλιπε τὸ μάννα*· προμαρτυροῦσα αὐτοῖς ἡ θεία Γραφὴ, καὶ προφητεύουσα, ὅτι τῷ πάθει Κυρίου διὰ τὴν αὐτῶν ἐπαρνησιθείαν λήξει παρ' αὐτοῖς ἡ βρῶσις ἡ εὐαγγελικὴ [2] καὶ ἐπουράνιος, ὅπερ μάννα παρ' αὐτοῖς κέκληται.

Γ'. Πανταχόθεν δὲ ἡ ἁγία (11) Θεοῦ Ἐκκλησία περὶ τῆς χρείας ταύτης τῆς μυσταγωγίας συλλέγουσα τὸν σύνδεσμον, οὐ διαπίπτει τῆς ἀληθείας. Κέχρηται γὰρ οὐ μόνον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑβδομάδι τῇ κατὰ περίοδον ἀνακυκλουμένῃ τάξει τῶν τοῦ Σαββάτου ἑπτὰ ἡμερῶν· ἵνα κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γενόμενα κατὰ τὸ πρωτότυπον, εἴη ἀνάστασίς τε καὶ εὐωχία. Καὶ κέχρηται οὐ μόνον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ τῷ δρόμῳ τοῦ ἡλίου· ἵνα μὴ, ἐνὶ ἐνιαυτῷ δύο Πάσχα ποιοῦντες, ἐν τῷ ἑτέρῳ μηδὲ ἓν Πάσχα τελέσωμεν. Διὸ παρατηροῦμεθα μὲν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ὑπερβαίνομεν δὲ τὴν ἰσημερίαν, φέρομεν δὲ ἐπὶ τὴν ἁγίαν Κυριακὴν τὸ τέλος τῆς συμπληρώσεως· λαμβάνομεν δὲ τὸ πρόβατον ἀπὸ δεκάτης, ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐπιγνόντες διὰ τὸ ἰῶτα· ἵνα μὴ λάθῃ ἡμᾶς μηδὲν τῶν κατὰ τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν τῆς ζωτικῆς ταύτης τοῦ Πάσχα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ ἀληθινῆς πραγματείας.

Ὑπερβήσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἐμφύσημα τοῦ βέωνος (12), εἴτουν φυσαλοῦ ὄφεως, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπισφραγισάμενος, καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς τὸν νοῦν προτείνων, Θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος εἰς βοήθειαν.

ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ,

Τῆς μὴ δεχομένης τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, ἣν ἐκάλεσεν Ἀνοήτων [3], εἰκοστὴ πρώτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ πρώτη.

Α'. Καθεξῆς δὲ τούτων τῶν αἱρέσεων, μετὰ τὴν κατὰ Φρύγας τε καὶ Κυϊντιλλιανοὺς, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατίτας οὕτω καλουμένους, ἀνεφύη τῷ βίῳ

[1] Jos. v, 18 [2] F. ἀγγελική. [3] Imo potius Ἀλόγων.

(11) *Πανταχόθεν δὲ ἡ ἁγία.* Quæ ad hunc locum adnotanda erant, ea ad hær. LXX quæ est Audian. differemus, ubi plura ad hoc institutum Epiph. disputat.

(12) *Τὸ ἐμφύσημα τοῦ βέωνος.* Vox ista βέων nusquam a me lecta. Atque haud scio an βεώφωνος Latino vocabulo scripserit Epiph.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

αἵρεσις ἑτέρα, ὥσπερ ἑρπετὸν ἀσθενὲς, μὴ δυνάμενον ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ὀσμὴν τῆς δικτάμνου, ἤτοι στύρακος, ἢ λιβανίτιδος, ἢ τῆς ἀβροτόνου, ἢ τῆς ὀσμῆς τοῦ ἀσφάλτου, ἢ τοῦ θυμιάματος, ἢ τοῦ λίθου τοῦ γαγάτου (13), ἢ τοῦ κέρατος τῆς ἐλάφου. Φασὶ γὰρ οἱ ἐν συνηθείᾳ γεγονότες καὶ διὰ πείρας τούτων ταῦτα τὰ εἴδη ἀπελαστικὰ εἶναι ἑρπετῶν καὶ ἰοβόλων. Καὶ τὴν μὲν δίκταμνόν τινες καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τοὺς παῖδας τῶν ἰατρῶν κεχρῆσθαι ταύτῃ εἰς τὴν τῶν τικτουσῶν γυναικῶν βοήθειαν. Ὥστε ἀφ' ἡμῶν εἰκότως ἀπεικάζεσθαι εἰς τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα Λόγον, Θεὸν ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων, ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως γεγεννημένον. Φησὶ γὰρ ὁ Σολομὼν περὶ τῆς ἄφρονος καὶ φαύλης γυναικὸς, ὅτι *Μισεῖ λόγον ἀσφαλείας*. Οὗτως καὶ οὗτοι τὰ στερεὰ τοῦ κηρύγματος μεμισήκασιν, ἐπίγειοι ὄντες, καὶ πρὸς τὰ ἐπουράνια ἀπεχθανόμενοι. Ὅθεν δεδιότες τὴν φωνὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν λέγουσαν· *Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους*· τοῦ εἰπόντος τοῖς αὐτοῦ δούλοις καὶ ἀποστόλοις· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπὶ ὄφεις, καὶ σκορπίους, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ*. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ φωνὴ ἡ καταρτιζομένη ἐλάφους, ἡ δοθεῖσα εἰς τὸν κόσμον διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καταπατῆσαι τὴν τοῦ διαβόλου ἐναντιότητα. Ἐξ ὧν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἀκρόεατος ἐπέστησε, καὶ διήλεγξε τὴν δύναμιν τῶν πεπλανημένων, καὶ ὀφιομόρφων.

Β'. Ἀλλὰ οὐκ ἰσχύουσιν ἐν τῇ κιβωτῷ οἱ τοιοῦτοι. Ἐπιτρέπεται γὰρ ὁ ἅγιος Νῶε κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐπασφαλίσασθαι τὴν τοιαύτην, ὡς φησὶ πρὸς αὐτόν· *Ἀσφαλτώσεις αὐτὴν ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν*· ἵνα δείξῃ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας (14) τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐχούσης τῆς ἀσφάλτου τὴν δύναμιν, τὴν ἀποδιώκουσαν τὰ δεινὰ καὶ ὀλετήρια ἑρπετώδη διδάγματα. Ὅπου γὰρ θυμιᾶται ἡ ἄσφαλτος, οὐκ ἰσχύσει στῆναι ὄφις. Ἐκάρωσε τοίνυν τούτους τὸ ἅγιον θυμίαμα τοῦ στύρακος, καὶ παραιτοῦνται τούτου τὴν ὀσμὴν, καὶ τῆς ἀβροτόνου, εἴτουν λιβανίτιδος ἡ δύναμις, κατ' αὐτοῦ τοῦ ὄφεως ἐπιφύσασα, καὶ ἐπάνω τοῦ φωλεοῦ αὐτοῦ ἐκβλαστήσασα. Ἔνθα γὰρ τὸν Χριστὸν ἐκ παρατριβῆς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐκήρυττεν ὁ Ἐβίων καὶ ὁ Κήρινθος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς, φημὶ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνέτειλε τῷ κόσμῳ ταύτην τὴν ἁγίαν βοτάνην, εἴτουν θάμνον, τὴν ἀποδιώξασαν τὸν ὄφιν, καὶ λύσασαν τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα. Ἐκεῖ γὰρ ὁ ἅγιος Ἰωάννης μεθ' ἡλικίαν γηραλέαν ἐπιτρέπεται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου κηρύξαι, καὶ ἀνακάμψαι τοὺς ἐν τῇ ὁδῷ πεπλανημένους, οὐ μετὰ ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ προαιρέσεως, τοῖς πειθομένοις ἀποκαλύψας Θεοῦ τὸ

A qui dictamni, vel styracis, aut libanitidis, aut abrotoni, aut bituminis, aut suffitus, aut gagatæ lapidis, aut denique cervini cornu odorem non sustinet. His enim rebus serpentes ac venenatas bestias abigi proditum ab iis est, qui id usu experientiaque didicerunt. Quod vero ad dictamnum pertinet, inde esse dictum plerique censent, quod ad parturientium remedia a medicis adhibetur. Quare merito id divino Verbo, Deo, inquam, qui de cœlo delapsus est, et a Patre sine ullo tempore est, aut initio genitus, a nobis accommodatur. Quod vero Salomon de stolida ac nequam muliere dicit, odisse illam securitatis sermonem; hoc ad istos transferri potest, qui solidam ac constantem doctrinam penitus oderunt. Terræ siquidem affixi sunt, et a cœlestibus abhorrent. Ideoque vocem illam sancti Spiritus perhorrescunt: *Vox Domini præparantis cervos* [1]; qui quidem servis suis et apostolis dixit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici* [2]. Hæc enim illa vox erat cervos præparans, quæ per sanctos apostolos et evangelistas per orbem est dissipata, uti diaboli hostilis ad repugnandum vis et audacia proculcaretur. Sed ex apostolorum numero præcipue Joannes exstitit, qui animum intendens cæcorum istorum, ac serpentibus similium potentiam reprimeret.

B

423 II. Quanquam nihil adversus arcam conatus istorum proficit. Quam ideo munire ac firmare sanctus Noe divina voce commonetur. Sic enim Deus præcipit: *Linies eam bitumine intus et foris* [3]. Ut sanctæ Dei Ecclesiæ speciem præberet, quæ bituminis vim habet, qua perniciosa ac letifera serpentum dogmata propulsantur. Ubicunque enim bitumen suffiunt, nullus ibi serpens moratur. Quin etiam sancto styracis nidore sopiuntur, cujus odorem fugiunt, ut et abrotoni, sive libanitidis vim, si supra serpentis latibulum consita fuerit, atque pullularit. Etenim iisdem illis in locis, in quibus nudum hominem, et ex utriusque sexus conjunctione satum esse Christum Ebion et Cerinthus cum suis asserere ausi sunt, hoc est in Asia, ibidem Spiritus sanctus illam velut herbam sanctissimam, aut fruticem in orbem extulit, quo et serpens abigeretur, et tyrannicus diaboli dominatus everteretur. Illic siquidem beatus Joannes affecta jam ætate prædicare sancti Spiritus hortatu jubetur, et errantes a via revocare, non ut vi ac necessitate cogeret, sed ut sponte ac volentes induceret, iisdemque postea divinum cœlestis doctrinæ lumen

C

D

[1] Psal. xxviii, 9. [2] Luc. x, 16. [3] Gen. vi, 14.

(13) *Ἢ τοῦ λίθου τοῦ γαγάτου*. Eadem fere serpentum alexiteria cecinit Nicander. De gagate porro:

Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγάγγιδα πέτρην,
Ἣν οὐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περικαίνυται ὁρμή.

Ubi Schol.: Τὴν γαγγίτιν λίθον· ἐν Γάγγαις γὰρ τῆς Λυκίας εὑρίσκεται· τὰς δὲ Γάγγας πόλιν οὖσαν τῆς Λυκίας, καὶ Γαγγίδα φασίν. Plin. l. xxxvi, c. 19. Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gangis Lyciæ, Diosc. l. v, c. 99.

(14) *Ἵνα δείξῃ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας*. Eamdem arcæ similitudinem declarat Aug. lib. xii *contra Faust.*, c. 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

impertiret. Verum quid ego de ea re diutius disputo? Quicunque enim in eo loco manet, ubi abrotonum consitum est, nullus ibi manebit latebitque serpens. Sic ubi vera est Dei doctrina, nulla venenatæ doctrinæ latebra vim habebit aliquam, sed funditus occidet.

III. Hæc igitur Alogorum est opinio: nam ejusmodi eis nomen imponimus, nec a nobis deinceps aliter vocandi sunt. Et vos mecum, o charissimi, Alogos illos nominate. Quorum hæresis Joannis libros repudiat. Quamobrem cum Verbum a Joanne prædicatum respuant, Alogi, hoc est a Verbo alieni nuncupandi sunt. Ergo illi a doctrina veritatis funditus abhorrentes sinceram fidem abnegant, nec Joannis Evangelium, aut Apocalypsin approbant. Atqui si Apocalypsi duntaxat rejecta Evangelium admitterent, dici id possent subtili quodam et accurato judicio fecisse, ut apocrypha respuerent; quod pleraque in Apocalypsi altissimos et **424** obscuros sensus habeant. Sed cum universos Joannis libros proprie rejiciant, dubitare nemo potest, quin ii, eorumque similes, illi ipsi sint, quorum in Catholicis Epistolis Joannes meminit: *Novissima hora est*, inquit, *et audistis, quoniam Antichristus venit; et nunc ecce antichristi multi* [1], etc. Quanquam illi nonnihil ad excusandam suam audaciam conantur afferre. Pudet enim palam beato Joanni contradicere, quod et ipsum inter apostolos fuisse numeratum, et a Domino præcipue dilectum non dubitent; qui et sacra mysteria pro rei dignitate patefecit, et supra Domini pectus incubuit. Quare aliam damnandorum apostoli scriptorum causam commenti sunt. Negant hæc Joannis esse, et Cerintho tribuunt; nec esse digna putant, quæ ab Ecclesia probentur.

IV. Verum vel hoc ipso sui conatus initio convincuntur, nec quid dicant intelligere, nec de quibus affirment [2]. Qui enim fieri potest, ut hæc a Cerintho scripta sint, quæ Cerintho potissimum repugnent? Hic enim recentem ac nudum hominem esse Christum asseruit. Contra Joannes perpetuo fuisse Verbum, atque e cœlo delapsum, et carnem esse factum pronuntiat. Quocirca statim aditu ipso deprehenditur, vanam istorum calumniandi licentiam meram esse stultitiam, nec unde redargui possit satis animadvertere; nam illi nobiscum alioqui eadem ac paria sentire videntur. Sed cum ad ejus doctrinæ, quam per beatum Joannem divina nobis sapientia providit, soliditatem nequaquam adhærescant, in iis quæ nesciunt contra veritatis scientiam insolenter illos efferri cognoscimus. Atque hoc ipsimet intelligere poterunt, si resipiscere modo, ac mentem advertere voluerint. Nos enim ea monimenta quibus Spiritus sancti doctrina continetur, quæ quidem fide digna, probataque sint, nullo modo, τὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ Θεοῦ διδασκαλίᾳ. Ἀλλ' ἕως πότε μηκύνω τὸν λόγον; Καὶ γὰρ τῷ μένοντι ὅπου ἀφυῇ ἀβρότονος, ἐκεῖ ὄφις οὐκέτι ἐγκαταμένει, οὔτε ἐμφωλεύει. Καὶ ὅπου Θεοῦ ἀληθὴς διδασκαλία, οὐ κατισχύσει κατοικητήριον ἑρπετώδους διδασκαλίας, ἀλλὰ διόλλυται.

Γ'. Φάσκουσι τοίνυν οἱ Ἄλογοι· ταύτην γὰρ αὐτοῖς τίθημι τὴν ἐπωνυμίαν. Ἀπὸ γὰρ τῆς θεῦρο οὕτως κληθήσονται· καὶ οὕτως, ἀγαπητοὶ, ἐπιθῶμεν αὐτοῖς ὄνομα, τουτέστιν Ἄλογοι. Εἶχον γὰρ τὴν αἵρεσιν καλουμένην, ἀποβάλλουσαν Ἰωάννου τὰς βίβλους. Ἐπεὶ οὖν τὸν Λόγον οὐ δέχονται τὸν παρὰ Ἰωάννου κεκηρυγμένον, Ἄλογοι κληθήσονται. Ἀλλότριοι τοίνυν παντάπασιν ὑπάρχοντες τοῦ κηρύγματος τῆς ἀληθείας, ἀρνοῦνται τὸ καθαρὸν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὔτε τὸ τοῦ Ἰωάννου Εὐαγγέλιον δέχονται, οὔτε τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν. Καὶ εἰ μὲν ἐδέχοντο τὸ Εὐαγγέλιον (15), τὴν δὲ Ἀποκάλυψιν ἀπεβάλλοντο, ἐλέγομεν ἄν, μὴ πῆ ἄρα κατὰ ἀκριβολογίαν τοῦτο ποιοῦνται, ἀπόκρυφον μὴ δεχόμενοι, διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει βαθέως καὶ σκοτεινῶς εἰρημένα· ὅπερ δὲ οὐ δέχονται φύσει τὰ βιβλία. τὰ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κεκηρυγμένα, παντὶ τῷ δῆλον εἴη, ὅτι οὗτοί εἰσι καὶ οἱ ὅμοιοι τούτοις, περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐν ταῖς καθολικαῖς Ἐπιστολαῖς, ὅτι *Ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἠκούσατε, ὅτι Ἀντίχριστος ἔρχεται· καὶ νῦν ἰδοὺ ἀντίχριστοι πολλοί*, καὶ τὰ ἑξῆς. Προφασίζονται γὰρ οὗτοι, αἰσχυνόμενα ἀντιλέγειν τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ διὰ τὸ εἰδέναι αὐτοὺς καὶ αὐτὸν ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀποστόλων ὄντα, καὶ ἠγαπημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ὃς ἀξίως τὰ μυστήρια ἀπεκάλυψε, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀνέπεσε. Καὶ ἑτέρως αὐτὰ ἀνατρέπειν πειρῶνται. Λέγουσι γὰρ μὴ εἶναι αὐτὰ Ἰωάννου, ἀλλὰ Κηρίνθου· καὶ οὕτω ἄξια αὐτά φασιν εἶναι ἐν Ἐκκλησίᾳ.

Δ'. Καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπιβολῆς εὐθὺς ἐλέγχονται, μήτε ἃ λέγουσιν νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Πῶς γὰρ ἔσται Κηρίνθου τὰ κατὰ Κήρινθον λέγοντα; Κήρινθος γὰρ πρόσφατον καὶ ψιλὸν τὸν Χριστὸν ἔχει ἄνθρωπον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀεί ὄντα τὸν Λόγον κεκήρυχε, καὶ ἄνωθεν ἥκοντα, καὶ σαρκωθέντα. Ἀπ' αὐτῆς τοίνυν τῆς εἰσβολῆς ἐλήλεγκται ἡ τούτων ματαιοσυκοφαντία μωρία τις οὖσα, καὶ μὴ νοοῦσα πόθεν διελέγχεται. Δοκοῦσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰ ἴσα ἡμῖν πιστεύειν· μὴ κατέχοντες δὲ τὰ ἀσφαλῆ τοῦ ἐκ Θεοῦ οἰκονομηθέντος ἡμῖν διὰ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κηρύγματος, εὑρεθήσονται διελεγχόμενοι ἐν οἷς ἀγνοοῦσι, πῶς κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπαίρονται γνῶσιν. Καὶ ἐάν γε θελήσωσιν ἀνανῆψαι, καὶ κατανοῆσαι, γνώσονται. Ἡμεῖς γὰρ τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίας ἀξιολόγως καὶ ἠσφαλισμένως οὔσας οὐκ ἀποβάλοιμεν. Φάσκουσι γὰρ καθ' ἑαυτῶν, οὐ γὰρ εἰποιμι κατὰ τῆς ἀληθείας, ὅτι οὐ συμφωνεῖ τὰ αὐτοῦ βιβλία τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις. Καὶ δοκοῦσι λοιπὸν ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἁγίας καὶ

[1] 1 Joan. II, 18. [2] 1 Tim. I, 7.

(15) *Καὶ εἰ μὲν ἐδέχοντο τὸ Εὐαγγέλιον.* Nam de Apocalypsi nonnihil a quibusdam dubitatum, de quo accurate in *Ann.* Baron, A. C. 97.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐνθέου διδασκαλίας. Καὶ τί, φησὶν, εἶπεν; Ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· καὶ ὅτι *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ κατεσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας*· καὶ εὐθέως· *Ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, καὶ κέκραγε, λέγων*· *ὅτι Οὗτός ἐστιν, ὃν εἶπον ὑμῖν*· καὶ ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Καὶ καθεξῆς φησι· *Καὶ εἶπον αὐτῷ οἱ ἀκούσαντες· Ῥαββί, ποῦ μένεις;* Ἅμα δὲ ἐν ταυτῷ· *Τῇ ἐπαύριον*, φησὶν, *ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀκολούθει μοι.* Καὶ μετὰ τοῦτο ὀλίγῳ πρόσθεν φησί· *Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον, καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ μήτηρ αὐτοῦ.*

Οἱ δὲ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ (16) φάσκουσιν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποιηκέναι τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειραζόμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τότε ὑποστρέψαντα, καὶ παραλαβόντα τοὺς μαθητάς. Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἀπαρακολούθητοι, ὅτι ἑκάστῳ εὐαγγελιστῇ μεμελέτηται συμφώνως μὲν τοῖς ἑτέροις λαλῆσαι τὰ ὑπ' ἐκείνων εἰρημένα· ἀλλὰ δὴ τὰ ὑπ' ἐκείνων ῥηθέντα παραλειφθέντα οὕτως ἀποκαλύψαι. Οὐ γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ θέλημα, ἀλλὰ ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἡ διδασκαλία καὶ ἡ ἀκολουθία. Εἰ γὰρ τούτου βούλονται ἐπιλαμβάνεσθαι, μαθέτωσαν, ὅτι οἱ ἄλλοι τρεῖς οὐκ ἀπ' αὐτῆς ἠνήρξαντο τῆς ἀκολουθίας. Ματθαῖος γὰρ πρῶτος ἄρχεται εὐαγγελίζεσθαι. Τούτῳ γὰρ ἦν ἐπιτεταγμένον τὸ Εὐαγγέλιον κηρύξαι ἀπ' ἀρχῆς, ὡς καὶ ἐν ἄλλῃ αἱρέσει περὶ τούτου διὰ πλάτους εἰρήκαμεν· οὐδὲν δὲ ἡμᾶς λυπήσει καὶ αὖθις περὶ τῶν αὐτῶν διαλαμβάνειν, εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας καὶ ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων.

Ε'. Οὗτος τοίνυν ὁ Ματθαῖος καταξιοῦται τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἔφην· καὶ δικαιότατα ἦν. Ἔδει γὰρ τὸν ἀπὸ πολλῶν (17) ἁμαρτημάτων ἐπιστρέψαντα, καὶ ἀπὸ τοῦ τελωνείου ἀναστάντα τῷ ἐλθόντι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ λέγοντι· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν*, εἰς ὑπόδειγμα ἡμῖν τῶν μελλόντων σώζεσθαι, [1]τῷ ἐν τῷ τελωνείῳ ἀναχθέντι, καὶ ἀπὸ ἀδικίας ἀναστρέψαντι παρασχέσθαι τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίας· ἵνα ἀπ' αὐτοῦ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι τὴν τῆς παρουσίας φιλανθρωπίαν. Μετὰ γὰρ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐδωρήσατο αὐτῷ καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ κάθαρσιν λέπρας, καὶ ἰαμάτων δυνάμεις, καὶ ἀπέλασιν δαιμόνων· ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τοῦ λόγου πείσῃ τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἔργου κηρύ-

do rejicimus. At illi contra se potius quam contra veritatem illud afferunt, Joannis libros cum cæterorum apostolorum scriptis minime consentire. Ex quo deinceps sacrosanctam ac divinam illius doctrinam redarguunt. Quid enim, inquiunt, scripsit? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [2]; item: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* [3]; et statim: *Joannes testatur, et clamat dicens: Hic est quem dixi vobis* [4]; **425** et: *Hic est Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* [5]. Deinde ita scribit: *Et dixerunt illi qui audierant: Rabbi, ubi manes* [6]? Postea vero: *Postera die*, inquit, *voluit abire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei Jesus: Sequere me* [7]. Paulo post vero ita prosequitur: *Et post triduum nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ; et vocatus est Jesus, et discipuli ejus ad nuptias, et erat ibi mater ejus* [8].

Evangelistæ vero cæteri narrant XL dies illum in deserto mansisse, et a diabolo fuisse tentatum; ac tum demum redeuntem discipulorum habuisse delectum. Nec illud, quæ eorum inscitia est, animadvertunt: id evangelistarum unumquemque studuisse, ut, quæ ab aliis essent prodita, ea consentanee cum illis exponeret: interim tamen nonnulla, quæ ab iisdem essent prætermissa, memoraret. Neque enim id in eorum voluntate situm fuit; sed a Spiritu sancto omnis illorum doctrina, scribendique ordo profectus est. Nam si reprehendendum illud existimant, intelligant tres alios evangelistas non ab ipso rerum gestarum initio narrationis suæ sumpsisse primordia. Matthæus enim primus Evangelium scribere aggressus est. Cui quidem initio prædicandi Evangelii munus est commissum. De qua re in alia hæresi copiose disputavimus, et nunc eadem hoc loco repetere cum ad veritatis fidem, tum ad illorum convincendos errores minime pigebit.

V. Matthæus igitur primus Evangelii scribendi provinciam nactus est, ut diximus, idque ei jure merito contigit. Oportebat enim eum ipsum, qui ad conciliandam humano generi salutem advenerat, quique ita dixerat: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [9]; ad eorum qui servandi erant exemplum, ei homini potissimum prædicandæ salutis munus injungere, qui ab innumeris peccatis conversus, et a telonio suscitatus fuerat, ac se ab omni scelere et injustitia revocarat, ut ab illo quanta sibi esset adventu Christi humanitas collata mortales discerent. Quippe post peccatorum condonationem, hoc eidem concessit, ut mortuos excitare posset ad vitam, repurgare lepram, et morbos depellere, dæmonesque propulsare: ne dicendo

[1] Corruptus hic locus. [2] Joan. I, 1. [3] ibid. 14. [4] ibid. 15. [5] ibid. 29. [6] ibid. 38. [7] ibid. 43. [8] Joan. II, 1. [9] Matth. IX, 13.

(16) *Οἱ δὲ ἄλλοι εὐαγγελισταί.* Vide August. l. II *De cons. evang.*, c. 16.

(17) *Ἔδει γὰρ τὸν ἀπὸ πολλῶν.* Malim τῷ ἐπιστρέψαντι, et ἀναστάντι. Vicissim vero, τὸν ἐλθόντα, etc. Ut dandi casus Apostolo, accusandi Christo tribuatur: quod nos interpretando sequimur.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

solum persuaderet auditoribus, sed evangelicam doctrinam factis etiam ipsis prædicaret; atque et perditis hominibus nuntiaret, posse illos pœnitendo recuperari; et iis qui ceciderant, resurrecturos se esse; **426** et qui mortui essent, vitam esse denuo consecuturos.

ξαι (18) Εὐαγγέλια τοῖς ἀπολλυμένοις, ὅτι εὑρεθήσονται διὰ μετανοίας, καὶ τοῖς πεπτωκόσιν, ὅτι ἀναστήσονται, καὶ τοῖς τεθνηκόσιν, ὅτι ζωογονηθήσονται.

Hic igitur Matthæus Hebraica lingua scripsit, ac prædicavit Evangelium, nec ab ejus initio duntaxat exorsus est; sed primum Christi genealogiam ab Abrahamo pertexuit. *Abraham*, inquit [1], *genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob*, etc., usque ad Josephum et Mariam. Et illud quidem initio præfixit: *Liber generationis Jesu Christi filii David*; addit deinde, *filii Abraham*. Tum ad id quod instituerat progressus: *Christi*, inquit, *generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ipsius Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Joseph autem, cum esset justus, quærebat occulte dimittere illam. Et ecce angelus Domini apparuit illi in somnis, dicens: Noli dimittere conjugem tuam. Quod enim in ipsa est, de Spiritu sancto est. Ecce enim pariet filium et vocabis nomen ejus Jesum. Hic salvabit populum suum a peccatis. Et hoc*, inquit, *factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo concipiet*, etc. *Exsurgens autem a somno ita fecit Joseph. Et accepit uxorem suam; et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum; et vocavit nomen ejus Jesum.* Pergit deinde [2]: *Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum.* Ubi igitur est Zachariæ illa omnis historia? Ubi sunt quæ a Luca narrantur? Ubi visum illud angeli? Ubi Joannis Baptistæ prophetia? Ubi increpatio Zachariæ, ut loqui ante non posset, quam perfecta essent omnia, quæ ab angelo erant allata? Ubi sunt quæ angelus Mariæ locutus est? Ubi cautio illa ac prudentia, quam suo illo ad angelum responso Maria præ se tulit, cum ita illum interrogavit [3]: *Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco?* aut sincera illa angeli accurataque rei gerendæ propositio? *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

Καὶ οὗτος μὲν οὖν ὁ Ματθαῖος Ἑβραϊκοῖς γράμμασι γράφει τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ κηρύττει. Καὶ ἄρχεται οὐκ ἀπ' ἀρχῆς· ἀλλὰ διηγεῖται μὲν τὴν γενεαλογίαν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄχρι τοῦ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας. Καὶ ἀπ' ἀρχῆς τάττει, λέγων· Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ· εἶτά φησιν· υἱοῦ Ἀβραάμ. Εἶτα ἐλθὼν ἐπ' αὐτὸ τὸ ζητούμενον, φησί· Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· Μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Καὶ Ἰωσὴφ, δίκαιος ὢν, ἐζήτει ἀπολῦσαι αὐτὴν λάθρα. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐφάνη αὐτῷ κατ' ὄναρ λέγων· Μὴ ἀπολύσῃς τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἰδοὺ γὰρ γεννήσει υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ ἁμαρτιῶν. Καὶ τοῦτο, φησὶ, γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐγερθεὶς, φησὶν, ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν οὕτως ὁ Ἰωσήφ. Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, φησὶν, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ Ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἰερουσαλὴμ, λέγοντες· Ποῦ ἔστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Εἴδομεν γὰρ τὸν ἀστέρα αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ποῦ οὖν ἡ πραγματεία τοῦ Ζαχαρίου; Ποῦ τὰ τῷ Λουκᾷ πεπραγματευμένα; Ποῦ ἡ ὀπτασία τοῦ ἀγγέλου; Ποῦ ἡ προφητεία Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ; Ποῦ τοῦ Ζαχαρίου ἡ ἐπιτίμησις, τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτὸν λαλεῖν ἄχρις οὗ γένηται τὰ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου λελαλημένα; Ποῦ τὰ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ τῇ Παρθένῳ λεχθέντα; Ποῦ ἡ παράστασις τῆς ἀσφαλείας, τῆς μετὰ συνέσεως τῆς Μαρίας αὐτῷ τῷ ἀγγέλῳ ἀποκριθείσης, ὡς ἠρώτα, λέγουσα· Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ ἡ μετὰ ἀκριβείας καθαρὰ ὑφήγησις, ὡς εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι;

11. Quinam ergo factum putabimus, ut quæ Lucas exposuit, ea sint a Matthæo prætermissa? Num Matthæum ab rei veritate discrepare statuemus? **427** An contra in primis illis rebus gestis, quas Matthæus perscripsit, Lucam ipsum minime vera narrasse? Nonne singulis propria quædam Deus attribuit, ut evangelistæ quatuor ad prædicandum Evangelium delecti suum quoddam præcipuum mu-

Ζ'. Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπεὶ μὴ κατήγγελλεν ὁ Ματθαῖος τὰ ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ ῥηθέντα, ἆρα ἀσύμφωνος εἴη ὁ ἅγιος Ματθαῖος πρὸς τὴν ἀλήθειαν; Ἀλλ' οὐκ ἀληθεύει ὁ ἅγιος Λουκᾶς, εἰπὼν περὶ τῶν πρώτων τῷ Ματθαίῳ πεπραγματευμένων; Οὐχὶ ἑκάστῳ ἐμέρισεν ὁ Θεὸς, ἵνα οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, ὀφείλοντες κηρύξαι, εὕρωσιν ἕκαστος τί ἐργάσωνται; καὶ τὰ μὲν συμφώνως καὶ ἴσως κηρύξωσιν, ἵνα δειχθῶσιν, ὅτι

[1] Matth. I, 1 sqq. [2] Matth. II, 1 sqq. [3] Luc. I, 34, 35.

(18) Ἀπ' *αὐτοῦ τοῦ ἔργου κηρύξαι*. Aut κηρύξῃ leg., aut τοῦ κηρύξαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἐξ αὐτῆς τῆς πηγῆς ὥρμηνται· τὰ δὲ ἑκάστῳ παραληφθέντα, ἄλλος διηγήσεται, ὃς ἔλαβε παρὰ τοῦ Πνεύματος μέρος τῆς ἀναλογίας. Τί δὲ ποιήσομεν, Ματθαίου μὲν κηρύττοντος ἐν Βηθλεὲμ τὴν Μαριὰμ γεγεννηκέναι, κατὰ τὰς παρ' αὐτῷ γενεαλογίας, ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ὡς οὐχ εὑρίσκεται ὁ ἅγιος Μάρκος ταῦτα λέγων· ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ πραγματείας ποιεῖται τὴν εἰσαγωγὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ φησίν· *Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου· ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Οὕτω καὶ τὰ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ πεπραγματευμένα, καὶ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἠσφαλισμένα τὴν φροντίδα ἔσχεν οὐ περὶ τῶν ἤδη κεκηρυγμένων πολλάκις μόνον λέγειν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ τῶν ἄλλων εἰς αὐτοὺς[1] κηρυγμάτων καταλειφθέντων. Ἡ γὰρ πᾶσα τῶν Εὐαγγελίων ὑπόθεσις τοιοῦτον εἶχε τρόπον.

nus haberent? Ita quidem, ut nonnulla concordi ac consentanea voce narrarent, quo se ex eodem hausisse fonte monstrarent; quædam vero ab singulis prætermissa alius exponeret, cui privatim illud esset a Spiritu sancto pro rata portione concessum. Quid igitur faciemus, cum Matthæus Mariam Bethlehemi peperisse scribat, secundum perscriptam ab eodem genealogiam, qua Christi cum carne venientis originem ab Abrahamo ac Davide pertexuit; Marcus vero nihil habeat ejusmodi, sed ab eo quod ad Jordanem gestum est, Evangelium ordiatur, ita scribens: *Initium Evangelii: sicut scriptum est in Isaia propheta: Vox clamantis in deserto*[4]? Sic in iis quæ beatus Joannes mandavit memoriæ, quæque Spiritu sancto gubernante fide omni ac veritate stabilita sunt, id videlicet actum est, ut non solum ea quæ sæpius nuntiata fuerant, proponerentur; sed et necessaria quædam adderentur dogmata, quæ cæteri ante illum minime scriptis attigissent. Ejusmodi nempe totum Evangeliorum argumentum fuit.

Ματθαίου μὲν γὰρ κεκηρυχότος τὸν Χριστὸν γεννηθέντα, καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλληφθέντα, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα οἰκονομηθέντα, πλάνη τισὶ γεγένηται τοῖς μὴ νενοηκόσιν· οὐ τοῦ Εὐαγγελίου αἰτίου ὄντος αὐτοῖς εἰς τὸ πλανηθῆναι, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν διανοίας πεπλανημένης, εἰς παράστασιν τῆς περὶ τῶν· αὐτῶν πληροφορίας, τὰ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου κακῇ ὑπονοίᾳ[2] ἐπινενοημένα. Ἔνθεν γὰρ οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Ἔβιωνα ψιλὸν τὸν ἄνθρωπον κατέσχον, καὶ Μήριν θον, καὶ Κλεόβιον, εἴτουν Κλεόβουλον (19), καὶ Κλαύδιον, καὶ Δημᾶν, καὶ Ἑρμογένην (20), τοὺς ἀγαπήσαντας τὸν ἐνταῦθα αἰῶνα, καὶ καταλείψαντας τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας. Ἀντιλέγοντες γὰρ τοῖς τοῦ Κυρίου μαθηταῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γενεαλογίας τὴν αὐτῶν ἄνοιαν παριστᾷν ἐπειρῶντο· οὐ καλῶς μὲν οἰόμενοι, πλὴν ἐντεῦθεν τὴν πρόφασιν θηρώμενοι. Ἀντέλεγον[3] γὰρ πολλάκις ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτῶν, Λευκίου καὶ ἄλλων πολλῶν. Παρατρίψασα δὲ ἑαυτῆς τὸ μετώπιον ἡ ἀναισχυντία, ἑαυτῇ κακὰ ἐπισπάσασθαι ἐφιλοτιμήσατο.

Cum Matthæus genitum Christum atque e sancto Spiritu conceptum, ac de Davidis et Abrahami, quod ad carnem attinet, genere prognatum sua narratione descripsisset, nonnullis ignorantibus erroris istud occasionem dedit. Cujus quidem causa non Evangelio ipsi tribuenda; sed falsa illorum accusanda mens, qui ad id quod certo sibi persuaserant, perperam acceptas ex Evangelio auctoritates accommodabant. Hinc enim Cerinthus, et Ebio nudum hominem fuisse Christum asseruit, ut et Merinthus, et Cleobius, sive Cleobulus, et Claudius, ac Demas, et Hermogenes, qui dilexerunt hoc sæculum, et viam veritatis reliquerunt[5]. Quippe Domini discipulis per id tempus contradicentes illi, ex Christi genealogia ab Abrahamo et Davide perducta insaniam suam corroborare studuerunt. Quod etsi perperam in animum induxerant, nihilominus illinc occasionem nacti sunt. Et Joannes quidem, ejusque discipuli, maximeque Lucius, et alii plerique istorum conatibus sæpius **428** obstiterant. Sed nimirum ubi semel frontem suam impudentia perfricuit, mala sibi multa deinceps accumulare non destitit.

Εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον (21) ἀκόλουθος γενό-

Itaque post Matthæum statim Marco, qui Romæ

[1] F. αὐτόν. [2] Deesse videtur nonnihil. [3] F. ἀντελέγοντο, et mox, ἀμφ' αὐτόν. [4] Marc. I, 1 sqq. [5] II Tim. IV, 9.

(19) *Καὶ Κλεόβιον, εἴτουν Κλεόβουλον.* Ignatius *ad Trallianos*: Φεύγετε, καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ ἔγγονα, Θεόδοτον, καὶ Κλεόβουλον τὰ γεννῶντα καρπὸν θανατηφόρον. Ubi non Nicolaitarum propagines istos fuisse docet, ut est in *Annal.*, sed τοῦ πονηροῦ ἔγγονα, hoc est dæmonis fetus. Imposuit *Annalium* scriptori Latinus interpres, qui ita reddit: *Fugite, perversi illius nepotes.*

(20) *Δημᾶν, καὶ Ἑρμογένην.* Theodoretus ad II Tim. c. IV, eumdem illum Demam esse putat, qui Epist. ad Philem. et Coloss. IV laudatur; quique sæculum diligens, relicto Paulo, discessit. Sed mutato consilio ad Paulum revertisse quidam existimant. Chrysost. vero post honorificam illam de eo mentionem a Paulo sejunctum esse putat, ut illa ad Philem. ante II ad Tim. scripta sit. Fieri potest, uti duo ejusdem nominis Demæ fuerint. Apud Ignat. *Epist. ad Magnesios* nominatur Damas Magnesiorum episcopus.

(21) *Εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον.* Ex prava Cornarii interpretatione aut falsa aut dubia ex his verbis historia colligitur, jussum a Petro Marcum historiam scripsisse. Sic enim Cornarius: Post Matthæum secutus est Marcus, jussus a S. Petro Romæ Evangelium edere. Neutrum horum dicit Epiph. aut Petri jussu, aut Romæ scripsisse Marcum, sed hoc tantum, comitem illum Romæ fuisse Petri, et ἐπιτρέπεσθαι τὸ Εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι. A quonam? A Spiritu sancto. Inscio enim Petro ad scribendum aggressus est, Romanis id ab ipso postulantibus, ut auctor est Hieron. lib. *De script. eccles.*, et Euseb. lib. II, c. 14. Quod cum audisset

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АЕР

sancti Petri comes fuerat, scribendi Evangelii provincia committitur. Quod cum fecisset, a beato Petro in Ægyptum mittitur. Erat hic unus e LXXII discipulis, qui ob sermonem illum dispersi sunt, quem Dominus elocutus fuerat: *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem, non est me dignus* [1], uti sciunt qui Evangelium legerint. Verum ille Petri opera reversus, ac Spiritu sancto repletus conscribendi Evangelii munus accepit. Inde porro illud exorsus est, unde Spiritus eum sanctus impulit, et a XV Tiberii Cæsaris anno sumpsit initium; qui est XXX ab eo, unde Matthæus narrationem inchoavit. Quamobrem cum secundus hic Evangelii scriptor exstitisset; nec de Verbi Dei in terras e cœlo delapsu perspicue significasset, quanquam expresse id omnino declaravit: verum cum minus id accurate pertractasset, hinc novæ quædam tenebræ illorum, quos paulo ante commemoravi, ingeniis obortæ sunt; ne eos evangelicus ille splendor illustraret. Sic enim illi jactabant: Ecce tibi novum de Christo proditum est Evangelium, in quo nulla de cœlesti illa generatione mentio; sed hoc unum memorat: *In Jordane descendit Spiritus in illum; et vox: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [2].

VII. Cum igitur iis in rebus tam incredibilis illorum versaretur amentia, Spiritus sanctus beatum Lucam occultis quibusdam stimulis cogit, et excitat, ut ex altissima illa voragine cæcorum hominum mentes educeret, et quæ fuerant ab aliis prætermissa scriptis commendaret, ne quis a veritate longius aberrans crederet, Christi generationem ab eo velut fictam fabulam fuisse propositam. Sed orationem ille suam deinceps effert altius, ac cum subtilius exponat omnia, rei gestæ seriem accurate prosequitur, et ad veritati faciendam fidem testes illos proponit in medium, qui divini verbi fuerant administri. Sic enim loquitur [3]: *Quoniam quidem multi conati sunt* (ut nonnullos, qui id conati fuerant, indicaret, Cerinthum videlicet, Merinthum, et alios). Pergit vero: *Visum est mihi deinceps* **429** *assecuto a principio diligenter eos qui ipsi viderunt, et ministri sermonis fuerunt, scribere tibi, optime Theophile*: sive ad Theophilum quempiam scribens ita dixerit, sive amantem Dei quemlibet alloquatur: *eorum*, inquit, *verborum de quibus eruditus es veritatem*. Ubi nonnullam institutionem antecessisse significat, qua ab aliis jam erat imbutus; sed ab iisdem certi nihil accepisse. Post hæc rei veritatem exponit: *Fuit in diebus Herodis regis de vice Abia pontificis sacerdos quidam nomine Za-*

μενος ὁ Μάρκος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ, ἐπιτρέπεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι· καὶ γράψας ἀποστέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν. Οὗτος δὲ εἷς ἐτύγχανεν (22) ἐκ τῶν ἑβδομηκονταδύο τῶν διασκορπισθέντων ἐπὶ τῷ ῥήματι, ᾧ εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἐὰν μή τίς μου φάγῃ τὴν σάρκα, καὶ πίῃ τὸ αἷμα, οὐκ ἔστι μου ἄξιος*· ὡς τοῖς τὰ Εὐαγγέλια ἀναγνοῦσι σαφὴς ἡ παράστασις. Ὅμως διὰ Πέτρου ἀνακάμψας εὐαγγελίζεσθαι καταξιοῦται, Πνεύματι ἁγίῳ ἐμπεφορημένος. Ἄρχεται δὲ κηρύττειν, ὅθεν τὸ Πνεῦμα αὐτῷ παρεκελεύσατο, τὴν ἀρχὴν τάττων ἀπὸ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος μετὰ ἔτη τριάκοντα τῆς τοῦ Ματθαίου πραγματείας. Δευτέρου δὲ γενομένου εὐαγγελιστοῦ, καὶ μὴ περὶ τῆς ἄνωθεν καταγωγῆς Θεοῦ Λόγου τι λαυγῶς σημάναντος· ἀλλὰ πάντη μὲν ἐμφαντικῶς, οὐ μὴν κατὰ ἀκριβολογίαν τοσαύτην, γέγονε τοῖς προειρημένοις, εἰς δεύτερον σκότωσιν τῶν διανοημάτων, τοῦ μὴ καταξιωθῆναι πρὸς φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου, λεγόντων αὐτῶν, ὅτι Ἰδοὺ δεύτερον Εὐαγγέλιον περὶ Χριστοῦ σημαῖνον, καὶ οὐδαμοῦ ἄνωθεν λέγων τὴν γέννησιν· ἀλλά φησιν· *Ἐν τῷ Ἰορδάνῃ κατῆλθε τὸ Πνεῦμα ἐπ' αὐτὸν, καὶ φωνή· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός ὁ ἀγαπητός, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα.*

Ζ'. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα οὕτως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνοήτως ἐτελεῖτο, ἀναγκάζει τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἐκνύττει τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ὡς ἀπὸ βάθους κατωτάτου (κατὰ) τὴν διάνοιαν τῶν ἠπατημένων ἀνενέγκαι, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων καταλειφθέντα αὖθις ἐπιβάλλεσθαι· ἵνα μή τις τῶν πεπλανημένων ἠγήσεται μυθωδῶς αὐτὸν ἐκφράσαι τὴν γέννησιν. Ἔπειτα ἀνωφερῆ τὸν λόγον ἐργάζεται· διὰ δὲ τὴν ἀκρίβειαν λεπτομερῶς τὴν πᾶσαν πραγματείαν διέξεισι, καὶ εἰς παράστασιν ἀληθείας ἐμμάρτυρας τοὺς ὑπηρέτας τοῦ λόγου γενομένους παρεισάγει, φάσκων· *Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν*· ἵνα τινὰς μὲν ἐπιχειρητὰς δείξῃ, φημὶ δὲ τοὺς περὶ Κήρινθον, καὶ Μήρινθον, καὶ τοὺς ἄλλους. Εἶτα τί φησιν; *Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν τοῖς αὐτόπταις καὶ ὑπηρέταις τοῦ λόγου γενομένοις γράψαι σοι, κράτιστε Θεόφιλε.* Εἴτουν τινὶ Θεοφίλῳ τότε γράφων τοῦτο ἔλεγεν, ἢ παντὶ ἀνθρώπῳ Θεὸν ἀγαπῶντι· *Περὶ ὧν*, φησὶ, *κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.* Καὶ τὴν μὲν κατήχησιν προτεταγμένην ἔφασκεν, ὡς ἤδη ὑπὸ ἄλλων μὲν κεκατηχῆσθαι, οὐκ ἀσφαλῶς δὲ παρ' αὐτῶν μεμαθηκέναι. Εἶτα τὴν ἀκρίβειαν φησιν *Ἐγένετο ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως ἐξ ἐφημερίας Ἀβιᾶ τοῦ ἀρχιερέως ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, καὶ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν, ᾗ ὄνομα Ἐλισάβετ.* Καὶ ἄρχεται τὸ

[1] Joan. VI, 54. [2] Marc. I, 10, 11. [3] Luc. I, 1 seqq.

Petrus, quod factum erat approbavit. Romæ porro scripsisse verisimile est: de quo in *Ann.* plura Baron., an. 45, n. 29.

(22) *Οὗτος δὲ εἷς ἐτύγχανεν.* Dissentit Papias apud Euseb., et Christum a Marco negat auditum. Hieron. in Præf. ad Evang. Marci, eumdem ait Leviticum genere, et sacerdotem fuisse. Sed falso hic liber Hieron. tribuitur. Quod autem asserunt nonnulli, Marcum non vidisse Dominum, viderit necne nihil affirmo: videre quidem potuisse temporum ipsa ratio persuadet. Neque vero damnanda est Epiphanii sententia, dum illum e LXXII discipulorum numero fuisse narrat, etsi contrarium alii Patres sentiant.

Digitized by Google Распознавание текста

τοῦ Ματθαίου. Ὁ μὲν γὰρ Ματθαῖος ἐσήμανε τριακονταετῆ χρόνον ἀπ' ἀρχῆς· ὁ δὲ Μάρκος τὰ μετὰ τριάκοντα ἔταττεν ἔτη, τὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ γενομένην ἐν ἀληθείᾳ πραγματείαν, ὅμοια τῷ Ματθαίῳ καὶ τῷ Λουκᾷ· ὁ δὲ Ματθαῖος ἀπὸ τριακονταέτους χρόνου πρὸ τῆς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ τοῦ βαπτίσματος πραγματείας τὸ διήγημα ἐποιεῖτο· Λουκᾶς δὲ πρὸ τοῦ χρόνου τοῦ συλληφθῆναι τὸν Σωτῆρα ἐν γαστρὶ ἀπὸ ἓξ μηνῶν τὸν χρόνον ἐδήλου, καὶ ἐννέα μηνῶν πάλιν, καὶ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς συλλήψεως τοῦ Κυρίου· ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον (23) τριάκοντα ἓν ἔτος, καὶ ἐπέκεινα. Διηγεῖται δὲ καὶ τὴν τῶν ποιμένων διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἀγγέλων θεοπτίαν· καὶ ὡς ἐγεννήθη ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐσπαργανώθη ἐν φάτνῃ, καὶ τῇ ὀγδόῃ περιετμήθη, καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις τὰ κατὰ τὸν νόμον προσφόρια ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπετέλουν· καὶ ὡς ὁ Συμεὼν ἐν ἀγκάλαις ἐδέχετο· καὶ ὡς Ἄννα ἀνθωμολογεῖτο θυγάτηρ Φανουὴλ· καὶ ὡς ἐκ Ναζαρὲτ ἀπῆει εἰς Ἱερουσαλὴμ ἅμα τοῖς γονεῦσι τελοῦσιν ὑπὲρ αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον. Ὧν οὐδὲν τῷ Ματθαίῳ ἐπείργασται, οὐδὲ τῷ Μάρκῳ, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ Ἰωάννῃ.

charias, et uxor ejus de filiabus Aaron, nomine Elisabeth. Altius ergo quam Matthæus exorsus est. Matthæus enim tricesimum ætatis annum initio declarat. Marcus vero quæ post tricesimum gesta sunt exposuit: et in iis quæ ad Jordanem contigerunt enarrandis Matthæo ac Lucæ consentaneus est. Sed Matthæus ab anno ipso tricesimo, ante illam omnem baptismi, ac rerum ad Jordanem gestarum historiam, narrationem inchoavit. Lucas porro a sexto mense, ante Salvatoris in utero generationem, principium dedūxit: quibus novem deinde menses addit, una cum paucis quibus genitus est diebus, ut supra unius ac triginta annorum spatium colligatur. Narrat præterea quemadmodum pastores ab internuntiis angelis admoniti Deum conspexerint; utque is Bethlehemi in lucem editus, ac pannis involutus in præsepi, et octavo die circumcisus fuerit, nec non post dies XL pro eodem oblata sint, quæ lex præscripserat. Tum ut eum Symeon in ulnas acceperit, Phanuelis filia confessa sit; utque Nazareto cum parentibus Hierosolymam abierit, qui quod lex jusserat illius nomine dependerunt. Quæ nec Matthæus, nec Marcus, nec Joannes attigerunt.

Η'. Ὅθεν καί τινες ἄλλοι ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, φημὶ δὲ Πορφύριος, καὶ Κέλσος, καὶ Φιλοσαββάτιος (24), ὁ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὁρμώμενος, δεινὸς καὶ ἀπατεὼν ὄφις, εἰς τὴν κατὰ τῆς εὐαγγελικῆς πραγματείας διεξιόντες ἀνατροπὴν, τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν κατηγοροῦσι, ψυχικοὶ καὶ σαρκικοὶ ὑπάρχοντες, κατὰ σάρκα δὲ στρατευόμενοι, καὶ Θεοῦ εὐαρέστησιν ἀδυνάτως ἔχοντες, καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος μὴ γενοηκότες. Ἕκαστος γὰρ προσκόπτων τοῖς λόγοις τῆς ἀληθείας διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τύφλωσιν τῆς ἀγνωσίας, εἰς τοῦτο ἐμπίπτοντες ἔλεγον· Πῶς δύναται ἡ αὐτὴ ἡμέρα εἶναι τῆς ἐν Βηθλεὲμ γεννήσεως, αὐτὴ καὶ περιτομὴν ἔχειν ὀκταήμερον, καὶ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄνοδον, καὶ τὰ ἀπὸ Συμεῶνος καὶ Ἄννας εἰς αὐτὸν τετελεσμένα, ὁπότε ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ ἐγεννήθη, πέφηνεν αὐτῷ, φησὶν, ἄγγελος, μετὰ τὴν τῶν μάγων ἔλευσιν τῶν ἐλθόντων προσκυνῆσαι αὐτῷ, καὶ ἀνοιξάντων τὰς πήρας, καὶ προσενεγκάντων; ὡς λέγει, φησίν· *Ὄρθη αὐτῷ ἄγγελος λέγων· Ἀναστὰς λάβε τὸ παιδίον· καὶ τὴν γυναῖκά σου, καὶ πορεύου εἰς Αἴγυπτον· ὅτι ζητεῖ Ἡρώδης τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.* Εἰ τοίνυν ἐν ταύτῃ νυκτὶ ᾗ γεγέννηται, παρελήφθη εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐκεῖ ἦν, ἕως ὅτου ἀπέθανεν Ἡρώδης· πόθεν τὸ ἐπιμεῖναι, καὶ ὀκταήμερον περιτμηθῆναι; ἢ πῶς τὸ μετὰ τεσσαράκοντα εὑρίσκεται Λουκᾶς ψευδόμενος; (Ὡς φασὶ βλασφημοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς·) ὅτι φησὶν ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνήνεγκαν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖθεν εἰς Ναζαρέτ. Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ ἀγνωσίᾳ κατεχόμενοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν δύναμιν.

VIII. Ex quo factum est, ut gentiles quidam philosophi, Porphyrius scilicet, ac Celsus, et Philosabbathius, genere Judæus, veterator ac nequissimus coluber, cum adversus evangelicam historiam scriberent, sacros evangelistas arguerint: animales illi quidem, et carnales homines, ac secundum carnem militantes, qui nec Deo placere poterant, nec ea quæ sunt Spiritus sancti cognoverant. Nam omnes 430 illi ad sermones veritatis offendentes, præ inscitiæ cæcitate, atque ad ea delapsi jactare identidem solebant: Fierine potest, ut eadem dies et Bethlehemi natum viderit, et, quod post octiduum solebat fieri, circumcisum, et post dies XL Hierosolyma deportatum; ut item Simeonis et Annæ acta illa in eamdem diem inciderint; præsertim cum qua nocte Jesus est in lucem editus, Josepho angelus apparuerit, post magorum adventum, qui illius adorandi causa venerant, quique munera sua apertis sacculis obtulerant? Tum enim *apparuit*, inquit, *ei angelus dicens: Surge, accipe puerum, et conjugem tuam, et vade in Ægyptum; quoniam auærit Herodes animam pueri*[1]. Quamobrem si eadem qua natus est nocte in Ægyptum delatus est, et illic fuit, donec Herodes mortuus est, quomodo permanere in Judæa potuit, et octavo die circumcidi? Aut quid tandem post dies XL factum esse Lucas mentitus est? (Sic enim per summam illi blasphemiam, id quod in eorum caput vertat, objiciunt.) Nam quadragesimo (ait Lucas) die tulerunt illum in Hierusalem, et inde in Nazareth[2]. Sed ignari videlicet homines quæ vis sit sancti Spiritus nequaquam intelligunt.

[1] Matth. II, 13. [2] Luc. II, 22 sqq.

(23) *Ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον.* Tempus ipsum, quo Joannes conceptus ac natus est, et incarnatus atque in lucem editus Christus, Lucas complectitur: quod tempus mensium est fere XV.

(24) *Καὶ Φιλοσαββάτιος.* De hoc nihil hactenus legi.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

IX. Etenim unicuique evangelistarum concessum est, ut quæ singulis et temporibus et opportunitatibus gesta erant verissime perscriberet. Itaque Matthæus, cum id unum exposuisset, de Spiritu sancto susceptum illum ac genitum, de circumcisione tacuit; nec ullam earum rerum attigit, quæ ante biennium acciderunt; sed magorum demum enarravit adventum, quemadmodum verissimus Dei sermo testatur [1], cum scilicet tempus a magis exquisivit Herodes, ac de stella quæ apparuerat accurate sciscitatus est. Ad hæc magorum commemorata responsio, de duobus annis, et infra, ut diversum ab eo tempus esse constet, quod Lucas narratione sua complexus est. Hic enim quæ ante biennium illud gesta sint exponit. At Matthæus a nativitate statim ad secundum annum se contulit, et quæ post biennium acciderint declarat. Quod Herodes animo reputans, postquam magi alia via discesserunt, in illa infantium turba deprehendi puerulum illum, atque interfici posse crediderat. Infantes enim omnes, quotquot in agro Bethlehemitico forent, a bimatu et infra **431** jussit occidi, ad illam usque diem, qua apud se magi fuissent.

Ex quo quis non videat, tum cum magi venerunt, bimulum fuisse puerum? siquidem ea rei gestæ narratio veritatem ipsam accuratissime demonstrat. Etenim Lucas puerum, simul ac natus est, fasciis involutum esse scribit; et in præsepi ac spelunca jacuisse, quod nullus in diversorio locus esset. Tum enim census habebatur; et qui bellorum temporibus, quæ sub Machabæis exstiterant, dispersi fuerant, quovis terrarum pervaserant; adeo ut pauci omnino Bethlehemi remanerent. Quare in quodam evangelistarum exemplari Davidis urbs dicitur; in alio vero vicus appellatur, quod agrum haberet angustissimum. Cum igitur Augusti imperatoris edictum esset allatum, qui huc illucque dissipati erant, cum familiis suis ad illum locum censendi gratia venire coacti, facile compleverunt, ut propter hominum frequentiam nihil esset in diversorio loci relictum. Post censum vero unusquisque eo, ubi domicilium collocarat, reversus est. Unde laxius ad habitandum spatium fuit. Itaque priore jam anno finito, et altero insuper, ob eorum quæ gesta illic erant, me-

Θ'. Ἑκάστῳ γὰρ τῶν εὐαγγελιστῶν ἐδωρήθη ἑκάστου χρόνου καὶ καιροῦ διηγεῖσθαι τὰ ἐν ἀληθείᾳ πληρωθέντα. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος, διηγησάμενος μόνον, ὅτι ἐγεννήθη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ὅτι συνελήφθη ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, οὐδὲν περὶ τῆς περιτομῆς εἶπεν, οὐδὲ πρὸ τῶν δύο ἐτῶν τι τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων· ἀλλὰ διηγεῖται τὴν ἔλευσιν τῶν μάγων· ὡς ἐπιμαρτυρεῖ ὑμῖν ὁ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐρωτῶντος τοῦ Ἡρώδου παρὰ τῶν μάγων τὸν χρόνον. Καὶ ἠκρίβωτο τοῦ γενομένου ἀστέρος, καὶ τῶν μάγων ἡ ἀπόκρισις, ὅτι ἀπὸ δύο ἐτῶν καὶ κατωτέρω· ὡς μὴ εἶναι τὸν χρόνον τοῦτον, τὸν τῷ Λουκᾷ πεπραγματευμένον. Ἀλλ' ὁ μὲν Λουκᾶς τὰ πρὸ δύο ἐτῶν διηγεῖται· Ματθαῖος δὲ, εἰπὼν τὴν γέννησιν, ἀπεπήδησεν εἰς τὸν διετῆ χρόνον, καὶ ἐδήλωσε τὰ γενόμενα μετὰ δύο ἔτη. Διὸ καὶ ὁ Ἡρώδης, διανοηθεὶς τοῦτο μετὰ τὸ ἀπονεῦσαι τοὺς μάγους ἀ' ἑτέρας ὁδοῦ, ᾠήθη ἐν τῷ πλήθει τῶν παίδων καὶ αὐτὸν γεννηθέντα εὑρεθήσεσθαι, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποκτίννυσθαι. Ἐκέλευσε γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ὁρίοις Βηθλεὲμ παῖδας ἀποκτανθῆναι, τοὺς ἀπὸ δύο ἐτῶν καὶ κατωτέρω ἕως αὐτῆς τῆς ἡμέρας, ἧς οἱ μάγοι παρ' αὐτῷ ἐγένοντο.

Ἔνθεν τίνι οὐ φανεῖται (25), ὅτι, ὅτε ἦλθον οἱ μάγοι, δύο ἦν ἐτῶν ὁ παῖς γεγενημένος; Καὶ γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ πραγματεία τὴν πᾶσαν ἀκρίβειαν σαφηνίζει. Ὁ μὲν γὰρ Λουκᾶς λέγει ἐσπαργανῶσθαι τὸν Παῖδα εὐθὺς τετεγμένον, καὶ κεῖσθαι ἐν φάτνῃ, καὶ ἐν σπηλαίῳ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι· ἀπογραφὴ γὰρ ἦν τότε. Καὶ οἱ διασκορπισθέντες ἀπὸ τοῦ χρόνου τῶν πολέμων τῶν ἐπὶ τοὺς Μακκαβαίους γεγονότων ἐπὶ τὰ πανταχοῦ τῆς ὑπ' ἐσκορπίσθησαν, καὶ ὀλίγοι παντελῶς ἔμειναν ἐν Βηθλεὲμ κατοικοῦντες. Διὸ ἔν τινι ἀντιγράφῳ τῶν εὐαγγελιστῶν καλεῖται πόλις τοῦ Δαβίδ· ἐν ἄλλῳ δὲ κώμην αὐτὴν καλοῦσι, διὰ τὸ εἰς ὀλίγην γῆν αὐτὴν ἠκέναι. Ὅτε δὲ γέγονε τὸ κέλευσμα τοῦ βασιλέως Αὐγούστου, καὶ ἀνάγκην ἔσχον οἱ διεσκορπισμένοι (26), καὶ τὰ [2] αὐτῶν γένη, ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ἵνα ἀπογραφῶσιν ἐπιῤῥέοντα τὰ πλήθη, καὶ ἐν ἔπλησε τὸν τόπον, καὶ οὐκ ἦν τόπος ἐν τῷ καταλύματι διὰ τὴν συνέχειαν. Λοιπὸν δὲ μετὰ τὴν ἀπογραφὴν ἀπῆλθεν ἕκαστος, ὅποι γῆς τὴν καταμονὴν τῆς κατοικήσεως εἶχε. Διὸ καὶ πλάτος ἐτύγχανεν ἐν τῇ γῇ. Ἐρχόμενοι δὲ, ὡς εἰπεῖν (27), μνήμης ἕνεκα

[1] Matth. II, 7 sqq. [2] F. κατά.

(25) *Ἔνθεν τίνι οὐ φανεῖται.* Tametsi nihil ex Evangelio de magorum adventus tempore liquido possit exprimi, probabilior tamen est communis, ac recepta sententia, quam illa ex Epiphanii ac Eusebii *Chronicis* hausta, biennio post Christum in lucem editum magos advenisse. Quod ex illis Matthæi verbis colligi putabant, quibus Herodem narrat *a bimatu et infra pueros occidisse, secundum tempus quod exquisierat a magis* (*Matth.* II, 16). Sed hunc nodum jampridem dissolverunt eruditi sacrarum Litterarum interpretes.

(26) *Καὶ ἀνάγκην ἔσχον οἱ διεσκορπισμένοι.* Quantum verba ipsa præ se ferunt, indicare videtur Judæos quolibet terrarum dispersos in Palæstinam coactos esse. Sed commode hæc accipienda sunt, ut de iis loquatur, qui in Palæstina ipsa, vel Syria degerent. Neque enim puto in Italia, vel Græcia, aut Ægypto etiam habitarent, alibi quam ibi, ubi erant, fuisse censos.

(27) *Ἐρχόμενοι δὲ, ὡς εἰπεῖν.* Nollem eruditio Maldonato id in mentem venisset Epiphanio tribuere quod et absurdissimum est, nec ab eo vel levissime cogitatum. Scribit enim mirari se, quod Epiphanius existimet Josephum et Mariam singulis annis eo die ex Ægypto in Bethlehem venire consuevisse; cumque post duos annos rediissent, magos eos invenisse. Hoc vero nunquam scripsit Epiphanius. Quare hallucinatus est eruditissimus ille Evan-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

(48) *Τινὲς δέ φασιν, ὡς δέκα μῆνας.* Si Natalem Domini XI Tybi, sive Jan. VI constituerint opinionis illius vindices, conceptum ejus ipsis Kalend. Aprilis posuerint oportet. A quo die ad VI Jan. D menses numerantur IX dies XV, qui sunt dies in totum CCLXXXI. Quod si ex communi sententia in XXV Dec. Natalem contulerint, conceptus Christi cadit in Martii XX. Epiphanius vero pro comperto habuit Christum natum esse VI Jan., quæ fuit Ægyptiorum opinio. Quanquam utrum ea die sit natus dubitasse videntur, ut Cassianus X *Coll.*, cap. 2, significat. Clemens Alexandrinus I *Strom.* varias ea de re sententias refert : ut eorum, qui XXV Pachon natum dicerent, hoc est Maii XX. Basilidianorum, qui XV Tybi, sive Jan. X ; aliorum denique qui, ut Epiphanius, XI Tybi. Ipse vero Clemens a Natali Domini ad obitum Commodi annos numerat CXCIV, mensem I, dies XIII. Quod si verum esset, Natalis Christi conveniret Athyr XXII, qui est Nov. XVIII. Commodus enim obiit anno æræ Dionysianæ CXCII prid. Kal. Jan. Natus igitur erit Christus Juliano XLIII, Nov. XVIII. Sed vetus, et ab omni Ecclesia recepta traditio est, Christum Dec. XXV natum esse; quam nemo prudens temere sollicitaverit. Quare ridicula, et explodenda est Scaligeri divinatio, qui in Append. operis *De emend. temp.*, et *Isag. can.* 3, ex ephemeriarum, et sacerdotalium functionum orbe Natalem Christi conjiciendum asserit in Sept. exeuntem. Quod merum somnium est ; neque ulla demonstratione, aut certo aliquo firmamento nititur : primum quia nondum satis exploratum est, quæ fuerit apud Judæos anni, ac mensium dispositio ; deinde nec illud certum est, utrum Judas Machabæus cum sacrificia, et sacerdotum functiones instauraret, ἄνωθεν καὶ ἀπαρχῆς ephemeriarum orbem repetierit ; an post interruptum ἐνδελεχισμὸν, ἐφημερίαν illam substituerit, quæ priori, sub qua templum ab Antiocho violatum est, successura fuerat. Ad hæc Machab. I, cap. IV, com. 42, sacerdotum delectum habuisse dicitur, eorum scilicet, qui integri immaculatique forent, quales nondum fortassis erant primæ vicis sacerdotes. Postremo baptizatum esse Christum Juliano XXIV, vel ætatis absoluto XXX, sumptum a Scaligero, non demonstratum est, ut suo loco probavimus. Quod si quod in illo vitium, et ephemeriarum circuitu momenti ad eruendum Christi annum esse videtur, potest quilibet nonnullis eodem, quo Scaliger, jure usurpatis ac positis, quocunque libuerit orbem illum ac circuitum deducere ; nam et Keplerus ex eadem illa serie Natalem Domini in XXV die Decembris retinuit.

Sed ut ad illam revertar, quam Epiphanius adduxit, nonnullorum rationem, qui ex X mense dies aliquot libasse Christum in utero matris existimarunt, quod Sap. VII, 2, scriptum sit : *Decem mensibus concretus in sanguine*, eodem argumento Catholicus Armeniæ usus est in epistola, quam citat Scal. in *Isag. can.* pag. 301.

(49) *Καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἐνδεκάτην.* Quoniam natum esse Christum VI Jan. arbitratus est, baptizatum vero VIII Nov., facile fuit Epiphanio primum illud mutatæ aquæ miraculum eodem, quo natus erat, die factum asserere. Verum cum veteri Ecclesiæ consensione non Jan. VI, sed Decemb. XIV Christi Natalis attributus sit, baptismus vero Jan-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Α'. Διὸ καὶ ἐν πολλοῖς τόποις (50) ἄχρι τῆς δεῦρο τουτὶ γίνεται τότε τὸ γενόμενον θεοσήμειον, εἰς μαρτύριον τοῖς ἀπιστοῦσιν· ὡς μαρτυροῦσιν ἐν πολλοῖς τόποις πηγαί τε καὶ ποταμοὶ εἰς οἶνον μεταβαλλόμενοι. Κιβύρης μὲν τῆς πόλεως τῆς Καρίας ἡ πηγὴ, καθ' ἣν ἤντλησαν ὥραν οἱ διάκονοι, καὶ εἶπε· *Δότε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ.* Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἐν Γεράσῃ τῆς Ἀραβίας πηγὴ ὡσαύτως. Πεπώκαμεν ἀπὸ τῆς Κιβύρης· ἡμέτεροι δὲ ἀδελφοὶ ἀπὸ τῆς ἐν Γεράσῃ πηγῆς, τῆς ἐν τῷ Μαρτυρίῳ. Καὶ πολλοὶ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τοῦ Νείλου τοῦτο μαρτυροῦσι. Διόπερ ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ Τυβὶ κατ' Αἰγυπτίους πάντες ὑδρεύονται ὕδωρ, καὶ ἀποτιθέασιν ἐν αὐτῇ τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν πολλαῖς πατρίσιν. Οὕτως γὰρ εὑρίσκεται μετὰ τὴν δωδεκάτην Ἀθὺρ, ἀπελθόντος, καὶ πειρασθέντος τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἐλθόντος, καὶ ἐκλεξαμένου τινὰς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, καὶ ἐναρξαμένου μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ πειρασμοῦ κηρύττειν. Καὶ αὐτοῦ κατελθόντος εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ συναντήσαντος τοῖς περὶ Ναθαναὴλ, καὶ παραλαβόντος αὐτοὺς, ὅτε ἔμειναν παρ' αὐτῷ δύο ἡμέρας, καὶ αὖτῶν ἀναχωρησάντων, καὶ αὐτοῦ ἐκβεβηκότος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· εὐθὺς διὰ τὰς πρότερον δύο ἡμέρας τὰς εἰρημένας ἔφη τὸ Εὐαγγέλιον· *Τῇ τριτῃ ἡμέρᾳ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας·* ὅπερ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας· ἐν γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς αὐτοῦ πραγματείας, ἧς ἐν τῇ γῇ ἐποίησε, μετὰ τὸ πάθος ἀναστὰς, γάμον συνῆπτε τῇ Κανᾷ. Κανᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται (51) *ἡ κτησαμένη.* Τίς δέ ἐστιν ἡ κτησαμένη ἀλλ' ἡ κληρονόμος, περὶ ἧς ὁ Ψαλμῳδὸς ἐν τῷ πέμπτῳ ψαλμῷ Ἔλεγεν· *Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης,* καὶ τὰ ἑξῆς;

Γάμος γὰρ οὗτος, ὡς ἀληθῶς εὐλογημένος, ἀπὸ τοῦ τύπου ἐκείνου λαβὼν τὴν πρόφασιν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ γάμος ἦν αἰσθητὸς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ὕδωρ ἀληθῶς οἶνος γεγονώς· καὶ ἐκλήθη κατὰ δύο τρόπους, ἵνα τὸ ὑδαρὲς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἐκβακχευομένων ἐπιστύψῃ τοῦ γάμου εἰς σωφροσύνην καὶ εἰς σεμνότητα, καὶ ἵνα τὸ λοιπὸν ἐπιδιορθώσεται εἰς εὐφρασίαν τοῦ λυσιπόνου οἴνου καὶ τῆς χάριτος· ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φράξῃ τὰ στόματα τῶν κατὰ Κυρίου ἐπεγειρομένων, καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς σὺν Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι, τὸ ὕδωρ τῇ ἀμπέλῳ παρέχων, χροΐζων αὐτὸ ἐν αὐτῇ εἰς οἶνον, καὶ εὐφρασίαν ἀνθρώπων. Ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ μακρότερον περὶ τούτων διηγησόμεθα· ἐνταῦθα δὲ ὡς ἐν παρεκβάσει διέδραμον τὸν λόγον. Ὅμως δύο Πάσχα μὲν

XXX. In cujus rei fidem hodieque pluribus in locis idem, quod olim factum est, prodigium instauratur, idque ipsum fontes fluviique testantur passim in vina conversi. Cujusmodi ac' Cibyram Cariæ oppidum fons est, qui eadem illa hora, qua ministri aquam hauserunt, ac Salvator dixit: *Date architriclino*[1], in vinum vertitur. Idem et in Geraseno Arabiæ fonte contingit. Nos ex Cibyræ illo fonte, fratres nostri, ex Geraseno potavimus, qui in Martyrio est. Plerique vero idem et de Nilo Ægypti fluvio confirmant. Quæ causa est cur Tybi XI omnem in Ægypto aquam hauriant, ac reservent, idque multis aliis in locis fieri assolet. Igitur, uti certo compertum habuimus, post XII Athyr abiit Christus, ac tentationem XL dies subiit. Inde digressus discipulos aliquot delegit. Tum post XL tentationis dies prædicationem aggressus ad Jordanem perrexit. Ibi Nathanaeli, et iis qui cum **452** eo erant, occurrit: quos et secum obduxit, cum scilicet biduo apud illum manserunt. Moxque ut iidem recesserunt, in Galilæam profectus est. Quod vero bidui hujus mentionem fecerat, ideo statim Evangelium subjicit: *Tertio die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ*[2]: quod ad Ecclesiam pertinere putandum est. Etenim tertia die omni illa, quam in terræ penetralibus post mortem obiit, administratione perfunctus, surrexit a mortuis, ac nuptias cum Cana conjunxit. Cana porro *possidentem* significat. Quæ est vero possidens illa nisi hæres, cujus psalmo quinto David meminit: *Pro hæreditatem capessente*[3]? etc.

Ilæ quippe nuptiæ sunt ac revera benedictæ, quæ argumentum ex illa figura quodammodo traxerunt. Etenim in Cana Galilææ externæ sunt celebratæ nuptiæ, ubi in vinum aqua est revera conversa. Quare duabus mihi de causis videtur invitatus esse Christus. Primum ut aquæ similem, ac diffluentem furiosorum hominum in mundo libidinem nuptiarum castimonia et honestate constringeret: tum ut quod deerat emendaret, ac jucundissimi vini suavitate mulceret et gratia; necnon et eorum obduraret ora, qui adversus Dominum insurgunt. Atque ut eumdem se cum Patre, et Spiritu sancto declararet esse Deum, qui humorem viti suppeditans, in vini colorem ad hominum voluptatem oblectationemque commutat. Sed de ea re fusius

[1] Joan. II, 8. [2] ibid. 1. [3] Psal. v, 1.

VI, fieri non potest, ut aut eodem, quo natus est, aut etiam, quo baptizatus est, die aquam in vinum verterit. Alioqui perabsurdum est, anno demum post baptismum elapso, cum jam, ut ante docuimus, prædicationem orsus esset, primum ab eo miraculum editum velle. Hoc enim evangelicæ historiæ manifeste repugnat: multo vero magis, si tria duntaxat Paschata cum veteribus assignemus. Quamobrem alio die, quam VI Jan., miraculum istud accidit; tametsi eodem quo baptismus die ab Ecclesia celebretur. De quo vide Perrerium lib. XI Com. *in Dan.*, et Baron. in *Ann.*

(50) *Διὸ καὶ ἐν πολλοῖς τόποις.* Quod horum fontium historiam, et Epiphanii fidem in dubium revocavit Calvinista quidam nuperus in *Casauboni Defensione*, facit impudentissime. Sed hunc Epiphanii locum pluribus illustravit Heribertus Rosweydus noster in *Talione contra Casaubonum*, a quo injuria notatus erat illustrissimus *Annalium* conditor.

(51) *Κανᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται.* Vocabuli hujus originem a verbo קנה deducit, quod *possidere* significat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

alio loco disputavimus. Hic autem velut obiter digressi eam orationem attigimus. Verum enimvero post prædicationis exordium duo a Christo celebrata sunt Paschata; tertio est deinde passus, ut confecta omnia illa sint a me commemorata dierum, mensium, ac consulatuum intervalla. Atque ita falsa omnis istorum evanescit ratio, cum sic inter sese Evangelia consentiant, nullum ut ab altero discrepare videatur.

XXXI. Sed ut eo jam redeam, unde digressus fueram, scribit Lucas, id quod ad ea confirmanda valet, quæ sunt a me varie multipliciterque proposita: *Factum esse in Sabbato secundo primo* [1]. Quare vox indicat primum esse Sabbatum illud, quod initio præstitutum fuerat, de quo in mundi opificio locutus est Dominus, quodque ex illo tempore deinceps ad eam diem septenorum dierum circuitu, ac revolutione pervenerat. **453** Secundum vero, alterum illud lege constitutum. Ita enim sancitum fuisse legimus: *Sumes tibi agnum anniculum, immaculatum, masculum* (quæ figura Salvatoris fuit), *a decima mensis. Et servabitur ad* XIV, *et immolabitis eum ad vesperam* XIV. *Et erit tibi Sabbatum dies sancta. Et comedetis azyma* VII *diebus; et* VII *die facies sanctum Sabbatum, diem sanctum* [2]. Ubi illud animadvertere licet, quemadmodum secundum a priore Sabbatum sancta illa Paraseeve nominetur, quæ in Sabbatum consecratur; ac sive ea Dominica sit, sive secunda, sive tertia feria. At hoc ipsum secundum, septem dierum orbe revoluto, primum dicitur. Ut vel istud argumento sit, non Joannem modo, sed et Lucam, et cæteros biennii pariter, ac trium Paschatis celebritatum mentionem facere. Ita quippe lex præscribit: *Numerabis tibi* VII *hebdomadas, ex quo manipulum obtuleris, ab ea die, qua falcem in segetem miseris: et celebrabis septimam hebdomadem diem festum Domino Deo tuo* [3].

A κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος ὁ Σωτὴρ ποιεῖται, καὶ τῷ τρίτῳ πάσχει· ὡς πληροῦσθαι τὰ ἤδη μοι κατὰ λεπτὸν εἰρημένα περὶ ἡμερῶν, καὶ μηνῶν, καὶ ὑπατειῶν. Καὶ πανταχόθεν διέπεσεν ὁ περὶ τούτων πεπλανημένος λόγος, τῶν Εὐαγγελίων συνῳδὰ πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, καὶ μηδ' ὁπότερον τῶν Εὐαγγελίων ἀντίθετον πρὸς τὸν ἕτερον ἐχόντων.

ΛΑ'. Ἐλεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὸ προκείμενον. Φάσκει πάλιν ὁ Λουκᾶς (52), μαρτυρῶν μοι τοῖς πάνυ μερῶς καὶ πολυτρόπως εἰρημένοις, ὅτι *Ἐγένετο ἐν Σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ*· ἵνα δείξῃ Σάββατον πρῶτον (53) εἶναι τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὁρισθὲν καὶ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, κατὰ περίοδον ἀπὸ τότε B ἄχρι τοῦ δεῦρο, κατὰ ἑπτὰ ἡμέρας ἀνακυκλούμενον, τοῦτο εἶναι πρῶτον. Δεύτερον δὲ Σάββατον τὸ ἐκ νόμου ὡρισμένον. Φάσκει γὰρ, ὅτι *Λήψῃ σεαυτῷ πρόβατον ἐνιαύσιον, ἄμωμον, ἄρσεν* (ὅπερ ἦν ἀντίτυπον τοῦ Σωτῆρος), *ἀπὸ δεκάτης τοῦ μηνός. Καὶ ἔσται διατετηρημένον ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης· καὶ θύσετε αὐτὸ ἑσπέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ ἔσται σοι Σάββατον ἡμέρα ἁγία, καὶ ἔδεσθε ἄζυμα ἑπτὰ ἡμέρας· καὶ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ποιήσεις ἅγιον Σάββατον, ἡμέραν ἁγίαν.* Καὶ ὁρᾶτε, ὅτι δεύτερον καλεῖται Σάββατον μετὰ τὸ Σάββατον ἡ τοιαύτη ἁγία τοῦ Προσαββάτου (54) ἡμέρα, εἰς Σάββατον ἁγιασθεῖσα, κἂν τε Κυριακὴ εἴη, κἂν δευτέρα, κἂν τε τρίτη καταντήσῃ. C Εἰς δὲ ἑπτὰ ἡμέρας πάλιν ἀνακυκλούμενον δεύτερον καλεῖται πρῶτον· ἵνα δείξῃ ἐντεῦθεν, ὅτι οὐ μόνον ὁ Ἰωάννης περὶ περιόδου ἡμερῶν ἐνιαυτῶν δύο καὶ τριῶν ἑορτῶν τοῦ Πάσχα ἐσήμανεν, ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς, καὶ οἱ ἄλλοι. Οὕτω γὰρ φάσκει ὁ νόμος· *Ἀριθμήσεις σεαυτῷ ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀπ' ἀρχῆς δράγματος, τοῦ βαλεῖν δρέπανον ἐπ' ἀμητῷ, καὶ ποιήσῃς ἑβδόμην ἑβδομάδα ἡμέραν ἁγίαν Κυρίῳ*

[1] Luc. VI, 1. [2] Exod. XII, 5 sqq. [3] Levit. XXV, 15.

(52) *Φάσκει πάλιν ὁ Λουκᾶς.* Quomodo cum cæteris evangelistis Joannes consentiat, ex eo deducit, quod Pascha primum, Joan. II diserte nominatum ab aliis expressum sit, cum Sabbati deuteroproti mentionem faciunt. Hoc enim post primam Azymorum incidit. Historiam vulsarum spicarum ad primum Pascha merito refert Epiphanius. Ex fine num. hujus intelligere potes, quod est harmoniæ supra a nobis propositæ consentaneum. Jam vero ex hac cæterorum suffragatione Alogorum, Valentinianorum ac cæterorum mendacium convincit, qui unicum duntaxat Christo Pascha tribuerint. Cum enim eum post primum Pascha vixisse, et per sata transiisse constet, falsum est uno Paschate res ab eo gestas circumscribi debere.

(53) *Ἵνα δείξῃ Σάββατον πρῶτον.* De Sabbato deuteroproto, vide quæ ad hær. XXX, num. 32, disputavimus; nam illo loco priorem Epiphanii sententiam, et quidem probabiliorem exposuimus. Quæ autem hoc in numero traditur, obscurior est, et a vera vocabuli illius origine ac notione remotior. Duplex apud Judæos Sabbati genus constituit. Unum antiquius, et naturale, quod ab rerum initio conditum est; alterum secundum, et posterioris ordinis, quia Judæi festa omnia Sabbata vocabant: quod e Scriptura demonstrat. Mox vero subjicit: Εἰς δὲ ἑπτὰ ἡμέρας πάλιν ἀνακυκλούμενον δεύτερον καλεῖται πρῶτον. Ex quibus, ut et ex sequentibus, illa Epiphanii sententia posterior elicitur: Sabbatum deuteroproton, esse Pentecosten; in qua δεύτερον illud Sabbatum πρῶτον appelletur. Cur autem D δευτερόπρωτον dicitur, nihil apertum ac liquidum ex Epiphanii verbis extricare possum; sed illa Maldonati opinioni huic aptissima videtur; quoniam ex primariis tribus festis, sive Sabbatis Azymorum, Primitivorum, et Scenopegiæ, proximum a priore et δεύτερον sit Pentecostes solemne, ideo δευτερόπρωτον appellari. Hæc igitur altera est Epiphanii sententia, ac vocis illius interpretatio, a superiore longe diversa; et, si verum fateri volumus, minus quam illa probabilis.

(54) *Τοιαύτη ἁγία τοῦ Προσαββάτου.* Prosabbatum nihil aliud est quam Paraseeve; quo ad hunc locum pertinet nihil. Non enim Azymorum VII in Paraseeven necessario convenit, quam sabbate in I aut II, aut III feriam cadere posse declarat. Aut igitur expungenda ista vox est: aut Προσάββατον pro VI hebdomadæ diebus, usurpavit, quas חול, hoc est *profanas* nominant, quæque Sabbatum antecedunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Σημαίνων περὶ Πεντηκοστῆς. Μετὰ γὰρ τὸ θῦσαι ὁ Πάσχα, εἶσω τριῶν ἡμερῶν, τουτέστι μετὰ τρεῖς ἡμέρας τοῦ προβάτου, προσέταττε τὸ δράγμα εἰσφέρεσθαι· ἵνα σημάνῃ τὸ εὐλογημένον δράγμα ἐγειρόμενον ἐκ τῶν νεκρῶν μετὰ τρίτην ἡμέραν, τῆς γῆς ὑπὸ προσφερούσης, καὶ αὐτοῦ αὐτὸ πάλιν κομιζομένου ἀπ' αὐτῆς ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ μνήματος, καὶ ἑνοντος σὺν τοῖς μαθηταῖς τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς Πεντηκοστῆς εἰσφέροντος αὐτὸ εἰς τὰ ἐπουράνια τῷ Πατρὶ τὸ πρωτότοκον τῶν πρωτοτόκων, ἡ ἀπαρχὴ ἡ ἁγία, τὸ δράγμα, ὃ ἐδράξατο ἀπὸ Μαρίας, ἡ ἀγκαλισθεῖσα ἐν Θεῷ, ὁ καρπὸς τῆς Ἰουδαίας, ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἄλω. Οὐκέτι γὰρ μετὰ Πεντηκοστὴν τὸ δρέπανον ἀπαρχὴν Θεῷ προσφέρει. *Οὐκέτι γὰρ Χριστὸς ἀποθνῄσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ ὁρᾷς πόσα τοῦ Θεοῦ μυστήρια προετύπου νόμος, καὶ ἐπλήρου τὸ Εὐαγγέλιον; Πόθεν δὲ οὐκ ἔχομεν τούτων δεῖξαι τὴν ἀφήνειαν; Διὰ τὸ μὴ εἰς πλάτος (55) φέρειν τὸν λόγον, διὸ ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν πάλιν ἐπιστρεπτέον. Φαίνεται δὲ ἀπό τε τῶν σταχύων καὶ ἀπὸ τοῦ ἀμητοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν, ὡς μετὰ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πειρασμὸν ταῦτα πάντα διηγεῖται ὁ Ἰωάννης, καὶ Λουκᾶς, καὶ οἱ πάντες.

ΛΒ'. Οὐκ αἰδοῦνται δὲ πάλιν οἱ τοιοῦτοι κατὰ τῶν ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου εἰρημένων ἐξοπλιζόμενοι, νομίζοντες μή πη ἄρα δύνανται τὴν ἀλήθειαν ἀνατρέπειν· οὐκ εἰδότες, ὅτι καθ' ἑαυτῶν μᾶλλον ὁπλίζονται, ἥπερ κατὰ τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας. Φάσκουσι δὲ κατὰ τῆς Ἀποκαλύψεως τάδε χλευάζοντες· Τί με, φησίν, ὠφελεῖ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου, λέγουσά μοι *περὶ ἑπτὰ ἀγγέλων, καὶ ἑπτὰ σαλπίγγων;* οὐκ εἰδότες, πῶς ἀναγκαία καὶ ὠφέλιμα τοιαῦτα ὑπῆρξεν ἐν τῇ ὀρθότητι τοῦ κηρύγματος. Ὅσα γὰρ ἦν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις σκοτειναὶ καὶ αἰνιγματώδη, ταῦτα ὁ Κύριος ᾠκονόμησε διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς ἡμῶν σωτηρίαν τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ ἀποκαλύψαι· τὰ ἐκεῖσε σκοτεινὰ ὧδε εἰς πνευματικὰ καὶ ἐκδηλα κηρύττων. Πνευματικῶς δὲ ἡμῖν τὰ αὐτὰ ᾠκονόμει. Καὶ ἐκ δερμάτων μὲν τότε κατασκευάζει *τὴν σκηνὴν, τῶν δερμάτων ἠρυθροδανωμένων, καὶ ὑακινθίνων*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα δείξῃ τὴν σκηνὴν ἐκεῖσε σκηνὴν μὲν οὖσαν, ἀποδεχομένην δὲ τὴν τελειοτάτην σκηνὴν τοῦ Χριστοῦ. Δέρμα γὰρ ἀπὸ σώματος γίνεται νεκρὸν ὄν, ὡς σκιὰ σώματος ζῶντος, ἵνα δείξῃ σώματα εἶναι τὴν σκηνὴν τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν σώμασιν ἁγίοις κατασκηνοῖ ὁ Θεός, πληρουμένου τοῦ ῥητοῦ, ὅτι *Κατασκηνώσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω.*

Quibus verbis Pentecosten indicat. Etenim post immolatum Pascha, intra tertium diem, offerri manipulum jubebat : ut benedicti illius manipuli adumbraret imaginem, qui a mortuis excitatus, et a terra quodammodo die tertia est oblatus, unde eum in illa de sepulcro resurrectione recuperavit. Inde XL diebus cum discipulis moratus, postremo sub finem Pentecostes, eumdem Patri cœlestibus in domicilium obtulit : qui est primogenitus e primogenitis, primitiæ sanctæ, manipulus e Maria desectus, fascis in Deo comprehensus, fructus ventris, areæ primitiæ. Neque enim post Pentecosten deputatæ falce primitiæ offeruntur amplius. Quare *neque Christus jam moritur, mors ei ultra non dominabitur*, ut scriptum est [2]. Jamne vides quot in lege mysteria significata sint, in Evangelio perfecta ? Quanta porro ad eam rem perspicue declarandam argumentorum copia suppetit? Sed ne longius excurrat oratio, ad id quod initio propositum erat redeundum nobis est. Igitur quantum ex spicis illis, et messe, ac discipulis conjicere possumus, apparet illam Joannis, Lucæ cæterorumque narrationem ad id tempus, quod dierum XL tentationem secutum est, esse referendam.

454 XXXII. Atenim iidem illi citra pudorem ullum sese adversus Joannis auctoritatem accingunt, et id unum cogitant, ut aliqua ex parte, si possint, veritatem evertant; nec intelligunt contra semetipsos potius quam contra sinceram doctrinam, eam se oppugnationem suscipere. Contra Apocalypsin itaque ea jactare per ludibrium solent : Quid me, inquiunt, Joannis Apocalypsis juvat, cum mihi *septem angelos totidemque tubas* commemorat [3]? Sed quam hæc necessaria sint, quantumque ad Christiani dogmatis sinceritatem conferant, miseri homines ignorant. Nam quæcunque in lege ac prophetis erant obscura, vel ænigmatum involucris obducta, hæc ad communem nostrum omnium salutem Deus servo suo Joanni [4] singulari quadam providentia detegere voluit, ut quæ tenebrosa illic erant et abdita, hic spiritalem ac clariorem in modum conformata proponeret. Siquidem veteres illæ omnes imagines propter nos spiritali plane sunt ratione dispositæ. Velut quod *tabernaculum ex rubricatis et hyacinthinis pellibus* coagmentatum legimus [5], ac si qua sunt ejus generis alia, eo pertinent, ut in hujus tabernaculum venturum esse monstraret. Pellis quippe mortuis corporibus detrahitur, ac sic tanquam vivorum umbra comes est. In quo corpora nostra Dei esse tabernaculum declarat. Cum nimirum in sanctorum corporibus habitet Deus, ac dictum illud reipsa præstetur : *Habitabo in illis, et inambulabo* [6].

Ἔμελλεν οὖν πλάνη τις γίνεσθαι ἐν πιστοῖς, εἰ μὴ βίβλος πνευματικῶς ἡμῖν ἀπεκαλύφθη, ἵνα μάθωμεν μὴ σαλπίγγων εἶναι χρείαν, ἀλλὰ εἰδέναι, ὅτι πνευματική ἐστιν ἡ πᾶσα τοῦ Θεοῦ πραγματεία· ἵνα

Verum haud dubie fidelium mentibus quidam obrepsisset error, nisi spiritalis nobis sensus esset illius libri patefactus : ut inde disceremus, nihil tubis istis opus esse, sed quidquid hic molitur Deus,

[1] Deest aliquid. [2] Rom. VI, 9. [3] Apoc. VIII, 2. [4] Apoc. I, 1. [5] Exod. XXV, 5. [6] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16.

(55) *Διὰ τὸ μὴ εἰς πλάτος.* Scribe : Διὰ δὲ τὸ μὴ εἰς πλάτος φέρειν τὸν λόγον, ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ad spiritalem sensum oportere transferri; ne scilicet Judaicarum tubarum ex ære argentove conflatarum quiddam nobis simile fingamus, sed spiritali, ut dictum est, documento sit istud, eorum dogmatum quæ ab Ecclesia traduntur, prædicationem e cœlo manasse. Id quod et alio loco declaratur his verbis: *In illa die perstrepent tuba magna* [1]. Nam cum tubæ quædam prophetæ exstitisse videntur, tum major illa tuba sanctissima Christi in Evangelio vox fuit. Quamobrem etiam angelis detegendi nobis munus est commissum. *Canet enim tuba*, inquit, *et mortui resurgent* [2]. Quod si angelorum vobis tubæ illæ, quæ in Apocalypsi leguntur, risu dignæ videntur, sequitur etiam alteram illam apud Apostolum tubam non **455** minus esse ridiculam: *Descendet*, inquit, *de cœlo in novissima tuba, et mortui resurgent in novissimo die, in voce archangeli* [3]. Postquam igitur cum apostolo Paulo apostolus æque Joannes in Apocalypsi adeo mirifice consentit, quid est quod ab illis possit opponi? Nonne omnis istorum error suum Deus testimonium editum esse voluerit?

μὴ κατὰ τὰς Ἰουδαϊκὰς χαλκᾶς σάλπιγγας λάβωμεν, ἢ ἀργυρᾶς, ἀλλὰ πνευματικῶς ἐννοήσωμεν, ὡς ἐξ οὐρανοῦ εἶναι τῆς Ἐκκλησίας τὸ κήρυγμα· ὡς καὶ ἄλλη που εἶπεν· *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ σαλπίσουσιν ἐν τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. Σάλπιγγες* γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται. Σάλπιγξ δὲ μεγάλη ἡ ἁγία φωνὴ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλοις ἐδόθη ἀποκαλύψαι ἡμῖν: *Σαλπίσει* γάρ, φησί, *καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται.* Εἰ δὲ χλευάζουσι παρ' ὑμῖν, ὦ οὗτοι, αἱ τῶν ἀγγέλων σάλπιγγες, διὰ τὸ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει γεγράφθαι, χλευάζεται ἄρα καὶ ἡ παρὰ τῷ ἁγίῳ Ἀποστόλῳ σάλπιγξ εἰρημένη· *Καταβήσεται*, φησὶν, *ἀπ' οὐρανοῦ ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου.* Συνᾴδοντας τοίνυν τοῦ Ἀποστόλου τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Ἰωάννῃ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, ποία τις ὑπολείπεται ἀντιλογία; Πῶς δὲ οὐκ εὐθὺς ἑκάστη πλάνη ἐλεγχθήσεται, τῷ Θεοῦ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἁγίων δεδωκότος μαρτυρίαν;

XXXIII. Sed instant illorum aliqui, et, quod in Apocalypsi legitur, reprehendendum putant. Dixit enim, inquiunt, in eo libro: *Scribe angelo Ecclesiæ Thyatirorum* [4]. Atqui nulla Thyatiris Christianorum Ecclesia fuit. Qui igitur ad eam, quæ nusquam erat, Ecclesiam scripsit? Verum ex illis ipsis quæ adversus veritatem objiciunt, eidem suffragari confessione sua coguntur; nam ut illud opponant, nullam jam esse Thyatiris Ecclesiam, plane Joannem afflatu prophetico futura prævidisse significant. Cum enim illic tam hæretici illi, quam Phryges habitaverint, et eorum fidelium, qui simpliciores sunt, animas luporum more diripuerint, oppidum universum ad suam hæresin traduxerunt. Qui cum Apocalypsin, atque omnem illam doctrinam respuerent, ad evertendam religionem vires suas, ac velut exercitus compararunt. Jam vero singulari Dei beneficio his temporibus accidit, ut post centum ac duodecim annos illic Ecclesia crescere, ad quam aliæ deinceps accederent. Tunc vero Ecclesia omnis sese in Phrygas exhauserat. Quamobrem Spiritus sanctus id aperire potissimum stu-

ΛΓ'. Εἶτά τινες ἐξ αὐτῶν πάλιν (56) ἐπιλαμβάνονται τούτου τοῦ ῥητοῦ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τῇ αὐτῇ. Καὶ φάσκουσιν ἀντιλέγοντες, ὅτι εἶπε πάλιν· *Γράψον τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐκκλησίας τῷ ἐν Θυατείροις*· καὶ οὐκ ἐνι ἐκεῖ Ἐκκλησία Χριστιανῶν ἐν Θυατείροις. Πῶς οὖν ἔγραφε τῇ μὴ οὔσῃ; Καὶ εὑρίσκονται τοιοῦτοι ἑαυτοὺς ἀναγκάζοντες ἐξ αὐτῶν ὧν κρίνουσι κατὰ τῆς ἀληθείας ὁμολογεῖν. Ἐὰν γὰρ εἶπασιν, Οὐκ ἐνι νῦν Ἐκκλησία εἰς Θυάτειρα, δεικνύουσι προπεφητευκέναι τὸν Ἰωάννην. Ἐνοικησάντων γὰρ τούτων ἐκεῖσε καὶ τῶν κατὰ Φρύγας, δίκην λύκων ἁρπαξάντων τὰς διανοίας τῶν ἀκεραίων πιστῶν, μετήνεγκαν τὴν πᾶσαν πόλιν εἰς τὴν αὐτῶν αἵρεσιν, οἵ τε ἀρνούμενοι τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ λόγου τούτου εἰς ἀνατροπὴν κατ' ἐκείνου καιροῦ (57) ἐστρατεύοντο. Νῦν δὲ διὰ τὸν Κύριον ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ (58) μετὰ χρόνον ἑκατὸν δεκαδύο ἐτῶν ἔστιν ἡ Ἐκκλησία, καὶ αὔξει, καὶ ἄλλαι τινὲς ἐκεῖσε τυγχάνουσι. Τότε δὲ ἡ πᾶσα Ἐκκλησία ἐκενώθη εἰς τὴν κατὰ Φρύγας. Διὸ καὶ ἐσπούδασε τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀποκαλύψαι ἡμῖν, πῶς ἔμελλε πλανᾶσθαι ἡ Ἐκκλησία μετὰ τὸν χρόνον τῶν ἀποστόλων, τοῦ τε Ἰωάννου καὶ τῶν κατ'

[1] Levit. xxv, 9. [2] I Cor. xv, 52. [3] I Thess. iv, 15. [4] Apoc. ii, 18.

(56) *Εἶτά τινες ἐξ αὐτῶν πάλιν.* Objiciebant hæretici mendacem fuisse Joannem, qui ad eam Ecclesiam edita sibi a Domino mandata scriberet, quæ nulla tum esset. Respondet Epiphanius, hoc ipso constare propheticum hunc esse librum, cum ad Ecclesiam scripserit, quam olim futuram cognosceret, tametsi quibus scribebat temporibus nondum exstaret ulla. Sed hæc Epiphanii responsio nisi ἀντιλεκτικῶς, et ad hominem, ut vulgo loquuntur, accipiamus, haud satis probabilis videtur. Ac longe melius est, negare Joannis tempore nullam Thyatiris Ecclesiam exstitisse, quod impudenter hæretici mentiti sunt.

(57) *Κατ' ἐκείνου καιροῦ.* Scribe, κατ' ἐκεῖνο.

(58) *Νῦν δὲ διὰ τὸν Κύριον ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ.* Duæ illæ quæ sequuntur notæ temporum vel librariorum vitio, vel auctoris ipsius hallucinatione depravatæ sunt. Hieron. in *Script. eccles.* Joannem asserit Apocalypsin scripsisse Domitiani xiv, qui iniit Juliano 139, Christi 94, Nonio Asprenate et Arricino coss. Quare vel hoc ipso anno, vel sequenti saltem Joannes, Apocalypsin scripsit. A quo tempore ad annum Christi 375, quo Epiphanius hoc opus elaborabat, anni sunt 281, non 112, ut habent Epiphanii verba. Deinde falsum est, quo tempore scripta est Apocalypsis, Thyatiris Cataphrygas hæreticos fuisse, qui nondum emerserant. Nam ut eos quam antiquissimos faciamus, non ante tempus Antonini esse potuerunt; cujus anno xix Montanus prodiit, ut hæresi 48 scripsit Epiphanius: qui annus congruit Christi 156. Atque nos ibidem Epiphanium aberrasse docuimus, nec ante Aurelii tempus exortos Cataphrygas, ejusque anno xi, ut scribit Eusebius. Quare longe infra illud tempus amandandi sunt.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ЕР

εξῆς· ὃς ἦν χρόνος μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν (59) ἐπὶ ἐνενήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν, ὡς μελλούσης τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλησίας πλανᾶσθαι, καὶ χωνεύεσθαι ἐν τῇ κατὰ Φρύγας αἱρέσει. Οὕτω γὰρ εὐθὺς διελέγχει ὁ Κύριος· *Γράψον τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς φλόγα πυρός, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· Οἶδά σου τὴν πίστιν, καὶ ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ ὅτι τὰ ἔσχατά σου πλείονα τῶν πρώτων. Ἔχω δὲ κατὰ σοῦ, ὅτι ἀφεὶς τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ ἀπατᾷ τοὺς δούλους μου, λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκουσαν φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεύειν. Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον μετανοῆσαι, καὶ οὐ θέλει μετανοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς.* A duit : Ecclesiam post apostolorum, hoc est Joannis ac cæterorum tempora, ad errorem esse declinaturam annis post ascensum Christi tribus ac nonaginta : quo tempore in errorem incidere, atque in Phrygum hæresin velut eliquari illius loci deberet Ecclesia. Unde et coarguendi gratia statim ita Dominus loquitur : *Scribe angelo Ecclesiæ, quæ est Thyatiris : Hæc dicit qui habet oculos sicut flammam ignis, et pedes ejus similes aurichalco : Novi fidem tuam, et charitatem, et ministerium, et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversus te, quia permittis mulierem Jesabel seducere servos meos; quæ se dicit prophetissam, docentem manducare idolothyta, et fornicari. Et dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret, et non vult pœnitere a fornicatione sua*[1].

Οὐχ ὁρᾶτε, ὦ οὗτοι, ὅτι περὶ τῶν γυναικῶν λέγει τῶν ἐν οἰήσει προφητείας ἀπατωμένων, καὶ ἀπατωσῶν πολλούς; φημὶ δὲ περὶ Πρισκίλλας, καὶ Μαξιμίλλας, καὶ Κυϊντίλλας, ὧν οὐ λέληθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἡ αὐτῶν ἀπάτη· ἀλλὰ προεθέσπισε προφητικῶς ἐν τῷ στόματι τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, ὅπερ ἐγένετο μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου κοίμησιν. Αὐτοῦ δὲ προφητεύσαντος ἐν χρόνοις Κλαυδίου (60) Καίσαρος ἀνωτάτω, ὅτε εἰς τὴν Πάτμον νῆσον ὑπῆρξεν (ὁμολογοῦσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐν Θυατείροις ταῦτα πεπληρῶσθαι), ἄρα γοῦν κατὰ προφητείαν ἔγραφε τοῖς ἐκεῖ ἐν Χριστῷ κατ' ἐκεῖνο πεπολιτευμένοις, ὅτι ἤμελλεν ἑαυτὴν γυνὴ προφῆτιν καλεῖν. Καὶ διέπεσεν ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρόμενος πανταχόθεν ἐπινενοημένος λόγος, δεικνυμένου τοῦ κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν λόγου προφητικοῦ ὄντος, ἐκ Πνεύματος ἁγίου κατὰ ἀλήθειαν. B Num illud **456** videre tandem potestis, de mulieribus illum loqui, quæ falsa prophetici spiritus persuasione deceptæ, quamplurimos deceperunt, hoc est de Priscilla, Maximilla, ac Quintilla, quarum fraus latere Spiritum sanctum minime potuit, sed per beati Joannis os fore ista prædixit, quæ post ejus obitum acciderunt? Qui cum olim imperante Claudio Cæsare vaticinium illud ediderit, cum in Pathmo insula versaretur (istud vero illi quoque Thyatiris contigisse non negant), omnino Christianis, qui tum illic erant, non sine prophetico instinctu scripsit, venturam aliquando mulierem, quæ se prophetissam appellaret. Ex quo omnis illa ad oppugnandam veritatem comparata ratio corruit: cum Apocalypsis ille liber prophetici esse generis, et a Spiritu sancto verissime profectus ostenditur. C

ΛΔ'. Ἐπαίρονται δὲ πάλιν τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοὶ λεξιθηροῦντες ἀπείρως, ἵνα δόξωσι παρεκβάλλειν τὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου βιβλία, φημὶ δὲ Ἰωάννου τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, τάχα δὲ καὶ τὰς Ἐπιστολάς. Συνᾴδουσι γὰρ καὶ αὗται τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τῇ Ἀποκαλύψει. Καί φασιν, ὅτι *Εἶδον, καὶ εἶπε τῷ ἀγγέλῳ· Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐπὶ τοῦ Εὐφράτου. Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ, μύριαι μυριάδες, καὶ χίλιαι χιλιάδες· καὶ ἦσαν ἐνδεδυμένοι θώρακας πυρίνους καὶ θειώδεις, καὶ ὑακινθίνους.* Ἐνόμισαν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, μή πη ἄρα γελοῖόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Ἐὰν γὰρ λέγῃ τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, ἵνα δείξῃ τὰς τέσσαρας διαφορὰς τῶν ἐκεῖσε ἐθνῶν καθεζομένων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, οἵτινές D XXXIV. Pergunt illi vero imperitissimi vocum aucupatores, ac sese impudenter efferunt, ut beati apostoli scripta, hoc est Joannis Evangelium et Apocalypsin, non immerito rejicere videantur, adeoque et Epistolas ipsas, quæ cum Evangelio et Apocalypsi consentiunt. Sic igitur objiciunt : *Vidi*, inquit ille, *et dixit angelo : Solve quatuor angelos, qui sunt in Euphrate. Et audivi numerum exercitus decies millies dena millia, et millies mille; et habebant loricas igneas, et sulphureas, et hyacinthinas*[2]. At illi veritati ipsi subesse ridiculum quiddam suspicati sunt. Atqui cum quatuor angelos ad Euphraten collocat, totidem nationes significat, quæ ad Euphraten habitant. Cujusmodi sunt Assyrii, Babylonii, Medi, atque Persæ. Hæc enim imperia quatuor apud Da-

[1] Apoc. II, 18-21. [2] Apoc. IX, 14-17.

(59) *Ὃς ἦν χρόνος μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν.* Aliud agens Epiphanius hæc scripsit. Non enim post ἀνάληψιν, hoc est ascensum Domini, sed post ejus γέννησιν et Natalem 93 elapsis annis Apocalypsin Joannes attigit. Verum perplexe admodum loquitur Epiphanius ; et cum antea fateri visus sit, Joannis tempore nullum Thyatiris vestigium Ecclesiæ superfuisse, mox idipsum post apostolorum ac Joannis ætatem contigisse dicit : Διὸ καὶ ἐσπούδασε τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀποκαλύψαι ἡμῖν, πῶς ἔμελλε πλανᾶσθαι ἡ Ἐκκλησία μετὰ τὸν χρόνον τῶν ἀποστόλων, τοῦ τε Ἰωάννου, καὶ τῶν καθ- quod tempus annis 93 μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν definit. Si Cataphrygum hæresis anno Christi 156, hoc est Antonini XIX, initium habuit, ut censet Epiphanius, Christus autem passus est, et in cœlum subvectus anno XXXIV vel XXXIII, additis 103, fiunt anni circiter 126, quibus elapsis Thyatirorum Ecclesiam intercidisse putat ; quod ne ipsum quidem tempus ad Cataphrygum originem convenit. Quare nisi librariorum culpa vitium in numerorum notas incurrerit, Epiphanium errare necesse est.

(60) *Ἐπὶ χρόνοις Κλαυδίου.* Perperam, ut supra monuimus. Nam sub Domitiano relegatus est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nielem ordine commemorantur. Quorum primi regnarunt Assyrii. Tum Babylonii, qui Danielis tempore rerum potiebantur. Secuti sunt Medi; ac postremo Persæ, quorum primus rex Cyrus exstitit. Gentes porro angelis esse subjectas, testis est Moyses Dei servus, qui Danielis orationem velut interpretans ait : *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi : Quando dividebat Altissimus gentes,* **457** *dispergebat filios Adam. Constituit terminos populorum, juxta numerum angelorum Dei. Et fuit pars Domini populus ejus Jacob; funiculus hæreditatis ejus Israel*[1]. Igitur cum angelis nationes subjectæ sint, merito dixit : Solve quatuor angelos, qui sedent in Euphrate, ibique detinentur, ut gentes bellis inter sese committant, usque ad tempus patientiæ Domini, donec per illos sanctos suos vindicari jubeat. Etenim angeli isti, quibus hoc Spiritus edicit, coercebantur interim, nec invadendi tempus est illis concessum :

A εἰαν Ἀσσύριοι (61), Βαβυλώνιοι, Μῆδοι, καὶ Πέρσαι. Αὗται γὰρ αἱ τέσσαρες βασιλεῖαι κατὰ διαδοχὴν ἐν τῷ Δανιὴλ ἐμφέρονται, ὡς [2] πρῶτοι Ἀσσύριοι ἐβασίλευσαν, καὶ Βαβυλώνιοι ἐν χρόνοις αὐτοῦ. Μῆδοι δὲ διεδέξαντο. Μετ' αὐτοὺς δὲ Πέρσαι, ὧν πρῶτος γέγονε Κῦρος ὁ βασιλεύς. Τὰ γὰρ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους τεταγμένα εἰσὶν, ὡς ἐπιμαρτυρεῖ μοι Μωϋσῆς ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ θεράπων, τὸν λόγον κατὰ ἀκολουθίαν ἑρμηνεύων καὶ λέγων· *Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι· Ὅτε διεμέριζε ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ. Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Εἰ οὖν τὰ ἔθνη ὑπὸ ἀγγέλους B εἰσὶ τεταγμένα, δικαίως εἶπε· Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς ἐν τῷ Εὐφράτῃ καθεζομένους, καὶ ἐπεχομένους ἐπιτρέπειν τοῖς ἔθνεσιν (62) εἰς πόλεμον ἕως καιροῦ μακροθυμίας Κυρίου, ἕως προστάξῃ

[1] Deut. xxxii, 7 sqq. [2] F. ὧν.

(61) *Οἵτινές εἰσιν Ἀσσύριοι.* Persæ ad Euphratem minime siti sunt. Sed πλατυκῶς pro Persarum imperio Persas usurpavit. Quatuor monarchiæ, quæ Dan. vii capite describuntur, neque recte ab Epiphanio numeratæ sunt, et ad Apocal. locum illum nihil omnino faciunt; nam hæc Joannis visa ad extrema mundi tempora referuntur; quibus iv, hoc est universi dæmones, vel eorum præcipui, qui hactenus alligati fuerant, soluti vinculis in humani generis perniciem grassabuntur. Hæc simplicissima loci hujus expositio quatuor illas veteres monarchias excludit; quæ ne ipsæ quidem ab Epiphanio ex historiæ veritate proponuntur; nam ut omittam Assyriorum imperii, quod jampridem interciderat, mentionem apud Danielem fieri nullam; certe proximi ab Assyriis Medi sunt, inde Babylonii. Quanquam Assyrios, nisi fallor, non veteres illos intelligit, quorum ultimus Sardanapalus ab Arbace imperio exutus est, sed posteriores, qui exstincto vetere illo amplissimoque regno, ex ejus ruinis excitati sunt, ut et Babyloniorum imperium. Sed utroque videntur antiquiora Medorum initia, si quid Diodoro, ac cæteris omnibus historicis creditur. Qua de re ita paucis accipe : Cum ex omnium ferme scriptorum auctoritate constet, ante Cyrum, et Persas, maxima duo imperia floruisse, Assyriorum a Nino, et Medorum; Cyrum autem Olymp. 55 anno primo, sive ineunte, sive potius labente cœpisse, demus, id quod alibi demonstrabitur, exeunte anno primo Olym. 55 Cyrum Astyagen vicisse, annus hic erit in Juliana periodo 4155, ante Dionysianam æram 560. Ante hunc igitur annum Assyriorum, Medorumque tempora collocanda sunt; quæ ob vetustatem, scriptorumque dissensionem parum certa, sic ordinanda putamus : Medorum imperium Ctesia, et Diodoro testibus 317 ferme annos obtinuit. Cœpit igitur anno per. Jul. 3838. Assyriorum regno mille ac trecentos circiter a Belo tribuimus, præeunte in *Chronicis* Eusebio. Quamobrem initium Beli convenit anno per. Julianæ 2539. Ex iis consequens est Medorum primordia centum annis Olympiadas antecessisse, quarum initium annus est in per. Julian. 3958. Constituto Medorum imperio, duo quædam alia paulatim effloruerunt; Assyriorum, ac Babyloniorum; quæ Assyrii illius maximi ac diuturni velut naufragio disjectas ubique tabulas arripuerunt. Quorum apud exteros scriptores pertenuis est et obscura memoria; in sacris vero Litteris cum amborum, tum Babyloniorum præsertim luculenta est, ac frequens mentio. Sed priores memorantur Assyrii : quorum primus IV Reg. xv, 19 occurrit Phul, qui et Belochus dicitur. Hunc a Medis defexisse probabile est. Successit Teglath Phalassar ibid. com. 29. Inde Salmanassar IV Reg. xvii, 3. Tum Sennacherib ejus filius IV Reg. xviii, 13. Postremus fuit Assar Addon cap. xix. 37 Jam vero primus Assyriorum principum Phul sub Manahem Israelis, et Azaria Judæ rege collocatur. Azarias iniit anno per Julian., ut arbitramur, 3905. Quare Assyriorum regnum, quod sub Azaria fundatum est, longe posterius est Medorum initio, videlicet annis fere lxx. Ad hæc Ezechias cœpit ex chronologiæ nostræ ratiociniis per. Jul. 3987. Ergo annus ejus xiv, quo Sennacherib interfectus videtur, est per. Jul. 4000 circiter.

At Babyloniorum regnum, si a Nabonassaro repetas, aliquot annis post Assyriorum initium exstitit. Cœpit enim Nabonassari æra Babylone per. Jul. 3967. Primus autem e Babyloniis regibus in Scripturis nominatur Merodach filius Baladan, IV Reg. xx, 12, circa annum Ezechiæ xiv, circa per. Jul. 4000, eodem tempore quo Sennacherib et Assar Addon in Assyria regnabant. Quare Merodach iste vel idem est cum Nabonassaro, vel potius Baladan Merodachi pater : a quo Babylonicum imperium ad Nabuchodonosorem et posteros usque propagatum est, donec a Cyro et Persis exstinctum est. De posterioribus Assyriis suspicor locutum Epiphanium, potiusquam de antiquis illis. Quem nos ut ab errore utcunque vindicemus, quatenus Medos Babyloniis posteriores posuit, ad Darium illum Medum respexisse credimus, qui ex multorum sententia Medorum postremus rex fuit, et cum Cyro, Babylone capta, eamdem solus obtinuit. Quod etsi nequaquam probamus (neque enim Darius ille Danielis Medorum rex fuit), nihilominus ex eo manavit præpostera illa regnorum apud Epiphanium distributio. Alioquin certissima est, et ad Danielis visionem accommodatissima Hieronymi sententia : quatuor animalia totidem imperia significare, Babyloniorum, Persarum, Macedonum, Romanorum.

(62) *Ἐπιτρέπειν τοῖς ἔθνεσιν εἰς πόλεμον.* Ὁ νοῦς· angeli nationum præsides vinci detinentur, prohibenturque ne subjectos sibi populos ad bella provocent.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ι' αὐτῶν ἐκδικίαν γενέσθαι τῶν αὐτοῦ ἁγίων. Ἐκρα- A
τοῦντο γὰρ οἱ ἐπιτεταγμένοι ἄγγελοι ὑπὸ τοῦ Πνεύ-
ματος, μὴ ἔχοντες καιρὸν ἐπιδρομῆς, διὰ τὸ μήπω
λύειν αὐτοῖς τὴν δίκην, τοῦ τὰ λοιπὰ ἔθνη λύεσθαι
ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς ἁγίους ὕβρεως. Λύονται δὲ οἱ
τοιοῦτοι, καὶ ἐπέρχονται τῇ γῇ, ὡς Ἰωάννης προφη-
τεύει καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται. Καὶ γὰρ κινούμενοι οἱ
ἄγγελοι κινοῦσι τὰ ἔθνη εἰς ὁρμὴν ἐκδικίας. Ὅτι [1] δὲ
πυρίνους καὶ θειώδεις, καὶ ὑακινθίνους θώρακαςση-
μαίνει, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει. Ἐκεῖνα γὰρ τὰ ἔθνη ἀπὸ
τῆς τοιαύτης χρόας ἔχει τὴν ἀμφίασιν. Τὰ μὲν γὰρ
θειώδη ἱμάτια χρόα τίς ἐστι μηλίνη οὕτω καλουμένη
ἐρέα· τὰ δὲ πύρινα, ἵνα εἴπῃ τὰ κοκκηρὰ ἐνδύματα,
καὶ ὑακίνθινα, ἵνα δείξῃ τὴν Καλλαΐνην ἐρέαν.

ΛΕ'. Ἀλλὰ οὗτοι, μὴ δεξάμενοι Πνεῦμα ἅγιον, B
ἀκρίνονται μὲν πνευματικῶς, μὴ νοοῦντες τὰ τοῦ
Πνεύματος, καὶ κατὰ τὸν λόγον βουλόμενοι λέγειν,
καὶ οὐκ εἰδότες τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ χαρίσματα,
ἅτινα ἀληθῶς καὶ εὐσταθῶς ἐν παρακολουθήσει καὶ
ἐρρωμένῳ νῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διηγήσατο· οἵ τε
ἅγιοι προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· ἐν οἷς καὶ ὁ
ἅγιος Ἰωάννης διὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν Ἐπιστο-
λῶν καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐκ τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος
τοῦ ἁγίου μεταδέδωκε. Φθάνει δὲ καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὸ
εἰρημένον, ὅτι *Τῷ βλασφημοῦντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ
ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ἐν τῷ νῦν
αἰῶνι, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι.* Καὶ γὰρ κατὰ τῶν
ῥημάτων τῶν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰρημένων οὗτοι
ἐστρατεύσαντο.

Τῶν δὲ τοιούτων καὶ τοσούτων εἰρημένων κατὰ C
τῆς τοιαύτης αἱρέσεως, ἱκανῶς ἔχειν νομίσας, καὶ
ὡς σκολόπενδραν, ἣ ἴουλον καλούμενον (ἑρπετὸν, πο-
λύποδα, ὀλίγον μὲν τῇ δυνάμει τῇ περιοδυνίᾳ τοῦ ἰοῦ,
πολύπουν δὲ καὶ μακροείκελον) τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει
καὶ ἀληθείᾳ καταπατήσαντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς πάλιν
προβαίνοντες, σὺν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει ἴωμεν, ἀγα-
πητοί.

ΚΑΤΑ ΑΔΑΜΙΑΝΩΝ (63),

Αἵρεσις ΛΒ' ἡ καὶ ΝΒ'.

Α'. Ἀσφάλακα καλοῦσί τι ζῶον ἐν τῇ γῇ κάτω
ἐμφωλεῦον, τετράπουν, [2] ὀρύττει τὴν γῆν, καὶ ἐν
τοῖς μυχοτάτοις αὐτῆς ἔχει τὴν οἴκησιν. Τὰ δὲ πάντα
τοῦ ζώου ὑπάρχει ὡσεὶ μικροῦ σκύλακος κυνὸς τὴν
περιφέρειαν τῆς ἡλικίας ἔχον, ᾧ οὐδὲ ὅλως ὑπάρχει D
ὅρασις. Ἐρημωτικὸν δὲ ὂν τὸ ζῶον, κάτωθεν ἐκρι-
ζοῦν πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων γεωργήματα, τά τε
σικυηρὰ τὰ μάλιστα, καὶ τὰ δριμέα φυτεύματα. κρομ-
μύων τε καὶ σκορόδων, βολβῶν καὶ τῶν τοιούτων,
κρίνων τε καὶ τῶν ἄλλων. Ἐὰν δὲ λαθὸν ἐν τῷ ὀρύτ-
τειν φθάσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἔξω, εἰς τὸν ἀέρα γενέσθαι,
ἢ ἁλοὺς θηρευθείη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, γέλοιόν τι
ἐμποιεῖ πᾶσι τοῖς τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύσασιν. Οὕτως
καὶ αὐτὸς ἐπιχειρῶ λέγειν περὶ τῆς νυνὶ μετὰ χεῖρας
αἱρέσεως, ὡς μὲν κατὰ τὴν καρδίαν τυφλώττει, καὶ

quos nondum Dei justitia solvebat, ut cæteræ gentes ad persequendam sanctorum injuriam solverentur. Idem tamen soluti denique terram obeunt, ut Joannes ac prophetæ cæteri vaticinati sunt. Angeli enim dum commoventur, gentes ipsas ad ulciscendum commovent. Jam cur loricas illis igneas, et sulphureas, et hyacinthinas tribuat, nemini dubium est, propterea quod iisce coloribus gentium illarum vestes infectæ sunt; nam quod ad sulphureas attinet, melinus iste color est, a quo et lanæ quædam appellantur. Igneæ porro vestes coccineas indicant, quemadmodum hyacinthinarum vocabulo Callaicæ lanæ, hoc est ferrugineæ, significantur.

XXXV. At illi cum sancti Spiritus expertes sint, ejusdem vi Spiritus quæ ejus sunt nescire facillime judicantur. Qui cum divino verbo consentanea loqui videri volunt, cœlestia illa in Ecclesiam collata dona, vaticinia scilicet, ignorant, quæ vere ac constanter per eos homines, qui ea quæ dicerent intelligerent, ac firma et robusta mente præditi erant, Spiritus sanctus exposuit. Quales sancti prophetæ, et apostoli fuerunt. Quorum e numero beatus Joannes per Evangelium suum, atque Epistolas, et Apocalypsin idem cœleste munus impertiit. Cæterum in illos quadrat hæc Christi sententia: *Qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, ei neque in præsenti, neque in futuro sæculo peccatum remittit* [3]. Nam illi expressissimis Spiritus sancti verbis aperte repugnant.

Atque hæc adversus illam hæresin hunc in modum copiose disputata sufficere credimus. Quam velut scopolendram, qui et iulus dicitur (serpentis id genus est, multipes, imbecillum, cujus virus haud magnum affert dolorem, sed et pedes, ut dictum est, plures habet, et oblongum est), cum divina virtute ac veritate protriverimus, **458** ad reliquas, charissimi, cum eadem Dei ope progrediamur.

CONTRA ADAMIANOS,

Hæresis XXXII sive LII.

I. Talpam genus quoddam animalis nuncupant, quadrupes, quod sub terra latebras habet, esque effossa, in intimis illius penetralibus domicilium collocat. Est autem canino catulo specie quam simillimum, eodemque staturæ ambitu constans, sed visu penitus caret. Idem agris vastitatem affert, et eorum quæ hominum labore consita sunt, radices evellit; sed cucumerum in primis, tum quidquid acriorum est seminum: cujusmodi sunt cæpæ, allia, bulbi, cæteraque id genus; item lilia, atque alia pleraque. Quod si fodiendo demum ad exteriorem terræ superficiem, apertumque aerem pervenerit, aut hominum insidiis captus fuerit, iis a quibus captus est, ludicrum de se spectaculum præbet. Idem nobis de ea, quam præ manibus ha-

[1] Lege ὅ τι. [2] Deest ὅπερ. [3] Marc. III, 29.

(63) *Ἀδαμιανῶν.* Spurcissimæ hujus hæresis auctorem Theodoretus facit Prodicum, cujus meminit Clem. III *Strom.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bemus, hæresi dicendum videtur, quæ excæcati cordis est, ac desipit; sibi vero vastitatem affert; et idipsum, ex quo constat, radicitus excidit. Quin etiam radicibus quamplurimis, illis scilicet hominibus, qui ad se confugerint, perniciem consciscit. E contrario vero prudentibus, si in conspectum aliquando venerit,[a] non mediocrem de se risum concitat. Quemadmodum illud, de quo diximus, animal, quod, quia cæcum est, nec receptum invenire ullum potest, ab omnibus illuditur, non absimilis est illius hæresis conditio. Quam qui sequuntur, Adami nomen usurparunt. Hoc autem, quod a multis auditione didicimus, de eo hominum genere proponimus, non ullis scriptorum monimentis compertum, aut cujusquam ex illo grege usu ac consuetudine perceptum.

A ἀνοηταίνει· ἐρημίαν δὲ ἑαυτῇ ἐργάζεται, καὶ τὴ σύστασιν ἑαυτῆς κάτωθεν ἐκτέμνει. Ῥιζῶν τε πλ λῶν, τῶν εἰς αὐτὴν ἐκπεπτωκότων ἀνθρ λύμην ἀπεργάζεται. Τοῖς δὲ συνετοῖς εἴ ποτε νοιτο κατοπτευθῆναι αὐτὴν, γέλωτα οὐ τὸν χόντα παρασκευάζει· ὡς καὶ τὸ προειρημένον ζῶ διὰ τὴν ἑαυτοῦ τύφλωσιν ἐμπαιζόμενον διὰ ἀκρασίαν [1], καὶ μὴ εὑρίσκον ποῦ τὴν εἰσαγ ποιήσασθαι, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ αἵρεσις. Ἐπέθετο γ ἑαυτοῖς τοῦ Ἀδὰμ τὸ ὄνομα. Τοῦτο δὲ ἀπὸ ἀν ἀνδρῶν πολλῶν ἀκηκοότες φαμέν· οὐ γὰρ ἐν γραμμασιν εὕρομεν, ἢ περιετύχομεν τοιούτοις

Quamobrem cum ea quæ dicturus sum plerique narraverint, merito hujus sectæ mentionem aliquam faciendam esse duximus, ac jure eamdem cum cæco illo animalculo comparavimus, quod ad hominum aspectum haud ita frequenter erumpit, propterea quod sub terra delitescit; indidemque stirpibus pestem atque exitium molitur. Sed ridicula in primis hæresis illa est. Ac diu sane dubitavi, num ea ab cæterarum numero excludenda prorsus esset. Verum, quod ejus in mundo utcunque sonus exauditur, non erit auditori sapienti molestum, si lolii genera omnia cognoverit, quæ in orbe terrarum a diabolo **459** disseminata sunt. Sive enim ejusmodi est, qualem accepimus, sive non est, tamen cum ita plerosque narrantes audierimus, visum est securitatis causa non absurdum, si de ea nonnihil ageremus, neque prætermitteremus penitus, tametsi jam eversa foret, nec uspiam resideret: utrum enim supersit necne, nondum exploratum habuimus. Quid autem attinet in illius narrationis exordio diutius immorari? Age ridiculam illam narrationem, vel luctuosam potius aggrediamur. Luctuosam quidem, quod diabolus in hominum mentibus sedem constituerit, Dei ut opificio posset illudere. Ridiculam vero, quatenus nihil isti neque vident, neque prudenter intelligunt.

B Πολλῶν οὖν εἰρηκότων, ἄξιον καὶ αὐτῆς μνησθῆ ναι ἐδικαιώσαμεν. Διὸ καὶ δικαίως ταύτην παρεικ σαμεν τῷ προειρημένῳ τυφλῷ ζῶον [2], καὶ ἀνθρώπ οὐ τάχιον φαινόμενοι, διὰ τὸ κρύβδην ἐν τῇ γῇ εἶνα καὶ κάτωθεν τὴν λύμην ἐργάζεσθαι. Περιγέλαστ δέ ἐστι· καὶ ἐσκεπτόμην μηδ' ὅλως εἰς ἀριθμὸν τὴν φέρειν. Διὰ δὲ τὸ ὅλως ἦχον αὐτῆς εἶναι ἐν κ σμῳ, οὐδὲν λυπήσειε τὸν συνετὸν ἀκροατὴν πά πάντων εἰδέναι τῶν. ἐν τῷ κόσμῳ ὑπὸ τοῦ διαβόλ ζιζανιωδῶς ἐσπαρμένων. Εἴτε γάρ ἐστιν ἡ ταύτη εἴτε μὴ ἔστι, πολλῶν λεγόντων ἀκηκοότες, ἀσφαλεί χάριν καὶ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν εὔλογόν μοι πέφη καὶ μὴ παραλεῖψαι, κἂν τε καταλύηται, καὶ οὐκέτ ὑπάρχῃ. Οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ἐπίσταμαι, εἰ ἔτι ἔστιν, ἢ μὴ ἔστι. Τί δὲ εἰς μακρὸν ἀποτείνομαι χρόνον τῷ C προοιμίῳ χρώμενος πρὸς διήγησιν; Ἄρξομαι τὸ τέ λοιον διηγεῖσθαι, μᾶλλον δὲ τὸ πένθος. Πένθος, ὅτι πως ὁ διάβολος ἐνοίκησεν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐν νοίᾳ, χλευάσαι τὸ πλάσμα τὸ ἐκ Θεοῦ πεπλασμένο γέλοιον δὲ, περὶ τῶν μήτε ὁρώντων, μήτε τὸ συκο διανενοημένων.

II. In primis enim hæreticos istos ferunt ecclesias suas, sive latibula potius, et cavernas (sic enim hæreticorum libet appellare conventicula), in hypocaustis exstruere. Quippe subter ignem excitant, ad eos vaporandos ac fovendos qui in illud cubiculum conveniunt. In ingressu vestimentorum custodes pro foribus capsariorum instar appositi sunt. Tum intrantium quisque tam vir, quam femina, foris vestibus exuens sese, toto corpore, perinde ut ex utero matris exiit, nudus ingreditur. Sed qui principes inter illos habentur, et magistri, pæræque nudi considerent, alii in superiore loco, alii in inferiore, promiscue ac passim. Ad hæc nonnulli ex eorum numero sunt, qui scilicet Continentes appellantur, idque præ se ferunt, ac virgines habentur,

Β'. Πρῶτον γάρ φασι τοὺς τοιούτους τὰς αὑτῶ ἐκκλησίας, ἤτοι φωλεοὺς καὶ σπήλυγγας (οὕτω γὰρ εἰποιμι τὰς τῶν αἱρέσεων συνελεύσεις), ἐν ὑπο καύστοις οἰκοδομεῖσθαι. Ὑποκαίειν δὲ κάτω, διὰ τ εἶναι ἔθμην (64) εἰς θάλψιν τῶν ἔνδον ἐν τῷ οἰκίσκ D συναγομένων. Ἐν δὲ τῷ εἰσιέναι ἱματιοφύλακές τί τινες πρὸς ταῖς θύραις, δίκην καμψαρίων (65), ὑπ αὐτῶν ἐπιτεταγμένοι, καὶ ἕκαστος εἰσιών, ἤτοι ἀνὴ ἤτοι γυνὴ, ἐκδυόμενος ἔξω εἵσεισι γυμνὸς, ὡς ἐκ μητρὸς, ὅλῳ τῷ σώματι· οἵ τε δοκοῦντες αὐτῶ ἀρχηγοὶ καὶ διδάσκαλοι, πάντες ὡς ἐκ μητρὸς, καθεζ μενοι, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω ἀναμὶξ καὶ σποράδη Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς Ἐγκρατεῖς δῆθεν λεγόμενοι καὶ κομπάζοντες, καὶ παρθένοι, ὡς ἑαυτοὺς ἐπ τῶσι. Τάς τε ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα αὐτῶν πάν

[1] Cor. ἀορασίαν. [2] Cor. ζώῳ, et φαινομένῳ.

(64) *Διὰ τὸ εἶναι ἔθμην.* Hes.: *Ἔθμη*, ἀτμὸς, καπνὸς λεπτὸς, ἀτμή.

(65) *Δίκην καμψαρίων.* Idem Hes.: *Χάμψα*, θήκη γλωσσοκομεῖον, et *καμψία*, κανᾶ, κανίσκια. Suidas: *Κάμψα*, κίστη, ἢ θήκη. Igitur Capsarii sunt ἱματιοφύλακες, hoc est, ut Glossæ reddunt, vestiarii. Supra in Hebion. *olearios* vocabat. Paulus lib. III § ultim. *De offic. præt.* Vig. eadem voce capsarorum appellat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

γυμνοὶ ὄντες τελοῦσιν. Εἰ δὲ δόξειε τινὰ, ὡς καὶ οὕτω λέγουσιν, ἐν παραπτώματι γενέσθαι, οὐκέτι τοῦτον συνάγουσι. Φάσκουσι γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀδὰμ τὸν βεβρωκότα ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ κρίνουσιν ἐξεῶσθαι ὡς ἀπὸ τοῦ παραδείσου, τουτέστι τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας. Ἡγοῦνται γὰρ τὴν ἑαυτῶν Ἐκκλησίαν εἶναι τὸν παράδεισον, καὶ αὐτοὺς εἶναι τοὺς περὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔαν. Τίνι οὖν τῷ λόγῳ ὑποκαίουσι τὸν ὀλκίσκον, ἵνα μὴ τὸ κρύος αὐτῶν ἐφάψηται; Ἀδὰμ γὰρ καὶ Εὔα οὐκ ἐν ὑποκαύστῳ οἴκῳ τὴν δίαιταν εἶχον, οὔτε ἐν φλογμῷ τινι ὑπεπιέζοντο, οὔτε κρύος αὐτοὺς ἐφόρτου· ἦν δὲ αὐτοῖς ἀὴρ καθαρώτατος, καὶ πάσης εὐκρασίας εὐτάκτως ἐκ Θεοῦ μεμερημένος, οὔτε ἀπηνότητι ψυχρίας τετονωμένος, οὔτε ἀηδεπάτῃ ἐκπυρώσει καύσωνος ἐπηρτημένος· διαίταν δὲ ἀμβροσία μάλα ἐκ Θεοῦ πεποιημένη· ὁ χῶρος ἐτέτακτο, θυμηδίας καὶ εὐζωΐας πεποιημένος. Καὶ οὔτε δίγει ὑπέπιπτον οὔτε καύσωνι, ὡς ἔφην. Τούτων δὲ τοιούτων ἐπιδεομένων, μάλα παρ' αὐτοῖς ἡ χλεύη γίνεται.

Sadok X est post Aaronem, post Levi XIII. Sed in priori numero μετὰ γενεὰς δεκαδύο, infinite dictum ab erroris culpa scriptorem vindicat. Hæc autem, ἑβδόμης δὲ ἀπὸ τῆς Ἀαρὼν διαδοχῆς, excusari non possunt, cum sint X. Ad hæc pro ἑβδόμης credideris ἑπτά scribendum esse, ut ad μετά referatur. Nam in arithmetica nota deceptus est librarius.

(80) *Καὶ ὅτι μὲν ὁ Μελχισεδέκ.* Quod sit acumen in illa Epiphanii ratiocinatione, vix assequi possum. Ut hominem fuisse Melchisedecum ex Apostolo demonstret, hæc illius verba proponit: Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν πατριάρχην. Ex quibus ita colligit: Δῆλον οὖν, ὅτι ἐξ αὐτῶν οὐ γενεαλογεῖται. Quæ nihil ad institutam probationem attinent, nec illis omnino verbis hominem exstitisse docet Apostolus. Quare mendosus hic locus videtur, et ita corrigendus: Δῆλον οὖν, ὅτι ἐξ ἑτέρων γενεαλογεῖται. Nam ex eo quod Apostolus dicat, Melchisedecum οὐ γενεαλογεῖσθαι ἐκ τοῦ Ἀβραάμ, aut ἐκ τῶν Λευιτῶν, utcunque sequitur ἐξ ἑτέρων γενεαλογεῖσθαι, hoc est externæ diversæque ab illis stirpis fuisse.

(81) *Ἠλίας ὁ Θεσβίτης.* Eliam e sacerdotali fuisse stirpe Hebræorum fert opinio: qui eumdem illum faciunt cum Phineez Eleazari filio. Hanc opinionem refert Kimchius ad lib. III Reg., cap. XVII, nec in ea tamen acquiescit, amplectitur autem Elias in voce Thisbi. Neque vero id Hebræi veteres omnes arbitrati sunt. Siquidem ex eodem Davide constat, nonnullos e tribu Gad, alios e tribu Benjamin oriundum putasse. Ipse autem certi nihil affirmat. E Christianis præter Epiphanium, *Alexandrinum Chronicon*, pag. 376, sacerdotalem Eliæ originem ascribit, additque Thisbiten dictum a Thisbi sacerdotali urbe in Arabia. Quod ex libro *De vitis prophetarum*, qui Epiphanii nomine inscribitur, mutuatum videtur. Ἠλίας, inquit, ὁ προφήτης· οὗτος ἦν ἐκ Θεσβῶν, ἐκ γῆς Ἀράβων, ἐκ φυλῆς Ἀαρών, Λευΐτης, οἰκῶν ἐν Γαλαάδ, ὅτι ἡ Θέσβις ὁρμὴ ἦν τοῖς ἱερεῦσι δεδομένη. Quem ad locum Superintendens nescio quis e Lutheranis qui novissimum librum illum de prophetis interpolavit, mirifice æstuat, ut illas voces, ἐκ γῆς Ἀράβων, expungat. Quas quidem parenthesi inclusit, ut alienas esse significet. *Si enim*, inquit, *Thisben in Arabia collocabimus, non amplius ad cives Gileaditicos, vel ad regnum Israeliticum pertinebit.* Hic conjecturam suam attexit; et videlicet quærenda occasio fuit adversus monachos declamandi, quorum inscitia intrusas illas voculas suspicatur. Cum enim ἐκ φυλῆς Ἀαρών legeretur, aliaque ad marginem adnotata fortasse lectio, ἐκ γῆς Ἀράβων, *ea crescente*, inquit, *monachorum barbarie in ipsum auctoris contextum recepta fuit.* Sed in ea conjectura summam iste pastor imperitiam suam ac levitatem detexit. Neque enim scivit, Arabiam olim latissime patuisse; ut non modo Transamnanæ seu Perææ optimam partem, sed etiam Cœlesyriam ac Damascum complexa sit. Siquidem regio ipsa Basan et Galaaditis Arabia continebatur, auctore Hieronymo *in II Isa.* et *in Abdiam*, ubi quæ prius vocabatur Galaad, eam postea nominatam Arabiam, et postremo suo tempore Gerasam, observat. De Damasco Tertull. lib. III *Contr. Marc.*, cap. 13: *Damascus*, inquit, *Arabiæ retro deputabatur, antequam transcripta esset in Syrophœnicen.* Arabiæ itaque nomine liber ille *De prophetarum Vita* Galaaditidem intellexit. At Kimchius ita nominatum putat: מזרח תשבה תשב היה תחלה ואחר כך ישב בגלעד hoc est *ab urbe in qua primum habitavit; unde postea in Galaad migravit.* Quæ quidem Davidis verba Elias levita Hebræus doctissimus nequaquam intellexit. Nam

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГФ

φὸς γέγονεν Ἰωδαὲ (82) τοῦ ἱερέως, ἐξ ἱερέων δῆλον καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀχιμαάμ· Ἀχιμαὰμ δὲ υἱὸς τοῦ Σαδώκ· Σαδὼκ δὲ τοῦ Ἀχιτὼβ, τοῦ Ἀμωρία· Ἀμωρίας υἱὸς τοῦ Μωρία· Μωρίας τοῦ Ζαρᾶ, τοῦ Ἀζία· Ἀζίας τοῦ Φινεές· Φινεὲς υἱὸς τοῦ Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ υἱὸς τοῦ Ἀαρὼν, τοῦ ἱερέως δηλονότι· Ἀαρὼν υἱὸς τοῦ Ἀμράμ· Ἀμρὰμ τοῦ Καάθ· Καὰθ τοῦ Λευΐ· Λευΐ τρίτος υἱὸς τοῦ Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἀδελφὸς μὲν Ἠσαῦ, παῖς δὲ τοῦ Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ υἱὸς τοῦ Ἀβραάμ. Ἐν δὲ ταῖς ῥηταῖς βίβλοις οὐ πάνυ σαφῶς αἱ τούτων γενεαλογίαι ἐμφέρονται, ἢ μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις (83) τῆς κατὰ τὸν Ἠλίαν ὑποθέσεως μέρη. Φύσει δὲ τῶν τριῶν παίδων, Σεδρὰχ, Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ, οὔτε ἐν ἀποκρύφοις οὔτε ἐν παραδόσεσιν εὕρομεν. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἆρα κἀκεῖνοι, οἱ περὶ Σεδρὰχ λέγω, φαντασιάσουσιν ἡμᾶς λογίζεσθαι ἃ μὴ χρὴ, καὶ ὑπερόγκως θαυμάζειν ὑπὲρ τὸ μέτρον τὰ ἑκάστης ὑποθέσεως; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο! Καὶ ὅροι γὰρ ἐτέθησαν ἡμῖν, καὶ θεμέλιοι, καὶ οἰκοδομὴ τῆς πίστεως, καὶ ἀποστόλων παραδόσεις, καὶ Γραφαὶ ἅγιαι, καὶ διαδοχαὶ διδασκαλίας· καὶ ἐκ πανταχόθεν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐστήριγται. Καὶ μηδεὶς ἀπατάσθω καινοῖς μύθοις.

A prosapiam reperimus, quam ordine hunc in modum percenseo. Fuit Elias Thesbites Jodaæ sacerdotis frater; proinde ex sacerdotali stirpe, filius Achimaami, Achimaamus Sadoci, Sadocus Achitobi, hic Amoriæ, Amorias Moriæ, Morias Zaræ, iste Aziæ, Azias Phineesi, Phineesus Eleazari, hic Aaronis sacerdotis, Aaron Amrami, hic Caathi, Caathus Levi, qui tertius Jacobi filius fuit. At Jacobus Esau frater, Isaaci filius, Isaacus Abrahami. At vero in sacris Litteris non omnino perspicue istorum origines indicantur, nisi forte quod in libris Paralipomenon nonnulla, quæ ad Eliam pertinent, comprehensa sunt. Quod autem ad tres **471** pueros spectat, Sidrach, Misach et Abdenago; nihil de iis neque in apocryphis, neque in traditionibus invenimus. Quidnam ergo dicemus? An et illi tres pueri nos in eum errorem conjicient, ut quod nefas est de illis cogitemus, et unamquamque rem supra quam par est, et impensius admiremur? Absit ut id unquam in animum inducamus! Nam et termini præscripti nobis sunt, et fundamenta posita, et fidei structura, et apostolorum traditiones, et sacræ Litteræ, et cœlestis doctrinæ propagata successio, ac denique divina veritas ex omni parte munita est, et constituta. Proinde nemo se inanibus fabulis in errorem abduci patiatur.

B

illius sententiam sic exponit: והרדק פירש שבראשונה ישב בעיר ששמה תושב ואחר כך ישב בגלעד אבל לא פירש למה נקרא מתשבי גלעד. Hoc est: *R. D. Kimchii sic interpretatur. Quod initio habitaverit in urbe, cujus nomen erat Toschab; postea vero in Galaad migraverit. Verum non explicat quare dictus sit ex habitatoribus Galaad.* Atqui aliter, nisi fallor, Kimchius accipiendus est. Non enim censet nomen urbis fuisse תשב, quod absurdum est, sed ibi, in ea scilicet urbe, hoc est Thisbi, principio consedisse. Quare legendum est שָׁבָה non שָׁבָה. Neque verum est, quod Elias subjicit, causam a Davide nullam afferri, cur Eliam Scriptura dicat esse ex habitatoribus Galaad, cum expressis verbis hanc ipsam significet, quoniam Thisbi profectus in Galaaditidem migraverit. Elias vero levita urbem in Galaad Thisbi fuisse docet; quæ cum ab Israelitis post illam Gabionitarum cladem, qua Galaaditæ pariter involuti sunt, Jud. xxi, solo esset æquata; plerique, qui cædem illam effugerant reversi, postea oppidum instaurarunt; ab eoque casu תשבי גלעד nominati sunt. Quorum unus Elias fuit; nam illis vixisse temporibus argumento est, quod tum superstes erat Phinees; quem eumdem esse cum Elia magistris placet. Hæc Levita. Quæ sunt insulsissima. Fingamus enim Eliam esse Phinees; quomodo is ad necem quæsitus ab Israelitis, ac fuga lapsus credi potest, qui ab illorum partibus steterit, iisdemque præfuerit? Atqui hanc eamdem de Phinees fabulam, quod idem sit cum Elia, habet Hieron. lib. *Quæst. Hebr.* in Paralip., cujus auctoritate fretus Petrus Damianus epist. IV *Ad Nicol. pontificem* eamdem pluribus exponit. Quod ne refutationem quidem meretur. Abulensis sacerdotem fuisse negat omnino, sed levissima conjectura; quod Galaaditidis incola nominetur. Imo vero saltem ex eo contrariæ suspicioni locus, quoniam מתושבים *ex inquilinis* fuit, hoc est non indigena, neque ex illa tribu, sed peregrinus, et in alieno solo degens. Verum in re dubia utrinque larga divinandi ac somniandi copia est. Nos otiosi non sumus. Quod ad oppidum vero Thisbi pertinet, de ejus situ nemo certi aliquid prodidit, nisi quod Tobiæ I ex LXX translatione Thisbi, e quo oriundus fuisse Tobias asseritur, in Galilæa ponitur, supra Aser: quæ in Latina minime reperiuntur. Sed et Mazius ad XI Josue Θηβῆς pro Θισβῆς scribendum existimat. Josephus lib. VII, cap. 7, Thesbonem Galaaditidos urbem Eliæ patriam esse dicit.

C

(82) *Ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαέ.* Hic est Joiadas pontifex, qui sub Athalia et Joas sacerdotio functus est; sub hoc vero mortuus, cum vixisset annos 130. Torniellus anno mundi 3191 mortem illius, Joas tricesimo quinto fere, consignat. Cœpit autem Joas, ex chronologia nostra, per Jul. 3836; proinde 35 ejusdem convenit in a per. Jul. 3870, e quibus detractis 130, reliqui sunt 3740. Itaque anno per. Jul. 3741 præter propter natus est Joiadas, Roboami II annis post templi conditum plus minus XXXI. Quod si Joiadæ frater Elias fuit, et Achimaaz filius, consequens est Azariam eumdem esse cum Joiada. Quippe libri I Par., cap. VI, a Sadok usque ad templi excidium sacerdotum series ista proponitur.

D

1 Sadoc	8 Sadoc
2 Achimaas	9 Sellum
3 Azarias	10 Helcias
4 Johanan	11 Azarias
5 Azarias	12 Saraias
6 Amarias	13 Josedec
7 Achitob	

Fuerit igitur Azarias idem ac Joiadas; quod nonnullos arbitratos esse testatur Abul. in hunc locum lib. I Paralip. Sane pertricosa res est Judæorum pontificum successio; quorum nomina apud Josephum ab iis, quæ in lib. Paralip. traduntur, diversissima sunt. Expeditissima conciliandi ratio est, ut plerosque multiplici nomine præditos affirmemus. Cæterum in sacerdotali Eliæ ac Joiadæ stirpe duos prætermisit Epiphanius; nam Aziam, qui est in Scriptura Ozi, filium fuisse Phinees tradit, cum ejus prompos fuerit. Omisit enim Abisue et Bocci.

(83) *Ἡ μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις.* De Eliæ stirpe in Paralipom. libris quod sciam verbum nullum. Alioquin sublata omnis esset illa de Eliæ stirpe quæstio, si de qua tribu natus esset, vel levissime significaret.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

IV. Redeo jam ad id quod mihi proposueram, ea videlicet, quæ de Melchisedeco ineptissime confingunt. Fuit enim justus ille quidem, ac Dei sacerdos, et rex Salem ; sed neque in cœlo fuit, nec e cœlo descendit. *Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis*, ait sanctissimus verissimusque Deus idem et Verbum[3]. Illum vero Melchisedeci ordinem cum Scriptura sacra confirmat, ac sanctus Spiritus expressis verbis asserit, sacerdotii translationem ostendit, quod ab vetere Synagoga rituque egregium ac præstantissimum in ritum, neque carnali successione devinctum postea transiit. Etenim sanctus ille Melchisedec nullum neque post se successorem habuit, nec ei sacerdotium est abrogatum, sed sacerdos toto vitæ suæ tempore mansit. Quare adhuc in sacris Litteris eadem sacerdotii dignitate celebratur, cum nemo ei successerit ; aut illam sacerdotii functionem, qua suo tempore nactus est, everterit. Eodem plane modo Dominus noster non nudus homo, sed ex Deo Deus Verbum, Deique Filius, ab eodem nullo initio aut tempore genitus, qui est cum Patre perpetuo, sed homo tamen de Maria nostra causa factus est ; nec ex virili semine procreatus. Qui quidem sacerdotale Patri suo munus offert, accepta ex natura hominum massa, ut pro nobis sacerdos secundum ordinem Melchisedec successione omni carentem constituatur. Manet enim, et assidue dona pro nobis offert. In primis quippe semetipsum obtulit, ut perfectiore vivaque pro totius mundi salute mactata hostia, veteris testamenti sacrificium aboleret. In quo idem ipse victima fuit, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse Rex, **472** ipse Pontifex, ipse ovis, ipse agnus ; adeoque *omnia in omnibus*[3] propter nos est factus, ut modis omnibus nobis vita suppeteret ; ac sacerdotii sui constantem, et immutabilem firmitatem in sempiternum statueret, ut non jam stirpis habita ratione successiones distribueret ; sed ex justificatione conservari propagarique in Spiritu sancto singulari beneficio vellet.

V. Aliud præterea nonnulli de eodem Melchisedeco somniant. Ejusmodi enim homines carnaliter examinati sunt[4] : cum spiritaliter ea quæ ab Apostolo in Epistola ad Hebræos dicta sunt, nequaquam intellexerint. Quamobrem Hierax Melchisedecum Spiritum esse sanctum existimat, quod ita de eo scriptum sit : *Assimilatus Filio Dei. Manet enim sacerdos in perpetuum*[5]. Quod et aliis Apostoli verbis illustratur, cum dicit : *Spiritus vero pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus*[6]. At qui Spiritus sancti interiores sensus novit, non ignorat illum Deo pro electis supplicare. Sed et iste nihilominus a proposito penitus aberravit. Non enim unquam Spiritus sanctus carnem induit. Qua quidem si caruit, Rex esse Salem, aut illius loci sacerdos non potuit. Verum opportuniori tempore, cum

Δ'. Ἐπανελεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὰ προκείμενα, ὡς οὗτοι φαντάζονται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. [1] Ὅτι μὲν γὰρ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ βασιλεὺς τῆς Σαλήμ, ἀλλ' οὐκ ἐν οὐρανῷ ὑπάρχων, καὶ ἀπ' οὐρανοῦ καταβεβηκώς. *Οὐδεὶς γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, φησὶν ὁ ἅγιος καὶ ἀψευδὴς Θεὸς Λόγος· τὴν δὲ τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ κρατύνουσα ἡ θεία Γραφὴ, καὶ τὸ Πνεῦμα ῥητῶς διδάσκον, τὴν μετάθεσιν ἔδειξε τῆς ἱερωσύνης ἀπὸ τῆς παλαιᾶς συναγωγῆς καὶ τοῦ ἔθους εἰς ἔθος κάλλιστον καὶ ὑπέρτατον, καὶ οὐ μέτοχον σαρκικῆς διαδοχῆς ἠνωμένον. Ὁ γὰρ Μελχισεδὲκ ὁ ἅγιος οὗτος οὐκέτι μετ' αὐτὸν διαδοχὴν ἔσχηκεν, ἀλλ' οὔτε ἀφαίρεσιν τῆς ἱερωσύνης· ἔμεινε γὰρ αὐτὸς ἱερεὺς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς. Καὶ ἔτι ἐν τῇ Γραφῇ ἄδεται ἱερεὺς, μηδενὸς αὐτῶν διαδεξαμένου, ἢ ἀνατρέψαντος τὴν κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ ὑπηρεσίαν τῆς ἱερωσύνης. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν, οὐκ ὢν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐκ Θεοῦ ἅγιος Θεὸς Λόγος, Υἱὸς Θεοῦ γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἀεὶ σὺν Πατρὶ ὢν, γενόμενος δι' ἡμᾶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Τὴν δὲ ἱερωσύνην τῷ Πατρὶ προσφέρει, ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ φύραμα λαβὼν, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς καταστῇ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. Μένει γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκὲς δῶρα προσφέρων· πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προσενέγκας, ἵνα λύσῃ θυσίαν παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας· αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστήριον, αὐτὸς Θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς βασιλεὺς, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, *τὰ πάντα ἐν πᾶσιν* ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος, ἵνα ἡμῖν ζωὴ κατὰ πάντα τρόπον γένηται, καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάστατον ἑδραίωμα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπεργάσηται, οὐκέτι κατὰ σπέρμα τὰς διαδοχὰς μερίζων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δικαίωμα φυλάττεσθαι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ δωρούμενος.

Ε'. Φαντάζουσι δὲ ἄλλοι περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ λέγοντες. Σαρκικῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀνεκρίθησαν, πνευματικῶς μὴ νενοηκότες τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἑβραίους εἰρημένα. Καὶ ὁ μὲν Ἱέραξ τοῦτον νομίζει Μελχισεδὲκ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ, *Ἀφομοιούμενον*, φησὶ, *τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Μένει γὰρ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές*· ὡς ἀπὸ τῆς λέξεως, ἧς εἶπεν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· *Τὸ δὲ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις*· ὁ δὲ ἐπιστάμενος τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος οἶδεν, ὅτι ὑπὲρ ἐκλεκτῶν ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ. Ἐξέπεσε δὲ καὶ οὗτος παντελῶς τοῦ προκειμένου. Οὐ γὰρ σάρκα ἐνεδύσατο τὸ Πνεῦμα *πότε*. Σάρκα δὲ μὴ ἐνδυσάμενον, οὐκ εἶχεν εἶναι βασιλεὺς τῆς Σαλήμ, καὶ ἱερεὺς τόπου τινός. Καιρῷ δὲ ὅτε περὶ τούτου τοῦ Ἱέρακος καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως

[1] Deest verbum. [2] Joan. III, 13. [3] I Cor. XV, 28. [4] II Cor. II, 14. [5] Hebr. VII, 3. [6] Rom. VIII, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

τὴν ἀνατροπὴν ποιήσομαι, τότε ἐν πλάτει περὶ τούτων διηγήσομαι. Τῆς δὲ ἀκολουθίας τὰ νῦν ἐπιλήψομαι, πόσα δὲ περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἄλλοι φαντάζονται.

Ϛ'. Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον (84) νομίζουσιν εἶναι τὸν [1] (υἱὸν τοῦ) Σήμ· καταγέλαστοι δὲ καὶ αὐτοὶ εὑρεθήσονται. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ θεία Γραφὴ πάντα μετὰ εὐταξίας, κατὰ πάντα ἀληθειαν ὠχύρωσεν, οὐκ εἰς μάτην τοὺς χρόνους τάξασα καὶ τὰ ἔτη. Ὅτε γὰρ Ἀβραὰμ ὑπῆρχεν (85) ὀγδοηκονταοκτὼ ἐτῶν, ἢ καὶ ἐνενήκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, ὁ Μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε, καὶ *ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον* (86) *καὶ οἶνον*, προτυπῶν τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα, ἀντίτυπα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, λέγοντος, ὅτι *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν*· καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ νυχθέντος, καὶ ῥεύσαντος εἰς κάθαρσιν τῶν κεκοινωμένων, καὶ ῥαντισμὸν, καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ὁ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ (87) Θάρρα ἑβδομηκοστὸν κατ-

A Hieracis illius hæresim refellam, de iis ipsis uberius disputabo. Nunc ut ordine cætera pertexam, quas de Melchisedeco alii fabulas serant, hoc loco proponam.

VI. Igitur Samaritani Sem esse illum arbitrantur. In quo ridiculi plane sunt. Siquidem divina Scriptura consentanee cuncta ac congrue stabiliens, corroborandæ in omnibus veritati studuit, neque frustra temporum annorumque seriem expressit. Cum itaque Abrahamus octuagesimum octavum, vel nonagesimum plus minus ætatis annum ageret, ei Melchisedecus occurrit, ac *panem ipsi vinumque protulit* [2]. Quo facto mysteriorum significationes adumbravit, quæ Domini figuram exprimebant, qui dixit: *Ego sum panis vivus* [3]. B Sed et sanguinis illius figuram, qui e perforato ipsius latere ad eorum, qui inquinati erant, expiationem aspersionemque manavit. Jam vero Thare septuagesimo ætatis anno Abrahamum genuit [4].

[1] Ex iis quæ sequuntur expungendas esse duas illas voces intelliges. [2] Gen. xiv, 18. [3] Joan. vi, 51. [4] Gen. xi, 26.

(84) *Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον.* Ita sensisse Judæos declarat Hieron. *ad Evagrium* epist. 126 et ex Midrasch Agada docet R. Selomoh *in* xiv *Gen.* nec non et Aben Hezra. Nec dubium est, quin ex Hebræorum et Latinorum rationibus congruant tempora. Nam Abrahamo supervixit Sem annos xxxv. At ex LXX Seniorum editione nequaquam conveniunt; ut recte colligit Epiphanius. Verum de hac Judæorum aut Samaritanorum opinione, ac cæteris de Melchisedeco veterum erroribus pluribus agit C Hieron. loco citato; copiosissime vero recentiores sacrarum litterarum interpretes et chronologi, ut eo minus in hac quæstione commorari necesse sit.

(85) *Ὅτε γὰρ Ἀβραὰμ ὑπῆρχεν.* Falsus est aliquot annis numerus iste. Nam ut ex Genes. cap. xvi constat, lxxxv duntaxat annorum erat Abrahamus, cum Agar ancillam duxit, quod posterius est expeditione illa contra reges iv.

(86) *Καὶ ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον.* Egregius hic locus ad tuendam ab hæreticorum calumniis communem PP. omnium auctoritatem ac sententiam; qui ex illis Geneseos verbis deducere solent, Melchisedecum ad usum sacrificii panem et vinum protulisse, et eo ipso sacrificio incruentum Christi corporis ac sanguinis adumbrasse sacrificium. Quod et Hieron. docet *Epistola ad Evagr.* et veteres, uti D dictum est, propemodum omnes; quorum testimonia a catholicis scriptoribus jamdudum studiose collecta sunt. Sed eximius atque in primis disertus est, qui mihi forte nunc occurrit Clementis Alexand. locus lib. iv *Strom.*: Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὁ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου· ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον Εὐχαριστίας. Vide August. epist. 95.

(87) *Ὁ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ πατήρ.* Quod Abrahamum anno ætatis suæ lxx genuerit Thare diserte Scriptura docet, ac tergiversationem omnem excludit. Nec aliter vetustissimi quique Patres eum locum interpretati sunt, ut vel contrariæ opinionis patroni fateri coguntur; qui contra Mosis auctoritatem, non lxx, sed cxxx. Thare anno natum patriarcham videntur asserere. Viderint illi, quam recte tot sæculorum, adeoque PP. omnium consensum repudient. Nos quæ ab illis opponuntur tanti esse non credimus, ut propterea lucere meridie negandum sit.

Jam vero hac in generationum descriptione non ab Hebraicis modo fontibus, sed etiam a LXX Seniorum numeris, cujusmodi hodie exstant, aberrat Epiphanius. Dabo hic Hebræorum ac Græcorum seriem, ut quæ observanda sunt facilius quisque percipiat.

Hebræorum et Latinorum series.		Ex editione Vulgata LXX Seniorum.		Vixerunt post generationem. Ex Hebræis et Latinis.	Vita integra.
Sem post diluvium genuit anno	2	Sem anno	2	500	600
Arphaxad	35	Arphaxad	135	303	338
Sala	30	Cainan	130		
Eber	34	Sala	130	403	433
Phaleg	30	Eber	134	430	464
Reu	32	Phaleg	130	209	239
Seruch	30	Reu	132	207	239
Nachor	29	Seruch	130	200	230
Thare	70	Nachor	179	119	148
Abraham		Thare	70	135	205
Colliguntur ad Abrahami ortum anni 292.		Colliguntur ad Abrahami ortum anni 1172.			

Atqui ex Epiphanii ratione colliguntur anni duntaxat 942 a diluvio ad Abrahami ortum. Differentia est annorum 230, qui in LXX Seniorum editione ex 130 Cainan, et centenis Nachoris consurgunt. Vulgo enim Nachor 179 tribuuntur, ab Epiphanio vero 79. At vero in Præfatione hujus operis, et in

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Colliguntur **473** anni fere centum sexaginta. Nachor vero Thare genuit annum agens septuagesimum nonum. Ita fiunt anni CCXXXIX. Seruch Nachor genuit anno ætatis CXXX. Colliguntur anni CCCLXIX. Rhagau genuit Seruch anno vitæ suæ CXXXII. Consurgunt anni DI. Phalee Rhagau genuit anno ætatis CXXX. Fiunt anni DCXXXI. Heber porro genuit Phalec anno vitæ suæ CXXXIV. Fiunt anni DCCLXV. Sale genuit Heber, cum ætatis annum ageret CXXX. Efficiuntur anni DCCCXCV. Arphaxad anno CXXXV genuit Sale. Fiunt anni MXXX. Porro Sem, quem antea diximus a Samaritanis pro Melchisedeco haberi, genuit Arphaxad, ætatis anno centesimo. Summa annorum MCXXX ad Abrahami tempus, quo Melchisedeco obviam venit, reversus a cæde Chodollogomor, et Barsa, et Symobor, et Hamarphal regum.

Verum tot annos, quot illorum somnia ferunt, Sem minime vixit; sed centesimo quinto Arphaxad genuit, altero post diluvium anno. Secundum quod, ut Scriptura testatur, quingentos insuper vixit, *Genuitque filios et filias, et mortuus est* [1]. Qui igitur post sexcentos et quinque ætatis annos mortuus est, quomodo ad MCXXX usque pervenit; ut qui ante generationes decem Sem Noemi filius vocaretur, iis demum exactis, hoc est MCXXX annorum intervallo Melchisedecus illorum opinione censeretur? O singularem hominum amentiam! Cæterum ex aliorum exemplarium supputatione, ab ortu Sem ad illud tempus, quo Abrahamo Melchisedecus occurrit, id quod octuagesimo vel nonagesimo vitæ illius anno contigit, consurgunt anni plus minus DCXXVIII. Adeo ut quocunque se demum convertant, ad Abrahami tempus illud, quod diximus, pervenire Sem non potuerit, ut

[1] Gen. XI, 1.

A ἀγων ἔτος τὸν Ἀβραὰμ ἐγέννησε, καὶ γέγονεν ἔτη ρξ' πλείω ἢ ἐλάσσω. Ναχὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Θάρρα ἑβδομηκονταεννέα ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γέγονε αλθ' ἔτη. Σερούχ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναχὼρ, ρλ' ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γεγόνασιν ἔτη τξθ'. Ῥαγαὺ δὲ ἐγέννησε τὸν Σερούχ, ὑπάρχων ρλθ' ἐτῶν, καὶ γέγονε πενταχοσιοστὸν πρῶτον ἔτος. Φαλὲκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥαγαύ, ὢν ἐτῶν ρλ', καὶ γέγονεν χλα' ἔτος. Ἔβερ δὲ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ (88) ἐν ἔτει ρδ' τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ γεγόνασι ψξε' ἔτη. Σάλα δὲ γεννᾷ τὸν Ἔβερ, ρλ' ἔτος κατάγων τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ γέγονεν ωλε' ἔτη. Ἀρφαξὰδ δὲ ρλε' ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν Σαλά, καὶ γέγονε χ' ἔτη. Σὴμ δὲ ἑκατοστῷ ἔτει ὁ προειρημένος. ὁ καὶ φαντασιαζόμενος παρὰ τοῖς Σαμαρείταις εἶναι Μελχισεδὲκ, ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, καὶ ὁμοῦ γέγονεν B ἔτη ,αρλ' ἕως τοῦ χρόνου τοῦ Ἀβραὰμ, καθ' ὃν συνήντησε τῷ Μελχισεδὲκ, ἐπανιὼν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν περὶ Χοδολλογομὸρ, καὶ Βάρσα, καὶ Συμοβὸρ, καὶ Ἀμαρφὰλ τῶν βασιλέων.

Οὐκ ἔζησε δὲ Σὴμ τοσαῦτα ἔτη κατὰ τὴν τούτων ληρώδη φαντασίαν· ἀλλὰ ρε' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμόν. Καὶ ἔζησε μετὰ ταῦτα φ' ἔτη, ὡς φησιν ἡ θεία Γραφή· *Καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς, καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε.* Τοίνυν αὐτοῦ ζήσαντος ἑξακόσια πέντε ἔτη, καὶ τελευτήσαντος, πῶς ἠδύνατο φθάσαι εἰς ,αρλ' ἔτη· ἵνα ὁ Σὴμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πρὸ δέκα γενεῶν καλούμενος Μελχισεδὲκ παρὰ τούτοις, μετέπειτα μετὰ δέκα γενεὰς, καὶ ,αρλ' ἔτη νομισθείη; καὶ ὦ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων πλάνης! Κατὰ δὲ ψῆφον ἄλλων C ἀντιγράφων (89) ἀπὸ τῆς τοῦ Σὴμ ἡλικίας, ἐξότε γεγέννηται ὁ αὐτὸς Σὴμ, ἕως τοῦ προδεδηλωμένου χρόνου, τῆς τε τοῦ Ἀβραὰμ συναντήσεως τοῦ Μελχισεδὲκ, ἥτις ἦν ἐν ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἢ ἐνενηκοστῷ, γίνεται χκη' ἔτη πλείω ἢ ἐλάσσω. Ὥστε ἐξάπαντος μὴ δύνασθαι εἰς τὸν προδεδηλωμένον τοῦ Ἀβραὰμ χρόνον τὸν Σὴμ φθάνειν, ἵνα καὶ Μελχισεδὲκ

Ancorato num. 116 easdem illas γενεάς pertexens Cainan inseruit. Ut illud appareat, LXX Seniorum editionem hac in parte variam et interpolatam fuisse; nam alii codices Cainan asciscebant, alii expungebant. Siquidem apud Eusebium edit. Græcæ pag. 9, ex Africano, et LXX Interpretibus, nec non ex Samaritanorum Hebraicis exemplaribus in hujus genealogiæ contextu Cainan omissus est; nec annorum summa 942 excedit a diluvio ad natalem Abrahami: quot videlicet annos Epiphanius hoc loco numerat. Quare Eusebium hic quidem secutus est.

De Cainano vetus est quæstio, quæ a recentioribus varie disceptari solet. Mihi prætermittendus omnino videtur, cum nec in Hebraica veritate, nec in Latinorum editione exstet uspiam. Quod enim vitium in Hebræos codices irrepsisse nonnulli statuunt; nimis hoc otiose fingitur. Lucæ auctoritas graviorem facit controversiam. Sed et huic a piis et eruditis viris jampridem satisfactum est. Cum enim Græcorum codices vulgo Cainarum exhiberent, Lucas, qui Græcis scribebat, non aliunde genealogiam istam, quam ex illorum libris exscripsit: ideoque et Cainanum inseruit, quem si alioqui prætermitteret, Græcos ipsos offenderet. Quare nihil alterutram in partem affirmans, quas in Græca editione genera-

D rationes repererat, simpliciter reddidit. Quemadmodum si quis Æthiopas catholicam ad fidem perducere volens, regum illorum successionem ex vulgatis eorum Annalibus excerperet; tametsi quispiam intrusus in numerum fuisset, non hæc catholici scriptoris, sed historiarum et Annalium esse culpa crederetur. Hoc ego cum Perrerio nostro, Jansenio, Genebrardo, aliisque doctis et piis scriptoribus probabile censeo.

(88) *Ἔβερ δὲ γεννᾷ τὸν Φαλέκ.* Mendum est non Epiphanii, sed librarii in numerorum nota. Leg. itaque ρλδ', ut ex sequenti collectione perspicue constat.

(89) *Κατὰ δὲ ψῆφον ἄλλων ἀντιγράφων.* Quænam illa sint exemplaria, quæ ab ortu Sem ad 80, vel 90 Abrahami, annos putent 928, hoc est a diluvio ad Abrahami ortum 348, comperire non potui. Neque enim Hebraica aut Samaritana, aut postremo LXX Seniorum editiones ita numerant. Quocirca vereor ut integræ sint numerales Epiphanii notæ. Secundum Samaritanos, et nonnulla LXX Interpretum exemplaria, quæ a diluvio ad ortum Abrahami annos numerant 942, additis 180, fiunt ab ortu Sem ad 80 Abrahami anni 1122.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

νομισθείη. Καὶ διέπεσε πανταχόθεν ἡ τῶν Σαμαρειτῶν χυδαιολογία.

Ζ'. Ἰουδαῖοι πάλιν φάσκουσι τὸν τοιοῦτον δίκαιον μὲν εἶναι, καὶ ἁγαθὸν, καὶ ἱερέα τοῦ Ὑψίστου, ὡς ἔχει ἡ θεία Γραφή· διὰ δὲ τὸν υἱὸν εἶναι πόρνης, φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. Ἐξέπεσε δὲ καὶ τούτων ὁ ληρώδης λόγος. Καὶ Ῥαὰβ πόρνη ὑπῆρχε, καὶ ἔστι γεγραμμένη, καὶ Ζαμβρὴ πορνεύσας γέγραπται, καὶ Χασβιθὴ μετ' αὐτοῦ, καίπερ ἀλλοτρία οὖσα, καὶ οὐκ ἀπὸ γένους Ἰσραὴλ ἀναγομένη. Καὶ πᾶς ὁ μὴ διὰ θύρας εἰσερχόμενος, ὡς ἔφη τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, λῃστής, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν ὑπάρχει.

Ἐν δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ φύσει τινὲς διαφόρως τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ ὁρίζονται. Οἱ μὲν γὰρ αὐτοῦ[1] νομίζουσι φύσει τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ πεφηνέναι· ἐκπίπτουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ προκειμένου. Οὐ γάρ τις ἑαυτῷ ὅμοιος γενήσεταί ποτε· ὡς ἔχει ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι *Ἀφωμοιωμένος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Γῷ ὄντι δὲ ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν τὸν Ἀβρὰμ δεδεκάτωκεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν γενεαλογεῖται, γενεαλογεῖται δὲ ἐξ ἄλλων ἀνθρώπων, τούτων ἕνεκα πάντων τὴν ὑπόμνησιν ποιησάμενοι, διὰ τὴν αἵρεσιν ταύτην ὑπεμνήσθημεν, καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει περὶ τούτων διηγησάμεθα.

Η'. Εἰς ὄνομα δὲ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἡ προειρημένη αἵρεσις καὶ τὰς προσφορὰς ἀναφέρει, καὶ αὐτὸν εἶναι εἰσαγωγέα πρὸς τὸν Θεόν· καὶ δι' αὐτοῦ, φησὶ, δεῖ τῷ Θεῷ προσφέρειν· ὅτι ἄρχων ἐστὶ δικαιοσύνης, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ, πνευματικός τις ὢν, καὶ υἱὸς Θεοῦ τεταγμένος. Καὶ δι'[2] ἡμᾶς αὐτῷ προσφέρειν, φασὶν, ἵνα δι' αὐτοῦ προσενεχθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εὕρωμεν δι' αὐτοῦ ζωήν. Καὶ Χριστὸς μὲν, φησὶν, ἐξελέγη, ἵνα ἡμᾶς καλέσῃ ἐκ πολλῶν ὁδῶν εἰς μίαν ταύτην τὴν γνῶσιν, ὑπὸ Θεοῦ κεχρισμένος, καὶ ἐκλεκτὸς γενόμενος· ἐπειδὴ ἀπέστρεψεν ἡμᾶς ἀπὸ εἰδώλων, καὶ ὑπέδειξεν ἡμῖν τὴν ὁδόν. Ἐξ οὗπερ ὁ Ἀπόστολος ἀποστολικὰς ἀπεκάλυψεν ἡμῖν, ὅτι *Μέγας ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἱερεὺς μένει εἰς τὸν αἰῶνα·* καὶ, *Θεωρεῖτε πηλίκος οὗτος·* καὶ ὅτι *Τὸ ἔλασσον ἐκ τοῦ μείζονος εὐλογεῖται.* Διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην εὐλόγησεν, ὡς μείζων ὤν· οὗ ἡμεῖς ἐσμεν μύσται, ὅπως τύχωμεν παρ' αὐτοῦ τῆς εὐλογίας.

Θ'. Καὶ ὡς μάταιος πᾶσα αἱρέσεων ἡ διάνοια! Ἴδοὺ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἠρνήσαντο τὸν αὐτῶν Δεσπότην, τὸν ἐξαγοράσαντα αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ αἵματι, τὸν οὐκ ἀπὸ Μαρίας ἐναρξάμενον, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλ' καὶ ὄντα πρὸς τὸν Πατέρα Θεὸν Λόγον, γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ὡς πᾶσα Γραφὴ διηγεῖται. Φησὶ γάρ· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν,* καὶ οὐ τῷ Μελχισεδέκ. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ἐστιν τοῦ

Melchisedecus habeatur. Eoque modo Samaritanorum undique vanitas convincitur.

VII. Sed Judæi justum eumdem ac probum fuisse, et sacerdotem Altissimi fatentur, ut est in sacris Litteris proditum. Quod autem meretricis filius esset, **474** neque matris nomen esse scriptum, neque patris ullo modo cognitum. Atqui nec illorum ineptissimus sermo procedit. Nam et Rahab meretrix fuit, et ejus nihilominus Scriptura meminit[3]. Sed et Zambri et Chasbithæ[4] adulterium ibidem expressum, tametsi alienæ stirpis hæc esset, nec Israelitarum ex genere originem traheret. Enimvero omnis, qui per ostium non intrat, fur est, non pastor, ut in Evangelio scriptum est[5].

Quod ad Catholicos attinet, non uno modo de Melchisedeco statuitur. Quidam enim Dei Filium hunc existimant Abrahamo tum humana specie sese videndum obtulisse. Verum illi penitus aberrasse videntur. Neque enim sibi ipsi similis appellari quispiam potest, cum de Melchisedeco Scriptura hunc in modum loquatur: *Qui assimilatus Filio Dei manet sacerdos in æternum*[6]. Cæterum verum illud est, eum, cujus ex ipsis origo minime duceretur, decimas ab Abrahamo cepisse: quoniam ex aliis hominibus quam Israelitis genus illius pertexitur. Hæc omnia propter hæresim istam a nobis commemorata sunt, ac velut digressione quadam instituta narratio.

VIII. Jam vero in ejusdem Melchisedecis nomine etiam oblationes suas eadem secta celebrat, quem apud Deum internuntium esse prædicat. Quamobrem hujus, aiunt, interventu offerre Deo par est, eo quod justitiæ sit princeps, et ad id ipsum a Deo in cœlo constitutus, utpote spiritalis ac Dei filius. Itaque primum ei debemus offerre, ut per eumdem pro nobis repræsententur, ac vitam per eum consequamur. Etenim Christus, aiunt, ob id electus est, ut nos ad unam hanc scientiam ex multiplici viarum divortio revocaret, et idcirco a Deo unctus et selectus est, quoniam vos a cultu simulacrorum avertit, et iter ostendit. Unde et Apostolus a Deo missus istud ipsum nobis aperuit, magnum esse Melchisedecum, et sacerdotem in æternum manere. *Intuemini*, inquit[7], *quantus est ille.* Tum, quoniam *Quod minus est a majore benedicitur*[8]. Ob id, inquiunt, Abrahamo patriarchæ benedixit, utpote eo major. Cujus nos mystæ sumus, ut ab illo benedictionem impetremus.

475 IX. Sed quam inanis est hæreseon omnium sensus! Nam et isti Dominum suum abnegarunt, qui illos suo sanguine redemit; quique non a Maria, ut illi putant, initium traxit; sed apud Patrem semper exstitit, Deus Verbum, a Patre sine ullo initio aut tempore genitum, ut universa Scriptura declarat. Sic enim loquitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*[9]. Non Melchisedeco dixit, qui tametsi Dei altissimi sacerdos

[1] F. αὐτόν. [2] F. δεῖ. [3] Josue II, 3 sqq. [4] Num. XXV, 14. [5] Joan. X 2. [6] Hebr. VII, 3. [7] ibid. 4. [8] ibid. 7. [9] Gen. I, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ætate sua fuerit, nec ullum post se successorem habuerit, minime tamen e supremis est, neque e cœlo descendit. Proinde Scriptura non dixit : Demisit Abraham panem et vinum, sed, *protulit* [1], tam ipsi, quam iis qui cum eo erant, ut a regum profligatione venientem patriarcham exciperet. Huic igitur pro ea qua præditus erat, justitia ac fide, et religione benedixit. Quoniam in omnibus probatus nulla officii sui parte ab justitia patriarcha decederat. Quin etiam Deum in illa expeditione opitulatorem adversus hostes habuit, qui in Sodomitarum agrum eruperant, indeque fratris filium sanctum Lot abduxerant, quem cum omni præda ac spoliis incolumem reduxit. At illud quam copiose demonstrari potest, Filium cum Patre perpetuo fuisse? *In principio*, inquit, *erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [2]. Non dixit : In principio erat Melchisedec. Item : *Venit igitur Dominus ad Abraham; et pluit Dominus a Domino ignem, et sulphur super Sodoma et Gomorrha* [3]. Præterea, *Unus Deus*, ait Apostolus [4], *ex quo omnia ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.*

Ac ne quis objiceret : Ubi est igitur Spiritus sanctus, cum unius atque unius duntaxat mentionem faciat? Sed Spiritum sanctum suimet ipsius commendatorem ac prædicatorem esse minime congruebat. Illud enim Scriptura sacra perpetuo servat, ut se nobis exemplaris instar proponat. Quocirca hæc in Spiritu sancto loquebatur Apostolus : *Unus Deus ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* At qui cum Spiritu sancto ista dicebat, neque mancam esse Triadem volebat. Ad hæc Dominus ipse perspicue dicit : *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [5]. Apostolus quoque : *Unus vero est Spiritus*, inquit [6], *dividens* **476** *unicuique prout vult, ad ejus utilitatem.* En igitur Pater, en Filius, en Spiritus sanctus; nusquam Melchisedec. Neque cum de cœlestibus donis mentio fit, impertiri hæc ab illo dixit, neque cum de sublimibus disseruit. Proindeque frustra ejusmodi ab illis mendacia ad animorum offensionem conficta prædicantur. Quæ quidem non ex veritate, sed draconis sibilo profecta sunt; pro eo ac quamlibet sectam decipere, atque in errorem abducere potuit.

Cum autem abunde jam de illis disputatum sit, missos demum faciamus, quos muris aranei instar solida ac stabili fide velut lapide percussimus, ac letiferum virus evasimus. Hanc enim muris aranei naturam esse ferunt, ut e vestigio quidem nullam ei, qui morsus est, perniciem inferat ; verum paulatim corpus exstinguat, ac membra ejus omnia

A ὑψίστου ἐν τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, καὶ οὐκ ἔσχε διάδοχον μετ' αὐτόν· ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ καταβάς. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ Γραφή, ὅτι Κατήνεγκε τῷ Ἀβραὰμ ἄρτον καὶ οἶνον· ἀλλά, *ἐξέβαλλεν* αὐτός καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑποστρεφόμενος τὸν ἐρχόμενον πατριάρχην. Καὶ ηὐλόγησεν αὐτὸν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δικαιοσύνην, καὶ τὸ πιστόν, καὶ τὸ εὐλαβὲς τοῦ ἀνδρός, ὅτι ἐν ἅπασι διακαιοσθεὶς, ἐν οὐδενὶ ἐξέπεσε τῆς δικαιοσύνης ὁ πατριάρχης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συνεργὸν ἔσχε τὸν Θεὸν κατὰ τῶν ἀληθῶς ἐπελθόντων τῇ τῶν Σοδομιτῶν χώρᾳ, καὶ ἀφελομένων, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν *αὐτοῦ* τὸν ἅγιον Λὼτ, ὃν καὶ ἀπέστρεψε μὲν μετὰ *πάσης* τῆς σκυλεύσεως καὶ λαφυραγωγίας. Καὶ πόθεν γὰρ δείξωμεν, ὅτι ἦν ἀεὶ Υἱὸς σὺν Πατρί ; *Ἐν ἀρχῇ*

B *ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*, καὶ *Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Καὶ οὐκ εἶπεν· Ὁ Μελχισεδὲκ ἐν ἀρχῇ ἦν· καὶ πάλιν· *Ἦλθεν οὖν Κύριος πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου πῦρ, καὶ θεῖον ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα*. Καὶ ὁ ἀπόστολός φησιν· *Εἷς Θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα.*

Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ· Οὐκοῦν ποῦ ἔστι τὸ Πνεῦμα, ἐπειδὴ περὶ ἑνός καὶ ἑνὸς διηγεῖται; Οὐκ ἔδει τὸ Πνεῦμα αὐτοσύστατον αὐτὸ γενέσθαι ἑαυτοῦ. Ἀεὶ γὰρ φυλάττεται ἡ θεία Γραφὴ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γίνεσθαι. Ἐφθέγγετο οὖν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ὁ Ἀπόστολος, καὶ ἔλεγεν· *Εἷς Θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα.* Ἦν δὲ ἐν

C Πνεύματι ἁγίῳ λέγων τοῦτο· οὐ γὰρ ἦν λείπῃ ἡ Τριάς. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος σαφῶς λέγει, ὅτι *Ἀπελθόντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος*. Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Ἓν δέ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται πρὸς τὸ συμφέρον*. Ἰδοὺ τοίνυν Πατήρ, ἰδοὺ Υἱὸς, ἰδοὺ Πνεῦμα ἅγιον. Καὶ οὐδαμοῦ Μελχισεδὲκ, οὔτε ἐν τοῖς χαρίσμασιν εἶπεν, ὅτι δωρεῖται, οὔτε ἐν τοῖς ὑψώμασι. Καὶ μὴν παρὰ τούτοις ᾄδεται τὰ ψευδῆ καὶ ἐπινενοημένα τῶν προσκομμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ συρίγματος τοῦ δράκοντος, ὡς ἐκάστην ἡδυνήθη ἀπατῆσαί τε καὶ πλανῆσαι.

D Καὶ περὶ τούτων δὲ ἱκανῶς διαλεχθέντες καταλείψωμεν, ὥσπερ μυογαλλίδιον λίθῳ πεπαικότες διὰ τῆς στερεᾶς πίστεως καὶ ἐδραιώματος, καὶ φυγόντες τὸ ἰοβόλον δηλητήριον. Τὸ γὰρ μυογαλλίδιον (90) φασὶ πρὸς μὲν τὴν ὥραν μηδὲν ἀδικεῖν τὸν δακόμενον, χρόνῳ δέ τινι τὸ σῶμα ἀφανίζειν, καὶ εἰς λώβησιν κελεφίας (91) ἕως ὅλων τῶν μελῶν ἄγειν τὸν ἐπιδοῦ-

[1] Gen. XIV, 18. [2] Joan. I, 1. [3] Gen. XIX, 24. [4] I Cor. VIII, 6. [5] Matth. XXVIII, 19. [6] I Cor. XII, 11.

(90) *Τὸ γὰρ μυογαλλίδιον*. Nicander *Ther.* : Τυφλήν τε, σμερδνήν τε βροτοῖς ἐπὶ λοιγὸν ἄγουσαν Μυγαλέην τροχοῇσιν ἐνὶ θνήσκουσαν ἀμάξαις. Scholia docent in rotarum orbitis deprehensum murem araneum, quod cæcus sit, illic interfici. At Plinius lib. IX, c. 18 : *Iidem ubicunque sint, orbitam si transiere, moriuntur*, quasi non obtrita rotarum, sed vi quadam orbitis ipsis indita conficiantur.

(91) *Εἰς λώβησιν κελεφίας*. Din quid esset κελεφίας λώβησις ignoravimus : tametsi doctissimos plerosque viros, ac præsertim medicos de ea vana

λευθέντα. Οὕτω καὶ αὕτη ἡ διάνοια τοῖς εὐθὺς περὶ τούτων ἀκούσασι φαίνεται ὡς οὐδέν· προσεντριβομένη δὲ ἡ τῶν λόγων παρολκή, ζήτημα ἐμποιεῖ, καὶ ὥσπερ ἀφανισμὸν τοῖς μὴ τυχοῦσι τοῦ βοηθήματος τῆς ἀντιδότου ταύτης. Οὐ τάχιον δὲ φαίνεται τὸ ζῶον. Ἐν νυκτὶ γάρ ἐστι πορευόμενον, καὶ οὕτω τὴν βλάβην ἐργάζεται· μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ. Ὡς ἱστέον ἐστὶ τοῖς τὴν γνῶσιν τοῦ ζώου ἐπισταμένοις, ὅτι οὐ παρέργως, οὔτε σεσυκοφαντημένως τῆς τοῦ ζώου ὑποθέσεως πεποιήμεθα τὴν μνήμην· τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ δικαίωμα ὑπάρχει (92). Ἐφεξῆς δὲ βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὅπως τὸ ἐπάγγελμα ἐν Θεῷ πληρῶσαι καταξιωθέντες, τῷ Θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

A labe illa, quam κελεφίαν vocant, inficiat. Sic hæresis illius dogma primo statim auditu levissimi esse momenti videtur, sed ubi paulatim progressi illorum sermones irrepserint, quæstiones primum ac dubitationes, deinde, exitium afferunt iis qui hoc præsidio, ac velut antidoto minime sunt instructi. Cæterum non temere se animal illud ostendit, sed nocte grassatur, et illam, quam dixi, perniciem conscicit, atque in Ægypto potissimum. Ut qui naturam ejus noverint, non dubitent haud abs re, neque per calumniam hujus a nobis mentionem esse factam, cum istiusmodi sit natura præditum. Deinceps vero ad reliquas progredior, ut, posteaquam id quod suscepimus divina ope perfecerimus, eidem gratiam vicissim habeamus.

B

ΚΑΤΑ ΒΑΡΔΗΣΙΑΝΙΣΤΩΝ (93),

CONTRA BARDESIANISTAS,

Τριακοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἕκτη.

Hæresis XXXVI sive LVI.

Α'. Τούτοις καθεξῆς συνέπεται Βαρδησιάνης τις, οὕτω καλούμενος. Ὁ δὲ Βαρδησιάνης οὗτος, ἐξ οὗπερ ἡ αἵρεσις τῶν Βαρδησιανιστῶν γεγένηται, ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων. Ὅς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστός τις ἀνὴρ ἐτύγχανε· λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ἀπηνίκα ἐρρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν. Ἐκ γὰρ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὡρμᾶτο, λόγιός τις ὢν ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ. Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ἅμα, καὶ τῆς αὐτοῦ μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων Ἀντωνίου Καίσαρος, οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου, ἀλλὰ τοῦ Οὐήρου, ὃς πολλὰ Ἀβειδὰν[1] τὸν ἀστρονόμον κατὰ εἱμαρμένης λέγων συνελογίσατο. Καὶ ἄλλα δὲ κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται αὐτοῦ συγγράμματα. Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ Ἀντωνίου (94) ἑταίρῳ ἀντῆρει[2] περαινούμενος ἀρνή-

I. Proxime ab illis Bardesianes quidam numerandus est, a quo Bardesianistarum hæresis initium accepit. Hic e Mesopotamia oriundus, ex urbe Edessa, principio longe optimus vir fuit, ac libros quamplurimos conscripsit, cum adhuc sana atque integra mente esset. Quippe in Ecclesia catholica versabatur, utriusque linguæ, Græcæ videlicet **477** ac Syriacæ peritus. Cumque Abgaro Edessenorum regulo viro sanctissimo familiaritate conjunctus esset, ac cum eo concorditer se in omnibus gereret, et ejusdem disciplinæ esset particeps, post ejus obitum ad Antonii Cæsaris usque tempora perseveravit, non Pii, sed Veri. Idem adversus Abidam astrologum contra fatum pluribus disputavit. Nec alia pauca illius monimenta feruntur rectæ fidei consentanea. Quin etiam Apollonio Antonini familiari, ut se Christianum negaret, suadenti, acquiescere noluit, ac propemodum inter fidei confessores relatus est. Etenim pietatis patrocinio

[1] F. πρὸς Ἀβειδάν. [2] Cor. ἀντῆρε.

consuluissemus. Quare Græcum ipsum nomen in Latina interpretatione exprimendum putavimus, et ad marginem hæsitationem nostram ingenue professi sumus. Inter omnes, quos adhibui, constabat depravatum hoc esse vocabulum. Quibus ne assentirer obstabat, quod aliis in locis sine ulla varietate vox eadem repetita legeretur. Velut hæresi 66, n. 9 et 28, ubi Manichæorum hoc esse decretum asserit, ut qui hominem occiderit εἰς κελεφοῦ σῶμα, ἢ εἰς μῦν, ἢ εἰς ὄφιν transiret post obitum. Tandem vero a Græcis ipsis didici vulgari Græcorum idiotismo κελεφόν appellari τὸν λεπρόν, et κελεφίαν lepram. Qua in significatione vocis acquiescendum arbitror. Neque enim apud scriptorem ullum vox hæc a me lecta, nec uspiam reperta. Cæterum qui a mure araneo icti fuerint, hæc ipsa, quæ narrantur ab Epiphanio, experiri eos auctor est Aetius lib. XIII, cap. 14. *Qui igitur ab eo morsi sunt*, ait, *his vulnera manifesta fiunt. Quadrifido enim ordine vulnera conspicientur. Et sanguis quidem primum purus pronanat, paulo post vero saniosus. Animal enim ipsum putrefactione occidit. Consueverunt enim bullæ exsurgere, quas si quis dirumpat, carnem subjacentem fœculentam videbit per fissuras disparatam. Inflatio autem sequitur demorsos.*

(92) *Τὸ δικαίωμα ὑπάρχει.* Hebraicum est משפט mos, *consuetudo, provrium quiddam.* Jus in Scripturis plerumque redditur, quod tamen ad justitiam et æquitatem referre non perpetuo licet. Ut cum I Reg. cap. VIII, 11. Samuel Israelitis regem postulantibus regni jus exponit : *Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis.* Τοῦτο ἔσται τὸ δικαίωμα τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύοντος ἐφ' ὑμᾶς. Ubi vox ipsa juris non sic interpretanda videtur, quasi quæ sequuntur regibus facere, atque usurpare licuerit; quæ magna ex parte iniqua ac nefaria sunt; sed jus pro prava consuetudine, et παραχρήσει sumitur, quemadmodum R. Levi, et R. David explicant : ואחשוב שאין המלך כיותר באותם (ait Levi) הענינים שזכר אבל רצה שבואל ליראם ולבהלם והחזיקם מה שיעשה המלך כשיתחזק על ממלכתו כשיקשה להם מכמה שאי אפשר לעשותו ביצד משפטי התורה. *Existimo regi nequaquam ea licuisse omnia, quæ commemoravit. Verum Samuel perterrefacere illos, ac metum incutere voluit; et indicavit quænam rex facturus esset, ubi semel regnum suum constituisset, quando durius illis onus imponet, quam ex legis præscripto facere possit.*

(93) *Βαρδησιανιστῶν.* De Barde sane meminit Eusebius lib. V, cap. ultimo, August. Philastrius, Theodoretus, et alii. Vide *Ann. Bar.* A. 75.

(94) *Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ Ἀντωνίου.* Hic est Apollonius Chalcidensis, de quo Eusebius in *Chron.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FineReader

fortissime suscepto sapienter in primis respondit; negavitque mortem se timere, cujus, etsi imperatori non resisteret, sibi nihilominus necessitas immineret. Ita vir ille præclarissimis ornamentis præditus hactenus fuit, donec infelici fato suum illum in errorem incidit: similiter atque egregia navis, quæ inflatilis onusta mercibus, ad portum illisa, non modo jacturam rerum omnium facit, sed et vectoribus exitium affert.

11. Nam cum ad Valentinos miserrime sese applicasset, ex eorum improbitate pestiferum illud virus ac lolium contraxit. Multa hic perinde et alia principia, et productiones invexit. Mortuorum resurrectionem sustulit, itaque privatam hæresim condidit. Porro legis ac prophetarum libros, adeoque Vetus ac Novum Testamentum, necnon apocryphos quosdam adhibet. Verum iste, cum iis omnibus, qui eum antecesserunt, aut postea secuti sunt, facile confutabitur, ut qui a veritate seipsum abalienaverit, ac velut ex ignea splendentique face in fuliginem conversus sit.

Quod enim ad mortuorum excitationem attinet, licet de ea sæpius in aliis hæresibus disputatum sit, non gravabor iterum paucis ad eum refellendum eadem de re disserere. Nam si Vetus Testamentum ac Novum admittis, nonne et corrupisse veritatis viam, et a verissima Domini vita abhorrere manifeste convinceris? Siquidem princeps ipse Dominus, uti nobis resurrectionis arrhabo quidem esset ac primogenitus e mortuis, nostra causa mortuus est ac resurrexit [2]; neque specie tenus est passus, utpote **478** qui sit sepultus, ejusque corpus nonnulli gestaverint. Testis est Josephus Arimathæensis [3]. Testes illæ mulieres quæ ad monumentum unguenta detulerunt [4]. Testes centum illæ aloes libræ [5], non eam inanem opinionem atque imaginem fuisse. Testes denique angeli, qui id mulieribus declararint. *Surrexit*, inquiunt, *non est hic. Quid quæritis viventem cum mortuis* [6]? Neque vero dixit, Non est mortuus; sed, *Surrexit*, qui in carne passus, spiritu perpetuo vivit, ac secundum divinitatem suam perpessionis omnis est expers. Qui e supremis ortus, et a Patre genitus perpetuo exsistit. Idem tamen novissimis temporibus ex Maria Virgine homo fieri voluit, ut Paulus testatur his verbis: *Factus ex muliere, factus sub lege* [7]. Nunquamne illam Scripturæ sententiam exaudisti: *Oportet corruptibile induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* [8]? Annon tibi Isaias propheta persuasit, cum ita loquitur: *Et mortui resurgent, et excitabuntur qui in monimentis sunt* [9]? Ad hæc Dominus ipse: *Resurgent*, inquit, *hi in vitam æternam, et*

σασθαι τὸ Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγειν. Ὁ δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη, λόγους τε συνετοὺς ἀπεφήνατο, ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείως ἀπολογούμενος, θάνατον μὴ δεδιέναι φήσας, ὃν ἀνάγκη ἔσεσθαι, κἂν τε τῷ βασιλεῖ μὴ ἀντείποι. Καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ τὰ πάντα μεγάλως ἦν κεκοσμημένος, ἕως ὅτε τῷ ἀστοχήματι τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως περιέπεσε, δίκην νηὸς γεγονὼς καλλίστης, φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον (95) ἐμβαλλομένης καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ λιμένος λακισθείσης, καὶ ἀπολεσάσης τε τὴν πᾶσαν πραγματείαν, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπιβάταις θάνατον ἐμποιησάσης.

Β'. Προσφθείρεται γὰρ οὗτος Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τοῦτο καὶ ζιζανιῶδες. Πολλάς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς καὶ προσβολὰς [1] διηγήσατο. Καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος, ἐδογμάτισε ταύτην τὴν αἵρεσιν. Χρῆται δὲ νόμῳ καὶ προφήταις, Παλαιᾷ τε καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶν ὡσαύτως. Ἀνατραπήσεται δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀπαλλοτριώσας ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς ἀπὸ λαμπάδος πυρὸς φωτεινῆς εἰς ἀσβόλην μεταβεβλημένος.

Περὶ μὲν γὰρ νεκρῶν ἀναστάσεως ἤδη ἡμῖν ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἴρηται· οὐ λυπήσει δὲ καὶ αὖθις ἐν τῇ πρὸς τοῦτον ἀνατροπῇ χρήσασθαι ὀλίγοις λόγοις. Εἰ μὲν γὰρ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην δέχῃ, ὦ οὗτος, καὶ τὴν Καινὴν ὡσαύτως, πόθεν οὐκ ἐλεγχθήσῃ παραφθείρων τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενῶν τῆς τοῦ Κυρίου ἐν ἀληθείᾳ ζωῆς; Ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος πρῶτος, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀρραβὼν τῆς ἀναστάσεως, καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀνέστη. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐν δοκήσει πέπονθεν. Ἐτάφη γὰρ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ βεβαστάχασι. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, μαρτυροῦσι καὶ αἱ φέρουσαι μῦρα εἰς τὸ μνῆμα, καὶ ἡ τῶν ἑκατὸν λιτρῶν ἀλόης ὁλκὴ, ὅτι οὐκ ἦν δόκησις, οὐδὲ φαντασία. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξὶ πεφηνότες, ὅτι Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε. Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐκ ἀπέθανεν· ἀλλὰ, Ἀνέστη, ὁ πεπονθὼς ἐν σαρκὶ, ζῶν δὲ ἀεὶ ἐν πνεύματι, καὶ ἀπαθὴς ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ θεότητι, ὁ ἄνωθεν ἀεὶ ἐκ Πατρὸς γεγεννημένος ὑπάρχων, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἀπὸ Μαρίας τῆς Παρθένου γενέσθαι ἄνθρωπος, ὡς μαρτυρεῖ Παῦλος ὁ ἀγιώτατος, λέγων· *Γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον.* Ἆρά γε οὕτω ἠκουσας τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, ὅτι Δεῖ *τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν*; Ἢ οὐκ ἔπεισέ σε Ἡσαΐας ὁ προφήτης, λέγων· *Καὶ ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις*; Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος λέγων, ὅτι *Ἐγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κό-*

[1] Leg. προβολάς. [2] Col. I, 28. [3] Matth. XXVII, 57. [4] Matth. XXVIII, 1. [5] Joan. XIX, 39. [6] Luc. XXIV, 5, 6. [7] Gal. IV, 4. [8] I Cor. XV, 53. [9] Isa. XXVI, 19.

(95) *Φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον.* Hoc est quod nulla conjectura præ copia ac pretio potest assequi. Quod simplicius mihi videtur, quam quod Casaub. placebat ἀνείκαστον, sic enim legit idem esse, atque *minime congruentem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λειστν; Ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἄβελ μετὰ θάνατον τῆς πρὸς Θεὸν ὁμιλίας, ὡς οὐ τὴν ψυχὴν λέγει ἐντυγχάνειν καὶ βοᾶν πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ αἷμα; Αἷμα δὲ οὐ ψυχὴ ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι ἡ ψυχὴ ἐστι. Σῶμα γάρ ἐστι τὸ αἷμα ὁρατόν· ἡ δὲ ψυχὴ, ἀόρατός τις ὑπάρχουσα, ἐν τῷ αἵματι ἔχει τὸν χῶρον. Καὶ σανταχόθεν ἐλήλεγκταί σου, ὦ Βαρδησιάνη, ἡ κακοδοξία, ἀνατρεπομένη ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας.

Γ'. Περὶ δὲ πολλῶν ἀρχῶν ἐπειδήπερ πολλάκις κατὰ τῶν οὕτως λεγόντων πολλὰ εἰπόντες[1], ἐνταῦθα οὐ πολλὴν ποιοῦμαι τὴν περὶ τούτου διαλογὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑπομνήσει τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου, φάσκοντος, ὅτι *Ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Πῶς οὖν πολυθεΐα ἔσται, καὶ πολλαὶ ἀρχαί; *Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Ἆρα οὖν εἷς ἐστιν ὁ ποιητὴς, καὶ οὔτε πολλοὶ θεοὶ, οὔτε πολλοὶ αἰῶνες. Ἔφη γάρ, ὅτι *Εἴπερ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ λεγόμενοι.* Τὸ δὲ, *λεγόμενοι*, ὡς οὐχ ὑπαρχόντων ἀπεφήνατο. Διὰ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λεγομένους, οὓς ἐθεοποίησαν, ἥλιον, καὶ σελήνην, ἄστρα τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ἀποφηνάμενος, ἀπέκλεισε πάντων τῶν πεπλανημένων τὴν διάνοιαν.

479 sidera, reliquaque id genus istud protulerit: nullum aberrantium hominum opinioni locum reliquit.

Τῆς δὲ ὑγιοῦς πίστεως πανταχόθεν σωζομένης, ἑδραίωμα οὖσης καὶ σωτηρίας τῶν πιστῶν, ῥᾳδίως ἡ πασῶν τῶν αἱρέσεων ἐπινενοημένη κενολογία προσανετράπη· ὡς καὶ οὗτος ἀνατραπεὶς, καὶ ἐλεεινὸν ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενώσας τῆς ζωῆς. Φησὶ γὰρ ὁ προφήτης πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ὅτι *Θήσομαι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τοὺς θεμελίους σου σάπφειρον, καὶ τὰ τείχη σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν.* Εἶτα ὕστερόν φησι· *Πᾶσα φωνὴ ἡ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις· ἐπὶ δὲ σὲ οὐ κατευοδωθήσεται.* Οὐδὲ γὰρ κατισχύσει πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν· ἐπειδήπερ *ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς·* ὡς ἐπηγγείλατο αὐτῇ ὁ ἅγιος Θεὸς Λόγος, ὁ Βασιλεὺς αὐτῆς, καὶ Νυμφίος, καὶ Κύριος αὐτῆς, καὶ Δεσπότης· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, Πατρὶ ἐν Υἱῷ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ταύτης δὲ καὶ αὐτῆς καταπατηθείσης τῆς αἱρέσεως, ὡς ἀπὸ τομῆς ὄφεως οὖσα κεφαλὴ, καὶ ἔτι σκαρίζουσα, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς πιεσθεῖσα, αὐτοὶ Θεῷ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τὰς ἄλλας πάλιν διασκοποῦντες ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.

ΚΑΤΑ ΝΟΗΤΙΑΝΩΝ,

Τριακοστὴ ἑβδόμη, ἢ καὶ πεντηκοστὴ ἑβδόμη

Α'. Ἕτερος πάλιν μετὰ τοῦτον Νοητὸς ὀνόματι ἀνέστη, οὐ πρὸ ἐτῶν πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου

isti in supplicium [8]? Non illud denique Abelis post mortem cum Deo colloquium recordaris, utque non illius animam, sed sanguinem supplicare dicat, ac Deum clamoribus interpellare [9]? Sanguis porro nequaquam anima est; sed in sanguine anima potius inest. Quippe sanguis aspectabile corpus est; anima vero, cum vistim omnem effugiat, in sanguine residet. Ita dogmatis tui, o Bardesiane! pravitas ipsius vi veritatis eversa penitus concidit.

III. De pluribus vero principiis, quoniam adversus alios, qui in eodem errore versantur, jampridem multa diximus, longam hoc loco disputationem non instituam. Sed illud ex Apostolo duntaxat in memoriam revocabo: *Nobis unus est Deus Pater, ex quo omnia et nos in ipsum, et unus Dominus Jesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum* [4]. Quomodo igitur deorum illa multitudo principiorumque constabit? *Et unus*, inquit, *Dominus Jesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.* Quamobrem unus est, tantummodo conditor, neque plures dii sunt, æonesve plures. Sic enim dixit: *Si sunt multi, qui dicuntur dii* [5]. Quam particulam, *qui dicuntur*, adjecit ideo, ut non esse revera significaret. Sed cum propter eos, qui ab ethnicis esse dicuntur, quosque illi deos constituunt, puta solem, lunam,

Cæterum cum sincera fides undique sarta tecta custodiatur, in eaque fidelium salus ac firmamentum sit positum, facile universarum hæreseon conficta mendacia dissolvuntur. Quemadmodum et hæreticus iste disjectus est, qui se miserrimum in statum redegit, et a vita penitus alienavit. Etenim propheta ita sanctam Dei Ecclesiam alloquitur: *Ponam carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et muros tuos lapides electos, et propugnacula tua jaspidem* [6]. Deinde subjicit: *Omnis vox, quæ adversus te consurget, omnes illos vinces; contra te vero non prosperabitur* [7]. Nihil enim est quod veram fidem expugnare possit, quia *super petram ædificata est, et portæ inferi non prævalebunt adversus illam* [8]. Quod eidem Deus Verbum, Rex, inquam, ipsius, ac Sponsus ac Dominus promisit: cui gloria, honor, imperium, Patri videlicet in Filio, cum Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Postremo cum hæc a nobis proculcata sit hæresis, ac velut avulsum a trunco serpentis caput adhuc palpitans quodam quasi vitæ fuste comminutum sit, superest ut, actis rite Deo gratiis, ad reliquas contemplandas hæreses transeamus.

CONTRA NOETIANOS,

Hæresis XXXVII sive LVII.

I. Post hunc alius quidam hæreticus, Noetus nomine prodiit; neque multis abhinc annis, sed ante

[1] For. εἶπον. [2] Matth. xxv, 46. [3] Gen. iv, 10. [4] 1 Cor. viii, 6. [5] ibid. 5. [6] Isa. liv, 11. [7] ibid. [8] Matth. xvi, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

hos fere centum ac tringinta, in Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere ac docere ausus est, quæ nec prophetæ, nec apostoli, nec Ecclesia ab initio tenuit, ac ne cogitavit quidem.

Igitur velut quadam elatus insania passum esse Patrem non dubitavit asserere. Sed et majori quadam arrogantia ac vecordia elatus sese Moysem, fratrem vero suum Aaronem esse dixit. Inter **480** hæc beatæ memoriæ presbyteri ejus rei fama permoti hominem advocant: deque his omnibus interrogant, utrumnam tam contumeliosum in Patrem dogma proposuisset. At ille coram presbyterorum consessu productus inficiari primo, quod ante ipsum nemo atrox illud atque exitiale virus evomuisset. Postea vero, cum rabiem suam nonnullis, ut ita dicam, aspersisset, ac decem fere homines sibi adjunxisset, majorem in superbiam atque insolentiam elatus, atque audacior factus, palam hæresim suam disseminavit. Proinde rursum idem illi presbyteri, tam ipsum, quam qui se ad eum infeliciter aggregarent, arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Ille cum grege suo frontem perfricans audacter contradicere cœpit; ac, Quid, inquit, mali feci? Unum Deum veneror, unum novi; nec præter ipsum alterum natum, passum, mortuum.

Ad quam opinionem cum constanter adhæresceret, eum pariter atque ejus discipulos ab Ecclesia pellunt. Moritur deinde paulo post cum fratre suo; neque tamen aut ille pari ac Moyses olim, aut ejus frater eadem, qua Aaron honorificentia sepulti sunt: tanquam enim desertores abjecti sunt, nec ab ullo Catholicorum sepulturæ mandati. Post hæc qui corruptam ab eo doctrinam hauserant istud ipsum dogma corroborarunt, iisdem, quibus ipsorum magister initio, verbis adducti; nam cum presbyterorum concilio percontanti dixisset, unum se Deum colere, vere hoc ab illis responsum audiit: Et nos unum quoque Deum colimus, sed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum Dei Filium; passum, quomodo passus est; mortuum, quomodo mortuus est; qui et resurrexit, et in cœlum ascendit, et ad Patris dexteram manet, et venturus est judicare vivos et mortuos. Hæc nos ab Scripturis sacris accepta profitemur, quæ et novimus.

II. Hinc Noetiani, velut ab eo avulsi ac propagati, atque universi ejus asseclæ idem dogma profitentur, ac fanaticam illam doctrinam ejusmodi verbis affirmare conantur, quibus Moysem Deus affatus est: *Ego sum Deus patrum vestrorum.* **481**

τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω 'Ασιανὸς, τῆς 'Εφέσου πόλεως (96) ὑπάρχων. Ὃς ἀλλοτρίῳ πνεύματι φερόμενος, ἠθέλησεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἃ μήτε προφῆται, μήτε ἀπόστολοι, μήτε ἐξ ὑπαρχῆς κατέσχεν ἡ 'Εκκλησία, μήτε ἐνενοήθη, λέγειν τε καὶ διδάσκειν.

Οὗτος, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπ' ἄρμασι [1] μανίας ἐπαρθεὶς, ἐτόλμησε λέγειν τὸν Πατέρα πεπονθέναι. Ἔτι δὲ μείζονί τινι τύφῳ καὶ παραφροσύνῃ ἐνεχθεὶς, ἐκεῖνον ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ 'Ααρών. Ἀλλὰ μεταξὺ τούτων ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐνηχήσεως, οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι τῆς 'Εκκλησίας προσκαλεσάμενοι αὐτὸν, ἐξήταζον περὶ τούτων ἁπάντων, καὶ εἰ ταύτην τὴν βλασφημίαν περὶ Πατρὸς προηγάγετο. Ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἠρνεῖτο, ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἀχθόμενος, διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ (97) ἐξεμέσαι ταύτην τὴν δεινὴν καὶ ὀλετήριον πικρίαν· ὕστερον δὲ ἀφ' ἧς εἶχε λύσσης εἴς τινας ἄλλους ἐμβαλὼν, ὡς εἰπεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ ὥσπερ δέκα ἄνδρας ἐπαγόμενος, εἰς τύφον μείζονα καὶ θράσος ἐπαρθεὶς, τολμητὴς γεγονὼς, παῤῥησίᾳ λοιπὸν τὴν αἵρεσιν ἐδογμάτιζε. Πάλιν δ' αὖ οἱ αὐτοὶ πρεσβύτεροι, προσκαλεσάμενοι αὐτόν τε καὶ τοὺς προσφθαρέντας αὐτῷ ἀνθρώπους, περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἠρώτων. Ὁ δὲ ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοις ὑποτρίψας τὸ μέτωπον, λοιπὸν παῤῥησίᾳ ἀντέλεγε, φάσκων· Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; Ἕνα Θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα.

Ὡς οὖν ἐν τούτοις ἔμενεν, ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς 'Εκκλησίας ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δόγμα μεμαθητευμένοις. Τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς ἔναγχος ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, οὐχ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ὁ 'Ααρὼν ἐτάφη ἐν τιμῇ· ἐῤῥίφησαν γὰρ ὡς παραβάται, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τῶν θεοσεβῶν περιέστειλε. Μετὰ τοῦτο οἱ ὑπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν φθαρέντες ἐκράτυναν τουτὶ τὸ δόγμα, τούτοις τοῖς ῥητοῖς ὑπαχθέντες, οἷς καὶ ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἐξ ἀρχῆς. Ὅτε γὰρ ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἔφη ἕνα Θεὸν δοξάζειν, ἤκουε παρ' αὐτῶν φιλαλήθως, ὅτι ἕνα Θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν. Καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐρχόμενον κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

Β'. Ἐκ τούτου οἱ Νοητιανοὶ, ἀπόσπασμα ὄντες αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ τουτὶ τὸ δόγμα δοξάζουσιν, ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων πειρώμενοι συνιστᾷν τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμμανῆ διδασκαλίαν, ἀφ' ἧς εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Μωϋσῆν· *Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τῶν πατέρων*

[1] Cor. ἐπάρμασι.

(96) *Τῆς Ἐφέσου πόλεως.* Theodoretus Smyrnensem facit.

(97) *Διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ*, etc. Imo diu antequam Noetus emergeret, idem ille error patronos habuerat, ut ex Tertul. Cypriano ep. 73. Ignatio *Epist. ad Philipp.* colligit Pammelius, et Baronius. Hos vero Patripassianos appellat Cyprianus, et Marius Victorinus I *contr. Arium.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ABBYY

μῶν. Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔλεγον οὖν· Ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸν οἴδαμεν μόνον. Εἰ τοίνυν ἐλθὼν Χριστὸς ἐγεννήθη, αὐτός ἐστι Πατὴρ, αὐτὸς Υἱός, ἦρα αὐτός ἐστι Θεὸς ὁ ἀεὶ, καὶ νῦν ἐλθὼν, ὡς λέγει ἡ Γραφή· Οὗτος ὁ Θεός σου· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη. Ὁρᾷς, φησὶ, πάλιν πῶς ἡ θεία Γραφὴ ἡμᾶς συνεθίζει, τοῦ μὴ ἄλλον καὶ ἄλλον Θεὸν ἡγεῖσθαι, φάσκουσα, ὅτι αὐτὸς Θεός ἐστι μόνος ἐλθὼν, καὶ αὐτὸς πάλιν ὕστερον ὀφθείς; Πάλιν δὲ ἄλλῳ ῥητῷ κέχρηνται τούτῳ, ὡς λέγει· Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ δοῦλοι ἔσονται. Καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς αἱ θεῖαι Γραφαὶ ἕνα Θεὸν σημαίνουσι, καὶ καταγγέλλουσιν αὐτὸν ἐμφανῆ; Καὶ ὁμολογουμένως εἷς ἐστιν, ὁ αὐτὸς ἀεὶ ὤν. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ πολλοὺς θεοὺς λέγομεν, ἀλλ' ἕνα Θεὸν τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ, αὐτὸν Υἱὸν, καὶ πεπονθότα, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ πάθει, καὶ οὐ δυνάμεθα ἄλλον λέγειν· ὅθεν ἀπὸ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν μεμαθηκότες ταύτην τὴν ὁμολογίαν, καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ὑπόνοιαν, καὶ λυμαντικὴν μανίαν.

Εἶτα ἄλλα ῥητὰ φασιν εἰς σύστασιν ἑαυτῶν, ὡς ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἔλεγεν, ὅτι καὶ ὁ Ἀπόστολος τούτοις μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις· *Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* Βούλονται δὲ διηγεῖσθαι μονοκώλως τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Θεόδοτος· ἐκεῖνος μὲν φύσει ἀκροτάτως ἄνθρωπον ψιλὸν διηγησάμενος· οὗτος δὲ πάλιν ἄλλην ἀκρότητα μονοτύπως τὸν αὐτὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν σαρκὶ πεπονθότα καὶ γεννηθέντα ἡγησάμενος. Οὔτε οὖν ἐκεῖνοι οἱ ἀπὸ Θεοδότου τι ἐν ἀληθείᾳ ἔφασαν, οὔτε οὗτος ὁ Νοητὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, Ἀνόητος δὲ μᾶλλον τῇ δυνάμει, καθάπερ αἱ θεῖαι Γραφαὶ ἀμφοτέρους καὶ πάντας τοὺς πεπλανημένους διελέγχουσι.

Γ. Πάντῃ δὲ τῷ τὸν νοῦν εἰς Θεὸν κεκτημένῳ, καὶ ἐν θείᾳ Γραφῇ καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένῳ εὐθυέλεγκτος ὁ αὐτῶν λόγος, καὶ πάσης ἀνοίας ἔμπλεως φαίνεται. Τόλμης γὰρ τὸ ἔργον, καὶ τυφλώσεως ἡ διάνοια, φάσκουσα τὸν αὐτὸν Πατέρα ὄντα, καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν, καὶ τὸν αὐτὸν πεπονθότα· ὡς καὶ ἀπὸ ὀρθοῦ λογισμοῦ κριθήσονται οἱ τὰ τοιαῦτα φάσκοντες. Πῶς γὰρ εἴη Πατὴρ ὁ αὐτὸς καὶ Υἱὸς ὑπάρχων; Εἰ γὰρ Υἱὸς ὑπάρχει, πάντως τοῦ τινος

Ego primus et ego posterior. Non erunt tibi dii alteri, etc. Ex quibus ita colligebant : Nos ipsum novimus solum. Quare si veniens Christus natus est, idem ipse Pater est, et Filius, idem denique Deus est, qui et semper fuit, et in præsentia venit, ut Scriptura declarat : *Hic est Deus tuus ; non reputabitur alius ad ipsum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est*[1]. Ex his, inquiunt, animadvertere potes, quemadmodum Scriptura nos sapienter informet, ne alium atque alium Deum arbitremur, cum illum Deum esse solum asserit, qui venerit, quique postea sit visus. Alia præterea ex sacris Litteris auctoritate contendunt. *Laboravit*, inquit, *Ægyptus, et negotiatio Æthiopum ; et Sabain viri sublimes ad te transibunt, et servi tui erunt. Et ambulabunt post te vincti manicis, et in te adorabunt, et in te deprecabuntur. Quoniam in te Deus est, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel Salvator*[2]. Vides, opinor, inquiunt, in Scripturis unum indicari Deum ac manifeste prædicari. Adeoque in confesso est unum illum esse, ac semper exsistere. Ob idque non plures deos affirmamus, sed unum duntaxat Deum, qui et pati nihil possit, et idem Filii Pater sit ac Filius ; qui ideo passus sit, ut nos sua perpessione servaret, nec alium ab eo pronuntiare possumus. Quam quidem fidei professionem, ac depravatam opinionem, vel pestiferam potius insaniam a magistro didicerunt.

Quin etiam alia Scripturæ verba ad errorem stabiliendum afferunt, quibus et eorumdem præceptor utebatur : nimirum his verbis Apostolum suæ opinioni suffragari : *Quorum sunt patres ; ex quibus Christus secundum carnem ; qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen*[3]. Sic igitur simplex quiddam Deo, uniusque formæ tribuunt, ac Theodotum imitantur ; nam ut iste ad unum extremum declinans, nudum hominem Christum esse disseruit ; sic ille aliud ad extremum desciscens, eumdem esse Patrem, Filium et Spiritum sanctum, uniusque personæ statuit ; et hunc ipsum passum ac natum existimavit. Sed neque Theodoti sectatores veri aliquid elocuti sunt, neque Noetus, aut Noeti discipuli, qui Anoetus, hoc est *insipiens*, quod ad vim ingenii ac facultatem pertinent, potius est dicendus ; **482** cum utrosque ac cæteros omnes a veritate aberrantes sacræ Litteræ redarguant.

III. Quocirca qui mentem in Deo defixam habeat, quique sacrarum Litterarum, ac Spiritus sancti splendore illuminatus fuerit, ei tota illorum doctrina cum facilis ad refellendum, tum amentia omni plena videatur. Est enim insignis cujusdam hoc audaciæ facinus, ac magnopere excæcatam mentem illam oportet esse, et quæ eumdem Patrem esse dicat eumdem Filium atque eumdem denique esse passum. Quæ qui garriunt,

[1] Baruch III, 36-38. [2] Isa. XLV. 14, 15. [3] Rom. IX, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

satis eos recta ipsa ratio discernet. Etenim qui fieri potest, ut idem Pater sit ac Filius? Nam si Filius est, necesse est alicujus sit Filius, a quo sit genitus. Sin Pater est, se ipsum generare nihil potest. Neque enim id ipsum, quod Filius dicitur, se ipsum genuit, sed est a Patre genitus. O incredibilem hominum amentiam, et absurdum abhorrensque judicium! Est enim profecto rationi consentaneum, non quod opinantur isti, sed quod per sacras Litteras veritas ipsa demonstrat. Sic enim Dominus loquitur: *Ecce intelliget Filius meus dilectus, quem elegi, quem dilexit anima mea; ponam Spiritum meum in ipso* [1]. Ubi vox illa *Patris* eum, qui proprie sit Filius, manifeste declarat; in quo etiam spiritum suum collocat. Deinde unigenitus ipse Filius: *Glorifica me, Pater*, inquit, *ea gloria, quam habui apud te, priusquam mundus fieret* [2]. Jam vero qui sic loquitur, *Pater glorifica me*, non sese Patrem appellat, sed suum Patrem agnoscit. Item alio in loco: *Venit vox de cœlo: Hic est Filius meus; ipsum audite* [3]. Non dixit: Ego sum Filius meus, audite me: neque, Natus sum Filius. Sed, *Hic est Filius meus, ipsum audite.* Præterea cum dixit, *Ego et Pater unum sumus* [4], non ita locutus est, Ego et Pater meus unus sum, sed, *Ego et Pater unum sumus.* Hæc enim vocabula, *Ego et Pater*, addito articulo, ὁ, interjecta copula *et*, non obscure declarant, Patrem proprie esse Patrem, Filiumque proprie Filium.

IV. De Spiritu vero sancto sic loquitur: *Si ego abiero, ille veniet, Spiritus veritatis* [5]. Sed multo illud apertius: *Ego vado, et ille venit.* Neque vero dixit: Ego vado, et ego venio. Sed iisce vocibus, *ego, et ille*, tam Filium hypostasi sua constare, quam Spiritum sanctum itidem sua, demonstrat. Item: *Spiritus veritatis* **483** *qui a Patre procedit, de meo accipiet* [6]. Quibus verbis ostendit, et hypostasin Patri propriam, et Filio et Spiritui sancto esse tribuendam. Ad hæc Pater ad Jordanem de cœlo locutus est: Filius vero ad Jordanem descendit; Spiritus sanctus inter utrumque sub columbæ specie apparuit, et in hunc illapsus est [7]. Quanquam Spiritus sanctus minime carnem suscepit, neque corpus induit. Sed ne Filius cum Spiritu sancto coalescere confundique crederetur, sub imagine columbæ videndum se præbuit, uti nimirum Spiritus cum singulari ac propria persona cerneretur. Denique quam multis illud argumentis adversus istos demonstrare possumus, qui insanam hanc opinionum amentiam in animo suo conceperunt! Etenim si verus est illorum sensus, et oratio, absurda ea quidem, minimeque cohærens, ac nulla

A Υἱὸς εἴη, ἀφ' οὗ γεγέννηται. Εἰ δὲ Πατήρ ἐστιν, ἀ... τὸν γεννᾷν ἀδύνατον. Πάλιν γὰρ τὸ καλούμενον Υ... ἑαυτὸν οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλὰ ἐκ Πατρὸς γεγέννητ... Καὶ ὦ τῆς τῶν ἀνθρώπων πολλῆς φρενοβλαβείας κ... ἀκατορθώτου λογισμοῦ! Ἔστι γὰρ τὸ εὔλογον ... ὡς οὗτοι δοξάζουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ ἀληθεια διὰ τ... θείας Γραφῆς ἡμῖν ὑποδείκνυσιν. Εὐθὺς γὰρ φησ... ὁ Κύριος, λέγων· *Ἰδοὺ συνήσει ὁ Υἱός μου ὁ ἀγ... πητός* (98), *ὃν ᾑρέτισα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχ... μου. Θήσομαι τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ.* Καὶ ὁρᾷς, πῶς μὲν φωνῇ *Πατρὸς* δεικνύουσα φύσει Υἱὸν, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τίθησιν; Εἶτα δὲ αὐτὸς ὁ Μονογενὴς φησι· *Δόξασόν με, Πάτερ, ἐν ᾗ δόξῃ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι.* Ὃ ἂν λέγων, *Πάτερ, δόξασόν με*, οὐχ ἑαυτὸν Πατέρα καλεῖ,

B Πατέρα δὲ τὸν αὐτοῦ γινώσκει. Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ· *Ἦλθε φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου· αὐτοῦ ἀκούετε.* Καὶ οὐκ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ Υἱός μου· ἐμοῦ ἀκούσατε· οὐδὲ πάλιν, Γέγονα Υἱός· ἀλλὰ, *Οὗτος ὁ Υἱός μου· αὐτοῦ ἀκούσατε.* Καὶ τὸ εἰπεῖν, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἓν ἐσμεν*, οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου εἷς εἰμι, ἀλλὰ *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἕν ἐσμεν.* Τὸ δὲ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ*, ὄντος τοῦ ἄρθρου τοῦ ὁ καὶ τοῦ *καὶ* ἀναμέσον, σημαίνει Πατέρα φύσει Πατέρα, καὶ Υἱὸν φύσει Υἱόν.

Δ'. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· *Ἐὰν ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρχεται, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.* Πολὺ δὲ σαφέστατόν ἐστι τοῦτο τὸ, *Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐκεῖνος ἔρχεται.* Οὐκ εἶπεν· Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐγὼ ἔρχομαι· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ, *ἐγὼ, καὶ ἐκεῖνος*, ἐστήμανεν ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ πάλιν· *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται·* ἵνα δείξῃ ἐνυπόστατον τὸν Πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἄνωθεν ὁ Πατὴρ ἐλάλει· Υἱὸς δὲ ἐν Ἰορδάνῃ κατήρχετο· τὸ δὲ Πνεῦμα μετέστατον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐφαίνετο, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτόν· καίτοιγε τοῦ Πνεύματος μὴ φορήσαντος σάρκα, μὴ ἐνδυσαμένου σῶμα. Διὰ δὲ τὸ μὴ νομίζεσθαι συναλοιφὴν εἶναι πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ ἅγιον

D Πνεῦμα, σχηματίζεται ἐν εἴδει περιστερᾶς, διὰ τὸ ὀπτάνεσθαι φύσει ἐνυπόστατον τὸ Πνεῦμα. Πόθεν οὖν ἀλλαχόθεν οὐκ ἔχομεν δεῖξαι κατὰ τούτων τῶν τὴν φρενοβλάβειαν ἑαυτοῖς ἐγκισσησάντων! Εἰ μὲν γὰρ ἀληθεύει ἡ αὐτῶν διάνοια καὶ ὁ λόγος ὁ ἔνδικος, καὶ μὴ ἔχων σύστασιν, μήτε δύναμιν, μήτε συνέσεως λογισμὸν ἢ ἔμφασιν· ἆρα οὖν ἐκβλητέαι εἰσὶν Γρα-

[1] Isa. XLII, 1. [2] Joan. XVII, 5. [3] Matth. XVII, 5. [4] Joan. X, 30. [5] Joan. XVI, 7. [6] ibid. 14, 15. [7] Matth. III, 16, 17.

(98) *Ἰδοὺ συνήσει ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* Isa. XLII ita legitur: Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ. Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου· προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· δέδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. Ubi priora illa, Ἰδοὺ συνήσει, nusquam comparent: quæ ab Epiphanio constanter præfixa sunt, quoties Isaiæ locum illum citavit, quod sæpius fecit. Nam hæc vocabula Ἰακὼβ, Ἰσραὴλ apud LXX obelo notata sunt, et a cæteris interpretibus omissa, cum in Hebræo minime reperiantur, ut testatur Eusebius l. IX *De demonstr. evang.* Jam vero pro his προσεδέξατο αὐτόν, etc., quædam edit. habebant οὗτος ἐν ᾧ ἠρέτισεν ἡ ψυχή μου, Al. ὃν ἠρέτισα, εἰς ὃν εὐδόκησεν, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

φαὶ, αἱ Γραφαὶ αἱ πάντη μὲν Πατέρα Πατέρα γινώσκουσαι, καὶ Υἱὸν Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα.

vi, neque prudenti ratiocinatione, ac ne minima quidem hujus significatione prædita; consequens est ut omnes Scripturæ repudientur, quæ ubique et Patrem esse Patrem, et Filium Filium, et Spiritum sanctum Spiritum sanctum agnoscunt.

Ἀλλὰ τί φάσκεις, ὦ οὗτος; Μὴ πολυθεΐαν ἠγήσοιντο οἱ τὸ σέβας ἀληθινῶς τῇ Τριάδι προσφέροντες, οἵτινές εἰσιν υἱοὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς μόνης καθολικῆς Ἐκκλησίας; Καὶ οὐχ οὕτως. Τίς γὰρ οὐ χαίρει ἕνα Θεὸν εἶναι τῆς ἀληθείας Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗπερ ὁ μονογενὴς Υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ Θεὸς Λόγος, ἐνυπόστατος Λόγος γεγεννημένος ἀληθινὸς ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; Διὸ ἕνα Θεὸν ἀσφαλῶς κηρύττει ἡ Ἐκκλησία, Πατέρα καὶ Υἱόν. *Διότι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ*, καὶ· *Οἱ δύο ἕν ἐσμεν*· τουτέστι μία θεότης, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία κυριότης. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, ἐνυπόστατον ὄν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τέλειον Πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, τὸ φωτίζον τὰ πάντα, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. Διὸ μίαν θεότητα οἶδεν ἡ Ἐκκλησία· εἷς Θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας Πατὴρ, Πατὴρ τέλειος ἐνυπόστατος, Υἱὸς τέλειος ἐνυπόστατος, καὶ ἅγιον Πνεῦμα τέλειον ἐνυπόστατον, μία θεότης, μία δεσποτεία, μία κυριότης. Διὸ πάντη σαφῶς κεκηρύχασιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ ἕνα Θεὸν, τουτέστι Τριάδα ὁμοούσιον, ἀεὶ οὖσαν τῆς αὐτῆς ταυτότητος, τῆς αὐτῆς κυριότητος. Καὶ διέπεσεν ἐκ πανταχόθεν ὁ τῆς ἀνοησίας σου λόγος, ὦ ἀνόητε. Τοίνυν τούτων εἰρημένων, καὶ ἀντιθέτως πρὸς τὰς τοῦ προειρημένου Νοητοῦ φωνὰς σκοπεῖν ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἀνατρέπειν.

Tu vero, mi homo, quid tandem affers? An illud vereris, ne deorum illi multitudinem invehant, qui sacrosanctæ Triadi verum sincerumque cultum adhibent, quique veritatis et unius catholicæ Ecclesiæ sunt filii? Vehementer erras. Quis enim non asserat unum Deum esse veritatis Patrem omnipotentem, a quo unigenitus Filius vere progressus est, Deus Verbum, Verbum, inquam, in propria persona consistens, et a Patre revera sine ullo initio ac tempore genitum? Unum itaque Deum caute ac prudenter Ecclesia prædicat, Patrem videlicet et Filium. *Quoniam*, inquit, *ego in Patre, et Pater in me est* [2]. Et: *Ambo unum sumus* [3], hoc est, una divinitas, et voluntas una, et una dominatio. Cæterum ex Patre Spiritus quoque procedit, suapte constans hypostasi, ac reipsa perfectus veritatis Spiritus, qui illuminat omnia; qui a Filio accipit; veritatis, inquam, Spiritus, Spiritus Patris, Spiritus Christi. Itaque unam Ecclesia divinitatem agnoscit; estque Deus unus veritatis Pater, perfectus Pater, hypostasi sua præditus; perfectus Filius, suam peræque habens hypostasim; perfectus denique Spiritus sanctus, et suam sibi hypostasim vindicans: una divinitas, unaque dominatio. Quibus de causis Deum unum sacræ ubique Litteræ pronuntiant, nimirum consubstantialem Triadem, ac semper exsistentem, cui eadem identitas, idemque dominatus attribuitur. 484 Ex quo

484 i.e. illa, stolidissime mortalium, inepta ratio concidit. His animadversis, adversus illas Noeti voces opponendum modo aliquid, et ab ipso principio repetendum est, atque eo modo singula capita refellenda.

Ε'. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπειδὴ παρήγαγε τὸ κεφάλαιον, ὅτι *Εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ*· οὐχ ὁρᾷς, ὅτι *εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν*, πῶς τὴν μίαν ἀρχὴν σημαίνει; ἵνα μὴ εἰς πολλὰς ἀρχὰς τρέψῃ τὴν διάνοιαν, καὶ εἰς πολυθεΐαν ἀγάγῃ πάλιν τὸν πλανηθέντα νοῦν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ κενοφωνίᾳ τῆς πολυθεΐας. Ὁρᾷς γὰρ πῶς ἑνὶ ὀνόματι κέχρηται, καὶ μιᾷ ὀνομασίᾳ, οὐκ ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ Θεόν. Οἶδε γὰρ αὐτὸν Κύριον, καὶ οἶδεν αὐτὸν Θεόν. Διὸ ἀσφαλιζόμενος λέγει· *Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα*. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ *Κύριος* τοῦτο λέγων οὐ τὸν αὐτὸν ἐσήμανε Πατέρα εἶναι, καὶ τὸν αὐτὸν Υἱόν· ἀλλὰ ἔδειξε τὸν μὲν Πατέρα Πατέρα ὄντα, τὸν δὲ Υἱὸν Υἱὸν ἀληθῶς. Ἐπειδὴ τὸ εἰπεῖν, εἷς Θεὸς ἐπὶ τῷ Πατρὶ, οὐχ ὡς ἀρνούμενος ἐπὶ τῷ Υἱῷ τὸ εἶναι Θεός. Εἰ γὰρ μὴ Θεὸς, οὔτε Κύριος· ἐπειδὴ δὲ Κύριος, καὶ Θεός. Ἀλλ' εἰς μίαν ὀνομασίαν ἀνάγειν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύμα-

V. Quod igitur in primis illud objicit: *Unus est Deus ex quo omnia, et nos in ipsum: et unus Dominus Jesus Christus, et nos per ipsum, propter quem omnia, et nos per ipsum* [4]; nonne iis ipsis verbis (*unus Deus ex quo omnia, et nos in ipsum*) unum significari principium vides? Ne animum nostrum ad plura cogitanda principia converteret, ac mortalium ingenia vanissima illa deorum multitudine decepta, rursus ad eamdem asserendam copiam adduceret. Vides enim quemadmodum uno nomine sit usus, et appellatione una, non ut unigenitum Deum abnegaret. Dominum quippe esse illum intelligit, eumdemque Deum. Ideo singulari quadam cautione illud adjecit, *Et unus Dominus Jesus Christus per quem omnia*. Quod cum voci illi, *Dominus*, præcipue affinxit; non eumdem indicavit esse Patrem], eumdemque Filium; sed eum qui Pater est, esse Patrem, qui Filius, vere Filium esse declaravit. Nam et cum de Patre loquens unum Deum esse dixit, nequaquam Filio divinitatem detraxit. Nam si Deus non est, neque

[2] Cor. οὐκ ἐρεῖ. [3] Joan. xiv, 10. [4] Joan. x, 30. [4] I Cor. viii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Dominus est. Cum autem Dominus sit, Deus quoque sit oportet. Verum Apostolus, ut ad unam appellationem reduceret, a Spiritu sancto compulsus ita fidei mysterium nobis aperuit, ut unum Dominum, proindeque et Deum aperte monstraret.

Nec est tamen, quod quisquam existimet, pro eo quod unum, atque unum solummodo dixerit, aliquid de Triadis numero esse detractum; quasi Spiritus sancti mentionem nullam fecerit. Etenim cum Patrem, et Filium Deum nominavit, ac Dominum, in Spiritu sancto utique nominavit. Nam neque cum de Patre agens, *unus Deus*, inquit, *ex quo omnia;* esse illum Dominum negavit, neque contra subjiciens, *et unus Dominus Jesus Christus*, hunc esse Deum inficiari voluit. Sed quemadmodum in Patre una appellatione contentus, hoc tantum dixit (*unus Deus*), qua voce etiam altera (*Dominus*) continetur; ita in Filio, *unus Dominus*, duntaxat expressit; qua cum voce Dei quoque est appellatio conjuncta. Quare cum de Patre ac Filio disserebat Apostolus, non Spiritu sancto vacuus erat; sed in eodem loquebatur, ut diximus. **485** Solet autem Spiritus sanctus sui minime commendationem facere, ne exemplum nobis commendandi nostri præbuisse videatur. Est igitur *unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, sive propter quem omnia : et unus Spiritus sanctus, a Deo nequaquam alienus*, qui propriam habet personam, quoniam Dei Spiritus est, et veritatis Spiritus; Spiritus, inquam, Patris ac Christi.

VI. Quod autem nobis istud objicit : *Laboravit Ægyptus et negotiatio Æthiopum, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt.* Item illud : *Tu es Deus, et nesciebamus : et tibi servierunt, et ibunt post te vincti manicis, et in te orabunt : quoniam in te Deus est, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel, Salvator* [1] : vides, inquit, ex iis, quemadmodum unus duntaxat sit Deus? His enim Scripturæ locis potissimum fretus, ut ante diximus, nec illorum sensum intelligens, sed sacras Litteras fraudulenter amputans, atque et obliquas narrationes instituens, et sacras auctoritates perverso ordine ac nonnullis præteritis in medium afferens, nihil consequenter ac seriatim eloquitur, nihil denique penitus intelligit tam Noetus, quam qui ab eo Noetiani dicuntur. Atque ut pessimo cuidam cani nonnunquam leonis nomen imponitur, ac cæcos multa videntes appellant, et fel dulce nominatur, et acetum mel a quibusdam vocatum est, et denique Furias nonnulli Eumenidas nuncuparunt : ita in illis accidisse videmus, ut et Noe-

A τος ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, ἔφραζεν ἡμῖν τὴν πίστιν, ἐναργῶς ἕνα Κύριον σημαίνων, ἄρα γε καὶ Θεόν.

Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω, ἐπειδὴ λέγει ἕνα καὶ ἕνα, μὴ ἄρα παρέλιπε τὸν ἀριθμὸν τῆς Τριάδος· ἐπειδὴ οὐκ ὠνόμασε τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὀνομάσας γὰρ Πατέρα καὶ Υἱὸν, Θεὸν καὶ Κύριον, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, *εἷς Θεός*, περὶ Πατρὸς, *ἐξ οὗ τὰ πάντα*, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι Κύριον· οὐδὲ πάλιν ἐπειδὴ εἶπε, *καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς*, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι Θεόν· ἀλλὰ καθάπερ ἐπὶ τῷ **Πατρὶ** ἠρκέσθη ἐπὶ τῇ μόνῃ ὀνομασίᾳ, λέγων *εἷς Θεός*, σὺν δὲ τῷ, Θεός, δηλονότι ἐστὶ καὶ *Κύριος*· οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ B Υἱῷ ἠρκέσθη τὸ, *εἷς Κύριος*· σὺν δὲ τὸ [2] *εἷς Κύριος* σύνεστι καὶ τὸ, *Θεός*. Λέγων οὖν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐ κοῦφος ἦν ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου, ἀλλὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἔφην, ἐφθέγγετο. Εἰωθε δὲ ἀεὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐ σύστασιν ἑαυτοῦ ποιούμενον [3], ἵνα μὴ ἡμῖν ὑπογραμμὸν δώσει τοῦ περὶ ἑαυτὸν καὶ ἡμᾶς τὴν σύστασιν ποιήσασθαι. Ἆρα οὖν *Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, ἢ δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ ἓν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐκ ἀλλότριον Θεοῦ*, ἐνυπόστατον δὲ ὂν διότι. Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα ἀληθείας, καὶ Πνεῦμα Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ.

Ϛ'. Εἰ δὲ περὶ τοῦ, *Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ C ἐμπορία Αἰθιόπων, οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται*· καὶ τὸ, *Σὺ εἶ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν· καὶ σοὶ δοῦλοι ἔσονται, καὶ σοὶ προσεύξονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι· καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, Σωτήρ· εὐχὴ ὁρᾷς*, φησὶν, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν; Ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ ῥητῶν, ὡς ὑπεδείξαμεν, οὐ νοῶν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ πανούργως περικόπτων τὰς Γραφὰς, λοξὰ μὲν διηγούμενος, ἀνθυπερβάτως δὲ εἰσάγων τοὺς λόγους, οὐκ ἀκολούθως καὶ περὶ πόδα φθέγγεται, οὔτε καθ' εἱρμὸν διηγεῖται ὁ Νοητὸς, ἢ οἱ ἐξ αὐτοῦ Νοητιανὶ νοοῦσιν. Ὥσπερ γε κακῷ κυνὶ ὄνομα λέων (99), καὶ D τοὺς μηδὲ ὄντως ὁρῶντας καλοῦσι πολλὰ βλέποντας, καὶ τὰς χολὰς γλυκείας φάσκουσι, καὶ τὸ ὄξος μέλι τινὲς ἐπωνόμασαν, καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας τινὲς ἐπωνόμασαν· οὕτω καὶ οὗτος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, Νοητοῦ ἔχων ὄνομα, ἀνόητος ὑπάρχει, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνοητοῦντες, μηδὲ ὅλως τὴν ἀκολουθίαν

[1] Isa. XLV, 14, 15. [2] F. τῷ. [3] F. ποιεῖν.

(99) Ὥσπερ γε κακῷ κυνὶ ὄνομα λέων. Insignis ad eamdem sententiam locus est ex Helladii *Chrestomathiis* apud Photium : Ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φρονητὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. Διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον κοινὸν, τὰς δὲ Ἐριννύας Εὐμενίδας, ἢ σεμνὰς θεὰς, τὸ δὲ μῦσος ἅγος, τὸ δὲ ὄξος μέλι, καὶ τὴν χολὴν γλυκεῖαν, τὸν δὲ βόρβορον ὀχετόν, etc. Ita apud Hebræos עִוְרוּת est cæcitas, cum et radium significet a splendore. Quod vero mel acetum apud Atticos dictum sit, id ex Plinio confirmari posse videtur : qui lib. XI, cap. 15, in omni melle quod per se fluit, acetum dici memorat. Quanquam nos *acerum* legendum esse disputavimus *ad Themistium*. (Potius, et vero melius, allegandum erat hoc rabbinorum, סגי נהור, *multus lucc*, i. e. *cæcus*. DRACH.)

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ὧν φάσκει [1], καὶ ὧν προβάλλονται νοοῦντες. Ὡς καὶ πληροῦσθαι ἐπ' αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου· *Μήτε ἃ λέγουσι νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.*

A tus, hoc est intelligens, appellaretur inceptus et insipiens homo; et hoc ipsum nomen perinde inepti illius discipuli consequerentur. Qui quidem eorum quæ dicunt, ac palam proponunt, rationem consequentiamque non intelligunt, ut in his sancti Apostoli dictum illud impleatur: *Nec quæ dicunt intelligentes, nec de quibus asserunt* [b].

Ζ'. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀδελφοὶ, πῶς ἀνώτερον εἶπεν ἡ θεία Γραφὴ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος, ὡς ἔχει ἡ ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου. Ὅθεν καὶ δεικτέον ἐπὶ πάσης ἐν αὐτῷ τῷ κεφαλαίῳ ἀληθείας τε καὶ ὑποθέσεως, ὅτι *Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ἐγὼ ἐποίησα*, φησὶ, *τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς. Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν· ἐγὼ πᾶσι τοῖς* B *ἄστροις ἐνετειλάμην· ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει· οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος Σαβαώθ·* εἶτα λοιπόν· *Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος, καὶ αἱ ἐμπορίαι Αἰθιόπων,* καὶ τὰ ἑξῆς· *ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστιν.* Ἐν τίνι δὲ φαίημεν ἀλλ' ἢ ἐν τῷ πατρῴῳ Λόγῳ; Καὶ γὰρ ἀληθῶς Θεὸς Λόγος ὁ Υἱὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ Πατὴρ γινώσκεται, ὡς λέγει· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα·* καὶ, *Ἐγὼ ἐδόξασά σου τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς γῆς·* εἶτα πάλιν, ὅτι *Ἐγὼ ἤγειρα βασιλέα.* Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι φωνή ἐστι Πατρὸς ἡ ἰδιάζουσα, ἡ ἐγείρουσα ἐξ αὐτῆς τὸν ἀληθινὸν Λόγον βασιλέα ἐπὶ πάντας, τὸν ἐξ αὐτοῦ ἀληθινῶς γεννηθέντα ἀνάρχως C καὶ ἀχρόνως; Ὃς καὶ ἤγειρε πάλιν αὐτὸν τὸν βασιλέα, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, φάσκων· *Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος Πνεύματος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν·* ὅπως συνάδῃ τὰ προφητικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ τὰ εὐαγγελικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς προφητικοῖς.

VII. Animadvertite enim, fratres charissimi, quid ante Scriptura dixerit, seu potius Dominus ipse, ut initio capitis scriptum est. Unde ex verissima illa, quæ in toto capite est, narratione argumentoque Christiana fides est commonstranda. Sic enim ait: *Interrogate me de filiis meis et filiabus, et de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci*, inquit, *terram et hominem in ipsa; ego manu mea fundavi cœlum; ego omnibus stellis præcepi; ego suscitavi cum justitia regem, et omnes viæ ejus* **486** *rectæ. Iste ædificabit civitatem meam, et captivitatem convertet, non cum pretio, non cum muneribus, ait Dominus exercituum* [8]. Deinde subdit: *Laboravit Ægyptus, et negotiationes Æthiopum*, et cætera, *quoniam in te Deus est.* In quo vero alio, quam in paterno Verbo Deum inesse dicemus? Vere quippe Deus Verbum Filius est; in eoque cognoscitur Pater, quemadmodum ipse testatur: *Qui vidit me, vidit et Patrem* [6]; item: *Ego glorificavi nomen tuum in terra* [7]; deinde: *Ego suscitavi regem.* In quo nonne propriam Patris vocem agnoscis, quæ verum ex sese Verbum excitans, Regem omnium constituit, eum scilicet, quem vere ex se, sine ullo initio ac tempore, genuit? Qui quidem eumdem rursus Regem excitavit, ut sanctus Apostolus his verbis expressit: *Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum suum in vobis* [9], ut et prophetarum oracula cum apostolicis, et apostolica cum evangelicis, et evangelica cum apostolicis, apostolica denique cum propheticis consentiant.

Εἶτα· *Ἤγειρα βασιλέα.* Καὶ ὧδε ὁ ἐγείρων Χριστὸν ἐκ νεκρῶν. Ὁ δὲ [2], *Ἐν σοὶ Θεός ἐστιν*, ὡς μυστηριωδῶς τὰ πάντα καὶ θαυμασίως διηγεῖται ἡ θεία Γραφή! Ὥσπερ γὰρ ἐν ναῷ σαρκὶ [3] προεωράτο, καὶ προκατηγγέλλετο τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδι, διὰ D τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφῆς ἡ θεότης. Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος, ὡς ἐν πόλει ἁγίᾳ καὶ ἐν ναῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐνανθρωπήσει καὶ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, Θεὸς ὢν, κατοικῶν ἐν ναῷ ἁγίῳ λέγει· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Διότι μυστικῶς τὰ πάντα οἰκονομεῖ Θεὸς Λόγος ἀποσταλεὶς ἀπὸ Πνεύματος ἐν σαρκὶ, καὶ σύνδεσμον ἀγάπης δεικνὺς ἐφέλκεται, καὶ σμικρύνας ἑαυτὸν μέγας ὢν Θεὸς, αὐτὸς ὁ Λόγος, ἐκ Παρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου γεννηθεὶς Υἱὸς Θεοῦ, εἷς ὢν, ἑαυτὸν σαρκὶ καὶ πνεύματι

Sequitur: *Suscitavit regem.* Et hic declaratur ille, qui Christum a mortuis excitavit. At cum dicit, *In te Deus est*, quanto cum mysterio, quamque admirabiliter omnia Scriptura sacra proponit! Etenim in carne, velut in templo quodam, prævidebatur, atque hominum spei per conversionem ad Deum ostendebatur divinitas. Siquidem Dei Filius, ac Deus ipse Verbum, quasi in sancta quadam urbe religiosoque templo, nimirum in assumpta hominis natura et incarnatione Deus exsistens, in sanctissimo, inquam, templo habitans ita loquitur: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [9]. Quoniam per mysterium administrat omnia cum carne missus a Spiritu Deus Verbum, atque arctissimum charitatis nexum ostendens allicit, cum se præsertim extenuavit magnus ipse Deus,

[1] F. φασί, vel φάσκουσι. [2] F. τὸ δέ. [3] F. ἐν σαρκί. [b] I Tim. I, 7. [8] Isa. XLV, 11 sqq. [6] Joan. XIV, 9. [7] Joan. VII, 4. [8] Rom. VIII, 11. [9] Joan. II, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Verbumque de Virgine interventu Spiritus sancti genitus Dei Filius, qui unus atque idem sese carne spirituque perfecit. Quo illud pertinet : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit Filius hominis, qui est in cœlo* [1].

VIII. Quid ad hæc Noetus cum sua stoliditate atque amentia potest objicere? Num in cœlo caro ante versabatur? Minime profecto. Quomodo igitur *qui descendit de cœlo, ipse est qui ascendit?* **487** nisi illud significare voluit, Verbum ipsum, quod descenderat, non ex inferiori esse loco, sed e cœlo esse delapsum. Posteaquam vero carnem hominis assumpsit, non illam quidem e viri semine susceptam, e spiritu pariter ac carne totum administrationis suæ negotium perfecit. Quamobrem ut divini Verbi humanæque naturæ conjunctionem, et in unam eamdemque rem consociationem monstraret, illum ipsum dixit, qui e cœlo venerat, eodem eum absoluta divinitate rediisse. Nunc enim, id quod ante non erat, caro est, de Spiritu susceptus ac Virgine; perfectum nempe Verbum oblatum Patri Deo, quod antea caro in cœlo non fuerat. Quid igitur in cœlo fuit aliud, præter Verbum e cœlo demissum? Cui in unam divinitatem conjunctio conveniebat, secundum paternam vim copulata atque conflata. Quo et illud una declararet, in terra cœloque eumdem esse Deum Verbum, conversionis omnis ac mutationis expertem. Erat quippe Verbum, Deus erat semper, erat Spiritus, vis erat denique. Qui commune illud nomen, quodque homines capere possent, in seipsum suscepit, cum hominis Filius appellatus est, quamvis Dei Filius esset. Qui insuper a prophetis id ipsum, quod in carne nondum erat, esse ante pronuntiabatur, propter id quod erat in eo perficiendum. Quare ita Daniel loquitur : *Vidi quasi Filium hominis venientem in nubibus* [2]. Unde merito in cœlo hoc affectum nomine Verbum sancti Spiritus afflatu propheta perspexit; qui *Filium Altissimi* vocavit. Quocirca quæ prima sunt posteriori ordine declarans unigenitus Dei Filius : *Nemo*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis*. Non quod caro esset in cœlo, sed quod e cœlo descenderet, qui ejusmodi esset vocabulo nominandus.

IX. Verum quid tandem, mi homo, proferes? Scriptum est, inquit : *Iste Deus est noster, et non æstimabitur alius* [3]. Præclare vero, quemadmodum et Apostolus affirmat : *Quorum*, inquit, *patres, ex quibus Christus secundum carnem; qui est super omnia Deus* [4]. Quæ quidem admirabiliter ab eo dicta sunt. Hic enim, qui est, *super omnia Deus est*. Nam cum iis ipse nos verbis doceat : *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* [5] : propterea *super omnia Deus est*. Atque ita quoque Joannes testatur : *Quod fuit*, inquit, **488** *ab initio, quod audivimus, et oculis vidimus, et manus nostræ contrectaverunt* [6]. Ac rursus in Apocalypsi : *Qui est ab initio, et qui venturus est Omnipotens* [7]. Egregie plane hæc ab illo pronuntiata sunt. Recte, inquam, dixit :

A ἵνα τελέσας, ὡς λέγει· *Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.*

Η'. Τί οὖν ἐρεῖ Νοητὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνοησίᾳ; Μὴ ἐν τῷ οὐρανῷ σὰρξ ἦν; Δηλονότι οὐκ ἦν. Πῶς οὖν *Ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, αὐτός ἐστιν ὁ ἀναβάς;* Ἀλλ' ἵνα τὸν κατελθόντα Λόγον σημάνῃ οὐ κάτωθεν ὄντα, ἀλλὰ ἄνωθεν κατελθόντα. Ἐπεὶ δὲ ἐνηνθρώπησεν ἐν σαρκὶ, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἐκ πνεύματος δὲ καὶ σαρκὸς ἐτελείωσε τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν διὰ τοῦτο, μίαν ἑνότητα σημαίνων τῆς τοῦ Λόγου συνενώσεως καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως, φάσκει τὸν ἄνωθεν ἥκοντα ἄνω ἀνιέναι ἐν τελειώσει θεότητος. B Καὶ γὰρ νῦν ὁ μὴ ὢν ποτε, σάρξ ἐστιν ἐκ Πνεύματος καὶ Παρθένου, ὁ προσενεχθεὶς Πατρὶ τέλειος Λόγος, ὃς πρὸ τούτου ἐν οὐρανῷ οὐκ ἦν σάρξ. Τί οὖν ἦν ὁ ἐν οὐρανῷ ἀλλὰ Λόγος ὁ ἀπὸ οὐρανοῦ ἀποσταλείς, ἔχων τὴν εἰς μίαν θεότητα ἕνωσιν, κατὰ δύναμιν Πατρὸς συνηνωμένην, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς Θεὸς Λόγος ὑπῆρχεν, ἄτρεπτος ὤν, καὶ ἀναλλοίωτος; Λόγος γὰρ ἦν, Θεὸς ἦν ἀεὶ, Πνεῦμα ἦν, δύναμις ἦν, ὡς [8] τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν, οὕτω καλούμενος Υἱὸς ἀνθρώπου, Υἱὸς ὢν Θεοῦ, καὶ ἐν προφήταις προὼν ὠνομάζετο, ὅπερ οὕπω ἐν σαρκὶ ἦν, διὰ τὸ μέλλον ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι· ὡς καὶ Δανιὴλ ἔφη· *Εἶδον ὡς Υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν.* Διὸ δικαίως ἐν οὐρανῷ τῷ ὀνόματι τοῦτον [9] C τὸν Λόγον εἶδε Πνεύματι ἁγίῳ ὁ προφήτης, *Υἱὸν Ὑψίστου* ἀποκαλῶν. Διὸ τὰ πρῶτα ὕστερα σημαίνων ὁ Μονογενὴς, φάσκει· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·* οὐχ ὅτι δὲ ἄνω ἦν ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἄνωθεν κατήρχετο, τούτῳ τῷ λόγῳ μέλλων καλεῖσθαι.

Θ'. Ἀλλὰ τί ἐστιν ὃ ἐρεῖς, ὦ οὗτος; Φησίν· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ λογισθήσεται ἄλλος.* Καλῶς D πάνυ ἔφη, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος διαβεβαιοῦται, λέγων· *Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.* Θαυμαστῶς διηγεῖται. Οὗτος γὰρ ὁ ὢν ἐστὶν ἐπὶ πάντων Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς, λέγων· *Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου·* διὰ τοῦτο *ἐπὶ πάντων ἐστὶ Θεός.* Οὕτω καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, λέγων· *Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν.* Καὶ πάλιν φησὶν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει· *Ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὁ ἐρχόμενος Παντοκράτωρ.* Καλῶς κατὰ πάντα εἶπε· καλῶς γὰρ εἶπε· *Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου·* καὶ ἀκριβῶς

[1] Joan. III, 13. [2] Dan. VII, 13. [3] Baruch. III, 36. [4] Rom. IX, 5. [5] Matth. XI, 27; Luc. X, 22. [6] I Joan. I, 1. [7] Apoc. I, 1. [8] F. ὅς. [9] F. τούτῳ et εἶπε pro εἶδε.

Ὑπετίθετο. Ἐπὶ πάντας μὲν οὖν ὢν Θεὸς, ἔχων δὲ ἴδιον αὐτοῦ Πατέρα, ἐν τῷ λέγειν· *Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν Πατέρα.* Εἰ δὲ ἦν αὐτὸς Πατὴρ, πρὸς ποῖον Πατέρα ἄρα ἀπῄει, ὦ ἀνόητε; Πάλιν γὰρ λέγει· *Ἵνα ὦσιν ἕν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.*

A *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo,* accurateque nos docuit. Ille itaque supra omnes Deus exstitit, cum nihilominus Patrem habeat suum. Quod iis verbis expressit : *Vado ad Patrem*[1]. At si Pater esset ipse, quem tandem ad Patrem, o stulte, discederet? Ita quippe rursus loquitur : *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus*[2].

Ι'. Ἀεὶ γὰρ ἡ Γραφὴ ἀσφαλιζομένη τὰς κατὰ τὸ ἄκρον πτώσεις τῶν ἀνθρώπων, ἐκ πανταχόθεν τὸν νοῦν συνάγει ἐπὶ τὴν μέσην τῆς ἀληθείας ὁδόν. Καὶ πρὸς τούτους μὲν τοὺς νομίζοντας ἀλλότριον εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, φημὶ δὲ ὡς Ἄρειος νομίζει, καὶ ἄλλαι αἱρέσεις, λέγει· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* πρὸς δὲ τοὺς νομίζοντας αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι Υἱὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, λέγει· *Ποίησον αὐτοὺς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν·* ἵνα καταισχύνῃ Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, παραγαγὼν εἰς τὸ μέσον τὴν τῶν μαθητῶν ἕνωσιν. Πῶς γὰρ ἠδύνατο Πέτρος καὶ Ἰωάννης, καὶ οἱ καθεξῆς εἶναι ἓν ὡς κατὰ συναλοιφήν; Ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, καὶ ἐν μιᾷ γνώμῃ, καὶ δυνάμει, εἰς τὸ ἀποκρούσασθαι πᾶσαν ὑπόνοιαν κατὰ θάτερον τῆς ἀληθείας ἐπανισταμένην. Φίλιππος δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος φάσκει· *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου.* Ὁ δὲ εἶπεν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Καὶ οὐκ εἶπεν· *Ἐγώ εἰμι ὁ Πατήρ·* ἀλλὰ τὸ *ἐμὲ* σημαῖνον τὰ [1] ἑαυτὸν λέγων· τὸ δὲ, *ἑώρακε τὸν Πατέρα*, οὐχ ἑαυτὸν λέγων. Ἄλλο γὰρ τὸ, *τὸν*, καὶ ἄλλο τὸ, *ἐμὲ*, καὶ ἄλλο ἐγὼ, καὶ ἕτερον τὸ, *ἐμέ*. Εἰ γὰρ ἦν ὁ αὐτὸς Πατὴρ, ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι·* ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ ὁ Υἱὸς, ἀληθῶς λέγει· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα·* ἵνα ἀποκρούσηται τὴν τοῦ Ἀρείου βλασφημίαν, τὴν τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀλλοτριοῦσαν.

X. Etenim Scriptura hoc potissimum cavens, ne homines ad extrema quæque deflectant, medium in veritatis iter ubique sensum intelligentiamque compellit. Quamobrem ut illis occurrat, qui alienum a Patre Filium esse prædicant, quæ est Arii, et aliarum sectarum opinio, sic loquitur : *Ego et Pater unum sumus*[3]. Contra vero, ut eos refellat, qui eumdem esse Patrem et Filium asserunt, pro B eo quod dixit : *Ego et Pater unum sumus*, ita alio loco precatur : *Fac ipsos, ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus.* Quo Noeto ejusque scholæ pudorem incutiat, dum illam discipulorum conjunctionem in medium adducit. Qua enim ratione Petrus, et Joannes, et cæteri unum esse, velut in unum coalescentes confusique, potuerunt? Sed eo nimirum illa dicta sunt, quod in unius divinitatis conjunctione, eademque sententia ac virtute consistant, ut error omnis excludatur ac falsitas, quæ utravis ex parte contra veritatem insurgat. Philippus vero apostolus hunc in modum Christum alloquitur : *Ostende nobis Patrem tuum.* Cui ita respondit : *Qui videt me, videt et Patrem meum*[4]. Non dixit : *Ego sum Pater :* sed *me*, quod idem est ac C seipsum, adjecit. Item, *videt*, inquit, *Patrem*, non utique seipsum commemorat. Aliud enim est articulus ille, τόν, aliud pronomen, ἐμέ, aliud ἐγώ, aliud ἐμέ. Nam si ipse Pater esset, diceret profecto : *Ego sum.* Quare cum ipse Pater minime sit, sed Filius, vere istud usurpavit : *Qui videt me, videt et Patrem;* ad refutandam Arii blasphemiam, quæ Filium alienat a Patre.

Διὸ τῆς πάσης Γραφῆς σαφῶς περὶ ἀληθείας ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὑποτιθεμένης, καὶ τοῦτον τὸν Νοητὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν, Νοητιανῶν φημι, σὺν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι παρωσάμενοι, ὥσπερ ὀστρακίτην τὸν καλούμενον δράκοντα, τὸν μὴ δυνάμενον κάμπτεσθαι ἐν τῷ καταδιώκειν ἄνθρωπον, μήτε δεξιὰ μήτε εὐώνυμα, ἐκκλίναντες ἀπὸ αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ σχολῆς, καὶ μοχθηρίας, ἐπὶ τὰς ἑξῆς δυνάμει Θεοῦ D τὸν νοῦν ἀκοντίσωμεν πρὸς διήγησιν καὶ ἔλεγχον τῶν ἐν αὐταῖς ἐπινενοημένων κατὰ τῆς ἀληθείας ξενολεξιῶν.

Quæ cum ita sint, ac cum sacræ omnes Litteræ viam nobis veritatis certissime demonstrent, postquam Noetum istum, ab eoque propagatam Noetianorum **489** sectam, una cum reliquis repulimus, perinde ac draconem illum, qui ostracites, sive *testaceus* dicitur, qui cum hominem persequitur, neque in dextram, neque in sinistram partem flectere se ullo modo potest : ab illo demum, ejusque schola, et improbitate declinantes, ad cæteras divina ope freti animum adjiciamus, ut peregrinas et absurdas dicendi rationes adversus veritatem in illis excogitatas pertexere ac redarguere possimus.

ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΗΣΙΩΝ,

Τριακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ὀγδόη.

Α'. Περὶ Οὐαλησίων ἀκούομεν πολλάκις, οὐ μέντοι ἐγνωμεν ποῦ, τίς ἢ πόθεν ὡρμᾶτο, ἢ τί λέγων, ἢ νουθετῶν, ἢ φθεγγόμενος ὁ Οὐάλης οὗτος. Τὸ μὲν ὄνομα, Ἀραβικὸν (1) ὑπάρχον, τινὰ ὑπόνοιαν ἡμῖν δίδωσι διανοηθῆναι τοῦτον, καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν

CONTRA VALESIOS,

Hæresis XXXVIII, sive LVIII.

I. Sæpenumero de Valesiis audivimus, ita tamen ut de illorum auctore Valente, ubinam is gentium fuerit, aut undenam excitatus fuerit, quæ illius dicta, quæ præcepta ac sermones exstiterint, nondum comperire potuerimus. Quanquam ex ejus

[1] Cor. σημαῖνον τό. [2] Joan. xvi, 10. [3] Joan. xvii, 22. [4] Joan. x, 30. [5] Joan. xiv, 8, 9.

(1) *Τὸ μὲν ὄνομα Ἀραβικόν.* Imo Latinum *Valens.*

Digitized by Google Распознавание текста

nomine, quod Arabicum est, nonnulla nobis suspicio est, in eadem illum opinione fuisse, atque ipsius hoc tempore versari sectam, quam esse nonnullorum diximus, qui in Bacathis Philadelphenæ provinciæ ultra Jordanem habitant. Qui quidem ab ejus loci incolis Gnostici nominantur, quamvis minime Gnostici sint, et ab iis opinionum varietate dissentiant. Verum quæ de illis nosse potuimus, ea fere sunt hujusmodi:

A εἰσέτι δεῦρο φέρεσθαι, ὡς ἐν ὑπονοίᾳ, καθάπερ ἴσχυτινάς ὄντας ἐν Βακάθοις τῆς Φιλαδελφηνῆς χώρας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ οἱ μὲν ἐπιχώριοι τούτους Γνωστικοὺς βούλονται λέγειν· οὐκ εἰσὶ δὲ τῶν Γνωστικῶν· ἕτερα γὰρ τούτων τὰ φρονήματα. Τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα περιέχει τοῦτον τὸν τρόπον·

Principio itaque Ecclesiam plerique frequentabant, quod eousque tenuit, donec, amplificata diffusaque illorum insania, ab Ecclesiæ consortio segregati sunt. Universi porro castrati sunt. Ac de principatibus et potestatibus, cæterisque hunc in modum sentiunt. Quemcunque vero in suam disciplinam receperint, quandiu nondum ei exsecta B virilia sunt, ab animatis abstinet. Posteaquam autem sive illi persuaserint, sive violenter exsecuerint, tum demum, quasi ab omni certamine liber, atque extra periculum omne positus, ne ciborum usu ad libidinum voluptates inflammetur, quodcunque ciborum genus permittitur. Neque vero suos eo modo duntaxat afficiunt, sed etiam peregrinos sæpe transeuntes, et ad sese divertentes: quemadmodum frequenti de illis rumore spargitur. Illos enim intus correptos, et manicis, ac vinculis alligatos violenter membris **490** suis mutilant. Hæc sunt quæ de hisce hæreticis accepimus: de quibus cum id cognoverimus, quonam in loco domicilium habeant, ac quemadmodum frequens sit istud in illis regionibus nomen; cum alterius hæ- C resis appellationem nullam acceperimus, jure hanc eamdem esse nobis persuasimus.

Ἐν μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ πλείους συνήγοντο ἕως καιροῦ τινος, ἕως εἰς πλάτος ἦλθεν ἡ αὐτῶν ἄνοια, καὶ ἀπεβλήθησαν τῆς Ἐκκλησίας. Εἰσὶ δὲ πάντες ἀπόκοποι· καὶ αὐτοὶ δὲ περὶ ἀρχῶν (2), καὶ ἐξουσιῶν, καὶ ἄλλων οὕτως δοξάζουσι. Καὶ ὅταν λάβωσιν ἄνθρωπον εἰς μαθητείαν, καθ' ὅσον μὲν χρόνον οὔπω τῶν μορίων ἀπετμήθη, ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνει· ὅταν δὲ πείσωσι τὸν τοιοῦτον, ἢ μετὰ ἀνάγκης αὐτὸν ἀποτέμωσι, τότε πᾶν ὁτιοῦν μεταλαμβάνει, ὡς ἤδη πεπαυμένος ἀγῶνος, καὶ μηκέτι ἐγκίνδυνος ὤν, εἰς τὸ ἐποτρύνεσθαι διὰ τῶν ἐδεσμάτων εἰς ἡδονὴν ἥκειν ἐπιθυμίας. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἰδίους τοῦτο ἀπαρτίζουσι τὸν τρόπον, ἀλλὰ πολλάκις καὶ ξένους παρερχομένους, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐπιξενωθέντας, ταύτῃ διέθεντο τῇ διαγωγῇ, ὡς πολὺς περὶ τούτου θρυλλεῖται λόγος. Ἁρπάζουσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἔνδον, καὶ ἐπὶ συμψελίοις [3] δήσαντες ἴσχυρῶς, μετὰ ἀνάγκης τὸ χειρότευκτον ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν, ἃ περὶ τούτων εἰς ἡμᾶς ἦκεν· οὕσπερ γνόντες ἐν ποίῳ τόπῳ τὴν καταμονὴν ἔχουσι, καὶ ὡς τὸ ὄνομα τοῦτο πολὺ τυγχάνει ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις, καὶ ὡς τῆς αἱρέσεως ἕτερον ὄνομα οὐ κατειλήφαμεν, ἐνομίσαμεν ταὐτὸν εἶναι.

II. Sed horum insignis quædam est stultitia. Nam si illud exsequi volunt, quod est in Evangelio scriptum: *Si scandalizaverit te unum ex membris tuis, abscinde abs te. Expedit enim tibi intrare in regnum cœlorum claudum, aut mancum, aut curvum* [1], etc. Quomodo regnum cœlorum ingredi mutilus quispiam potest? Nam si cœlorum regnum perfecta habeat omnia, nihil in se habet imperfectum. Itaque cum hominum corpora resurgent, universa simul membra resurgent, sic ut eorum nullum penitus relinquatur. Ac si omnino resurgere membrum aliquod negemus, ne totum quidem corpus D resurget. Quod si membrum illud unum, quod scandalizat, relinquendum sit, consequens est, nullum ut prorsus relinquatur. Etenim membra nos omnia scandalizaverunt. Quis autem est, qui cor suum in omnibus scandalum objiciens avellere atque amputare possit? Quippe ex interioribus, inquit, exeunt fornicationes, adulteria, libidines [2], et id genus cætera. Ecquis igitur cor suum abrumpet? Ac si, ut nonnullorum fert impietas et amentia, corpus minime resurgit, quid tandem nostra

Β'. Πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τοιούτων. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ βούλονται πληροῦν, τὸ *Ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἓν τῶν μελῶν σου, ἀπόκοψον ἀπὸ σοῦ. Συμφέρει γάρ σοι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἢ χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ κυλλόν.* [1] Πῶς δύναται ἐν βασιλείᾳ τινὰ ἡκρωτηριασμένον; Εἰ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τὰ πάντα ἐστὶ τελειοῦσα, οὐδὲν ἀτελὲς ἔχει ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ὁπότε τοῦ σώματός ἐστιν ἀνάστασις, πάντα τὰ μέλη ἀναστήσεται, καὶ οὐδὲ ὁπότερον αὐτῶν καταλειφθήσεται. Καὶ εἰ ὅλως τὸ μέλος οὐκ ἐγείρεται, οὐδὲ τὸ σῶμα ἀναστήσεται. Καὶ εἰ τὸ ἓν μέλος τὸ σκανδαλίζον, αὐτὸ μόνον καταλιμπάνεται, οὐδὲν ὅλως καταλειφθήσεται, οὐδὲ ὁπότερον τῶν μελῶν. Πάντα γὰρ ἡμᾶς ἐσκανδάλισε. Τίς δὲ ἀναῤῥήξει αὐτοῦ τὴν καρδίαν πάντα σκανδαλίζουσαν; Ἔσωθεν γάρ, φησὶ, ἐκπορεύονται πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀσέλγειαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τίς οὖν ῥήξει τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν; Εἰ δὲ οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα κατὰ τὴν τινων ἄνοιαν καὶ ἀσέβειαν, πῶς ἄρα διοίσει ὁ περὶ τούτων ὁριζόμενος λόγος; Τῶν γὰρ μελῶν ἁπάντων μὴ εἰσερχομένων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, τίς ἔτι χρεία

[1] Matth. xviii, 8. [2] Matth. xv, 19. [3] Vox ista mihi quidem obscura. [4] Deest aliquid.

(2) *Καὶ αὐτοὶ δὲ περὶ ἀρχῶν.* Videtur nonnihil deesse, quod suspensa sit horum verborum sententia, οὕτως δοξάζουσι.

(3) *Καὶ ἐπὶ συμψελίοις δήσαντες.* Aut depravata, aut ignota mihi vox est συμψελίοις. In qua divinationibus ac conjecturis ludere facile est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

παρὰ ἓν μέλος γίνεσθαι, τῶν ἄλλων μὴ τοῦτο πληρούντων; Εἰ δὲ ἐγείρεται τὸ σῶμα (ἐγείρεται γάρ), πῶς ἐνδέχεται ἔτι ἐν βασιλείᾳ οὐρανῶν λώβησις γίνεσθαι; Ἢ πῶς οὐκ ἔσται ἀπρεπὴς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἐπισινῆ σώματα ἔχουσα πρὸς δόξαν; Εἰ δὲ ὅλως καὶ τμηθείη τὸ μέλος τὸ σκανδαλίζον, ἆρα τέτμηται, καὶ οὐχ ἥμαρτε. Τμηθὲν δὲ, καὶ μὴ ἁμαρτῆσαν, αὐτὸ δεῖ πρῶτον πάντων ἀναστῆναι μὴ ἁμαρτῆσαν.

A refert, quod ab illis asseritur? Cum enim universa membra cœleste regnum minime ingredi possint, quid attinet uno solum mutilari membro, cum id alia nequaquam perficiant? Jam vero si corpus excitatur (uti vere accidit), estne ut in regno cœlorum mancum aliquid sit aut mutilum? Nonne turpis quædam cœlestis illius regni futura species est, si truncata membra ad sempiternam illam gloriam admittantur? Prætcrea si membrum illud, quod scandalum præbet, abscissum fuerit, amputatum utique est, ac proinde nec peccavit. Quod cum ita sit, primum omnium resurgere ipsum oportet, quod minime peccaverit.

Γ'. Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον (4) τοῦτο ἔργον ἑτοιμοι, ἀπὸ πάντων ἑαυτοὺς ἠθέτησαν, καὶ ἀπηλλοτρίωσαν. Οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ διὰ τὸ ἀφῃρημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι διὰ τὸ παρὰ φύσιν. Προέλαβε [1] δὲ καὶ ἡ τοῦ στεφάνου τοῦ ἀγῶνος, καὶ βραβείου τούτου ἐπωνυμία. Οὐδὲ ὁπότεροι γὰρ φανήσονται οὗτοι τῶν τριῶν τάξεων τῶν εὐνούχων τῶν ὑπὸ Κυρίου εἰρημένων. *Εἰσὶ γὰρ*, φησὶν, *εὐνοῦχοι, οἳ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν ἐγεννήθησαν*. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀναίτιοί εἰσι τῆς αὐτῶν εὐνουχίας· οὔτε μὴν ἁμαρτίαν ἔχοντες, διὰ τὸ οὕτως γεγενῆσθαι· οὔτε πάλιν ἁμαρτίαν δυνάμενοι πράττειν, τὴν ἀφροδισίων ὁρμὴν· ἐπειδὴ μὴ πέφυκε αὐτοῖς τὰ παιδοποιὰ ὄργανα, τὰ ἐκ Θεοῦ κεκτισμένα. Ἀλλ' οὔτε μισθὸν ἔχουσιν εὐνουχίας βασιλείας οὐρανῶν, διὰ τὸ ἀγῶνος μὴ μεμυῆσθαι [2]. Εἰ δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν μεμύηνται οἱ τοιοῦτοι, μὴ δυνάμενοι πράττειν, καὶ μὴ πράττοντες, μισθὸν οὐκ ἔχουσιν. Οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι, τὸ ἔργον παρ' αὐτοῖς οὐ πέπρακται, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι. Καὶ αὕτη μὲν ἡ ἀγωγὴ τῆς πρώτης ὑπὸ Κυρίου εἰρημένης εὐνουχίας, τῆς διὰ τῶν μητέρων γεννωμένης, ἐξ ὧν οὐ δύνανται οὗτοι ὑπάρχειν.

III. Verum quicunque ad hoc perpetrandum facinus prompti sunt et audaces, ab omni genere hominum alienos se extorresque fecerunt. Nam neque viri sunt, propter amputatam illam corporis B partem; neque feminæ, repugnante scilicet **491** naturæ conditione, esse possunt. Sed et istiusmodi certaminis corona ac præmium appellatione nulla concipi potest. Siquidem ex tribus spadonum ordinibus, quos Dominus recensuit, ad nullum omnino revocari possunt. *Sunt enim*, inquit, *eunuchi, qui ex ventre matris suæ nati sunt* [3]. Illi vero nullam castrationis suæ culpam sustinent; neque ullo se scelere obstrinxerunt, eo quod ita in lucem prodierint. Sed neque peccatum ullum admittere possunt, quod ad rem quidem veneream attinet; cum membris illis careant, quæ ad sobolis propagationem a Deo sunt condita. Ideoque nullum ex ea castratione regni cœlestis præmium obtinent, quod certaminis ipsius ne meminerint quidem. Quod si C cupiditatum illecebrarumque recordentur, cum quod factu est nefas efficere nullo modo possint, in eo quod abstinent, nihil mercedis promerentur. Neque enim ex eo, quod admittere noluerint, sed quod non potuerint, non est ab illis facinus illud reipsa profectum. Atque hoc primum est spadonum genus Domini oratione declaratum, quod jam tum matris ex utero prodiit. Inter quos nemo illos retulerit.

Δ'. *Καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχίσθησαν*, φησὶν ὁ Σωτὴρ· καὶ οὔτε ἀπὸ τούτων εἰσὶν οἱ προειρημένοι. Οὗτοι μὲν γὰρ γεννῶνται· οἱ δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων εὐνουχισθέντες ἕνεκεν χρήσεως ἢ βασιλικῆς ἢ ἀρχοντικῆς. Βουλόμενοι γάρ τινες τῶν βαρβάρων βασιλεῖς, ἢ καὶ τύραννοι, ζηλοτυπίας χάριν καὶ ὑπονοίας τῆς πρὸς τὰς γαμετὰς τὰς ἰδίας, ἔτι κομιδῇ νέους τοὺς παῖδας λαμβάνουσι, καὶ εὐνουχίζουσι τούτους, πρὸς τὸ ἀνδρυνθέντας πιστεύεσθαι τὰς ἰδίας αὐτῶν, ὡς ἔφην, γαμετάς. Καὶ οὕτως ἐν τῷ κόσμῳ γέγονεν ἡ περὶ τούτου αἰτία. Ὅθεν τάχα οἶμαι καὶ τὸ εὐνοῦχον καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ εὐνοεῖν δύνασθαι, ἀφαιρουμένων τῶν μελῶν, καὶ μὴ ἐπεντρίβεσθαι μίξει τῶν σωμάτων, ὡς τῶν ὀργάνων ἀφῃρημένους. Ἑτέρα τοίνυν αὕτη ἡ τάξις ἐκ παιδὸς λαμβανομένη, καὶ εὐνουχιζομένη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐχὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

IV. *Et sunt eunuchi*, ait Salvator, *qui ab hominibus eunuchi facti* sunt, a quibus priores diversi sunt. Hi enim cum hac clade nascuntur; posteriores autem ad aliquem regum aut principum usum castrati. Quippe barbari quidam reges, aut tyranni zelotypia atque in uxores suas suspicione commoti, admodum pueros exsecant, quos ubi adoleverint, suis, ut dictum est, conjugibus custodes D adhibeant. Atque hoc modo calamitatis illius causa inter homines accidit. Hinc fortassis et eunuchorum appellatio derivatur, a verbo scilicet εὐνοεῖν, quod amputatis hisce corporis partibus benevoli esse possint, neque, utpote membris illis mutilati, ad corporum complexum coitumque sint utiles. Hic igitur alter eunuchorum ordo est, qui a puerili ætate hominum istud manu non cœlestis regni causa patiuntur.

[1] Verbum illud προέλαβε suspectum mihi est. [2] Cor. μεμνῆσθαι, ut et postea μέμνηνται. [3] Matth. XIX, 12.

(4) *Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον*. Exscripsit hunc Epiphanii locum Anastasius episcopus Nicænus *Q.* 79, tom. I *Bibl. PP.* ubi Matth. locum illum ex cap. XIX plurimorum Patrum collectis sententiis illustrat.

Digitized by Google Распознавание текста

Sequitur deinde : *Et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum* [1]. Quinam illi esse possunt, nisi egregii illi primum apostoli, tum monachi, ac reliqui virginitatis cultores? Cujusmodi fuere Joannes et Jacobus Zebedæi filii : qui in virginitate persistentes, ac neque membra sua propriis amputantes manibus, neque **492** copulati nuptiis, sed animo ac pectore dimicantes, certaminis illius coronam ac gloriam summa cum admiratione repertarunt. Secundum quos infinita hominum millia, quæ in hoc mundo monasticam vitam amplexa sunt, in monasteriis virginumque cœnobiis ejusdem certaminis decus adepta sunt. Quæ videlicet nullam cum mulieribus consuetudinem habuerunt, sed omnibus suis numeris absolutam certamen obierunt. Qualem in Vetere Testamento Eliam fuisse legimus, ac deinceps Paulum, qui dixit : *Dico autem non nuptis, quoniam bonum est ipsis, si maneant sicut ego; si autem non continent, nubant* [2]. Quomodo igitur ipse permansit? Si enim exsectus est, et ad illius exemplum accommodati manserunt, qui ei similes essent, ut eam consilii partem implerent, *sicut ego* : fierine potuit, ut exsectus quispiam, nisi continentiam servare posset, uxorem duceret? Illud vero, *uxores ducant, et non uranlur* [3], nonne ad continentiam pertinere, non ad membrorum mutilationem animadvertis?

Quod si propter regnum cœlorum semetipsos castrasse se dixerint, qui tandem ab illa sententia secernere sese possunt, quæ nonnullos esse dicit, qui ab hominibus eunuchi facti sunt? Cum enim sese aliquis suis manibus exsecat, homo utique est, ejusque manibus scelestum illud facinus admissum est. Sin ille cladem istam sua sibi manu conscisscere non potest, sed ab aliis castratus fuerit, non jam illud cœlestis regni causa patietur, eo quod, sive per se, sive aliorum opera sibi istud intulerit, ab hominibus eunuchus est factus. Quamobrem coronæ spe ac præmii iste prorsus excidet, cum nullam amplius gratiam mereatur, quod ab ejusmodi voluptatis usu temperet; sed ideo illud non possit, quod necessariis ad eam functionem membris sit destitutus. Quocirca par idemque de eo judicium est, ac de illo, qui aliquod corporis membrum violarit, aut alienam vitem succiderit. Neque enim divinam ad voluntatem vivendi rationem instituit, sed opifici suo Domineque Deo maligne repugnavit. Quinetiam vehementiori cupiditate flagrabit. Etenim spado, non a sua cupiditate abstinere, sed eam perficere non posse, a Sapiente dicitur : *Concupiscentia spadonis*, inquit, *devirginabit juvenculam* [4]. Proindeque, o stultitiam incredibilem, varie in hoc orbe terrarum excogitatam!

493 Atque hæc sunt, quæ de hoc hæreticorum genere explorare potuimus. De quibus, cum breviter dixerimus, eosdemque esse suspicemur, quos antea commemoravimus, relictis ac cum ludibrio rejectis illis qui scorpionis instar bifido aculeo ar-

A *Καὶ εἰσὶ, φησὶν, εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν.* Τίνες τοίνυν εἶεν οὗτοι ἀλλ' ἢ οἱ γενναῖοι ἀπόστολοι, καὶ μονάζοντες, καὶ οἱ καθεξῆς παρθένοι; Ἰωάννης μὲν καὶ Ἰάκωβος υἱοὶ Ζεβεδαίου, μείναντες ἐν παρθενίᾳ, μήτε μὴ ἰδίαις χερσὶ τὰ μέλη ἀποτεμόντες, μήτε συναφθέντες γάμῳ, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ ἀγωνισάμενοι, καὶ θαυμασίως τὸ κλέος τοῦ στεφάνου τούτου τοῦ ἀγῶνος ἀπενεγκάμενοι· μετ' αὐτοὺς δὲ ὅσαι μυριάδες ἐν τῷ κόσμῳ μονάζοντες, καὶ ἀπὸ μοναστηρίων, καὶ παρθένων τουτὶ τοῦ ἀγῶνος τὸ κλέος ἀπηνέγκαντο, οἵτινες σώμασι γυναικῶν οὐκ ἐμίγησαν, ἀλλὰ ἤθλησαν ἐν ἀγῶνι τελειοτάτῳ, ὡς καὶ Ἠλίας ἐν Παλαιᾷ Διαθήκῃ εὑρίσκεται, καὶ Παῦλος λέγων· *Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις, ὅτι καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν μείνωσιν οὕτως* B *ὡς κἀγώ. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν.* Πῶς οὖν αὐτὸς ἔμεινεν; Εἰ μὲν γὰρ ἀποτετεμημένος ἦν, καὶ κατ' αὐτὸν ἔμειναν ὁμοιούμενοι αὐτῷ, ἵνα πληρώσωσι τὸ, *ὡς κἀγώ*· πῶς ἀποτετεμημένος τις ἐδύνατο γῆμαι, εἰ μηκέτι ἐνεκρατεύετο; Καὶ τὸ, *γαμείτωσαν, καὶ μὴ πυρούσθωσαν*, ὁρᾷς, ὅτι περὶ ἐγκρατείας φάσκει, καὶ οὐχὶ περὶ μελῶν ἀφαιρέσεως;

Εἰ δὲ φάσκουσιν οὗτοι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἑαυτοὺς εὐνουχικέναι, πῶς ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσουσι τοῦ εἰρημένου ῥήματος, ὅτι εἰσί τινες, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων; Εἰ γὰρ αὐτὸς ἰδίαις χερσὶν ἑαυτὸν εὐνουχίζει, ἄνθρωπός ἐστι, C καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ τὸ ἀθέμιτον τοῦτο εἰργάσαντο. Εἰ δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ οὐδὲν δύναται πρᾶξαι, ὑπὸ ἄλλων δὲ εὐνουχισθῇ, οὐκέτι ἔσται διὰ βασιλείαν οὐρανῶν, διότι ὑπὸ ἀνθρώπων εὐνουχίσθη ἤτοι δι' αὐτοῦ, ἢ διὰ τῶν τοῦτο πεποιηκότων. Πεσεῖται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στεφάνου, καὶ ἀπὸ τοῦ βραβείου, οὐκέτι χάριν ἔχων διὰ τὴν ἀποχὴν τῆς τοιαύτης χρήσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι χρῆσθαι ἀφῃρημένων τῶν τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως μελῶν. Ἐν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ κριθήσεται, ὡς ὁ λυμαινόμενος ἑαυτοῦ τὸ μέλος, καὶ ὡς ὁ τέμνων ἀλλότριον ἀμπελῶνα. Οὐ γὰρ κατὰ Θεὸν ἐπολιτεύσατο, ἀλλὰ κατὰ ἐπιβουλὴν τῷ δημιουργῷ Κυρίῳ Θεῷ ἀντέστη τοιοῦτος. Ἐπιθυμίᾳ δὲ περισσοτέρᾳ ὁ τοιοῦτος ἐνεχθήσεται. Καὶ γὰρ ὁ εὐD νοῦχος ᾄδεται παρὰ τῷ Σοφῷ οὐκ ἀπεχόμενος τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ μὴ δυνάμενος τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιτελέσαι, ὡς λέγει· *Ἐπιθυμία εὐνούχου ἀποπαρθενεύσει νεᾶνιδα.* Καὶ ἐκ πανταχόθεν ὦ τῆς πολλῆς ματαιότητος τῆς ἐν τῷ κόσμῳ παλυτρόπως ἐπινενοημένης!

Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων ἐγνωμεν. Διὸ ἐν συντόμῳ περὶ αὐτῶν εἰρηκότες, καὶ, ὡς ἔφην, ὑπονοήσαντες εἶναι τούτους τοὺς προειρημένους, καταλιπόντες τοὺς αὐτοὺς, καὶ καταγελάσαντες ὥσπερ σκορπίου δικέντρου, τοῖς μὲν τέρασι (5) καὶ χηλαῖς

[1] Matth. XIX, 12. [2] I Cor. VII, 8. [3] ibid. 9. [4] Eccli. XX. 2.

(5) Leg. πέρασι. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν τῶν Πατέρων βίοις ἐναντιωθέντας, ἐν δὲ τῷ κέντρῳ τῷ τύπῳ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀνθισταμένους, ὑποδήματι ἐστηριγμένῳ καταπατήσαντες τούτους, καὶ καταγελάσαντες, τουτέστι διὰ τῶν ῥητῶν τοῦ Εὐαγγελίου, κατὰ τὸ ἔθος, ἐπὶ τὰς λοιπὰς μεταβαίνοντες, ἐνταῦθα λήξωμεν τῆς τούτων ἀδελτηρίας.

mati, prodigiosis brachiorum forcipibus jam tum institutis a Patribus vitæ rationibus adversati sunt, et adversus sanctæ Dei Ecclesiæ formam ac præscriptum infestos aculeos erigunt; iis, inquam, firmiter impresso calceamento, hoc est sacrosancti Evangelii, ut solemus, voce protritis et elisis, ad reliquas hæreses translata oratione, hic de illorum stoliditate disputandi finem faciamus.

ΚΑΤΑ ΚΑΘΑΡΩΝ,

Τριακοστὴ ἐννάτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἐννάτη.

Α'. Καθεξῆς δὲ τούτων Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν ἀπὸ Ναβάτου τινός, ὡς πολὺς ἄδεται λόγος. Οὗτος ὁ Ναβᾶτος (6) ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου· τάχα, οἶμαι, Δεκίου τότε ἦν, ἢ Αὐρηλιανοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς προφάσεως τῆς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων ἐπάρματι ἀρθείς, ἅμα τοῖς ἐπαγομένοις αὐτῷ μὴ θελήσας κοινωνῆσαι τοῖς μετανοοῦσιν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, εἰς αἵρεσιν ταύτην τέτραπται, λέγων μὴ εἶναι σωτηρίαν, ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν. Μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν μηκέτι δύνασθαι ἐλεεῖσθαι παραπεπτωκότα.

Καὶ αὐτοὶ δέ φαμεν εἶναι μετάνοιαν μίαν, καὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ταύτης (7) γενέσθαι τὴν σωτηρίαν. Ἀλλ' οὐκ ἀναιροῦμεν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν· εἰδότες τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν ἔλεον τοῦ Δεσπότου, καὶ τὸ συγγνωστὸν τῆς φύσεως, τὸ εὐρίπιστον τῆς ψυχῆς, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς, τὸ πολύβλυστον τῆς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεως. Διότι οὐδεὶς ἀναμάρτητος, *καὶ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.* Καὶ ἡ μὲν τελεία μετάνοια ἐν τῷ λουτρῷ τυγχάνει· εἰ δέ τις παρέπεσεν, οὐκ ἀπόλλει τοῦτον ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ

CONTRA CATHAROS,

Hæresis XXXIX, vel LIX.

I. Proximi ab illis Cathari quidam exorti sunt, a Novato, ut fama percrebuit. Novatus porro Romæ persecutionis illius tempore fuit, quæ eam antecessit, quam Maximinus excitavit; quæ Decii, ut opinor, aut Aureliani fuit. Quamobrem propter eos, qui in illa persecutione lapsi fuerant, cum arrogantia una cum suis inflatus eos in communionem nollet admittere, qui post persecutionem pœnitentiam susceperant, ad eam se convertit hæresim, nullam ut esse spem salutis assereret, atque unam duntaxat esse pœnitentiam. Qui autem post baptismum delinqueret, nullam erga eum misericordiam adhiberi posse.

Atqui nos unam esse pœnitentiam ultro concedimus, ac per eam iteratæ generationis lotionem ad salutem perveniri, sed Dei humanitatem ac clementiam minime tollimus, cum et veritatis dogma, et misericordiam Domini, naturæ nostræ conditionem venia sane dignam, et animorum inconstantiam, et imbecillitatem carnis, et sensuum in plerisque hominibus distractas ac dissipatas vires perspectas habeamus. Quoniam nemo peccati expers est, *neque mundus a sordibus, ne is quidem, cujus est unius diei vita super terram* [1]. Enimvero

[1] Job XIV, 4, *juxt. LXX.*

(6) *Οὗτος ὁ Ναβᾶτος.* De Novati et Novatiani discrimine agitur initio Diatribæ *De pœnitentia in Ecclesia vetere* (Vide tom. III). Quo tempore vero, quisquis ille est, hæresis auctor exstiterit, dubitat Epiphanius, et hæsitationem hallucinatione cumulat: non ejusmodi, quam ei falso Scaliger affinxit ad Eusebii annum 2262. *Epiphanius*, inquit, *parum caute hanc persecutionem* (Maximini scilicet) διωγμὸν πρῶτον *vocavit, hæresi* 59, *hoc est Novatianorum. Sed multis ejusmodi nævis Epiphanium insignitum esse sciunt, qui eum legerunt.* Nos non negamus plures apud Epiphanium nævos esse. Sed illud primo constanter atque audacter asserimus, illum ipsum Epiphanii castigatorem non nævis insignitum esse aliquot, sed ulceribus et carcinomatibus, quibus non curandis, neque enim ἰάσιμα sunt, sed amputandis jamdudum navamus operam. Deinde nævum istum, quem notat, in Epiphanio nullum esse, sed in ipsummet redundare Scaligerum. Quos enim oculos habuit ille, qui scribere potuit, Epiphanium Maximini persecutionem primam appellare? Nam Græce ita legitur: Οὗτος ὁ Ναβᾶτος τῆς Ῥωμαίων ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου. Quæ ita Cornarius vertit: *Hic Novatus Romæ fuit, tempore persecutionis, quæ ante Maximinum prima fuit.* Cui et nostra interpretatio consentanea est. Non igitur Maximini persecutionem primam appellat, sed eam, cujus tempore exortus est Novatus illam antecessisse dicit. In quo peccat dupliciter. Primum quod ante Maximini persecutionem Novatianorum hæresim a Novato conflatam esse significat. Nam aliquot annis post Maximini obitum emersit. Eusebius ad annum primum Galli et Volusiani: *Novatus*, inquit, *presbyter Cypriani Romam veniens Novatianum et cæteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.* Idem vero *Histor.* lib. VI, cap. 43, ex Dionysio Alexandrino refert Novatiani schisma propter eos coortum esse, qui in Decii persecutione lapsi ad pœnitentiam recepti fuerant. At post Maximinum successere Gordianus annis V, Philippus annis VII. Quos excepit Decius, qui uno alterove imperavit anno. Tum Gallus et Volusianus. Alterum Epiphanii μνημονικὸν σφάλμα, quod proxime ante Maximini persecutionem Decii aut Aureliani διωγμὸν collocandum esse non sine dubitatione putat. Nam Maximini persecutionem secuta est, ut vidimus, Deciana; Aurelianus vero XX circiter anno post Decii mortem imperare cœpit. Ex quo in alterius hallucinationis suspicionem adducitur Epiphanius, ut Maximinos ambos, nempe superiorem illum, qui Alexandrum Mammeæ filium occidit, et recentiorem alterum, qui Diocletiani et Maximiani persecutionem propagavit, sub Constantini imperatoris primordia, inter se confuderit. Nam Maximini posterioris, sive potius Diocletiani persecutionem Decius et Aurelianus antecedunt.

(7) *Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ταύτης.* Cor. ταύτην.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

perfecta in baptismo quidem pœnitentia est. Sed si quis exciderit, non illum sancta Dei Ecclesia perditum velit, imo et receptum, et post pœnitentiam mutandi consilii facultatem indulget. Nam et Caino Deus dixit : *Peccasti, quiesce* [1]. **494** Item paralytico : *Ecce sanus es, noli amplius peccare* [2]. Ad hæc Petrum post negationem revocat Dominus, et ad triplicem illam negationem compensandam ter ipsum ad confessionem induxit : *Petre*, inquit, *amas me?* Deinde, *Pasce oves meas* [3].

II. Sed illos Apostoli dictum illud in errorem impellit : *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, et gustaverunt bonum Dei verbum ac virtutes futuri sæculi, et ceciderunt, rursum renovare, crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, et traducentes. Terra enim, quæ supervenientem in se sæpius imbrem biberit, et produxerit herbam opportunam illis, per quos colitur, particeps est benedictionis. Proferens autem spinas et tribulos, reproba est, et maledicto proxima; cujus finis est in combustionem* [4]. Nam revera qui semel renovati ceciderunt, renovari amplius non possunt. Neque enim nascetur amplius Christus, ut pro nobis in crucem agatur. Neque Dei Filium in cruce suspendere quispiam potest, qui id ultra perpeti nequit; neque alteram quis usurpare lotionem potest, quod unus baptismus sit unaque renovatio. Verum horum omnium remedium statim Apostolus subjicit, ut et Ecclesiæ medicinam faciat, et illius membris consulat. Ait itaque : *Confidimus autem de vobis, charissimi, meliora et viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur boni operis vestri* [5]. In quo vides quemadmodum et instaurationem illam secundam fieri non posse omnino pronuntiaverit, neque tamen a salute illos excluserit, quos peccati sui pœniteret; sed et saluti propinquos esse dixerit et Deum recte ab iis factorum esse susceptorem, qui delictorum suorum absolutam pœnitentiam capesserent, seque adeo converterent, animumque mutarent.

Quamobrem cum divinus sermo, tum sancta Dei Ecclesia perpetuo pœnitentiam approbat; non quod mollior ac dilutior sit, aut pigriores illos faciat, qui in illo stadio decurrunt; sed ut Dei gratiam, humanitatemque non rejiciat, ac cujusque causæ modum ac rationem consideret. Ut enim is, qui

A Ἐκκλησία. Δίδωσι γὰρ ἐπάνοδον, καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν (8). Τῷ γὰρ Κάϊν εἶπεν ὁ Θεός· *Ἥμαρτες, ἡσύχασον*· καὶ τῷ παραλυτικῷ· *Ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε.* Καὶ Πέτρον ἀνακαλεῖται ὁ Κύριος μετὰ τὸ ἀρνήσασθαι, καὶ ἀντὶ τῶν τριῶν ἀρνήσεων τρὶς αὐτὸν προσκαλεῖται εἰς ὁμολογίαν· *Ἀγαπᾷς με, Πέτρε ;* Καί φησι· *Βόσκε τὰ πρόβατά μου.*

B Σφάλλει δὲ αὐτοὺς τὸ ῥητὸν (9) τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· *Ἀδύνατον τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας. Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας. Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος, καὶ κατάρας ἐγγύς· ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν.* Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι τοὺς ἅπαξ ἀνακαινισθέντας καὶ παραπεσόντας ἀνακαινίζειν ἀδύνατον. Οὔτε γὰρ ἔτι γεννηθήσεται Χριστὸς, ἵνα σταυρωθῇ ὑπὲρ ἡμῶν· οὔτε ἀνασταυροῦν δύναταί τις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὃν μηκέτι σταυρούμενον· οὔτε δύναταί τις λουτρὸν δεύτερον λαμβάνειν. Ἓν γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα, καὶ εἷς ὁ ἐγκαινισμός. Ἀλλὰ εὐθὺς ἐπιφέρει τὴν τούτων ἴασιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, τὴν Ἐκκλησίαν ἰατρεύων, καὶ τῶν αὐτῆς μελῶν ἐπιμελούμενος· καί φησι·

C *Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτως λαλοῦμεν. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου ὑμῶν.* Καὶ ὁρᾷς πῶς τὸν ἐγκαινισμὸν μὴ δύνασθαι δεύτερον γενέσθαι τελείως ἀπεφήνατο· τῆς δὲ σωτηρίας οὐκ ἀπέτρεπε τοὺς ἔτι μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας ἐχομένους, καὶ Θεοῦ ἀντιλήπτορα τῆς ἀγαθοεργίας αὐτῶν, καὶ ἀπὸ τῶν παραπτωμάτων τελειότατα μετανοούντων, καὶ ἐπιστρεφόντων, καὶ μεταμελομένων.

D Δέχεται οὖν ὁ ἅγιος λόγος, καὶ ἡ ἁγία Θεοῦ Ἐκκλησία πάντοτε τὴν μετάνοιαν, οὐκ ἐξυδαρευομένη (10), οὐδὲ ῥᾳθύμους τοὺς τὸν δρόμον τελοῦντας παρασκευάζουσα, ἀλλὰ Θεοῦ τὴν χάριν καὶ τὴν φιλανθρωπίαν μὴ ἀνακάμπτουσα (11), γινώσκουσα δὲ τὸν τρόπον ἑκάστης ὑποθέσεως. Ὡς γὰρ τὴν παρθενίαν

[1] Gen. IV, 7. [2] Joan. V, 14. [3] Joan. XXI, 15 sqq. [4] Hebr. VI, 4-8. [5] Hebr. IX, 10.

(8) *Καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν.* Μετάνοιαν intelligit baptismum, quod λουτρὸν τῆς μετανοίας appellatur, ut a Justino *contr. Tryph.*

(9) *Σφάλλει δὲ αὐτοὺς τὸ ῥητόν.* Hunc Apostoli locum veteres omnes ad baptismum pertinere putant. Recentiores quidam de pœnitentia, etiam quæ post baptismum suscepta sit, acceperunt. Quod autem impossibile esse dixit Apostolus eos, qui baptizati semel fuerint, instaurari ad pœnitentiam, hic impossibile idem esse volunt, quod difficillimum. Quo sensu Tertul. lib. *De bapt.* quod in Evangelio scriptum est : *Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum* (*Luc.* XVIII, 27), his verbis expressit : *Perdifficilia penes homines, facilia penes Deum.* Recentiorum interpretum opinionem adjuvant, quæ de pœnitentiæ vetere in Ecclesia difficultate supra disseruimus.

(10) *Οὐκ ἐξυδαρευομένη.* Casaubonus Exercit. 1, n. 8, ridicule hanc vocem interpretatur. Nam ἐξυδαρεύεσθαι τὴν μετάνοιαν dictum putat, pro eo quod est vilem reddere. Sed mirum quantum hallucinatur. Nam ἐξυδαρεύεσθαι est ὑδαρῆ, hoc est, dilutiorem ac molliorem fieri. Qua in significatione aliis locis utitur.

(11) *Καὶ τὴν φιλανθρωπίαν μὴ ἀνακάμπτουσα.* Vor. ἀνακόπτουσα.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἀπολέσας, ἀδυνάτως ἔχει ταύτην κτήσασθαι σωματικῶς, μὴ ἐνδεχομένης τῆς φύσεως· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ ἐν μεγάλοις τισὶ παραπτώμασι περιπεσών, καὶ ὥσπερ ὁ ἀπὸ παρθενίας παραπεσών, δευτέραν τιμὴν τὴν ἐγκράτειαν ἔχει· οὕτω καὶ εἰς [1] τὸ λουτρὸν ὁ ἐν παραπτώματι μείζονι γενόμενος ἔχει δευτέραν ἴασιν, οὐ τοιαύτην ἐνάρετον κατὰ τὴν πρώτην, οὐκ ἀποβεβλημένην δὲ ζωῆς ἔχει τὴν δευτέραν, ἣν κέκτηται. Οὐκ ἀθετεῖ τοίνυν ὁ θεῖος λόγος τὸν μισθὸν τῶν ἐν μετανοίᾳ καμνόντων.

A virginitatem amisit, quod ad corpus attinet, repræsentare illam non potest, cum id minime natura patiatur ; ita qui post baptismum **495** in majora quædam crimina prolapsus est; perinde ac qui virginitate excidit secundum habet in continentia commendationis gradum: sic ille post baptismum graviore obstrictus scelere secundum habet sanitatis genus. Quod tametsi cum tanta, quanta prius, virtute minime conjunctum sit, non est tamen a consequendæ vitæ spe ac salutis alienum. Igitur eorum, qui in capessenda pœnitentia laborant, fructum ac præmium divinus sermo non rejicit.

Γ'. Ἔπειτα δὲ αὐτοὶ πάλιν ἀπὸ τούτου προπηδήσαντες, καὶ ἄλλα τινὰ ἐφεύραντο. Καὶ γὰρ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν, ἣν καὶ ἡμεῖς κεκτήμεθα, πίστιν λέγουσιν ἔχειν. Οὗτοι δὲ οὐ βούλονται διδαγμοῖς [2] (12) ἐπικοινωνεῖν. Εἰ γάρ τις μετὰ τὸ βάπτισμα συναφθείη γυναικὶ δευτέρᾳ, παρὰ τούτοις οὐκ εἰσδεχθήσεται ἔτι, καὶ τὸ πᾶν ἐστιν ἠλίθιον. Ὡς γὰρ εἴ τις θεάσηταί τινα νηχόμενον ἐν ὕδατι, καὶ ἀγνοῶν τὴν πεῖραν τῆς διανήξεως, ἑαυτὸν ἔκδοτον τοῖς ὕδασι δῴη, καὶ ὑποβρύχιος γένηται, μὴ ἐν πείρᾳ ὢν, μηδὲ σαφῶς γνοὺς τῶν διὰ χειρῶν τε καὶ ποδῶν τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς προσποριζομένων τὴν ἐπιστήμην· νομίζει δὲ ἁπλῶς τὸ ὕδωρ διαβαστάζειν τὸν ἄνθρωπον δίχα τῶν ἰδίων χειρῶν· ἢ ὡς εἴ τις ἀκούοι τὸν ἡγεμόνα τιμωροῦντα τούς τι δρῶντας καὶ τῆς φαυλότητος ἄχρι καὶ ἐλαχίστων, καὶ νομίζει μὲν τὴν δίκην ἴσην διεξιέναι κατὰ πάντων, ὡς ἐπὶ τοῦ φόνου· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ διαβάλλοντος τὸν πέλας, ἢ μαχησαμένου· ἢ ὡς ἐάν ἤ τις παντάπασιν ἰδιώτης, καὶ θεάσηται τὸν εἰληφότα ἄρχοντα τὴν ἐξουσίαν κατ' ἀλιτηρίων ἀποσπάσαντα μάχαιραν, ἢ κατὰ γοήτων καὶ βλασφήμων, ἢ ἀκαθοσιώτων· νομίζει δὲ τοὺς πάντας ἐξουσίαν ἔχειν τῆς τοιαύτης αἰτίας ποιεῖσθαι τὴν δίκην· θεασάμενος δὲ δίκην δόντας ἀνθρώπους, καὶ αὐτὸς δὲ τὰ ἴσα μιμησάμενος θελήσει ἀποκτεῖναί τινας, ὡς δῆθεν τοὺς ἠδικηκότας δικάζων· ἀλοὺς δὲ ὁ τοιοῦτος αὐτὸς δίκην δώσει, μὴ εἰληφὼς παρὰ βασιλέως ἐξουσίαν τῶν τοιούτων· καὶ ὅτι τὴν ἴσην ἐνόμιζε κατὰ πάντων ἐξιέναι ψῆφον ἀπὸ τῆς δίκης τῶν νόμων, ἑαυτὸν δὲ ἐν τῇ ἀδικίᾳ διὰ τῆς ἰδίας ἀπειρίας καὶ ἀπαρακολουθησίας ἔκδοτον ἀπωλείας παρασκευάσας· οὕτω καὶ αὐτοί[1], τὰ πάντων ὁμοῦ μίξαντες, ἐκ πάντων ἐξέπεσαν· καὶ μὴ νοήσαντες τὰ ἀκριβῆ τῆς τοῦ Θεοῦ διδασκαλίας, ἐπὶ ἑτέραν τρίβον σφαλέντες ἐτράπησαν· οὐκ εἰδότες, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς θείας Γραφῆς παράδοσις καὶ ἀκολουθία.

III. Præterea idem illi longius ex illo dogmate prosilientes alia quædam adjecerunt. Aiunt enim se eamdem nobiscum habere fidem ; sed tamen B cum digamis communicare detrectant. Nam si quis post baptismum secundam uxorem duxerit, ab illis non amplius admittitur. Quod quidem plane stolidum est. Ut enim si quis natantem aliquem in aqua viderit, ac natandi usum ignorans sese in aquam commiserit, ac pessum ierit, quod et ejus rei sit expers, et eorum, qui manibus ac pedibus saluti suæ consulunt, scientia minime sit præditus; sed ultro aquam existimet citra manuum agitationem hominem sustinere: aut quemadmodum, si quis præfectum audiat in eos animadvertentem qui ulla in re etiam minima deliquerint, atque eamdem in omnes pœnam constitutam arbitretur, quemadmodum in eos qui patricidium commiserint, sic in illos, qui aliis calumniati fuerint, aut pugnando C lacessiverint : vel perinde ac si rudis quispiam et imperitus magistratum videat potestate præditum gladium in sceleratos distringere, velut veneficos aut blasphemos, aut perduelles, ac penes universos esse potestatem arbitretur, ut illius criminis pœnas constituant : cumque punitos ob id homines viderit, imitari et ipse velit, ac tanquam de reis judicium exercens mortem illis inferre conetur: ejusmodi quippe pœnas ipse persolvet, tum quod nullam a principe ejus rei potestatem acceperit, tum quod æqualem in omnes legibus constitutam pœnam esse sibi persuaserit ; ac denique per imperitiam inscitiamque suam tali scelere exitium sibi ac perniciem consciverit, ita etiam illi, cum simul omnia permisceant omnibus exciderunt ; cumque divinæ D disciplinæ accurata cognitione careant, **496** alienum in tramitem summo errore deflexerunt. Istud enim nequaquam discernunt, talem esse qualem diximus, in Scripturis sacris modum ac rationem præscriptam.

Δ'. Τὰ γὰρ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι· ἀκηκοότες, ὅτι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, ἐγκρατῆ· ὡσαύτως καὶ τὸν

IV. Si quidem quæ sacerdotio propter singularem functionis illius dignitatem præcipue tributa sunt, ea ad omnes communiter pertinere judicant. Illud quidem audierunt, episcopum irreprehensibilem esse

[1] F. μετά. [2] διγάμοις.

(12) *Οὗτοι δὲ οὐ βούλονται διδαγμοῖς.* Cor. διγάμοις. Sed religione quadam inducti communem ac depravatam lectionem repræsentavimus, quod jam minime probamus. Cæterum Novatianos cum digamis communicare noluisse præter auctores illos, qui de hæresibus scripserunt, docet etiam canon 8 Nicænæ synodi, qui de reconciliandis Novatianis editus est. Idem et Socrates lib. v, cap. 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

oportere, unius uxoris virum, continentem [1] : similiter et diaconum et presbyterum. Ita enim profecto sese res habet, ut post Christi in orbem terrarum adventum, eos omnes qui secundum priores nuptias mortua uxore alteri sese nuptiis illigarint, sanctissima Dei disciplina rejiciat : propterea quod incredibilis est sacerdotii honor ac dignitas. Atque istud ipsum sacrosancta Dei Ecclesia cum omni provisione diligentiaque servat. Quin eum insuper, qui adhuc in matrimonio degit, ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi, aut hypodiaconi ordinem admittit. Sed eum duntaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continuerit, aut ea sit orbatus : quod in illis locis præcipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur.

A διάκονον, καὶ τὸν πρεσβύτερον. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὐ δέχεται τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ κήρυγμα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίαν τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου, τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς, δευτέρῳ γάμῳ συναχθέντας διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης. Καὶ ταῦτα ἀσφαλῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία μετὰ ἀκριβείας παραφυλάττεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, ᾧ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον ἢ χηρεύσαντα, διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπον, ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί.

At enim nonnullis adhuc in locis presbyteri, diaconi et hypodiaconi liberos suscipiunt : respondeo, non illud ex canonis auctoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, quæ certis temporibus negligenter agere ac connivere solet, ob nimiam populi multitudinem, cum scilicet qui ad eas se functiones applicent non facile reperiuntur. Quod ad ipsam quidem Ecclesiam attinet, ea, utpote a sancto Spiritu bene ordinata atque constituta, quod decentius est omnibus in rebus considerans, ei rei studere potissimum instituit, ut quæ divino numini ministeria præstantur, nulla re, quoad fieri potest, distrahantur, atque spiritalia omnia officia quam optima lætissimaque conscientia gerantur. Hoc igitur dico propter subitas functiones atque officia convenire, ut presbyter ac diaconus, et episcopus Deo penitus vacet. Nam si illis etiam, qui e populo sunt, id ipsum Apostolus præcipit : *Ut*, inquit, *ad tempus vacent orationi* [2], quanto id magis sacerdoti præscripsit? Nimirum nullis ut impedimentis avocetur, quo in spiritualibus secundum Deum negotiis, in ipso usu sacerdotii administrationeque ferietur. Cæterum in populo, propter ejus imbecillitatem, tolerari istud potest, ut qui uxore prima contenti esse non possint, **497** ea mortua secundam sibi

B Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, ἔν τισι τόποις ἔτι τεκνογονεῖν πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους. Τοῦτο οὐ παρὰ τὸν κανόνα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κατὰ καιρὸν ῥᾳθυμήσασαν διάνοιαν, καὶ τοῦ πλήθους ἕνεκεν, μὴ εὑρισκομένης ὑπηρεσίας. Τὸ πρεπωδέστερον γὰρ ἀεὶ ἡ Ἐκκλησία ὁρῶσα, ἀγίῳ Πνεύματι εὖ διαταχθεῖσα, ἔγνω ἀπερισπάστους θεῷ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῶν χρειῶν μετὰ πάσης εὐνουστάτης συνειδήσεως τελειοῦσθαι. Φημὶ δὲ, ὅτι πρέπον ἐστὶ διὰ τὰς ἐξαπίνης λειτουργίας καὶ χρείας σχολάζειν τὸν πρεσβύτερον, καὶ διάκονον, καὶ ἐπίσκοπον Θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ προστάσσει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος λέγων, *Ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι τῇ εὐχῇ*· πόσῳ γε μᾶλλον τῷ ἱερεῖ τὸ αὐτὸ προστάσσει; Τὸ ἀπερίσπαστον δὲ λέγω, εἰς τὸ σχολάζειν κατὰ Θεὸν

C ἐν ταῖς χρείαις ταῖς πνευματικαῖς τελεσιουργημένῃ [3] ἱερωσύνῃ. Ἔξεστι δὲ τῷ λαῷ δι' ἀσθένειαν διαβαστάζεσθαι, καὶ μὴ δυνηθέντας ἐπὶ τῇ πρώτῃ γαμετῇ στῆναι, δευτέρᾳ μετὰ θάνατον τῆς πρώτης συναφθῆναι. Καὶ ὁ μὲν μίαν ἰσχυρῶς ἐν ἐπαίνῳ μείζονι καὶ τιμῇ παρὰ πᾶσιν ἐκκλησιαζομένοις ἐνυπάρχει· ὁ δὲ μὴ δυνηθεὶς τῇ μιᾷ ἀρκεσθῆναι (13) τελευτησάσῃ [4] ἕνεκέν τινος προφάσεως, πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κακῆς αἰτίας χωρισμοῦ γενομέ-

[1] I Tim. III, 2. [2] I Cor. VII, 5. [3] Lego τελεσιουργουμένῃ. [4] Suspecta mihi loci hujus integritas est.

(13) Ὁ δὲ μὴ δυνηθεὶς τῇ μιᾷ ἀρκεσθῆναι. Depravatus sine dubio iste locus est. Nam quæ proxime sequuntur, evidenter demonstrant id Epiphanium velle: licere non modo post conjugis mortem, sed eo quoque superstite, si causa legitima quæpiam intercesserit, alteras inire nuptias. Nam si de secundis duntaxat post mortem ageret, quorsum hæc adjiceret, ἕνεκέν τινος προφάσεως πορνείας, etc., *ob aliquam stupri, adulterii, vel alterius flagitii causam?* Tum id clarius subinde, cum dicit, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀποσχεθεὶς, δευτέρᾳ, εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι. Quocirca non dubito, quin ita corrigendum sit, τελευτησάσῃ, ἕνεκέν τινος, etc., ut duo sint digamiæ genera : primum uxore mortua ; secundum, post divortium, altera sibi copulata. Ita quidem Epiphanius. Sed ut illis temporibus nondum ea res ab Ecclesia definita prorsus fuerit, hodie tamen, præsertimque post editum a sacrosancta Tridentina synodo canonem, aliter sentire nefas, quam superstite priori conjuge, etiam post legitimum divortium, alteris copulari nuptiis nunquam licere. Quæ et Augustini, Hieronymi, aliorumque PP. sententia fuit. A qua tametsi nonnullorum PP. auctoritates ac decreta abhorrere videantur, quæ apud Gratianum parte II, causa 32, quæst. 7, commemorantur ; et Cajetanus cum aliquot recentioribus theologis contrariam in sententiam discesserit, longe potior est Ecclesiæ totius vox et consensio, quæ sess. 24, can. 7 a Tridentino consessu proponitur. Porro inter veterum testimonia, quibus post legitimum illud divortium permissa innocentibus conjugibus matrimonia videntur, referri potest Arelatense primum concilium can. 10; qui hic obiter emendandus est. *De his*, inquit, *qui conjuges suas in adulterio deprehenduntur, et iidem sunt adolescentes fideles, et prohibentur nubere, placuit ut, in quantum potest, consilium eis detur, ut viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.* Ubi negationem deesse, legendumque, *et non prohibentur nubere* contextus ipse orationis indicat. Nam si prohibentur nubere, non consilium ad illos coercendos, sed præcepti necessitas adhibenda fuerat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

νου, συναφθέντα δευτέρᾳ γυναικὶ, ἢ γυνὴ δευτέρῳ ἀνδρὶ, οὐκ αἰτιᾶται ὁ θεῖος λόγος, οὐδὲ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς ζωῆς ἀποκηρύττει, ἀλλὰ διαβαστάζει διὰ τὸ ἀσθενές· οὐχ ἵνα δύο γυναῖκας ἐπὶ τὸ αὐτὸ σχῇ ἔτι περιούσης τῆς μιᾶς, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀποσχεθεὶς, δευτέρᾳ, εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι. Ἐλεεῖ τοῦτον ὁ ἅγιος λόγος καὶ ἡ ἁγία Θεοῦ Ἐκκλησία· μάλιστα εἰ τυγχάνει ὁ τοιοῦτος τὰ ἄλλα εὐλαβὴς, καὶ κατὰ νόμον Θεοῦ πολιτευόμενος. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος ταῖς χήραις· *Γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν*· οὐδὲ πάλιν ἔλεγε τῷ ἀνδρὶ τῷ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἔχοντι, καὶ *παραδοθέντι τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον σαρκὸς*· *Ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου*· οὐκ ἔλεγε πάλιν· *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος*. Ἔλεγε γὰρ πάλιν· *ὯΙ τι χαρίζεσθε, κἀγώ. Διότι, εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς κεχάρισμαι ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν*. Καὶ ὁρᾷς πῶς δίδωσι μετάνοιαν καὶ μετὰ τὰ παραπτώματα;

A copulent. Quanquam qui unam duntaxat habuit, majori Ecclesiæ judicio honore dignus est. Sed cui mortua una non sufficit, cum occasione aliqua stupri adulteriique, aut alterius flagitii, cum ea divortium fecerit, is si alteram uxorem duxerit, aut alteri viro mulier nupserit, sacrarum Litterarum auctoritas ab omni culpa illos absolvit, neque ab Ecclesia, aut æterna vita rejicit, sed propter imbecillitatem tolerandos existimat. Non ita tamen, duas ut altera superstite uxores simul habeat, sed ut ab una separatus, alteram sibi legitime, si lubet, adjungat. Quamobrem erga ejusmodi hominem tam divinus sermo, quam Ecclesia Dei misericordiam adhibet, præsertim si cæteris in rebus religiosus ille sit, et ad divinæ legis præscriptum vitæ suæ B rationes accommodet. Quod nisi ita esset, nunquam viduis Apostolus dixisset: *Nubant, filios procreent, familiæ præsint* [1]. Sed neque de homine illo, qui patris uxorem duxerat, ob idque *Satanæ in interitum carnis traditus fuerat*, ita loqueretur, *ut spiritus salvus sit in die Domini* [2], neque illud usurparet: *Confirmate in illum charitatem, ne abundantiore tristitia absorbeatur ejusmodi* [3]. Quibus hæc adjecit: *Cui aliquid donastis, et ego; quoniam si quid donavi, propter vos donavi in facie Christi, ne circumveniamur a Satana: neque enim illius astutias ignoramus* [4]. Vides ut pœnitentiæ locum etiam post delicta concedat?

Ε'. Πάλιν δὲ ὁ Κύριός φησιν· *Ἄφετε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, ἵνα καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν οὐρανῷ ἀφήσει ἡμῖν*. Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ οὕτως φησί· *Πενθήσω πολλοὺς τοὺς ἐν ἡμῖν παραπεσόντας, καὶ μὴ μετανοήσαντας*· ὡς δεικνὺς, ὅτι, εἰ καὶ παρέπεσαν, καὶ μετενόησαν, εἰσδεκτοί C οὗτοι γίνονται, καὶ οὐκ ἀποβληθήσονται, τοῦ Κυρίου γινώσκοντος τί μετὰ ἑκάστου ποιήσειε.

V. Ad hæc Domini illa vox est, *Dimittite invicem peccata, ut et Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis* [5]. Deinde sic alio loco scripsit Apostolus: *Lugebo multos, qui in vobis ceciderunt neque pœnitentiam egerunt* [6], ut ostendat, tametsi ceciderint, ac pœnitentiam susceperint, admitti nihilominus, nec omnino rejici. Novit enim Dominus quid unicuique facturus sit.

Καὶ ὅτι μὲν ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας τοιοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα, παντὶ τῳ σαφὲς ἐστι. Μετὰ γὰρ τὴν πρώτην μετάνοιαν τὴν διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ᾗ μετανοίᾳ ἀνεκαινίσθη πᾶς ἄνθρωπος, δευτέρα τις τοιαύτη οὐχ ὑπάρχει. Οὔτε γὰρ δύο εἰσὶ βαπτίσματα, ἀλλὰ ἕν· οὔτε δὶς ἐσταυρώθη Χριστὸς, ἀλλ' ἅπαξ· οὔτε δὶς ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀνέστη. Καὶ τούτου χάριν ἐπασφαλίσασθαι δεῖ, ἵνα μὴ παραπεσόντες, τὸν στέφανον τοῦ ἀνακαινισμοῦ ἀπολέσωμεν. Ἀλλὰ ἐάν τις παραπέσῃ, καὶ *προληφθῇ ἔν τινι παραπτώματι*, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, *ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύ-* D *ματι πραότητος· σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς*. Ἐάν τις οὖν προληφθῇ παραπτώματι ἐν οἱῳδ' ἂν εἴῃ, μετανοείτω. Δέχεται γὰρ ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἐάν τις παραπέσῃ. Πῶς δὲ μετὰ τοῦτο ποιεῖν, αὐτὸς μόνος γινώσκει. *Ἀνεξερεύνητα* γὰρ *τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ*· καὶ πρὸ τῆς παρουσίας οὐ δεῖ κρίνειν· *Ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ ἀποκαλύψει τὰ ἀπόκρυφα τῆς καρδίας. Καὶ τότε ἔπαινος ἑκάστου φανερὸς γενήσεται. Ἡ γὰρ*

Quod igitur veritatis regula ad eam sese formam habeat, nemini est obscurum. Quippe post priorem pœnitentiam, quæ per secundæ generationis lotionem obtinetur, in qua pœnitentiæ beneficio quilibet renovatus est, ejusmodi secunda amplius nulla pœnitentia suppetit. Non enim baptismi duo sunt, sed unus duntaxat. Neque bis in crucem Christus actus est, sed semel; non bis denique pro nobis mortuus est, ac resurrexit. 498 Quamobrem summa ob id adhibenda cautio est, ne, si in peccatum prolapsi fuerimus, instaurationis illius corona nobis pereat. Sed si quis tamen lapsus fuerit, *fueritque in aliquo delicto*, ut Apostolus loquitur, *prævecupatus, vos qui spirituales estis, ejusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne et tu tenteris* [7]. Quocirca si quis peccato aliquo, quodcunque demum illud sit, occupatus fuerit, hujus illum pœniteat. Pœnitentiam enim vel post baptismum accipit Deus, si quis forte deliquerit. Quid autem deinceps faciat, solus ipse novit. *Inscrutabilia* siquidem *illius judicia sunt, et investigabiles viæ ejus* [8]; nec ante illius adventum judicare quemquam oportet: *Donec veniat*

[1] I Cor. VII, 9; I Tim. V, 14. [2] I Cor. V, 5. [3] II Cor. II, 7 et 8. [4] Ibid. 10, 11. [5] Matth. VI, 14. [6] II Cor. XII, 21. [7] Galat. VI, 1. [8] Rom. XI, 33.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Dominus, qui et revelabit abscondita cordis. Et tunc laus uniuscujusque manifesta erit[1]. *Dies enim declarabit, quoniam in igne revelabitur*[2].

ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται.

VI. Quæ cum ita sint, neque libertatem iis omnino qui post baptismum deliquerint, ostendimus, neque illis spem salutis eripimus. Misericors enim Deus est et benignus, ac receptum pœnitentibus indulsit. Ac prius quidem est manifestum. De secundo vero illud novimus, misericordem esse Deum, si nos ex animo peccatorum pœniteat. Etenim in manu ille vitam, et in salutem propensam humanitatem tenet. Quidnam vero faciat, soli est ipsi perspectum. Illud quidem constat, nemini fraudi esse pœnitentiam, neque quem peccatorum omnium pœnitet, rejici aut excludi. Quanto ergo magis idem ei tribuendum est, qui cum altera uxore legitimis sese nuptiis illigarit? Nam ut prima uxor a Deo constituta est, ita imbecillitati hominum posterior indulta. Quod si alteram præterea sibi copulet, hujus hac in parte toleratur infirmitas. Scriptum est enim : *Mulier alligata est nuptiis, quanto tempore vivit vir ejus; sin autem mortuus fuerit vir, libera est cui vult nubere*[3]. Quo quidem declarat, post viri obitum ab omni illam peccato liberam esse; adeo ut contradicere nemo possit. Quod hoc addito significavit, *in Domino*, quasi minime a Domino sit aliena, quæ post viri obitum alteri se viro conjunxerit, ut nec illum vicissim, qui, uxore mortua, sese ad secundam applicarit. *Tantum in Domino*, ait Apostolus. Addit tamen : *Beatior autem est, si sic manserit*[4]. Illud autem, *in Domino*, idem est ac non in stupro, aut adulterio, violationeque **499** matrimoniorum; sed in fiducia et honestis nuptiis persistere, in fide præceptis, bonis operibus, religione, jejuniis, legum observantia, eleemosynis, bonitate, beneficentia. Hæc enim cum in nobis insunt ac permanent, non otiosos et infructuosos constituunt in adventum Domini.

Ϛ'. Οὔτε οὖν ἐπαγγελλόμεθα ἐλευθερίαν παντὶ τοῖς μετὰ τὸ βάπτισμα παραπεπτωκόσιν, οὔτε ἀπαγορεύομεν τὴν αὐτὴν αὐτῶν ζωήν. Θεὸς γὰρ ἐλεήμων ἐστὶ καὶ οἰκτίρμων, καὶ ἔδωκε τοῖς μετανοοῦσιν ἐπάνοδον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτόν ἐστι σαφές· τὸ δὲ δεύτερον, οἴδαμεν, ὅτι ἐλεήμων ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἐὰν ἐξ ὅλης ψυχῆς μετανοήσωμεν ἀπὸ παραπτωμάτων. Ἔχει γὰρ ἐν χειρὶ ζωὴν, καὶ σωτηρίας φιλανθρωπίαν. Καὶ τί μὲν αὐτὸς ποιεῖ, αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσται. Πλὴν ὅτι ζημία οὐκ ἔνι ἀπὸ τῆς μετανοίας, οὐδὲ ἀπηγόρευται ὁ μετανοῶν ἀπὸ πάντων σφαλμάτων. Πόσῳ γε μᾶλλον ὁ κατὰ νόμον συναφθεὶς δευτέρᾳ γυναικί; Καὶ ἡ μὲν πρώτη γυνὴ, ἐκ Θεοῦ τεταγμένη· ἡ δὲ δευτέρα, ἐξ ἀσθενείας ἀνθρώπων· καὶ ἔτι πρισσοτέρᾳ εἰ συναφθείη, τὸ ἀσθενὲς ἀεὶ διαβαπτίζεται. Φησὶ γάρ· *Γυνὴ δέδεται γάμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλῃ γαμηθῆναι*· ἀποφαίνεται μετὰ τελευτὴν ἀνδρὸς τὸ ἐλεύθερον ἀπὸ ἁμαρτίας χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, μετὰ τῆς προσθήκης πάνυ μάνας, *τῷ ἐν Κυρίῳ*, ὡς οὐκ εἶναι αὐτὴν ἀλλοτρίαν Κυρίου, τὴν μετὰ τελευτὴν ἀνδρὸς συναπταμένην ἄλλῳ ἀνδρὶ, ἢ τὸν μετὰ τελευτὴν γυναικὸς συναπτόμενον δευτέρᾳ γυναικὶ, *μόνον ἐν Κυρίῳ*, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος. Καί φησι· *Μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν μείνῃ οὕτως*. Τὸ, *ἐν Κυρίῳ*, μὴ ἐν πορνείᾳ, μὴ ἐν μοιχείᾳ, μὴ ἐν κλεψιγαμίᾳ, ἀλλ' ἐν παρρησίᾳ, ἐν σεμνῷ γάμῳ ἐπιμένειν, ἐν τῇ πίστει, ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν εὐποιίαις, ἐν εὐλαβείᾳ, ἐν νηστείαις, ἐν εὐνομίᾳ, ἐν ἐλεημοσύναις, ἐν σπουδαιότητι, ἐν ἀγαθοεργίᾳ. Ταῦτα γὰρ, συνόντα καὶ παραμένοντα οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν.

Jam vero sacerdotio primus ordo, accurataque in omnibus vitæ ratio tribuitur. Populo vero moderatum quiddam, et ad eorum captum accommodatum, et cum quadam indulgentia conjunctum; ut omnes doceantur, ac misericordiam consequantur. Misericors quippe Dominus, et servare universos potest, cum præclaris legum suarum institutis, tum vera puraque Christianæ religionis fide. Ille enim purus solus est. At isti dum seipsos *Puros* esse prædicant, illo ipso suo dogmate impuros sese faciunt. Nam quisquis purum sese ipse condemnat.

Καὶ τῇ μὲν ἱερωσύνῃ τὸ πρῶτον τάγμα καὶ ἡ περὶ πάντων ἀκριβολογία· τῷ δὲ λαῷ τὸ σύμμετρον καὶ τὸ συγγνωστόν· ἵνα πάντες διδάσκωνται καὶ κατελεῶνται. Ἐλεήμων γάρ ἐστιν ὁ Δεσπότης, καὶ δυνατὸς πάντας σώζειν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ εὐνομίᾳ, καὶ ἀληθινῇ πίστει τῆς τοῦ κηρύγματος καθαρότητος. Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ καθαρός. Οὗτοι δὲ, ἑαυτοὺς φήσαντες Καθαροὺς, ἀπ' αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἀκαθάρτους ἑαυτοὺς ἀποτελοῦσι. Πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτὸν ἀποφήνας καθαρὸν, ἀκάθαρτον ἑαυτὸν τελείως κατέκρινε.

VII. Sed incredibilis quædam horum stultitia est, dum aliquam ejusmodi Scripturæ sententiam esse putant (tametsi verum esse illorum dogma fateamur) quæ de universo populo hunc in modum statuat. Scire enim illud debuerant, non in hoc solum genere hominum animos aut culpam contrahere, aut virtute præditos esse, sed illud præ-

Z'. Πολλὴ δὲ ἄνοια τῶν τοιούτων νομιζόντων εἶναί τι, εἰ καὶ ἦν ἀληθὲς τὸ κήρυγμα, περὶ παντὸς τοῦ λαοῦ οὕτως φάσκον. Ἔδει δὲ γνῶναι, ὅτι οὐ περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης μόνον τὸ ἔγκλημα ὑπάρχει ψυχῆς ἢ τὸ διὰ τοῦτο ἐνάρετον γενέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ λοιδορεῖν, μὴ ὀμνύναι ὅρκον, μήτε ἐν ἀληθείᾳ μήτε ἐν ψεύδει· ἀλλὰ *καὶ καὶ*, καὶ *οὐ οὔ* λέγειν·

[1] I Cor. IV, 5. [2] I Cor. III, 13. [3] I Cor. VII, 39. [4] ibid. 40.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

κολιεύεσθαι, μὴ διαβάλλειν, μὴ κλέπτειν, μὴ ἐμπορ- A terea requiri, ut neque convitientur, nec omnino
κεύεσθαι. Ἐκ τούτων γὰρ πάντων συνάγεται ἡμῖν vere falsove jurent, nec aliud quidquam præter,
τὰ ῥύπη τῶν ἁμαρτημάτων. Ὡς γάρ, φησὶν, ὁ *etiam, etiam, non, non* [1], usurpent; ne dolo cir-
πάσσαλος (14) *διὰ μέσον τῶν δύο λίθων συν-* circumveniant, ne calumnientur, ne furentur, ne
τρίβεται, οὕτως ἡ ἁμαρτία διὰ μέσον ἀγοράζον- stuprum committant. Quibus ex omnibus criminum
τος καὶ πωλοῦντος· καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πλήθους πάντως sordes colligimus. Atque, *ut palus*, inquit, *inter*
καὶ μέθυσοι, καὶ πόρνοι, καὶ πλεονέκται, καὶ τοκι- *duos lapides conteritur, sic peccatum in medio ejus*
σταί, καὶ πάντως ὅτι τὰ τοιαῦτα ἔχουσι, καὶ τούτοις *qui emit, et vendit* [2]. Ad hæc necessarium esse, ut
ὅμοια· ὅτι καὶ ψεύσματα ἑκάστῳ αὐτῶν παρακολου- et ebrii, et stupratores, et avari, et feneratores, et
θεῖ. Πῶς οὖν δύνανται ἑαυτοὺς Καθαροὺς ἀποκαλεῖν ejusmodi, ac similibus vitiis obstricti in populi
ἀπὸ τῆς μιᾶς ὑποσχέσεως, τῆς πάσης κατὰ Θεὸν multitudine versentur: quandoquidem unicuique
πραγματείας περὶ πάντων τῶν σφαλμάτων ἀσφαλι- mendacia adhærescunt. Quanam igitur fronte Pu-
ζομένης; Οὐκ ἔγνωσάν τε οὗτοι τὰ ἀκριβῆ τοῦ κη- ros appellare seipsos singulari illa professione
ρύγματος, οὐδὲ τίνι ἀφώρισε τὸ ἀκοίβασμα τοῦτο possunt: cum omnis Christianæ vitæ instituendæ
τῆς διγαμίας. onstituat? Igitur Christianæ doctrinæ accuratam illi formam non norunt; neque cuinam exacta illa
le secundis nuptiis præscriptis lex fuerit, prorsus intelligunt.

Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ παραπεπτωκότες, B Quod ad eos vero spectat, qui in persecutione
καὶ αὐτοὶ ἐὰν ἐνδείξωνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν **500** prolapsi sunt, etiam illis, si in sacco ac
σάκκῳ καὶ σποδῷ καθεσθέντες, καὶ κλαύσαντες ἐν- cinere sedentes coramque Domino flentes, perfectam
randum est, quamplurimas in humana consuetudine similitudines vocum et homonymias esse; id quod omnibus, opinor, est manifestum. Ac si ab alio quopiam vocabulum illud usurparetur, recto ac sincero animo pronuntiatum esse existimare possemus. Nunc cum in aliis plerisque locis deprehendamus, unigenitum Deum a paterna divinitate atque substantia ab eodem auctore segregari, necnon et Spiritum sanctum, propterea γενητόν, hoc est *productum* Deum, idcirco dixisse illum apparet, quod creatum statueret. Quod enim argutiis circumvenire nos suis ac dicere nonnulli volunt, idem esse γενητόν cum γεννητῷ, **532** cum de Deo agitur, nequaquam audiendum est, sed creatis duntaxat in rebus. Aliud enim est γενητόν, aliud γεννητόν. Quod igitur ab eo dictum est γενητόν, hoc est *productum* Deum primum illud sciscitemur. Quinam creari potuit is, qui a te ejusmodi vocabulo honoris causa afficitur Deus? Adorandus vero quomodo tandem erit, si factus est? Volo enim illam Apostoli reprehensionem removeas, qua eos prosequitur qui creatis rebus divinitatem tribuerent [1]. Ac talem mihi Deum exhiberi volo, qui adoratione dignus sit: qui idem recta sinceraque fide, quæ quidem Creatori soli, non item creatis ab illo rebus adorationem impertit, creatus aliquando censeatur. Hoc si demonstrare potueris, tum demum mendax illud tuum conflictumque dogma rationi consentaneum, nec ab antiquorum Patrum pietate alienum esse videbitur. Verum nunquam illud nobis ostendes. Ac tametsi intervertere quædam et ad tuam sententiam perperam accommodare ausus fueris, non in hoc tamen religiosorum conjunctam cum recta ratione sententiam ad tantam pravitatem, hominum furiosissime, detorquere poteris. Nam et sensus tibi refragatur, et ratio. Etenim quidquid creatum est, adorari, ut dixi, non potest. Sin adoratione dignum omnino videtur, cum alia quamplurima creata sint, profecto nihil interest, quin et nos cum unico creatore cætera adoremus omnia, quæ servili nobiscum conditione eademque nominis ratione continentur.

A ἡ λέξις ἐλέγετο, ἦν εἰπεῖν, ὅτι κατὰ ὀρθὴν διάνοιαν καὶ τοῦτο εἴρηται· ὁπότε δὲ ἐν πολλοῖς τόποις εὕρεμεν αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν ἀπαλλοτριοῦντα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός τε καὶ οὐσίας, ὁμοῦ τε καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τούτου χάριν τὸ γενητὸν Θεὸν εἰρηκέναι αὐτὸν σαφές ἐστιν, ὅτι κτιστὸν ὁρίζεται. Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς βούλονται (30) σοφίζεσθαι, καὶ λέγειν ἴσον τὸ γενητὸν εἶναι τῷ γεννητῷ, οὐ παραδεκτέον δὲ ἐπὶ Θεοῦ λέγειν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὰ κτίσματα μόνον. Ἕτερον γάρ ἐστι γενητὸν, καὶ ἕτερον γεννητόν. Τὸ γοῦν παρ' αὐτοῦ ῥηθὲν ἥτοι γενητὸν Θεὸν, πρῶτον ἐρωτῶμεν, ποίοις τρόποις ἕκτισταί ὁ παρὰ σοὶ διὰ τῆς λέξεως ταύτης τιμώμενος Θεός; Πῶς δὲ ἔτι προσκυνητὸς ἔσται, εἰ ἔστι ποιητός; Ἄφελε γὰρ τὴν μέμψιν τὴν παρὰ τῷ ἀγίῳ B Ἀποστόλῳ ἐπὶ τοῖς τὴν κτίσιν θεολογοῦσι· καὶ ἐπίδος μοι Θεὸν προσκυνούμενον κτιστὸν κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν, τὴν μηκέτι κτίσει προσκυνοῦσαν, ἀλλὰ τῷ κτίσαντι· καὶ ἔσται παρὰ σοὶ εὔλογος ἡ τοῦ πεπλανημένου σου λόγου ἀπὸ τῆς τῶν Πατέρων εὐσεβείας ἀκολουθία. Ἀλλὰ οὐ μὴν δύνασαι τοῦτο παραστῆσαι. Εἰ δὲ καὶ ἐτόλμας ἀποσυλῆσαί ποθεν, καὶ βιάσασθαι, οὐδὲ ἐν τούτῳ τὸν εὔλογον λογισμὸν τῶν θεοσεβῶν παρεκτρέπειν εἰς τοσαύτην φαυλότητα, ὦ θεήλατε. Ἀντιμάχεται γάρ σοι καὶ τὸ φρόνημα, καὶ ὁ λόγος. Πᾶν γὰρ τὸ κτιστὸν οὐ προσκυνητὸν, ὡς ἔφην. Εἰ δὲ ὅλως προσκυνητὸν πολλῶν ἄλλων ὑπαρχόντων κτιστῶν, οὐδὲν ἂν διοίσει τὸ καὶ ἡμᾶς μετὰ τοῦ ἑνὸς κτιστοῦ τὰ ὅλα προσκυνεῖν σύνδουλα ὄντα, καὶ τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ τῆς ὀνομασίας ὑποπεπτωκότα. C

IX. Age vero videamus in quatuor Evangeliis, quibus vitam omnem nostram Verbum Deus ad nos veniens administrari voluit, nuncubi Christus ita locutus sit: *Deus me creavit*, vel, *Pater meus creavit me*. Aut utrum Pater in ullo unquam Evangelio pronuntiaverit: *Ego creavi Filium, et misi ad vos*. Sed de his hactenus. Nam quod ad testimonia pertinet, nos quamplurima sæpe adversus illos attulimus, qui creaturam nobis obtrudebant. Nihil tamen in præsentia palam facere pigebit, quam facile redargui error ille possit, atque ita hominem illum, qui sapiens sibi videtur, aggredi. Potest, mi homo, creatus ille esse qui dixit: *Ego in Patre et Pater in me est* [2]; et: *Ambo unum sumus* [3]? Potest vero diversus esse, qui æqualem

Θ'. Ἴδωμεν δὲ διὰ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, δι' ὧν τὴν πᾶσαν ἡμῶν ζωὴν ᾠκονόμησεν ἐλθὼν ὁ Θεὸς Λόγος, εἴπου εἴρηκεν ὁ Χριστός· *Ὁ Θεός μ' ἔκτισεν*, ἢ, *Ὁ Πατήρ μου ἔκτισέ με*. Ἴδωμεν δὲ καὶ [4] ὁ Πατὴρ ἀπεφήνατο ἐν ἑνὶ τῶν Εὐαγγελίων, ὅτι *Ἔκτισα τὸν Υἱὸν, καὶ ἀπέσταλκα ὑμῖν*. Ἀλλὰ περὶ τούτου ἕως ὧδε τὰ νῦν ἐχέτω. Περὶ γὰρ μαρτυριῶν πολλάκις περὶ τῶν τὸ κτίσμα παρεισαγόντων πολλὰ ἐξεθέμεθα. Οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἐν τῷ παρόντι δεῖξαι τὸ εὔληπτον τοῦ λόγου, καὶ εἰπεῖν πρὸς τοῦτον τὸν ἐθελόσοφον, Πῶς δύνατει κτιστὸς, ὢν οὗτος, εἶναι ὁ λέγων· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* καὶ, *Οἱ δύο ἓν ἐσμεν*; Πῶς δὲ δύναται ἄλλος εἶναι ὁ τὴν ἴσην τιμὴν πρὸς Πατρὸς ἔχων; *Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ*

D

[1] Rom. I, 25. [2] Joan. XIV, 10; X, 30. [3] Joan. X, 30. [4] F. τῷ. [5] Leg. εἰ.

(30) *Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς βούλονται.* Quantum hæc vocabula duo γενητόν et γεννητόν scribendi pronuntiandique affinitate conjuncta sunt, tantum significationis usu ac proprietate distant. Nec est ulla vox, in qua uberiorem cavillandi et calumniandi materiam nacti sint Ariani, ut ex Anomœorum hæresi infra constabit. Nam γενητός *factum* significat, quod creatarum rerum proprium est; γεννητόν vero *genitum* est, quod Filio catholica veritas tribuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός. Καὶ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Πάλιν δὲ ὡσαύτως ὅσα αὐτῷ περὶ ἀναστάσεως ἀμφιβάλλεται, ἐπιλαβόμενοι τῆς ἀκολουθίας, αὖθις ἐροῦμεν ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥητῶν· ἀπὸ μιᾶς δὲ λέξεως τὸ πᾶν τῆς γνώμης αὐτοῦ ἀποδείξομεν, καὶ τὸ ἄπιστον τῆς δόξης τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἀποκαλύψομεν. Εἰ καὶ διὰ πλάτους αὐτῷ εἴρηται πολλάκις περὶ τούτου, καὶ ἐν πολλαῖς βίβλοις πεφλυάρηται, ὅμως τὴν ἔλεγξιν παραθήσομαι, ἀφ' ὧν ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἐξηγήσατο κατὰ τὴν ἀνάστασιν τῆς βεβαίας ἐλπίδος ἡμῶν πεπιστευκότων.

A cum Patre honorem obtineat? *Nemo enim novit Filium, nisi Pater, neque Patrem, nisi Filius*[1]. Tum illud: *Qui videt me, videt et Patrem*[2]. Quæ vero adversus resurrectionem ab eodem disputata sunt, servato ordine, ex ipsismet illius verbis paulo post afferemus, **533** atque ex unica voce totam illius sententiam aperiemus, et quantum sit in eo dogmate infidelitatis monstrabimus. Quanquam autem hoc argumentum sæpe ille copiose tractaverit, variisque in libris ingentes nugas effutierit, iis tamen ad illum refellendum ero contentus, quæ in commentariis in priorem psalmum, adversus illos disseruit, qui resurrectionem certa nobis spe fiduciaque propositam esse sibi persuadent.

Ι'. Καὶ ἔστιν ὡς λέγει· *Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει.* Εἶτα ὡς ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ἐκδόσεων φαντάζειν, ὁμοίως φησὶ Θεοδοτίων, Ἀκύλας, Σύμμαχος. Εἶτα ἐπιφέρει κατὰ τῶν υἱῶν τῆς ἀληθείας σκωπτωδῶς·

X. Est autem hic locus: *Propterea non resurgent impii in judicio*[4]. Deinde quemadmodum collatis editionibus fucum facere solet, ita inquit Theodotio, Aquila et Symmachus. Tum demum adversus veritatis filios cavillando ista subjicit:

Ex Origenis commentario.

Ἐντεῦθεν, φησὶν, οἱ ἁπλούστεροι τῶν πεπιστευκότων ὁρμώμενοι νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς τῆς ἀναστάσεως μὴ τεύξασθαι, καὶ τῆς θείας κρίσεως μὴ καταξιοῦσθαι, τί νοοῦντες τὴν ἀνάστασιν, καὶ ποταπὴν τὴν κρίσιν φανταζόμενοι, οὐ πάνυ σαφηνίζοντες. Κἂν δόξωσι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἡ βάσανος αὐτοὺς διελέγξει, τὸ ἑξῆς ἀκολούθως σώζειν οὐ δυναμένους, μὴ κεκρατηκότας τὸν περὶ ἀναστάσεως καὶ κρίσεως τρόπον. Ἐὰν οὖν πυνθανώμεθα, τίνος ἀνάστασις γίνεται; ἀποκρίνονται, φησὶν, ὅτι τῶν σωμάτων, ὧν περικείμεθα νῦν. Εἶτα προσεπερωτησάντων ἡμῶν, πότερον τῆς οὐσίας ὅλης αὐτῶν, ἢ οὐχί; πρὶν βασανίσαι λέγουσιν, ὅτι τῆς ὅλης. Ἐὰν δὲ προσαπορήσωμεν συμπεριφερόμενοι τῇ ἀκεραιότητι αὐτῶν, καὶ οὐδὲν περὶ τοῦ ῥευστὴν εἶναι τὴν οὐσίαν ἐξετάζοντες, εἰ συναναστήσεται τὰ ἀπορρεύσαντα ἐν φλεβοτομίαις αἵματα, καὶ αἱ ἐκτακεῖσαι ἐν νόσοις σάρκες, καὶ τρίχες πᾶσαι αἱ πώποτε γενόμεναι, ἢ μόναι αἱ πρὸς τῇ ἐξόδῳ θλιβόμεναι· ὅτὲ μὲν προσκόπτουσι καὶ τῇ γινομένῃ ἐξετάσει, οἰόμενοι δεῖν ἐπιτρέπειν τῷ Θεῷ, ὃ βούλεται περὶ τούτων ποιεῖν· ὅτὲ δὲ, δοκοῦντες συγκαταβαίνειν, τὰς ἐπὶ τέλει ταύτης τῆς ζωῆς τρίχας φασὶν ἡμῖν συναναστήσεσθαι. Οἱ δὲ γενναιότεροι αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τὰ αἵματα συναγαγεῖν τῷ λόγῳ, τὰ πολλάκις ἀποχριθέντα τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ τὰς μεταβαλλούσας σάρκας ἐν νόσοις [1] ἱδρῶτας, ἢ οἷαν δήποτε ὕλην, φασὶ τὰ ἐπὶ τέλει ἡμῶν ἀνίστασθαι σώματα.

Hujus, inquit, loci auctoritate freti, simpliciores quidam ex fidelibus negant malos resurrectionis compotes futuros, aut Dei judicio dignandos, neque cujusmodi resurrectionem, aut quale sibi judicium fingant, aperte satis exprimunt. Ac licet suam de his sententiam aperire videantur, ipsa illos inquisitio convincet, ostendetque nec quod consequens est ac cohærens servari ab illis posse, nec resurrectionis ac judicii modum et rationem intelligi. Igitur si interrogemus cujusnam sit futura resurrectio: corporum, respondent, quæ nos modo circumdant. Instantibus nobis, totius illorum substantiæ necne futura sit: antequam diligenter istud expenderint, totius fore pronuntiant. Quod si nos ad illorum simplicitatem accommodantes, neque quidquam de fluxa ac mutabili corporum natura disputantes, dubitando rursum interrogemus, num una sanguis ille omnis resurgat, qui secta identidem vena defluxerit, ac quidquid præterea carnis morborum vis absumpserit, necnon et pili omnes, qui unquam enati sunt, an ii duntaxat, qui sub obitum nostrum efflorverint: nonnunquam ad eam quæstionem offendunt, ac Deo permittendum esse dicunt, ut quidquid voluerit de ea constituat; interdum vero, velut assentiendo, solos illos nobiscum resurrecturos esse pilos asserunt, quos sub vitæ exitum habuerimus. At qui magis inter illos strenui sunt, ne sanguinis copiam omnem, qui ex corporibus nostris plerumque **534** secretus est, itidemque carnem omnem, quæ per morbos in sudorem, aut aliam ejusmodi materiam abiit, in unum conferre sua oratione cogantur, qualia sub mortem exstiterint, resurgere corpora nostra prædicant.

ΙΑ'. Ταῦτά ἐστι τὰ τοῦ προειρημένου ἐθελοσόφου ἐπαπορητικὰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν λεξείδια· ἃ ἀναγκαίως παρεθέμην εἰς παράστασιν τοῖς βουλομένοις εἰδέναι τὸν πάντα νοῦν αὐτῶν τῆς περὶ ἀναστάσεως ἀπιστίας. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα ἔχει μεθ' ἕτερα πολλὰ ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ ψαλμοῦ ἀκολουθίᾳ. Φάσκει γάρ·

XI. Hæ opinione sua sapientis illius hominis adversus veritatem propositæ objectiunculæ sunt: quæ mihi necessario proferendæ fuerunt, ut quam ille de resurrectione parum sane ac fideliter senserit, ejus rei intelligendæ cupidis planum omnino facerem. Nam et alia ad eumdem psalmum deinceps

[1] Deest εἰς. [2] Matth. xi, 27. [3] Joan. xiv, 9. [4] Psal. i, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

ad hunc modum disserit. Sic enim loquitur : *Propterea non resurgent impii in judicio.* Tum eos redarguere pergit, qui certam esse resurrectionem definiunt, et excitandos ad vitam mortuos constanti spe ac fide profitentur. Quos quidem nimium ille simplices putat, ac multa adversus illos nefaria depromens, et sophistica quadam cavillatione aggrediens, neque quidquam ex Christiana fide petitum, sed ratiocinationibus collectum, nihil non ad eos, quibus persuadere potuerit, evertendos afferens, ex iis ipsis quæ naturaliter nobis eveniunt, id assequi conatus est, ut resurrectionis nostræ cum spe certa conjunctam professionem funditus tolleret. Ego vero iis ipsis qui ante me in eum laborem incubuerunt, et oratoriis lenociniis fucatam hominis nequitiam justissimis rationibus diluerunt, præstantior videri nequaquam affectans, utpote qui mediocri sim ingenio præditus, contentum me iis esse oportere putavi, quæ beatus Methodius in

A *Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει.* Ἐντεῦθεν δὲ ἐπιλαμβάνεται καὶ ἐπέκεινα τῶν τὴν ἀσφαλῆ ἀνάστασιν ὁριζόντων, καὶ τὴν βεβαίαν ἐλπίδα τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως πιστευόντων, ὡς ἀκεραίων ὄντων, πολλὰ μοχθηρὰ ἐπειπὼν, καὶ σοφιστικήν τινα ὑπόνοιαν ὑφηγησάμενος, οὗ τι πιστικὸν, ἀλλὰ συλλογιστικὸν, πᾶν ὁτιοῦν εἰς καταστροφὴν τῶν αὐτῷ πεισθέντων, ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν συμβαινόντων ἀνατρέψαι ἐπειράθη τῆς αὐτῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐλπίδος τὴν ὁμολογίαν. Ἐγὼ δὲ τῶν καλῶς ἤδη κεκμηκότων, καὶ δικαίως ἀνατρεψάντων τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἐπινενοημένην ῥητορικὴν κακουργίαν μὴ ἐν τόλμῃ καλλίων βουλόμενος εἶναι, οἷα δὴ βραχὺς ὑπάρχων, ἀρκεσθῆναι ἐνόμισα καλῶς ἔχειν τοῖς ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου

B εἰς τὸν *Περὶ ἀναστάσεως* λόγον, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Ὠριγένους εἰρημένοις. Ἅτινα ἐνταῦθα κατὰ λέξιν παραθήσομαι. Καὶ ἔστι τὰ ὑπὸ Μεθοδίου οὕτως, ὡς καὶ αὐτὸς ἔταξα.

oratione, quam *De resurrectione* scripsit, adversus eumdem Origenem disseruit. Quæ quidem hic ad verbum omnia transcribam. Sic igitur Methodius, ut infra scriptum est, loquitur.

Epitome dogmatum Origenis ex Methodio.

XII. Hoc igitur loco qui ex fidelibus simpliciores sunt maxime freti, impios negant resurrectionis compotes futuros, neque quid per resurrectionem intelligant, satis explicant. Nam etsi suam de his sententiam pronuntiare videantur, ex ipsa tamen inquisitione constabit minime illos, quæ consequentia sunt, posse servare. Quare si eos interrogemus, cujusnam resurrectio futura sit : corporum **535** utique, respondent, quibus modo circumdati sumus. Sed instantibus nobis totiusne substantiæ necne esse debeat : antequam diligenter expendant, totius esse definiunt. Quod si nos ad illorum simplicitatem accommodantes iterum dubitando percontemur, num una sanguis ille restituatur, qui secta identidem vena defusus est, necnon et caro omnis, ac pili, qui unquam enati sunt, an ii duntaxat, qui sub exitum nostrum efflorverint, eo confugiunt, ut Deo permittendum esse dicant, ut quæ velit, efficiat. At qui magis inter illos strenui sunt, ne sanguinis copiam omnem, qui ex corporibus nostris plerumque secretus est, in unum conferre oratione sua cogantur, ejusmodi resurgere corpora prædicant, qualia morientibus nobis exstiterint. Contra quos illud insuper objicimus, cum sit corporum natura mutabilis, quemadmodum in corpus

Τῶν Ὠριγένους ἐπιτομὴ (31) *ἐκ τῶν Μεθοδίου.*

ΙΒ'. Ἐντεῦθεν οἱ ἁπλούστεροι τῶν πεπιστευκότων ὁρμώμενοι, νομίζουσι τοὺς ἀσεβεῖς τῆς ἀναστάσεως μὴ τεύξεσθαι, τί νοοῦντες τὴν ἀνάστασιν, καὶ ποσαπὴν τὴν κρίσιν φανταζόμενοι, οὐ πάνυ σαφηνίζοντες. Κἂν γὰρ δοκοῦσι περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἡ βάσανος αὐτοὺς διελέγξει, τὰ ἑξῆς ἀκολούθως σώζειν μὴ δυναμένους. Ἐὰν οὖν πυνθανώμεθα, τίνος αὐτῶν C ἡ ἀνάστασις γίνεται; ἀποκρίνονται, ὅτι τῶν σωμάτων, ὧν νῦν περικείμεθα. Εἶτα προσεπερωτησάντων ἡμῶν, πότερον τῆς οὐσίας αὐτῶν ὅλης, ἢ οὐχί; πρὶν βασανίσαι λέγουσιν, ὅτι ὅλης. Ἐὰν δὲ προσαπορήσωμεν συμπεριφερόμενοι τῇ ἀκεραιότητι αὐτῶν, εἰ συναναστήσεται τὰ ἀπορρεύσαντα ἐν φλεβοτομίαις αἵματα, καὶ αἱ σάρκες, καὶ αἱ τρίχες αἱ πώποτε γενόμεναι, ἢ μόναι αἱ πρὸς τῇ ἐξόδῳ θλιβόμεναι· εἰς τὸ τῷ Θεῷ ποιεῖν [1] ἃ βούλεται προστρέχουσιν. Οἱ δὲ γενναιότεροι αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τὰ αὐτὰ αἵματα συναγαγεῖν τῷ λόγῳ, ἃ πολλάκις ἀποκριθῆναι τῶν σωμάτων ἡμῶν συνέβη, φασὶ τὸ ἐπὶ τέλει ἡμῶν ἀναστήσεσθαι σῶμα. Προσηπορήσαμεν δὲ, διὰ τὸ τρεπτὴν εἶναι τὴν σωματικὴν φύσιν, καὶ D τοιαῦτα, ὥσπερ εἰς τὸ ἡμέτερον σῶμα αἱ τροφαὶ κατατάττονται, καὶ μεταβάλλουσι τὰς ὁμοιότητας, οὕτως καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα μεταβάλλονται, καὶ ἐν τοῖς σαρκοβόροις οἰωνοῖς καὶ θηρίοις γίγνονται μέρη

[1] Deest ἐπιτρέπειν.

(31) *Τῶν Ὠριγένους ἐπιτομή.* Hic est Methodius ille Olympi Lyciæ, deinde Tyri episcopus, qui inter cætera *De Resurrectione* contra Origenem opus scripsit eximium ; et ad extremum novissimæ persecutionis, sive, ut alii affirmant, sub Decio et Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est. Hæc Hieronymus *Cat. vir. illustr.* Socrates lib. VI, cap. 13, quatuor recenset, qui adversus Origenem præcipue stylum exercuerint; quem ipse κακολόγων τετρακτύν impudenter appellat. Primus est Methodius, secundus Eustathius Antiochenus, tertius Apollinaris, quartus Theophilus. Addit, Methodium postea, veluti palinodia recantata, quem accusarat Origenem commendasse dialogo illo, quem inscripsit *Ξενῶνα*. Sed Socratis calumniam ac mendacium ex Hieronymo convincit Baronius A. 402, n. 5. Scribit enim ille *Apol. I, in Ruf.* Eusebium Methodio in VI libro *Apologiæ* istud exprobrasse . *Quid modo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Quod ab Ariano homine objici dicit clarissimo et eloquentissimo martyri.

Digitized by Google Распознавание текста

τῶν ἐκείνων σωμάτων. Καὶ πάλιν ἐκεῖνα ὑπὸ ἀνθρώπων ἢ ἑτέρων ζώων ἐσθιόμενα ἀντιμεταβάλλει, καὶ γίνεται ἀνθρώπων ἢ ἑτέρων ζώων σώματα. Καὶ τούτου ἐπὶ πολὺ γιγνομένου, ἀνάγκη τὸ αὐτὸ σῶμα πλειόνων ἀνθρώπων πολλάκις γενέσθαι μέρος. Τίνος οὖν ἔσται σῶμα ἐν τῇ ἀναστάσει; Καὶ οὕτως εἰς βυθὸν φλυαρίας ἡμᾶς ἀλόγους [1] συμβήσεται ἐμπίπτειν.

A nostrum alimenta digeruntur, similitudinesque transmutant, ita et corpora nostra converti, et carnivoris avibus ferisque depasta corporum illorum partes effici. Quæ quidem rursum ab hominibus aut aliis animalibus devorata vicissim mutantur, et hominum vel aliorum animalium corpora fiunt: qua re sæpius repetita, necesse est idem corpus complurium hominum sæpius esse partem. Cujusnam igitur in resurrectione corpus esse debebit? Ita nos velut ratione destituti in altissimas quasdam nugas atque ineptias devolvimur.

ΙΓ'. Καὶ μετὰ ταύτας τὰς ἀπορίας ἐπὶ τὸ πάντα δυνατὰ εἶναι τῷ Θεῷ καταφεύγουσι, καὶ λέξεις τῶν Γραφῶν δυναμένας κατὰ τὴν πρόχειρον ἐκδοχὴν ὑποβάλλειν τὸ νοούμενον αὐτοῖς προφέρονται. Οἷον τὴν ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· *Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου·* καὶ, *Ἐξήγαγέ με ἐν πνεύματι, καὶ ἔθηκέ με ἐν μέσῳ πεδίου, καὶ τοῦτο ἦν μεστὸν ὀστέων ἀνθρώπων. Καὶ περιήγαγέ με ἐπ' αὐτὰ κυκλόθεν κύκλῳ· καὶ ἰδοὺ πολλὰ σφόδρα ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου· καὶ ἰδοὺ αὐτὰ ξηρὰ λίαν. Καὶ εἶπε πρός μέ· Υἱὲ ἀνθρώπου, εἰ ζήσεται τὰ ὀστέα ταῦτα; Καὶ εἶπον· Κύριε ὁ Θεός, σὺ ἐπίστασαι ταῦτα. Καὶ εἶπε πρός μέ· Προφήτευσον, υἱὲ ἀνθρώπου. Καὶ εἶπον πρὸς αὐτά· Τὰ ὀστέα τὰ ξηρὰ ταῦτα, ἀκούσατε λόγον Κυρίου· Τάδε λέγει Ἀδοναὶ Κύριος τοῖς ὀστέοις τούτοις· Ἰδοὺ ἐγὼ εἰσάγω εἰς ὑμᾶς πνεῦμα ζωῆς· καὶ δώσω εἰς ὑμᾶς νεῦρα· καὶ ἐπάξω ἐφ' ὑμᾶς σάρκας, καὶ ἐκτερῶ ἐφ' ὑμᾶς δέρμα· καὶ δώσω τὸ πνεῦμά μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ζήσεσθε· καὶ θήσομαι ὑμᾶς ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος.* Τούτῳ μὲν οὖν πιθανωτέρῳ χρῶνται τῷ ῥητῷ. Καὶ ἄλλα δὲ λέγουσιν εὐαγγελικά· οἷον, ὡς τὸ, *Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων·* καὶ τὸ, *Φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ·* καὶ τὸ ἐν τῷ Παύλῳ· *Ζωοποιήσει τὰ ὑμῶν σώματα διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν.*

B nituntur. Quale est Ezechielis illud: *Et facta est super me manus Domini;* et: *Eduxit me in spiritu, et posuit me in medio campi, et hic erat plenus ossibus hominum. Et circumduxit me ad ea per circuitum; et ecce multa valde in superficie campi; et ecce ipsa arida valde. Et dixit ad me: Fili hominis, si vivent ossa hæc? Et dixi: Domine Deus, tu ista nosti. Et dixit ad me: Prophetiza, fili hominis. Et locutus sum ad hæc: Ossa arida, audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus ossibus istis: Ecce enim inducam in vos spiritum vitæ, et ponam in vobis nervos; et inducam in vos carnes, et extendam super vos cutem;* **536** *et dabo spiritum meum in vos, et vivetis; et ponam vos in terra vestra, et cognoscetis quia ego sum Dominus* [3]. Hoc igitur probabilius cæteris testimonium est, quæ commemorare solent; præter quod nonnulla ex Evangeliis expromunt. Velut: *Ibi erit fletus et stridor dentium* [4]; item: *Timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* [5]; tum illud ex Paulo: *Vivificabit mortalia vestra corpora, propter inhabitantem ejus spiritum in vobis* [6].

ΙΔ'. Χρὴ δὲ πάντα τὸν φιλαλήθη κατ' αὐτὸν [2] τούτοις τὸν νοῦν ἐπιστήσαντα περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀγωνίσασθαι, σῶσαί τε καὶ τὴν τῶν ἀρχαίων παράδοσιν, καὶ φυλάξασθαι ἐμπεσεῖν εἰς φλυαρίαν πτωχῶν νοημάτων, ἀδυνάτων τε ἅμα καὶ Θεοῦ ἀναξίων. Τοῦτο οὖν εἰς τὸν τόπον διαληπτέον, ὅτι Πᾶν σῶμα ὑπὸ φύσεως συνεχόμενον τῆς καταταττούσης ἔξωθέν τινα δίκην τροφῆς εἰς αὐτὸ, καὶ ἀποκρινούσης ἀντὶ τῶν ἐπεισαγομένων ἕτερα, ὥσπερ τὰ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζώων, τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον οὐδέποτε ἔχει ταυτόν. Διόπερ οὐ ποταμὸς ὠνόμασται τὸ σῶμα. Διότι ὡς πρὸς τὸ ἀκριβὲς τάχα οὐδὲ δύο ἡμερῶν τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ταυτόν ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἡμῶν· καίτοιγε τοῦ οἷον ἢ Παύλου, ἢ Πέτρου, ἀεὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντος, οὐ τοῦ κατὰ ψυχὴν μόνου, ἧς ἡ οὐσία οὔτε ῥεῖ καθ' ἡμᾶς, οὔτ' ἐπεισαγόμενόν τι ἔχει ποτὲ, κἂν ῥευστὴ ἦν ἡ φύσις τοῦ σώματος, τῷ τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὸ σῶμα ταυτὸν εἶναι· ὡς καὶ τοὺς τύ-

XIV. Verum omnes eos necesse est, qui veritatis studio ducuntur, cum ad ea animum adjecerint, adversus istos de resurrectione contendere, ut et quæ a veteribus tradita sunt, retineantur, idque caveamus, ne in sensuum inanissimorum ineptias descendamus, eorum scilicet, quæ neque fieri possunt, et divina majestate sunt indigna. Quocirca sic ad eum locum ratiocinari convenit: Corpus omne, quod quidem natura continetur, quæ extrinsecus aliquid ei alimenti instar asciscit, proque iis quæ sufficiuntur excernit alia: cujusmodi sunt stirpium corpora, et animalium pars illa cum materia concreta: nunquam unum idemque remanere. Unde non male fluvius quidam corpus esse dicitur. Quoniam si accurate consideremus, ne biduo quidem prior materia in corporibus nostris eadem constansque perseverat. Cum interim Paulus exempli gratia, vel Petrus idem nihilominus persistat, non modo

[1] Fort. ἀλόγως. [2] Fort. αὐτῶν. Interpres leg. οὖν. [3] Ezech. xxxvii, 1-6. [4] Matth. viii, 12. [5] Matth. x, 28. [6] Rom. viii, 11

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

si ejus animam spectes, cujus substantia neque fluxa est in nobis, neque quidquam extrinsecus invectum accipit, sed ob id præterea, quod tametsi velut in perpetua fluxione sit natura corporis, eadem forma permaneat, quæ corporis nostri quasi figuræ manent, quæ Petri Paulique corporum qualitatem accidit, ut et cicatrices jam tum a pueris in corporibus permaneant, aliaque nonnulla, quæ singulorum propria sunt : cujusmodi sunt lentigines.

A πους μένειν τοὺς αὐτούς, εἰς [b] τὴν ποιότητα Πέτρου καὶ Παύλου τὴν σωματικὴν παριστάνοντας· καθ' ἣν ποιότητα καὶ οὐλαὶ ἐκ παίδων παραμένουσι τοῖς σώμασι, καὶ ἄλλα τινὰ ἰδιώματα, φακοί.

Ad hæc licet similis corporea illa forma sit, qua Petrus Paulusque potissimum constituitur, idque ipsum, quod in resurrectione animæ denuo tribuitur, sed in melius conversum : non tamen eadem est illa materia, quæ corpori primum insita fuerat. Ac quemadmodum species ipsa ad ultimum usque eadem est, etsi ingens propriarum formarum notarumque videatur esse diversitas : **537** ita et in eo, de quo agimus, intelligendum est, præsentem corporis speciem eamdem esse cum futura, cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futura mutatio. Necesse enim est animam corporeis in locis hærentem consentaneis sibi uti corporibus. Atque ut si in aquatilium naturam conversos vitam in mari degere nos oporteret, necessarium foret nos alia corporum constitutione pisciumque simili esse præditos : ita qui cœlorum regni hæreditatem adituri sunt, ac diversis in sedibus habituri, spiritalia quoque corpora habeant necesse est, non quod prior exstinguatur species, tametsi in illustrius quiddam gloriosiusque mutetur. Quemadmodum Jesu, ac Moysis, et Eliæ species in transformatione non alia, quam quæ initio erat, exstitit [1].

Καὶ ἐπὶ τούτοις εἴ τί ἐστιν ὅμοιον τοῦτο τὸ εἶδος, καθ' ὃ εἰδοποιεῖται ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος, τὸ σωματικὸν, ὃ ἐν τῇ ἀναστάσει περιτίθεται πάλιν τῇ ψυχῇ, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλον, οὐ πάντως τόδε ἔτι ἐντεταγμένον τὸ κατὰ τὴν πρώτην ὑποκείμενον. Ὥσπερ δὲ τὸ εἶδός ἐστι μέχρι τοῦ πέρατος, κἂν οἱ χαρακτῆρες δοκῶσι πολλὴν ἔχειν παραλλαγήν· οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἶδος ταυτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, πλείστης ὅσης ἐσομένης τῆς ἐπὶ κάλλιον μεταβολῆς. Ἀναγκαῖον γὰρ τὴν ψυχὴν ἐν τόποις σωματικοῖς ὑπάρχουσαν κεχρῆσθαι σώμασι καταλλήλοις τοῖς τρόποις. Καὶ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ζῆν ἡμᾶς ἐνύδρους γενομένους εἰ ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει παραπλησίαν ἔχειν καὶ τὴν ἄλλην ἰχθύων κατάστασιν· οὕτως, μέλλοντας κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ἐν τόποις διαφέρουσιν ἔσεσθαι, ἀναγκαῖον χρῆσθαι σώμασι πνευματικοῖς, οὐχὶ τοῦ εἴδους τοῦ πρότερου ἀφανιζομένου, κἂν ἐπὶ τὸ ἐνδοξότερον γένηται αὐτοῦ ἡ τροπή· ὥσπερ ἦν Ἰησοῦ εἶδος, καὶ Μωσέως, καὶ Ἡλίου, οὐχ ἕτερον ἐν τῇ μεταμορφώσει παρ' ὃ ἦν.

B

C

XV. Non te igitur offendat, si quis primam subjectam materiam non eamdem tunc futuram dixerit, cum ne biduo quidem modo eamdem illam permanere posse ratio ipsa declaret, si quis mentem velit advertere. Animadversione præterea dignum et illud est : diversum seminari corpus, diversumque resurgere. *Seminatur enim corpus animale, resurget corpus spiritale* [2]. His omnibus ejusmodi ab Apostolo subjiciuntur, quibus nos terrenam qualitatem sic esse posituros docet, ut ipsa in resurrectione species salva integraque permaneat : *Hoc autem dico, fratres, quoniam caro et sanguis regnum Dei possidere nequeunt, neque corruptio incorruptionem* [3]. Etsi enim fortasse eximium quiddam sanctorum corpori tribuendum erit, ut id carnis ipsa proprietas conservet, caro tamen amplius non erit, sed quod in carne velut propria quadam nota erat impressum, hoc idem in spiritali corpore consignandum erit.

ΙΕ'. Μὴ πρόσκοπτε τοίνυν, εἰ τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἄν τις λέγοι μὴ ἔσεσθαι ταυτὸν τότε, ὅπου ὁ λόγος τοῖς ἐφιστάνειν δυναμένοις δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ νῦν δύναται δύο ἡμερῶν εἶναι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον. Ἄξιον δὲ ἐπιστῆναι καὶ τὸ ἕτεροῖον μὲν σπείρεσθαι, ἕτεροῖον δὲ ἀνίστασθαι. *Σπείρεται γὰρ σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν.* Καὶ ἐπιφέρει πᾶσιν ὁ Ἀπόστολος, σχεδὸν τὴν γῆϊνην ποιότητα ἡμᾶς διδάσκων ἀποτίθεσθαι μέλλειν ἡμᾶς, τοῦ εἴδους σωζομένου κατὰ τὴν ἀνάστασιν· *Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν.* Ἴσως μὲν γὰρ ἔσται περὶ τοῦ τὸν ἅγιον [4] διακρατούμενον, ὑπὸ τοῦ ἰδιοποιοῦντός ποτε τὴν σάρκα· σὰρξ δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ὅπερ ποτὲ ἐχαρακτηρίζετο ἐν τῇ σαρκὶ, τοῦτο χαρακτηρισθήσεται ἐν τῷ πνευματικῷ σώματι.

D

Quod vero ad eos Scripturæ locos attinet, qui a fratribus nostris objiciuntur, ita breviter occurrere possumus, atque imprimis ei, quem ex Ezechiele proferunt. Etenim si rudiorum mentem ac scopum velimus attendere, quem in prophetæ verbis sibi proposuerunt, consequens est, ne ullam quidem carnis resurrectionem videri, sed ossium duntaxat,

Καὶ πρὸς τὰ ῥήματα δὲ τῶν Γραφῶν, ἃ παρατίθενται οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν, ταῦτα ἔστιν εἰπεῖν· καὶ πρῶτον ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ, ἐπὶ τὸ ὅσον [5] ἐφ' οἷς βούλονται οἱ ἁπλούστεροι κατὰ τὰς λέξεις ταύτας, οὐδὲ ἀνάστασις σαρκῶν ἔσται, ἀλλὰ ὀστέων μόνον, καὶ δερμάτων, καὶ νεύρων. Ἅμα τε καὶ ὑποδεικτέον αὐτοῖς, ὅτι συναρπάζονται, ὡς μὴ νενοηκότες τὸ γεγραμμένον. Οὐ

[1] Matth. xvii, 2 seqq. [2] I Cor. xv, 44. [3] ibid. 50. [4] Fort. τούς. [5] For. περιττὸν τὸ τῶν ἁγίων. Sed hic locus corruptus est. [6] Fort. ἐπεὶ ὅσον.

Digitized by Google Распознавание текста

γὰρ, εἰ ὁστᾶ ὀνομάζεται, πάντως τὰ ὁστᾶ ταῦτα νοητέον· ὥσπερ οὐδὲ ἐν τῷ, *Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὁστᾶ μου*· καὶ, *Ἴασαί με, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὁστᾶ μου*, φανεροῦ ὄντος τοῦ μὴ λέγεσθαι τὰ ὁστᾶ κατὰ τὴν κοινὴν ἐκδοχήν. Ἐπιφέρεται γοῦν τῷ λόγῳ· *Ὅτι αὐτοὶ λέγουσιν· Ὅτι ξηρὰ γέγονε τὰ ὁστᾶ ἡμῶν.* Ἆρά γε λέγουσιν, *Ξηρὰ γέγονε τὰ ὁστέα ἡμῶν*, θέλοντες ἀνίστασθαι συναχθέντα; Ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον. Λέγοιεν δ' ἄν, Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστέα ἡμῶν, ἐν αἰχμαλωσίαις γενόμενοι, καὶ πᾶσαν ζωτικὴν νοτίδα ἀποβεβληκότες. Ἐπιφέρουσι γοῦν τὸ, *Ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν· διαπεφωρήκαμεν.* Οὐκοῦν ἡ ἐπαγγελία τῆς ἀναστάσεως τοῦ λαοῦ ἐστιν ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ τῆς οἱονεὶ νεκρότητος ἣν νενέκρωνται, διὰ τὰ ἁμαρτήματα τοῖς ἐχθροῖς παραδοθέντες. Καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ δὲ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος λέγονται εἶναι τάφοι γέμοντες ὀστέων καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. Πρέπει δὲ τῷ Θεῷ ἀνοίγειν τὰ μνημεῖα ἑκάστου, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῶν μνημείων ἡμᾶς ἐζωοποιημένους, ὥσπερ ὁ Σωτὴρ τὸν Λάζαρον εἵλκυσεν ἔξω.

A cuticularum atque nervorum. Sed et illud demonstrandum ipsis est, temere illos in errorem abripi, dum scripti sententiam nequaquam percipiunt. Neque enim cum ossa nominantur, hæc ipsa quæ habemus ossa par est accipi, uti neque in his locis ubi scriptum est: *Dispersa sunt omnia* **538** *ossa mea*[1]; tum: *Sana me, quoniam conturbata sunt ossa mea*[2]; cum sit manifestum non secundum vulgarem notionem ossium nomen usurpari. Proinde statim eadem in oratione subjungitur, *Eo quod ipsi dicunt: Quoniam arida facta sunt ossa nostra*[3]. Num hoc igitur dicunt, *Arida facta sunt ossa nostra*, quod eadem in unum collecta volunt resurgere? Atqui fieri istud non potest. Quare arida ideo sua dicunt ossa, quod in captivitatibus diu habiti vitalem omnem humorem B amiserint. Unde et illud inferunt: *Periit spes nostra: abscissi sumus*[4]. Quocirca resurrectionis illa populo facta promissio ab illa ruina ac velut enecatione, qua exstincti sunt, cum propter scelera in hostium potestatem traditi sunt, quædam est excitatio futura. Quin etiam peccatores a Salvatore sepulcra esse dicuntur ossibus atque omni immunditia plena. Sed illud divinæ majestati convenit, ut singulorum sepulcra patefaciat, et nos ad vitam instauratos e monumentis educat, perinde ac Lazarum foras Salvator extraxit.

ΙϚ'. Τὸ δὲ, *Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων*, πρὸς αὐτοὺς ἀπορητέον, ὅτι Ὡς ἐν τούτῳ τῷ βίῳ πᾶν μέλος εἴς τινα χρείαν ὁ Δημιουργὸς κατεσκεύασεν, οὕτως καὶ τοὺς ὀδόντας εἰς τὸ διακόπτεσθαι τὴν στερεὰν τροφήν. Τίς οὖν χρεία τοῖς κολαζομένοις ὀδόντων; Οὐ γὰρ εἰς τὴν γέενναν ὄντες κατ' αὐτοὺς φάγονται. Καὶ δεικτέον, ὅτι οὐ πάντα C παραλαμβάνεσθαι δεῖ κατὰ τὸ κείμενον. *Ὀδόντας* γοῦν, φησὶν, *ἁμαρτωλῶν συνέτριψας*· καὶ, *Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος.* Τίς δὲ οὕτως ἠλίθιος, ὡς ὑπολαμβάνειν, ὅτι τηρῶν τὰ σώματα τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς, τοὺς ὀδόντας αὐτῶν συντρίβει μόνον; Ὥσπερ οὖν εἴ τις, θέλων ταῦτα οὕτως ἔχειν, θλιβόμενος εἵλκετο ἐπ' ἀλληγορίαν, οὕτως ζητητέον τῶν κολαζομένων τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, τῆς ψυχῆς δύναμιν μασητικὴν ἐχούσης, ἥτις ἐν καιρῷ τοῦ ἐλέγχου περὶ τῶν ἁμαρτημάτων κατὰ τὸν συγκρουσμὸν τῶν ὀδόντων (ὡς ἐφρόνησε) βρύξει τοὺς ὀδόντας. Τὸ δὲ, *Φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ*, τάχα μὲν διδάσκει, ὅτι ἀσώματος ἡ ψυχὴ, τάχα δὲ δηλοῖ καὶ ὅτι χωρὶς D σώματος οὐ κολασθήσεται· περὶ οὗ φυσιολογοῦντες τὰ περὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ πρώτου ὑποκειμένου εἰρήκαμεν.

XVI. Jam vero quod hunc locum objiciunt: *Ibi erit fletus et stridor dentium*[5], sic adversus illos disputandum est: Cum in hac vita membrum omne ad usum aliquem a summo illo Opifice sit conditum, tum vero dentes solido cibo comminuendo sunt facti. Quid igitur dentibus opus illis est, qui apud inferos cruciantur? Non enim, opinor, quidquam illic manducaturos esse dixerint. Ad hæc docendi sunt, non omnia perinde accipienda esse ac scripta sunt. Quare alio loco scriptum est: *Dentes peccatorum contrivisti*[6]; item: *Molas leonum confregit Dominus*[7]. Nam quis adeo stolidus est, ut sibi persuadeat Deum reservatis peccatorum corporibus solos dentes conterere? Ut igitur qui hæc ita se habere velit, in angustias conjectus, ad allegoricum sensum vel invitus trahitur: sic de stridore dentium in his qui suppliciis afficiuntur, inquirere idem oportet; quatenus anima commandendi nonnullam vim habet, qua ultimo illo judicii tempore, cum de peccatis quæstio habebitur, perinde ut collidi dentes solent, ita tum dentibus quodammodo stridebit. Illud vero, *Timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam*[8], forte id unum nos docet, expertem esse corporis animam; aut illud insuper, animam sine corpore nullas pœnas esse persoluturam. De quo corpore quæ ad speciem ac primam **539** subjectam materiam attinebant, paulo ante naturali ratione disseruimus.

Καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ δὲ, *Ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ἡμῶν σώματα*, θνητοῦ ὄντος τοῦ σώματος, καὶ οὐ μετέχοντος τῆς ἀληθινῆς ζωῆς, δύναται παριστάνειν, ὅπου τὸ σωματικὸν εἶδος, περὶ οὗ εἰρήκαμεν, τῇ φύσει θνητὸν ὄν, *ὅταν Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν*, καὶ αὐτὸ μεταβάλλει ἀπὸ τοῦ εἶναι σῶμα θανάτου ζωοποιηθὲν, διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν ἐκ τοῦ

At vero dictum illud Apostoli: *Vivificabit et mortalia nostra corpora*[9]; cum nostrum mortale sit corpus, nec veræ vitæ particeps, istud ipsum declarare potest, corpoream hanc speciem de qua antea diximus, quæ naturæ mortalis est, *cum Christus apparuerit vita nostra*[10], et ipsam ab eo statu, quo peccati corpus erat, esse mutandam; posteaquam scilicet

[1] Psal. xxi, 15. [2] Psal. vi, 3. [3] Ezech. xxxvii, 11. [4] ibid. [5] Matth. viii. 12. [6] Psal. iii, 8 [7] Psal. lvii, 7. [8] Matth. x, 28. [9] Rom. viii, 11. [10] Col. iii, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ab vivifico spiritu ad vitam restituta fuerit, atque in spiritalem naturam transierit. Præterea istud ipsum : *Sed dicet aliquis : Quomodo resurgunt mortui, aut quali cum corpore veniunt*[1] ? palam istud ostendit, primam subjectam materiam nullo modo resurgere. Nam si recte propositum ab Apostolo exemplum accipimus, dicendum est, seminis naturam, quæ frumenti grano insita est, vicina correpta materia, totam illam pervadere, atque illius pariter correpta specie, vires suas in id, quod ante terra, aqua, aer, ignisque fuerat, transfundere, earumque superatis qualitatibus, in illam ipsam, cujus est artifex, convertere; atque hoc modo perfici spicam, quæ a priore grano mirum in modum, et magnitudine, et figura, et varietate dissideat.

A πνευματικὸν γεγονέναι. Καὶ τὸ, *Ἐρεῖ δέ τις· Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί, ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται*, γυμνῶς παρίστησιν, ὅτι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον οὐκ ἀναστήσεται. Εἰ γὰρ καλῶς ἐλάβομεν τὸ παράδειγμα, ῥητέον, ὅτι ὁ σπερματικὸς λόγος, ἐν τῷ κόκκῳ τοῦ σίτου δραξάμενος τῆς παρακειμένης ὕλης, καὶ ἐξ ὕλης αὐτῆς χωρήσας, περιδραξάμενος αὐτῆς τοῦ εἴδους, ὧν ἔχει δυνάμεων ἐπιτίθησι τῇ ποτε γῇ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀέρι, καὶ πυρὶ, νικήσας τὰς ἐκείνων ποιότητας, μεταβάλλει ἐπὶ ταύτην ἧς ἐστιν αὐτὸς δημιουργός· καὶ οὕτως συμπληροῦται ὁ στάχυς, εἰς ὑπερβολὴν διαφέρων τοῦ ἐξ ἀρχῆς κόκκου μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ ποικιλίᾳ.

Ex eodem Proclo.

XVII. Hæc sunt, ut in compendium rediga, quæ contra resurrectionem Origenes magno studio disseruit, in eoque argumento summam tractandi varietatem adhibuit. Tu vero, quæ deinceps sequuntur, diligenter considera. Hoc enim restat, ut allatæ e sacris Litteris auctoritates ad ea quæ dicta sunt adjungantur, ut tanquam statua quædam, sic oratio nostra suis omnibus proportione servata partibus constans, absoluta sit penitusque perfecta, neque quidquam in illa ad figuram pulchritudinemque desideretur. Igitur quemadmodum cum his sacræ Litteræ consentiant, atque ad melioris vitæ complementum hominem confirment, oratione declarandum est. Illas enim qui integras, nec opportunis partibus defectas intelligentia penetrare poterit, resurrectionem is sciet nequaquam ad hoc corpus oportere referri, quod in sempiternum immutabile esse non poterit, sed ad spiritale potius, in quo eadem, quæ mortali huic inest, nota ac figura **540** conservabitur : adeo ut unusquisque nostrum, quod ad formam corporis attinet, idem exsistat, ut et Origenes affirmat. Ita enim futuram et ille resurrectionem existimat. Cum enim corpus hoc materiæ concretum fluxum sit, nec in suo unquam statu vel brevissimo spatio consistat, sed perpetuam accessionem decessionemque circa illam formam habeat, proprius, a quo figura ipsa continetur, necesse est minime sustinebunt.

B

Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ (32).

ΙΖ'. Ἃ μὲν οὖν Ὠριγένης εἰς τὴν περὶ ἀναστάσεως ἐγχειρῶν πραγματείαν ἐσπούδασε, ποικιλωτάτην ἐπιδεικνύμενος θεωρίαν, εἰσὶ τοσαῦτα ὡς ἐν ἐπιτομῇ· ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τὰ τούτοις ἀναθεωρῶν ἑφεξῆς. Δεῖ γὰρ τὰς ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις μαρτυρίας παραλαβεῖν· ἵν' ὥσπερ ἀνδριὰς πάντα τὰ μέρη συμμέτρως ὁ λόγος ἑαυτοῦ λαβών, ὅλως ἐκ πλήρους ᾖ κατεσκευασμένος, ἀλλὰ μηδὲν ἔχων ἐνδεὲς τῶν εἰς σχῆμα καὶ κάλλος συναγομένων. Τί οὖν αἱ Γραφαὶ συνάδουσι τούτοις, ἐπικρατύνουσαι πρὸς συμπλήρωσιν διαγωγῆς κρείττονος τὸν ἄνθρωπον, φραστέον. Ταύτας γὰρ ἐάν τις οἷός τε ᾖ, μὴ παρακόπτων τοῦ δέοντος, ἀκριβῶς νοεῖν, εἴσεται τὴν C ἀνάστασιν ἐπὶ τούτου μὴ χρῆναι παραλαμβάνεσθαι τοῦ σώματος, ἅτε ἀδυνατοῦντος ἀτρέπτου διὰ αἰῶνος μένειν, ἀλλὰ ἐπὶ τοῦ πνευματικοῦ, ἐν ᾧ αὐτὸς ὁ καὶ νῦν ἐν τούτῳ διασωζόμενος χαρακτὴρ τηρηθήσεται· ἵν' ἕκαστος ἡμῶν καὶ κατὰ τὴν μορφὴν ὁ αὐτὸς ᾖ, καθάπερ ἐλέχθη καὶ Ὠριγένει. Οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἔσεσθαι τίθεται τὴν ἀνάστασιν. Ῥευστοῦ γὰρ ὄντος τοῦ σώματος τοῦ ὑλικοῦ, καὶ μηδέποτε μένοντος ἐφ' ἑαυτῷ, κἂν τὸ βραχὺ, ἀλλὰ προσγινομένου, καὶ ἀπογινομένου περὶ τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὸν ἄνθρωπον, ὑφ' οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα, ἀνάγκη (33) . . . . . τῶν εἰρημένων ἐναργέστερον οὐκ ἀνέξονται. quæ est hominis nota ac velut character quidam . . . . . clarius iis, quæ ante commemorata sunt,

Verum quanto hac in re contradicendi studio ferantur, cum ex ipsis, tum ex aliis pluribus demonstrari potest. Nam postea in ipso orationis progressu veris ac naturalibus rationibus, non inanibus con-

D Ἀλλὰ ταύτην μὲν αὐτῶν τὴν φιλονεικίαν καὶ ἐκ τούτων ἂν τις καὶ ἐξ ἑτέρων ἐλέγχοι πλειόνων. Ἀποδείξομεν γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς, προβαίνοντος τοῦ λόγου, φύσεως ἀληθεύμασι, καὶ οὐκ εἰκασίαις, μήτε τὸν

[1] I Cor. xv, 35.

(32) *Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ.* Mendosa est hæc inscriptio. Neque enim ex ullius Procli disputatione quæ sequuntur inscripta sunt, sed ex ejusdem Methodii lucubratione, quam adversus Origenem dialogi more conscripserat. In quo loquentes introduxerat Aglaophontem, Proclum, Auxentium, et semetipsum. Vide infra numero 40. Fit et Theophili postea mentio; quod tamen appellativum puto esse, non proprium. Quocirca post Origenis verba e comment. *in primum Psalmum* adducta, hoc ipso numero deinceps Proclus oro Origene verba facit. Unde titulus Πρόκλος ei præfixus erat post τοῦ αὐτοῦ. Nam τοῦ αὐτοῦ ad Methodium pertinet. Librarius autem, quod Πρόκλου nomen legisset, auctoris alicujus esse credidit, cum interloquentis personæ sit.

(33) *Ὑφ' οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα.* Major hic, ut opinor, hiatus est, quam vulgo codices præferant. Nam si superiora Procli sunt, ut esse videntur, Origeni patrocinantis, cum sequentia adversus eumdem Origenem aperte pugnent, haud pauca desiderari necesse est, quibus Proclus causam suam explicarit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Ἱερεμίαν δεσμίους ἡμᾶς γῆς διὰ τὴν πρὸς σῶμα κοινωνίαν εἰρηκέναι, μήτε τὸν Δαβὶδ κατὰ τοῦτο πεπεδημένους. Ἄξιον γὰρ ταῦτα προφέρειν, ἐν οἷς μάλιστα φαίνονται διαπίπτοντες. Περὶ μὲν οὖν τῶν δερματίνων χιτώνων, καὶ ὅτι πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν οἱ πρωτόπλαστοι διῆγον μετὰ σώματος, ἀθανασίας ἀπολαύοντες, ἔτι τε καὶ ὡς οὐ δύναται τὸ σῶμα δεσμὸς, καὶ εἱρκτὴ νομίζεσθαι, τὰ προσήκοντα εἰπὼν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ (δικασταὶ γὰρ ὑμᾶς τῶν λόγων, ὦ κράτιστε Θεόφιλε, καλῶ), τρέψομαι λοιπὸν ἐπὶ τὰ ἀκόλουθα, καθάπερ ὑπεσχόμην τῶν προκειμένων, ἵν' εὐκρινέστερον ἴδωμεν ὃ βουλόμεθα.

A jecturis ostendemus; neque ab Jeremia nos vinctos terræ[1] propter communionem cum corpore nominatos esse; neque Davidem propterea compeditos[2] appellare. Hæc enim potissimum commemoranda sunt, in quibus maxime a veritate excidisse videntur. De pelliceis itaque tunicis, utque priusquam eæ conficerentur corpore prædíti primi nostri parentes exstiterint, et immortalitatis compotes; tum nervum et carcerem haberi non posse corpus, ubi quantum necesse est disputavero, judices (vos enim sermonum nostrorum judices, teque in primis, optime Theophile, pronuntio), ad ea quæ proposito nostro consentanea sunt et consequentia me, ut pollicitus sum, conferam, ut id quod volumus clarius inspicere possimus.

ΙΗ'. Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς Θεὸς, ἐπειδὴ τὸ πᾶν εὐτάκτως συνεστήσατο, καθάπερ μεγάλην πόλιν, διεκόσμησε προστάσσων τῷ λόγῳ, ἑκαστόν τε αὐτῷ συμφώνως ἡρμόσατο στοιχεῖον, καὶ πάντα ζώων πεπλήρωτο διαφοραῖς, ἵνα τελείως ὁ κόσμος εἰς κάλλος αὐξηθῇ, παντοίας φύσεως ζωοτοκήσας μορφὰς, ἄστρα μὲν κατὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ πτηνὰ κατὰ τὸν ἀέρα, τετράποδα δὲ κατὰ τὴν γῆν, καὶ νηκτὰ κατὰ τὸ ὕδωρ· τελευταῖον τὸν ἄνθρωπον, προετοιμάσας ὡς οἰκίαν αὐτῷ καλλίστην τὸ πᾶν, μίμημα τῆς ἰδίας εἰκόνος ἐμφερὲς εἰς τὸν κόσμον εἰσήγαγεν, ἄγαλμα ὡς ἐν ναῷ φαιδρῷ καλὸν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ κατασκευάσας. Ἠπίστατο γὰρ, ὅτι πάντως ὅπερ ἂν τῇ ἑαυτοῦ τεχνήσηται χειρὶ, ἐξ ἀνάγκης ἔσται ἀθάνατον, ἅτε ἀθανασίας ἔργον. Ἀθανασίας γὰρ ἀθάνατα γίγνεται, καθάπερ καὶ τὰ κακὰ κακίας, καὶ τὰ ἄδικα ἀδικίας. Οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἔργον τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ ἀδικίας· οὐδ' αὖ ἀδικίας ἀντιστρόφως τὸ δικαιοπραγεῖν ἔργον, ἀλλὰ δικαιοσύνης· ὥσπερ οὐδὲ ἀφθαρσίας τὸ φθείρεσθαι ποιεῖν, ἀλλὰ φθορᾶς, τὸ ἀθανατίζειν οὐ φθορᾶς, ἀλλ' ἀφθαρσίας. Καὶ συλλήβδην, οἷον ἂν ᾖ τὸ ποιοῦν, κατὰ τὸν αὐτὸν οὕτως λόγον τοῦτο ποιούμενον [1] ἐξ ἀνάγκης ἀπεργάζεσθαι συμβαίνει. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ἀθανασία, καὶ ζωὴ, καὶ ἀφθαρσία· ἔργον δὲ ἄνθρωπος Θεοῦ. Πᾶν δὲ τὸ ὑπὸ ἀθανασίας ἐργασθὲν ἀθάνατον· ἀθάνατος ἄρα ὁ ἄνθρωπος. Διὸ δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον αὐτούργησεν ὁ Θεὸς, τὰ δὲ λοιπὰ γένη ζώων ἀέρι, καὶ γῇ, καὶ ὕδατι προσέταξε φέρειν.

XVIII. Postquam artifex rerum omnium Deus totam hanc universitatis machinam, velut ingentem aliquam civitatem, præclaro ordine condidit, ac vocis imperio constituit, in eoque elementa singula aptissime composuit, ac variis animantium generibus complevit omnia, ut hic mundus perfecte ad omnem pulchritudinem adolesceret, cum in eo omnimodas naturæ formas vivas animatasque procreasset, atque et in cœlo sidera, et in aere volucres, et in terra quadrupedes, et in aquis natantia collocasset, postremum omnium hominem, cui totum hunc mundum velut egregium quoddam prætorium paraverat, sic tanquam simulacrum quoddam ad sui effigiem expressum in orbem introduxit; ac velut exquisitum signum manibus suis elaboratum **541** præclaro in templo constituit. Neque enim ignorabat, quodcunque suapte manu finxisset, necessario, utpote immortalitatis opus, immortale futurum Nam ab immortalitate immortalia proficiscuntur, velut a malitia quæ mala sunt, et ab injustitia injusta. Non enim justitiæ opus est injusti aliquid facere, sed injustitiæ, neque ex adverso juste aliquid agere injustitiæ est, sed justitiæ; perinde ac corruptelam afferre non incorruptionis est, sed corruptionis proprium. Sic immortale facere non corruptionis, sed incorruptionis est. Atque ut uno verbo dicam, quale est id quod agit, tale id efficere necessario solet, quod ab eo producitur. Atqui Deus et immortalitas est, et vita, et incorruptio; homo vero Dei opus est. Quidquid vero ab immortalitate fabricatur, immortale sit oportet. Quare immortalis est homo. Propterea Deus hominem sua manu finxit: cætera vero animantium genera aerem, terram et aquam jussit producere.

Ἄνθρωπος δὲ ἀληθέστατα λέγεται κατὰ φύσιν οὔτε ψυχὴ χωρὶς σώματος, οὔτ' αὖ σῶμα χωρὶς ψυχῆς, ἀλλὰ τὸ ἐκ συστάσεως ψυχῆς καὶ σώματος εἰς μίαν τὴν τοῦ καλοῦ μορφὴν συντεθέν. Ὅθεν ἐντεῦθεν ἀθάνατον δὴ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φαίνεται, φθορᾶς δὲ ἀπάσης καὶ νόσων ἐκτός. Μάθοι δ' ἂν τις τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς Γραφῆς ἱκανῶς. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων, ὁπόσα χρόνων μετακοσμοῦνται διαστολαῖς ἠδῶντα, καὶ γηράσκοντα, Ἐξαγαγέτω, λέγεται, *τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ*· καὶ, Ἐξαγαγέτω *ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν*

D Cæterum homo, si ejus naturam inspicias, verissime esse dicitur non corporis expers anima, neque corpus anima destitutum; sed id quod in unam pulchri bonique formam ex animæ et corporis conjunctione conflatur. Ex quo quidem colligi posse videtur, immortalem hominem esse factum, nec non et corruptionis omnis, ac morborum expertem. Atque hoc ipsum sacræ Litteræ abunde nos docent. Nam in reliquis, quæ temporum mutata spatiis adolescere ac consenescere solent: *Producant*, inquit, *aquæ reptilia animarum viventium et volucres volantes super terram, juxta firmamentum cœli*[4]. Item: *Pro-*

[1] Cor. τὸ ποι. [2] Thr. III, 34. [3] Psal. CXLV, 7. [4] Gen. I, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ducat terra animam viventem secundum speciem: quadrupedia, reptilia et bestias terræ secundum genus [1]. Ubi ad hominem perventum est, non perinde ut in aliis dixit: *Producat terra:* aut, *Producant aquæ:* aut, *Fiant luminaria* [2]. Sed, *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram et præsit piscibus, et volatilibus cœli, et universis pecudibus* [3]. Et, *Accepit Deus de limo terræ, et formavit hominem* [4].

XVIII. Atque ut hominis a cæteris discrimen magis ac magis intueri possitis, quantumque antecellat omnibus, et ut secundum post angelos dignitatis locum obtinens immortalitate sit præditus, age istud ipsum denuo ex vera et orthodoxa ratione disputemus. **542** Etenim cæteris quidem animantibus ex illius spiritus, qui per aerem diffusus est immissione anima est vitaque concessa. Homini vero idipsum ex immortali atque excellenti substantia tributum: *Inspiravit enim Deus in faciem ejus spiraculum vitæ; et factus est homo in animam viventem* [5]. Illis servire atque imperio subesse, huic dominari atque imperium exercere mandatum est. Illa diversas naturarum effigies formasque sortita sunt; quotquot Dei jussu solida et aspectabilis natura produxit. Huic Dei indita similitudo est ad primam illam, et unigenitam Patris imaginem penitus expressa: *Fecit enim Deus hominem; ad imaginem Dei fecit illum* [6]. Unde et simulacrum suum, ut quam maxime firmam ac stabile esset, curam adhibuit, neve corruptione tentari facile posset, perinde atque effictis a se statuis consulere artifices solent. Qui non modo simulacrorum suorum pulchritudini ac decori student, ut eximia specie ac magnifica sint, sed etiam immortalitatem, quoad possunt, iisdem ipsis tribuere conantur, ut quam longissimum in tempus integra minimeque dissoluta permaneant. Id quod Phidiam inter cæteros fecisse memorant. Hic enim, cum Olympici Jovis simulacrum finxisset ex ebore, oleum ad pedes ante statuam jussit effundi, quo immortale illam quantum posset efficeret.

Cum igitur in iis operibus, quæ manibus elaboraverint, artifices ista moliantur; nonne præstantissimus ille opifex Deus, qui vel ex nihilo procreare potest omnia, suam illam ratione præditam effigiem, videlicet hominem, multo magis sempiternam et immortalem penitus necessarioque fabricavit? An potius ignominiose adeo dissolutam corrumpi et interire permisit? Atque eam quidem effigiem, quam manibus perpolire suis singulari quadam ratione dignatus est, quam ad imaginem suam ac similitudinem, velut mundi alterum mundum expressit: cujus denique causa mundus est factus. Dici istud omnino non potest. Proxime enim ad insaniam accederet, q i id vana opinione inflatus auderet asserere.

A κατὰ γένος τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου οὐκέτι ἐκείνως, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ, οὐκέτι· ἢ, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα· ἢ, Γενηθήτωσαν φωστῆρες. Ἀλλὰ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν· καὶ, Ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον.

ΙΗ'. Καὶ ἵνα δὴ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς τὴν διαφορὰν αἴσθησθε, ὡς ὅλων καὶ παντὶ τῶν ἄλλων διαφέρων, καὶ ἐν δευτέρᾳ τιμῇ τῶν ἀγγέλων ἐγκαταλεχθείς, ὁ ἄνθρωπος εὑρίσκεται ἀθάνατος ὤν, φέρε κατὰ τὸν ἀληθῆ πάλιν καὶ ὀρθόδοξον καὶ τοῦτο διαλάβωμεν λογισμόν. Τοῖς μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς εἰσπνοῆς τοῦ κατὰ τὸν B ἀέρα πνεύματος ἐμψυχῶσθαι [7] ἐδόθη τὸ ζῆν, τῷ δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀθανάτου καὶ διαφερούσης οὐσίας. Ἐνεφύσησε γὰρ ὁ Θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Καὶ τοῖς μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι προσετάγη, τῷ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. Καὶ τοῖς μὲν διάφορα σχήματα φύσεων δίδονται, καὶ μορφαί, ὁπόσας ἡ σπερέμνιος καὶ ὁρατὴ φύσις κελεύοντος τοῦ Θεοῦ ἐγέννησε, τῷ δὲ θεοειδὲς καὶ θεοείκελον, καὶ πάντα τρόπον ἐκείνην ἀπηκριβωμένον τὴν πρωτότυπον τοῦ Πατρὸς καὶ μονογενῆ εἰκόνα· Ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Διὸ καὶ ἐμέλησεν αὐτῷ τῆς τοῦ σφετέρου ἀγάλματος διαμονῆς, ἵνα μὴ εὐάλωτον ᾖ πρὸς διαφθοράν· καθάπερ καὶ τῶν ἀνδριάντων τοῖς δημιουργοῖς. Οὐ γὰρ C μόνον κάλλους τῶν ἀγαλμάτων αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπιπρεπείας αὐτῶν πεφρόντισται, ὅπως ὦσι περικαλεῖς ἢ μεγαλοπρεπεῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς τὸ δυνατὸν σφίσιν αὐτοῖς ἀθανασίας τῶν δημιουργημάτων πρόνοιαν ποιεῖσθαι, εἰς τὸν μακραίωνα χρόνον διασώζεσθαι μὴ λυόμενα, καθάπερ καὶ Φειδίας. Οὗτος γάρ, μετὰ τὸ κατασκευάσαι τὸ Πισαῖον εἴδωλον (ἐξ ἐλέφαντος δὲ τοῦτο ἦν), ἔλαιον ἐκχεῖσθαι προσέταξεν (34) ἀμφὶ τοὺς πόδας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, ἀθάνατον εἰς δύναμιν φυλάσσειν [8] αὐτό.

Καὶ τοίνυν εἰ τῶν χειροτμήτων οὕτως δημιουργὸς ὁ Θεὸς ὁ ἀριστοτέχνας, ὃς πάντα δύναται καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν, οὐ μᾶλλον τὸ ἄγαλμα τὸ λογικὸν ἐκ τοῦ τὸν ἄνθρωπον ἀνώλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι τὴν D παράπαν ἐξ ἁπάσης ἀνάγκης ἐμηχανήσατο, ἀλλ' εἴασεν οὕτως ἀτιμότατα λυόμενον ὀλέθρῳ παραδοῦναι καὶ φθορᾷ, ὃ διαφερόντως ἠξίωσε ταῖς ἑαυτοῦ ποιῆσαι χερσὶ, κατ' εἰκόνα μορφοποιήσας αὐτὸ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν ἑαυτοῦ, τὸν κόσμον τοῦ κόσμου, δι' οὗ κόσμος ἐγένετο; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀπῆει γὰρ εἰς ἀφροσύνην ἐπαρθέντα φρονῆσαι τοῦτο.

[1] Gen. I, 24. [2] ibid. 14. [3] ibid. 26. [4] Gen. II, 7. [5] ibidem. [6] Gen. I, 27. [7] Cor. ἐψυχεῖσθαι. [8] F. φυλάσσων.

(34) *Ἔλαιον ἐκχεῖσθαι προσέταξεν.* Plinius lib. XV, cap. 17, de oleo: *Existimatur et oleum vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.*

Digitized by Google Распознавание текста

consequens est, tam angelos, quam animas perire.
At neque angeli, neque animæ occidunt, sunt enim
immortales; nec a quoquam edomari possunt, quem- D
admodum illorum Conditori placuit. Igitur immor-
talis est homo. Sed nec illud magnopere probo; si
et funditus hoc universum periturum esse dicamus,
et terram, atque aerem, et cœlum quandoque desi-
turum. Siquidem totus hic mundus, ut purgari in-
staurarique possit, exundantibus flammis incendio
conflagrabit, **554** non tamen interibit ac corrum-
petur omnino. Etenim si mundum non esse, quam
esse melius est, cur quod deterius est mundum fa-
bricando Deus eligeret, ac frustra opus illud pro-
duceret? Quamobrem ut essent ac manerent, conditas a se res Deus constituit; id quod Sapientia
confirmat his verbis : *Creavit enim ut essent omnia Deus; et salutares sunt mundi generationes. Nec est in*
illis medicamentum exitii [4].

[1] Cor. ἅπας. [2] Rom. VIII, 35 : Psal. XLIII, 22. [3] I Petr. II, 24. [4] Psal. CIII, 4 ; Hebr. I, 7. [5] Sap. I, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Cui et perspicue Paulus astipulatur, dum ita loquitur : *Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est, non volens; sed propter eum qui subjecit eam in spe, quod et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati quippe creatura subjecta est,* ait [1]. Ab hac porro servitute liberatum iri creaturam exspectat : quo nomine mundum hunc significare volunt. Non enim quæ videri nequeunt, sed hæc quæ aspectabilia sunt, corruptelæ serviunt. Manet igitur creatura meliorem in statum decentioremque renovata, resurrectione propter Dei filios gaudens et exsultans; quorum gratia *ingemiscit et parturit modo* [2] redemptionem nostram a corruptione ipsa corporis exspectans, ut cum nos a mortuis fuerimus excitati ac mortalitatem carnis excusserimus, pro eo ac scriptum est : *Excute pulverem et consurge ; sede, Jerusalem* [3]. Cumque a peccato liberati fuerimus, a corruptione ipsa quoque liberetur; nec jam vanitati, sed justitiæ serviat. *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem, sed et nos primitias spiritus habentes, et ipsi in nobis ipsis gemimus adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri* [4]. Ita et Isaias : *Quemadmodum enim,* inquit, *cœlum novum et terra nova, quæ ego facio, manent coram me, dicit Dominus, sic erit semen vestrum, et nomen vestrum* [5] ; ac rursum : *Sic dicit Dominus qui fecit cœlum, hic qui terram condidit, et fecit illam ; ipse discrevit illam; non in vanum, sed ut habitetur* [6]. **555** Nam revera non frustra, atque inaniter et ad exitium, ex ineptissimorum hominum opinione totum hoc universum condidit Deus, sed ut esset, et habitaretur, atque permaneret. Unde et terram necesse est, et cœlum post illam rerum omnium conflagrationem atque æstum exsistere. Cur autem ita fieri necesse sit, longiorem quam hactenus sermonem ad explicandum requirit. Non enim in otiosam materiem, eamque, quam ante constitutionem habuit, et in quam dissoluta fuerit, neque in absolutum interitum ac corruptionem redacta universitas ista reformabitur. κατάστασιν, οἵαν καὶ πρὸ τῆς διακοσμήσεως, εἰς ἣν ἀπώλειαν παντελῆ καὶ φθοράν.

XXXII. At enim objicient adversarii : Si totum hoc universum nequaquam pereat, quomodo cœlum ac terram transitura esse Dominus dicit [7] ? Propheta vero, cœlum fumi instar esse periturum, terram autem quasi vestimentum inveteraturam [8]? Sed nos hunc Scripturæ morem esse respondebimus, ut mundi instaurationem, atque in melius præstantiusque mutationem interitum appellet, utpote cum prior forma in illa jucundiorem in statum conversione pereat. Nihil enim in sacris Litteris contrarium est et absurdum. *Præterit enim figura hujus mundi* [9]. Non mundum ipsum dixit. Sic igitur Scripturis usitatissimum est, antecedentis in id quod

Καὶ ὁ Παῦλος δὲ σαφῶς μαρτυρεῖ, λέγων· *Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη,* φησίν. Ἐλευθερωθήσεσθαι δὲ τῆς τοιαύτης δουλείας προσδοκᾷ κτίσιν, τὸν κόσμον τοῦτον βουλόμενος νῦν καλεῖν. Οὐ γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα τῇ φθορᾷ δουλεύει, ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ βλεπόμενα. Μένει ἄρα ἡ κτίσις εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακαινοποιηθεῖσα, καὶ εὐπρεπέστερον ἀγαλλομένη, καὶ χαίρουσα ἐπὶ τῇ τέκνοις τοῦ Θεοῦ τῇ ἀναστάσει· δι' οὓς *στενάζει, καὶ συνωδίνει νῦν*, τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς καὶ αὐτὴ τοῦ σώματος ἀπεκδεχομένη, ὅπως ἡμῶν ἐξεγερθέντων καὶ ἀποτιναξαμένων τὴν νεκρότητα τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν καὶ ἀνάστηθι· κάθισον, Ἰερουσαλήμ.* Ἐλευθερωθέντων τε τῆς ἁμαρτίας, ἐλευθερωθήσεται καὶ αὐτὴ τῆς φθορᾶς, μηκέτι τῇ ματαιότητι δουλεύουσα, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ. *Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν.* Καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ, φησὶ, ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν·* καὶ πάλιν· *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν καὶ ποιήσας αὐτὴν, αὐτὸς διώρισεν αὐτὴν οὐκ εἰς κενὸν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι.* Οὕτως γὰρ οὐκ εἰς κενὸν, οὐδὲ εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ οἰκεῖσθαι, καὶ διαμένειν. Διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις, καὶ τὸν οὐρανὸν μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμόν. Διὰ τί δὲ τοῦτο ἀνάγκη, λόγος ἂν ἔτι πλείω τῶν εἰρημένων γίγνοιτο. Οὔτε γὰρ εἰς ὕλην ἀργὴν, καὶ τοιαύτην ἔτι διαλυθῆ, ἀναστοιχειωθήσεται τὸ πᾶν, οὔτ' αὖ εἰς

ΛΒ'. Ἐὰν δὲ, Πῶς οὖν, ἐὰν μὴ ἀπόλλυται τὸ πᾶν, οἱ ἐξ ἐναντίας εἴπωσιν, ὁ μὲν Κύριος τὸν οὐρανὸν παρελεύσεσθαι ἔφη, καὶ τὴν γῆν· ὁ δὲ προφήτης ἀπολεῖσθαι μὲν οὐρανὸν ὡς καπνὸν, τὴν δὲ γῆν ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι; Ἐπειδὴ ἔθος ταῖς Γραφαῖς, λέξομεν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον ἀποκατάστασιν ταύτης τοῦ κόσμου μεταβολὴν ἀπώλειαν λέγειν, οἷον τοῦ πρόσθεν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν εἰς τὸ φαιδρότατον ἁπάντων ἐξαλλαγήν· ὅτι μηδεμία ὑπεναντίωσις ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς θείοις λόγοις. *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου,* καὶ οὐχ ὁ κόσμος, εἴρηται. Οὕτως ἔθος ἀπώλειαν καλεῖν τὰς Γραφὰς τὴν πρὸς τὸ ἄμεινον ἕξιν· ὅτε καὶ εὐμορ-

[1] Rom. VIII, 19-21. [2] ibid. 22. [3] Isa. LII, 2. [4] Rom. VIII, 22, 23. [5] Isa. LXVI, 22. [6] Isa. XLV, 8. [7] Matth. XXIV, 35. [8] Psal. CI, 27. [9] I Cor. VII, 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

φότερον τροπὴν τοῦ πρόσθεν σχήματος. Οἷον ὥσπερ ὁπότε ἄν τις ἀπώλειαν λέγοι τοῦ κατὰ τὸ νήπιον σχήματος τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τὸν τέλειον μεταλλαγὴν, τρεπομένης εἰς μέγεθος καὶ κάλλος τῆς ἡλικίας τοῦ νηπίου. Ὅτε γὰρ ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, τὰ τοῦ νηπίου κατήργησα. Ταραχθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν κτίσιν, ὥσπερ τεθνηξομένην κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἀνακτισθῇ, οὐ μὴν ἀπολεῖσθαι προσδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν· ἢ κατὰ τὸ λεχθὲν, Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκρασίας ἐπιτροπεύσαντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον (39) τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας, οὐκέτι τεθνηξομένους, ἢ γαμήσοντας καὶ γεννησομένους, ἀλλ' ὡς ἀγγέλους ἀμεταστρόφως ἐν ἀφθαρσίᾳ τὰ ἄριστα πράξοντας. Διὸ ληρῶδες τὸ ἐν ποίᾳ διαγωγῇ τότε δὴ τὰ σώματα ἔσονται λέγεσθαι, μήτε ἀέρος, μήτε γῆς, μήτε τῶν ἄλλων ἐσομένων.

A melius ac formosius est, figuræ commutationem interitum dicere. Perinde ac si quis infantilis figuræ perfectum in virum transitum ac mutationem interitum nominet, cum illius ætas ad magnitudinem pulchritudinemque traducitur. *Cum enim essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; postquam autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli* [1]. Et vero perturbandam esse creaturam, velut in illa conflagratione perituram, ut iterum creetur, non tamen exstinguendam esse, putandum est, ut instaurato mundo ipsimet instaurati ac doloris expertes habitemus; quemadmodum in centesimo tertio psalmo proditum est: *Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [2]. Quod nimirum amB bientem aerem temperatissimum deinceps facturus sit Deus. Cum enim post sæculi præsentis exitum adhuc terra perseveratura sit, habitatores in ea quosdam inesse necesse est; qui nec morituri sunt amplius, neque copulandi nuptiis aut procreandæ soboli operam daturi, **556** sed angelorum more sine ulla mutatione in immortalitatis statu optima sint quæque facturi. Proindeque stultum est quanam vitæ ratione usura sint corpora quærere, si nec aer, neque terra, neque quidquam cæterorum sit amplius futurum.

ΛΓ'. Ἄξιον δὲ κἀκεῖνο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπισκοπεῖν, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, εἰ δεῖ παῤῥησίαν ἄγειν περὶ τούτων, ὦ Ἀγλαοφῶν, διαλεγόμενος πραγμάτων. Φράσας γὰρ ἀποφήνασθαι τὸν Κύριον, ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι, ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι, ἐπέφερεν· Οἱ δὲ ἄγγελοι, ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς ἐν μακαριότητος ἀκρότητι, διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσί. Καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα ἐξισάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ σαρκῶν ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοὺς ἔσεσθαι δεῖν. Οὐκ ἐπιστήσας, ὦ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν, οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχὰς, καὶ θρόνους, καὶ ἐξουσίας. Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀρχῶν, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἐξουσιῶν· ὅτι μὴ τάγμα ἓν, καὶ μία σύστασις, καὶ φυλὴ, καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων, ἀλλὰ γένη, καὶ φυλαὶ, καὶ διαφοραί. Καὶ οὔτε τὰ χερουβὶμ τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται, οὔτε εἰς ἑτέρων πάλιν οἱ ἄγγελοι. Εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ καὶ ὅ εἰσι, καὶ ὅ γεγόνασιν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεύειν κατασταθεὶς τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὔποτε μεταβληθήσεται, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἑτέρων μορφήν· ὅτι μηδὲ οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν ἄλλων τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι μεταβάλλονται.

XXXIII. Est illud insuper, o Aglaophon, consideratione dignum, errare illum vehementer ac falli, si quod res est audacter pronuntiare liceat, cum iis de rebus sermonem instituit. Nam cum ita dixisset, Dominum Sadducæis tentantibus respondisse: Qui compotes resurrectionis essent, angelorum instar futuros [3]; post ista subjunxit: Angeli porro carnis expertes in summa felicitate degunt ac gloria. Quare et nos, quos æquari angelis oportet, necesse est ad eumdem modum carne nudari. Nec illud, optime virorum, animadvertit eum, qui ex nihilo mundum fabricavit, ac constituit, non angelis modo et administris suis, sed et principatibus, thronis ac potestatibus eamdem immortalitatis conditionem tribuisse. Aliud enim est principatuum genus; aliud potestatum, eo quod non unus ordo, nec unum veluti corpus ac tribus immortalium et familia sit; sed generum ac velut nationum divortia. Neque cherubim igitur ab natura sua descisD centia in angelorum conditionem transeunt, neque contra aliorum in naturam angeli commutantur. Quippe quod et sunt, et cujusmodi producta sunt, esse illa necesse est. Etenim si et homo, qui ut hunc mundum habitaret, omnibusque qui in eo sunt, præesset, ex prima dispositione constitutus est, cum sit immortalis, nunquam in angelorum, aut alterius cujuslibet formam ex homine convertendus est; certe nec, angeli ab ea, quam initio sortiti sunt, specie ac natura transformari mutarique possunt.

[1] I Cor. XIII, 11. [2] Psal. CIII, 30. [3] Marc. XII, 25.

(39) Ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον. Hic perspicue post judicium homines terram habitaturos asserit, non ut Chiliastæ ad aliquot duntaxat sæcula, sic ut interim suprema illa felicitate, hoc est aspectu Dei carerent; verum ut et perpetuo in terra degerent, et summa nihilominus illis ac perfecta beatitate fruerentur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Et vero Christus adveniens non in alteram demutari vertique naturam hominis oportere prædicavit, sed in id redire duntaxat, quod initio fuerat, antequam excideret, tum cum esset immortalis. Siquidem necesse est unumquodque eorum, quæ producta sunt, in propria naturæ suæ forma ac conditione permanere, ut omnibus omnia compleantur : puta cœlestes angelis orbes, throni potestatibus, administris lumina; diviniores porro sedes, sinceriorague lumina seraphimis, qui summæ illi providentiæ, qua omnia continentur, velut apparitores assistunt. Mundus denique hominibus. **557** Atqui si in angelos mutari homines concesserimus, consequens est ut et angelos in potestates, et has in aliud atque aliud transire dicamus, donec ad superiora sermo progrediens periculosius implicetur.

A Ὁ γὰρ Χριστὸς ἦλθεν οὐκ εἰς ἑτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων, ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀλλὰ εἰς ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν ἀθάνατος ὤν. Χρὴ γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς ἕξεως ἑκάστῳ τύπῳ τῶν γενητῶν ἕκαστον μένειν, ἵνα πάντα τὰ τῶν ὅσι πεπληρωμένα, οὐρανοὶ μὲν ἀγγέλων, θρόνοι δὲ ἐξουσιῶν, φῶτα δὲ λειτουργῶν· καὶ οἱ θειότερα τόποι, καὶ τὰ ἀκραιφνῆ φῶτα τῶν σεραφὶμ, ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ βουλῇ διακρατούσῃ τὸ πᾶν· ὁ δὲ κόσμος ἀνθρώπων. Ἐὰν δὲ μεταβάλλεσθαι δῶμεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀγγέλους, ὥρα μεταβάλλεσθαι λέγειν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς ἐξουσίας, καὶ ταύτας εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔστ' ἂν ὁ λόγος ἀναβὰς εἰς ἀνήνυτον ἐμπέσῃ.

XXXIV. Neque vero quod velut malum hominem fabricaverit Deus, aut in eo fingendo aberrarit, angelum postea facere illum voluit, quasi ipsum vilissimorum opificum instar pœnitentia cepisset. Neque cum angelum principio facere constituisset, neque id esset assecutus, hominem procreavit. Nimium istud imbecillum est. Cur igitur hominem faciebat, non angelum, si angelum hominem facere, non hominem cogitabat? An quia non poterat? Contumeliosum istud et impium est. An in deteriore occupatus quod præstantius est differebat? Est et illud perabsurdum. Neque enim in moliendo bono vel aberrat Deus, vel in aliud tempus rejicit, vel destitutus viribus est, sed et utcunque libuerit, et quando libuerit, agendi potestate præditus est, cum sit ipsa potentia. Quamobrem hominem esse hominem volens initio produxit. Quod si id volens fecit, vult autem quod bonum est, homo vero bonum est, idemque ex anima constat et corpore, sequitur minime extra corpus hominem fore; sed cum corpore, ne alius præter hominem homo producatur. Opus enim est uti Deo immortalia genera omnia serventur. *Creavit enim* (ait Sapientia) *hominem in incorruptione; ad imaginem æternitatis suæ fecit illum* [1]. Corpus itaque non prorsus exstinguitur, cum homo ex corpore animaque coalescat.

B ΛΔ'. Ἀλλ' οὔτε ὡς φαῦλον τεκτηνάμενος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἢ διαμαρτήσας αὐτοῦ περὶ τὴν διάπλασιν, ἄγγελον αὐτὸν ὕστερον ἐπενόησε ποιῆσαι, μεταγνούς, ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν δημιουργῶν· οὔτε ἄγγελον κατ' ἀρχὰς θελήσας ποιῆσαι, καὶ μὴ δυνηθείς, ἄνθρωπον ἔπλασεν. Ἀσθενὲς τοῦτο γάρ. Τί δή ποτε οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐποίει, καὶ οὐκ ἄγγελον, εἴγε ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι ἠθέλησεν; Ὡς οὐ δυνάμενος; Βλάσφημον. Ἀλλὰ ἀνεβάλλετο περὶ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον ποιῶν; Καὶ τοῦτο ἄτοπον. Οὔτε γὰρ διασφάλλεται περὶ τὸ ποιεῖν τὸ καλὸν, οὔτε ἀναβάλλεται, οὔτε ἀδυνατεῖ· ἀλλὰ καὶ ὡς θέλει, καὶ ὅτε θέλει τὸ δύνασθαι ἔχει δύναμις ὤν. Οὐκοῦν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον θέλων ἐξ ἀρχῆς ἔκτισεν.

C Εἰ δὲ θέλων, θέλει δὲ τὸ καλὸν, καλὸν δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος λέγεται συνιθέν· οὐκ ἔσται ἄρα ἐκτὸς σώματος ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ μετὰ σώματος, ἵνα μὴ ἄλλος ἄνθρωπος παρὰ τὸν ἄνθρωπον γεννηθῇ. Δεῖ γὰρ τῷ Θεῷ τὰ ἀθάνατα γένη πάντα σώζεσθαι. *Ἔκτισε γάρ*, φησὶν ἡ Σοφία, *τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα* [2] *τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν*. Οὐκ ἄρα ἀπόλυται τὸ σῶμα· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

XXXV. Ac vide, quæso, quemadmodum Dominus eadem illa tradere Sadducæis resurrectionem carnis inficiantibus voluerit. Est enim hoc Sadducæorum dogma. Unde conflicta illa de muliere, deque septem fratribus parabola, quam adversus resurrectionis corporum dogma proponerent : *Accesserunt ad eum*, inquit, *et Sadducæi, dicentes resurrectionem non esse* [3]. Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima duntaxat salutem consequeretur, illis utique, utpote recte ac præclare sentientibus, suam auctoritatem adjungeret. Atqui alia omnia respondit, et : *In resurrectione*, inquit, *neque ducunt uxores, neque nubunt; sed ut angeli in cœlo sunt.* Non quod carnem amplius non habeant, sed quod nuptias mutuo nullas contrahant; **558** sed deinceps corruptelæ sunt omnis expertes. Et addit nos hac in parte angelorum esse similes ut quemad-

D ΛΕ'. Διὸ ἐπίστησον, ὡς ὁ Κύριος τὰ αὐτὰ τούτοις διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. Δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων. Ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολὴν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι, *Προσῆλθον αὐτῷ*, φησὶ, *καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι*. Ὁ οὖν Χριστὸς, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκὸς, ἀλλὰ μόνον ἐσώζετο ψυχὴ, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι. Νυνὶ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων· *Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν*. Οὐ τῷ σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλὰ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Καὶ φησιν ἀγγέλοις κατὰ τοῦτο παραπλησιασθέντες· ἵνα ὥσπερ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παραδείσῳ, μήτε γάμοις ἢ εἰλαπίναις ἔτι σχολάζ-

[1] Sap. II, 25. [2] Matth. XXII, 23. [3] F. κατ' εἰκόνα.

Digitized by Google Распознавание текста

ζοντες, ἀλλὰ τοῦ[1] βλέπειν τὸν Θεὸν, καὶ γεωργεῖν τὴν ζωὴν, πρυτανεύοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔσονται ἄγγελοι, ἀλλ', ὡς ἄγγελοι, οἷον *δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *ἐστεφανωμένοι, βραχὺ δέ τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους διαλλάσσοντες*, καὶ ἐγγὺς ὄντες τοῦ εἶναι ἄγγελοι. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν· Οὕσης εὐταξίας κατὰ τὸν ἀέρα, καὶ γαλήνης, καὶ νυκτὸς, καὶ πάντων τῶν τῆς σελήνης αἰθερίῳ φωτὶ κεκοσμημένων, ἡ σελήνη φαίνει ὡς ὁ ἥλιος. Καὶ οὐ πάντως ἂν ἥλιον εἶναι τὴν σελήνην ἀπομαρτυρεῖν αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ' ὡς ἥλιον. Ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον χρυσὸς, ἐγγὺς δὲ τοῦ εἶναι χρυσὸς, πεφυκὸς ὡς χρυσὸς λέγεται, καὶ οὐ χρυσός. Εἰ δὲ ἦν χρυσὸς, οὐκ ἐλέγετο ἂν ὡς χρυσὸς, ἀλλὰ χρυσός. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔστι χρυσὸς, ἀλλὰ[2] τοῦ εἶναι χρυσὸς, καὶ φαντάζεσθαι τὸν χρυσὸν, ὡς χρυσὸς λέγεται.

A modum angeli in cœlo, sic nos in paradiso neque nuptiis amplius, neque conviviis indulgeamus, sed in contemplando Deo excolendaque vita simus occupati, præside ac moderatore Christo. Non enim dixit, Erunt angeli : sed, *sicut angeli*; perinde ac *gloria et honore coronati*, uti scriptum est, *paululum vero ab angelis differentes*[3], atque illorum naturæ proximi. Quasi ita diceret : Tranquillo per noctem ac sereno aere, cum cœlesti lunæ luce collustrantur omnia, solis instar luna resplendet. Tum enim non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus, sed ad solem accedere. Sicut quod aurum non est, et auro tamen natura sua propinquius est, non aurum, sed auri simile esse dicitur, quod quidem aurum si esset, non auri simile, sed aurum B diceretur. Nunc quoniam aurum non est, sed auro proximum, ejusdemque mentitur speciem, auri simile nuncupatur.

Οὕτω καὶ ὡς ἀγγέλους ἔσεσθαι λέγοντος τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἀγγέλους αὐτὸν ἐπαγγέλλεσθαι ἀκούομεν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει ἔσεσθαι, ἀλλὰ ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἀγγέλους. Ὥστε ἀλογώτατον λέγειν, ἐπειδὴ ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο τοὺς ἁγίους ὀφθῆναι ὡς ἀγγέλους ἐν τῇ ἀναστάσει, τὰ σώματα διὰ τοῦτο ταῦτα μὴ ἀνίστασθαι· καίτοι τῆς λέξεως αὐτὴν τὴν πρᾶξιν δηλούσης σαφῶς τοῦ συμβαίνοντος. Ἀνάστασις γὰρ οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται καὶ ἀνισταμένου· ὥσπερ ὁπόταν λέγει καὶ ὁ προφήτης· *Καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν*. Ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητὴ (40) σκηνὴ τῆς ψυχῆς *εἰς γῆν χώματος*. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. Θνήσκει δὲ ἡ σὰρξ· ψυχὴ γὰρ ἀθάνατος. Καὶ τοίνυν εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, σῶμα δὲ ὁ νεκρός· οἱ λέγοντες ἀνάστασιν μὲν εἶναι, σαρκὸς δὲ μὴ εἶναι, ἀρνοῦνται ἀνάστασιν· ὅτι μὴ τὸ ἑστὼς, ἀλλὰ τὸ πεπτωκὸς καὶ κλιθὲν διανίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει;*

Eodem modo prorsus quod in resurrectione sanctos angelorum fore similes pronuntiavit, non sic accipiendum est, quasi in angelorum naturam transcribendos esse sanctos in illa resurrectione voluerit; sed nihil aliud, nisi angelorum conditioni propinquos futuros. Quamobrem stultissimum mihi videtur ita colligere : Quoniam Christus sanctos in resurrectione tanquam angelos visum iri prædixerit, hæc idcirco resurrectura non esse corpora. Præsertim cum vocabulum ipsum ejus quod contingit actionem perspicue declaret. Nam resurrectio non de eo, quod C nunquam cecidit, sed de eo, quod cecidit atque iterum assurgit, usurpatur. Velut cum propheta dicit : *Et excitabo tabernaculum David quod cecidit*[4]. Cecidit porro optatum illud animæ tabernaculum *in terram aggeris*[5] collapsum. Non enim quod non moritur, sed quod moritur inclinare dicitur. At moritur caro. Anima quippe immortalis est. Quapropter si immortalis est anima, corpus vero cadaver est; qui ita resurrectionem fore confitentur, ut eam nihil ad carnem pertinere putent, resurrectionem funditus negant. Quandoquidem non illud quod stat, sed quod cecidit, et inclinavit, exsurgere dicitur, pro eo ac scriptum est : *Num qui cecidit non resurget? aut qui aversus est non revertetur*[6]?

ΛΖ'. Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἐδίδαξεν ἀναφανδὸν ὁ Κύριος καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ διὰ Σαλομῶνος εἰπών. Δι' ἑαυτοῦ μὲν ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα Λάζαρον ἱστορίᾳ, τὸν μὲν ἐν κόλποις Ἀβραὰμ τοὺς ἀναπαύεσθαι μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος, τὸν δὲ ἐν ἀχθηδόσιν, οἷς διαλεγόμενον τὸν Ἀβραὰμ εἰσήγαγε· διὰ Σαλομῶνος δὲ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σοφίᾳ, ἔνθα, *Δικαίων αἱ ψυχαὶ ἐν χειρὶ*, γέγραπται, *Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος. Ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα. Οἱ δὲ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης*. Ὅθεν σώματος ἡ ἀνάστασις, καὶ οὐ ψυχῆς· οὐ γὰρ τὸν ἑστῶτά τις ἀνίστη-

559 XXXVI. Quod autem immortalis anima sit, manifeste Dominus cum per sese, tum per Salomonem edocuit. Per sese quidem, in divitis ac D Lazari pauperis historia[7]: quorum hunc in Abrahami sinu post exutum corpus acquiescere voluit : alterum cruciatibus damnavit; e quibus cum Abrahamo colloquentem introduxit. Idem vero per Salomonem in eo libro qui Sapientia inscribitur ostendit, ubi, *Justorum*, inquit, *animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum. Visi sunt in oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium. Illi autem sunt in pace, et spes illorum immortalitate plena est*[8]. Ergo corporis est resurrectio, non animæ; neque enim stan-

[1] F. τῷ. [2] Deest ἐγγύς. [3] Psal. VIII, 6. [4] Amos IX, 11. [5] Dan. XII, 2. [6] Jer. XIII, 4. [7] Luc. XVI, 19 seqq. [8] Sap. III, 1-3.

(40) Ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητή. Cor. παθητή.

Digitized by Google Распознавание текста

tem ullus, sed jacentem erigit. Uti neque sano corpori, sed male affecto remedium adhibetur.

Quod si quis resurrectionem animæ non corpori eventuram pertinacius affirmare velit, magna est hominis stoliditas et amentia. Prius enim animæ corruptionem ac dissolutionem necesse est asseveret, ut illius partis esse resurrectionem inferat; nec prorsus delirare sed utcunque aliquid disserere videatur. Verum demus hoc illi, ut mortalem esse animam definiat. Jam duorum alterum poni necesse est; aut vere pronuntiasse Dominum, cum immortalem esse animam docuit, et sic eamdem corrumpi falsissime prædicari; aut illam certe revera corrumpi, adeoque immortalem illam atque exitio carentem esse, perperam docuisse Christum; tum in illa divitis ac pauperis historia [1]; tum in altera, in qua Moses atque Elias apparuit [2]. Atqui nihil temere locutus est, neque mentitus est Dominus. Non enim, ut apostolis illuderet, inane iis simulacrum ac ludicram speciem ostendit, cum in monte Eliam ac Moysem exhibuit [3]; sed quod reipsa erant sine ullo mendacio patefecit. Unde vel imperitissimus quisque, ut uno verbo dicam, intelligere potest, immortalem ab ipso, et exitii immunem animam esse confirmari.

A σιν, ἀλλὰ τὸν κείμενον ὥσπερ οὐδὲ τὸν ὑγιαίνοντα θεραπεύουσιν, ἀλλὰ τὸν πάσχοντα.

Εἰ δέ τις τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς, καὶ μὴ τῆς σαρκὸς βιάζεται λέγειν ἔσεσθαι, πολλὴ μὲν μωρία τούτῳ καὶ ἀλογία. Λέγει γὰρ [4] φθορὰν πρώτην καὶ λύσιν τὸν τοιοῦτον τῆς ψυχῆς δεικνύναι, ἵνα λοιπὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν, μή τοι ληροῦντά γε, ἀλλά πῃ ὡς λέγοντά τι φαίνεσθαι. Ὅμως γοῦν δοτέον αὐτῷ θνητὴν ὁρίσασθαι τὴν ψυχήν. Δυοῖν γὰρ τὰ θάτερα ταῦτα θετέον, ἢ ἀληθῆ τὸν Κύριον ἀποφήνασθαι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον διδάσκοντα, καὶ ψεῦδος αὐτὴν φθείρεσθαι λέγειν· ἢ φθείρεσθαι, καὶ ψεῦδος αὖθις τὸ ἀνόλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι διδάσκειν τὸν Ἰστὸν καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα φράσει, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν B ὀπτασίᾳ. Ἀλλ' οὐδὲν ὁ Κύριος ἄλλως ἐφθέγξατο, ἢ ἐψεύσατο. Οὐ γὰρ εἴδωλον ἢ φάντασμα, τοὺς ἀποστόλους βουλόμενος ἀπατᾷν, ἐδείκνυεν αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει, τὸν Ἠλίαν καὶ τὸν Μωϋσέα, ἀλλ' ὃ ἦσαν ἀφενδῶς. Ὥστε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ τὸν δυσμαθέστατον μαθεῖν ἀθάνατον αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀνόλεθρον διαβεβαιοῦσθαι τὴν ψυχήν.

XXXVII. Corporis itaque resurrectio est, non animæ, ut in corruptionem lapsum Davidis tabernaculum resurgat; atque ubi constiterit, et instauratum fuerit, sicut dies sæculi, inviolabile deinceps ac sempiternum permaneat. Neque vero Deum arbitrari debemus lapideam vello **560** domum Davidis exstruere, neque in cœlesti regno eximium aliquod domicilium construere. Sed de carne loqui, quod animæ tabernaculum est, quod quidem suis ipse manibus molitus est. Tu vero, sapientissime Aglaophon, hunc ad modum ista considera. Facillime enim illa animo perceperis, si ad dormientium et expergiscentium similitudinem attendis. Nam si somnus vigiliam sequitur, et somnum expergefactio, idque resurrectionis ac mortis est nonnulla meditatio: quippe

ΛΖ'. Οὐκοῦν σαρκὸς ἡ ἀνάστασις γίνεται, οὐ ψυχῆς, ὅπως ἡ πεπτωκυῖα τοῦ Δαβὶδ εἰς τὴν φθορὰν ἀναστῇ σκηνή, καὶ ἀναστᾶσα, καὶ ἀνοικοδομηθεῖσα, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, ἀπήμων λοιπὸν καὶ ἀδιάπτωτος διαμένοι. Ὅτι μὴ τῷ Θεῷ τὴν λιθίνην οἰκίαν δείμασθαι τοῦ Δαβὶδ, μηδὲ ἵν' ἐν τῇ βασιλείᾳ C τῶν οὐρανῶν οἰκίαν σχῇ καλὴν, ἀλλὰ τὴν σάρκα τὴν σκῆνος τῆς ψυχῆς, ἣν αὐτὸς ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐκτήνατο. Σκοπεῖσθαι δέ σε, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, οὑτωσὶ χρή. Πάντως δὲ ῥᾷστα μαθήσῃ τοῦτο, ἐὰν εἰς τὴν τοῦ καθεύδειν εἰκόνα πρόσχῃς καὶ ἀνίστασθαι. Εἰ γὰρ τὸ ὑπνοῦν ἀπὸ τοῦ ἐγρηγορέναι, καὶ τὸ ἀνίστασθαι ἀπὸ τοῦ καθεύδειν γίνεται, καὶ τοῦτο ἀναστάσεως καὶ θανάτου μελέτη·

Et somno et morti geminis,

Ὑπνῳ γὰρ καὶ θανάτῳ δίδυμα ὦρ ἔν [5]

perinde necessarium est, ut et reviviscere morte sit posterius, ut corporis vita succedat, cum et excitari e dormientibus quispiam dicatur. Etenim ut e somno vigilia sequitur, et qui dormit non in eodem omnino habitu persistit, ut assidue dormiat; sed subinde consurgit; ita et ex morte vita consequetur; nec omnino qui mortuus est post mortem eodem in statu perseverat. Cum enim post somnum vigilia succedit, et post lapsum excitatio, et post demolitionem instauratio, nonne et ab eo, quod inclinavit, quodque mortuum est, exspectanda resurrectio est? Non enim hæc nos frustra confitemur, posteaquam emortua corpora sunt, denuo reviviscere. Quod ipsum non in somno solum, et expergefactione, sed in seminibus ac stirpibus intuere, si lubet, quemadmodum resurrectionem hæc omnia prædicare vi-

ἀνάγκη δὴ καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι εἶναι ἐκ τοῦ τεθνάναι, εἰς τὸ ζῆν τὴν σάρκα, εἴπερ καὶ τὸ ἐγείρεσθαι ἐκ τῶν καθευδόντων. Ὡς γὰρ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίνεται, καὶ οὐ πάντως ὁ καθεύδων ἐν τῷ αὐτῷ διαμένει σχήματι ἀεὶ καθεύδων, ἀλλὰ αὖθις ἀνίσταται· οὕτως καὶ τὸ ζῆν ἐκ τοῦ ἀποθανεῖν συμβήσεται, καὶ οὐ πάντως ὁ ἀποθανών, ἐπειδὰν ἀποθάνοι, ἐν τῷ αὐτῷ μένει. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ καμᾶσθαι τὸ ἐγρηγορέναι, καὶ ἐκ τοῦ πεσεῖν τὸ ἐγερθῆναι, καὶ ἐκ τοῦ καταβληθῆναι τὸ ἀνοικοδομηθῆναι· τίς μηχανὴ καὶ ἐκ τοῦ κλιθέντος μὴ οὐχὶ προσδοκᾷν τὸ ἀναστήσεσθαι, καὶ ἐκ θανόντος τὸ ἀναστήσεσθαι; Καὶ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα οὐκ ἐξαπατώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἐκ τῶν τεθνεώτων σωμάτων τὸ ἀναβιώσκεσθαι συμβαίνειν. Καὶ μὴ μόνον τοῦτο, εἰ βούλει, ἀπὸ τοῦ καθεύδειν σκόπει, καὶ ἀνίστασθαι, ἀλλὰ

D

[1] Luc. xvi, 19 sqq. [2] Matth. xvii, 1 sqq. [3] ibid. [4] Cor. Δεῖ γάρ. [5] Cor. διδυμάοσιν. Homeri *Il.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων καὶ φυτῶν, ὡς ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις καταγγέλλεται. Κατάμαθε γὰρ τὰ σπέρματα, πῶς γυμνὰ, φησὶ[1], καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς τὴν γῆν, καὶ τελεσφορούμενα πάλιν ἀποδίδοται. Ἐπεὶ εἰ θνήσκοι μὲν καὶ σήποιτο τὰ σπέρματα, ἐκ δὲ τῶν σπερμάτων μηκέτι τὸ ἀναζῆν καὶ ῥύειν γένοιτο· τίς ἡ ἀποκλήρωσις μὴ οὐχὶ πάντα κατανα λωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι;

ΛΗ'. Ἀλλὰ γὰρ περὶ τούτων πλείω λέγειν τὰ νῦν, ὦ κράτιστε Θεόφιλε, παρήσομεν, καὶ οἱ λοιποὶ κριταὶ τῶν λόγων. Λάβωμεν δὲ καὶ τὰ τούτοις ἑφεξῆς ἀκόλουθα, ὡς ἀφέστηκε τοῦ δέοντος μακράν[2]. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτῷ πάλιν αὐτὰς τὰς ψυχὰς ἐν τῇ κατὰ τὸν ἑξηκοστὸν ψαλμὸν προφητείᾳ καὶ πέμπτον βεβιασμένως αὐτὴν καὶ ἀνοικείως ἐκτιθεμένῳ, ὥς φησι, τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους σώζεσθαι δεῖ προσδοκᾶν. Καὶ ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι οὐκ ἀεὶ (41) μανθάνει σκοτεινῶς· ἐκεῖνος γὰρ τοῦτο διέλαβεν· Ἐγὼ δέ σοι ταφέστερον ὧδε τὸν νοῦν τοῦτον ἐξηγήσομαι. Ἤδη γάρ πάντως ἑώρακας δέρμα ζώου, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐμπιμπλάμενον ὕδατος, ὅπως, ἐὰν πρὸς ὀλίγον κενούμενον, πρὸς ὀλίγον πληροῖτο, ἀεὶ τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ δείκνυσιν. Οἷον γὰρ ἂν ᾖ τὸ περιέχον, ἀνάγκη πρὸς αὐτὸ καὶ τὸ ἐντὸς σχηματίζεσθαι. Φέρε γὰρ ὑπεκρέοντος τοῦ ὕδατος, εἴ τις προσβάλλει τοσοῦτον, ὅσον ἐκχεῖται, μὴ ὢν τὸν ἀσκὸν ἀθρόως κενωθῆναι τοῦ ὕδατος, εἰ μὴ ἀνάγκη τοιοῦτο φαίνεσθαι τὸ προστιθέμενον, οἷον καὶ ὁ πᾶν, διὰ τὸ εἶναι καὶ τὸ περιέχον τὸ αὐτὸ[3] περιεὶς, ῥεῖ καὶ ἀπορρεῖ τὸ ὕδωρ.

Καὶ δὴ καὶ τὸ σῶμα τούτοις ὁ ἐθέλων ἀπεικάζειν οὐκ αἰδεσθήσεται. Ὡσαύτως γὰρ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀντεισαγόμενα ἀντὶ τῶν ὑπεξεωθεισῶν σαρκῶν εἰς τὸ σχῆμα τοῦ περιέχοντος εἴδους μεταβαίνουσι. Καὶ ὁπόσον μὲν ἂν κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀναχυθῇ, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔοικεν· ὁπόσον δὲ κατὰ τὸ πρόσωπον, τῷ προσώπῳ· ὁπόσον δὲ κατὰ τὰ ἕτερα, τούτοις. Ὥστε τὸν αὐτὸν ἕκαστον φαίνεσθαι, οὐκ οὐσῶν τῶν σαρκῶν ἐν ταυτῷ τῶν πρώτων ὑποκειμένων, ἀλλὰ τοῦ εἴδους, καθὸ εἰδοποιοῦνται τὰ προσγινόμενα. Καὶ τοίνυν εἰ μὴ ἐσμεν οἱ αὐτοὶ, κἂν ἐπὶ ὀλίγας ἡμέρας, τῷ σώματι, ἀλλὰ τῷ εἴδει ἐν τῷ σώματι τοῦτο γὰρ μόνον ἔστηκεν ἀπὸ γενέσεως)· πολλῷ οὖν μᾶλλον οὐδὲ τότε οἱ αὐτοὶ μετὰ τὴν αὐτὴν σάρκα σόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος τὸ καὶ νῦν ἀεὶ διασωζόμενον ἐν ἡμῖν καὶ μένον. Ὃ γὰρ ἐκεῖ τὸ δέρμα, οὗτο τὸ εἶδος ἐνθάδε· ὃ δὲ ἐκεῖ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς εἰκόνος, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ προσγινόμενον καὶ ἀπογινόμενον. Ὥσπερ οὖν νῦν τοῦ σώματος οὐκ ὄντος τοῦ αὐτοῦ, ὅμως ὁ χαρακτὴρ ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν μορφὴν ὁ αὐτὸς σώζεται· οὕτως εἰ καὶ ὄντος τοῦ σώματος τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ ἐνδοξότερον τὸ εἶδος αὐξηθὲν, οὐκέτι ἐν θαρτῷ, ἀλλ' ἐν ἀπαθεῖ καὶ πνευματικῷ δειχθήσεται σώματι. Ὥσπερ οἷον τῷ Ἰησοῦ κατὰ τὴν μεταμόρ-

deantur. Aspice semina, quæ nuda ac carne destituta terræ mandantur, dehinc perfecta consummataque redduntur. Nam si morerentur quidem ac putrescerent semina, nec ex his quidquam revivisceret ac pullularet aliud; quæ sors esset alia rerum atque conditio, quam ut omnia morte consumpta penitus occiderent?

XXXVIII. Sed de his pluribus disputare, optime Theophile, vosque cæteri sermonum nostrorum arbitri, in præsentia supersedebimus. Quæ vero iis consentanea ac consequentia sunt, quomodo scilicet procul ab scopo aberrarit, deinceps videamus. Etenim ille de animis disserens ad psalmum LXV, quem violenta quadam interpretatione alienaque declarat, Resurrectionem, inquit, soli hominis formæ convenire putandum est. Ac ne illud fortasse dicas, obscure **561** istum discenda illa proposuisse, hoc ipsum ille disputavit. Ego vero clarius illorum verborum sensum hunc in modum aperiam: Vidisti, opinor, aliquando pellem animalis, aut simile quiddam aqua repletum. Hoc si paulatim exinanitum paulatim impleatur, eamdem perpetuo formam retinet. Cujusmodi enim est id quod continet, necesse est ei quod intus est conformari. Age enim, cum aqua diffluit, si quis tantumdem effundat, quantum elabitur, neque utrem aquæ confertim exhauriri patiatur, necesse est tale videri quod additur, quale est totum, eo quod idem illud ipsum est, quod continet, fluente ac diffluente liquore.

Qui igitur corpus cum his rebus conferre voluerit, citra pudorem ullum hoc faciet. Eodem quippe modo alimentum, quod amissarum carnium loco substituitur, in continentis formæ figuram speciemque mutatur. Ex quo quidquid in oculos diffunditur, oculorum fit simile, ut et vultus quod in vultum dispergitur: ac cæterorum similia redduntur hoc modo, quæ per illa disseipantur. Ex quo fit, ut idem esse cuilibet videatur, cum interim carnes, quæ prima erat corporis materia, non eumdem statum retineant, sed forma duntaxat, a qua ea configurantur, quæ ad corpus accedunt. Jam vero si ad paucissimos dies non iidem, quod ad corpus attinet, maneamus, sed sola quæ corpori insidet forma: id enim unum ab ortu constans ac stabile remanet: multo magis non iidem, quod ad carnem spectat, illo tempore esse poterimus, sed forma tantum, quæ in nobis perpetuo modo conservatur ac persistit. Nam quod in superiori illa similitudine pellis est, idem est hoc loco forma: quod autem illic aqua, idipsum in proposito nostro illud est, cujus accessio fit aut decessio. Quare quemadmodum, etsi non idem modo corpus est, eadem nihilominus formæ species ac figura retine-

[1] F. φύσει. [2] Mutilus locus. [3] Vox illa mendosa.

(41) *Καὶ ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι οὐκ ἀεί.* Desunt nonnulla. Ac forte ita rescribendum ὅτι ἀεὶ διαλαμβάνει σκοτεινῶς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tur, ita licet non idem corpus exsistat, forma ipsa præstantiorem in statum evecta, non jam in corruptibili corpore, sed passionis experte spiritalique figurationem hanc quando in montem cum Petro,

XXXIX. Sed de his hactenus : hæc enim est Origenis dogmatum summa comprehensio. Quod si quis adversariorum Christi corpus objiciat, eo quod **562** *primogenitus mortuorum ac primitiæ dormientium* appelletur [2], itaque colligat : Quemadmodum ille resurrexit, ita et resurrectura cætera videri, ut quomodo Christus resurrexit, sic et Deus mortuos per Jesum adducat [3]; cum ipso porro Jesu corpus sic esse a mortuis excitatum, iisdem uti carnibus, ossibusque constaret, id quod Thomæ persuasum fuerit ; nos ad ea sic respondeamus: Christi corpus non ex voluntate viri [4], ac voluptate somnique congressione in iniquitatibus esse susceptum [5], et in peccatis genitum [6], sed de Spiritu sancto et Altissimi virtute [7], ac Virgine procreatum; tuum autem somno ac voluptate sordibusque constare. Quam ob causam sapiens ille Sirach ita pronuntiat : *Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, et bestias, et vermes* [8]. Ad hæc LXXXVII psalmo : *Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblivionis* [9]? Ejusmodi et alia Scripturæ verba cuilibet colligere licet, ne, si omnia copiose complecti ac commemorare velimus, majorem in modum excrescat oratio.

Sequitur ex Methodio.

XL. Cum Proclus ægre dicendi finem fecisset, diu iis qui aderant tacentibus, et ad infidelitatem abunde prostratis, posteaquam desiisse illum animadverti, sensim caput attollens ac respirans, ut ii qui in mari navigant, ubi sedari tempestas cœpit, tremens adhuc nihilominus ac vertigine correptus (ut enim quod res est ingenue vobis fatear, tanta dicendi copia ac facultate perculsus ac velut obrutus fueram), ad Auxentium conversus, et eum appellans, Auxenti, inquam, non temere poeticum illud usurpatum arbitror :

Dum juncti properant ambo.

Duo quippe adversarii sunt. Quare amborum vires ambobus nobis sustinendæ sunt. Te enim pugnæ adversus illos et certaminis adjutorem et opitula-

A φωτιν ἦν, ὅτε εἰς τὸ ὄρος ἀνέβη μετὰ Πέτρου τ
τοῦ Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἠλίου τῶν ὀφθέντων αὐ
comprehendetur. Cujusmodi Jesus habuit, post tra
Moyse et Elia, qui tum illi apparuerunt, ascendi

Λθ'. Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τοσούτου διεκ
Οὕτως γὰρ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τῶν Ὠριγένους δογμ
τισμῶν ὁ νοῦς. Ἐὰν δέ τις τῶν ἀμφισβητούντων,
προβαλλόμενος τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ πρω
τότοκον τῶν νεκρῶν καὶ ἀπαρχὴν αὐτὸν εἰρῆσθ
τῶν κεκοιμημένων, λέγοι, ὅτι, καθάπερ ἐκεῖν
ἀνέστη, καὶ τὰ πάντα ὡσαύτως ἐκεῖνο δεῖν προσδ
ἀναστήσεσθαι, ἵνα, ὥσπερ Χριστὸς ἐγήγερται, οὕτ
καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει
αὐτῷ· ἐγήγερται δὲ τὸ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὰς σαρκ
B ἃς εἶχε, καὶ τὰ ὀστᾶ, καθάπερ ἐπείσθη καὶ Θωμᾶς
λέξωμεν· Ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα οὐ ἦ
θελήματος ἀνδρὸς, ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης, ἐν ἀν
μίαις συλληφθὲν, καὶ κισσηθὲν ἐν ἁμαρτίαις, ἀλλὰ
Πνεύματος ἁγίου, καὶ δυνάμεως Ὑψίστου, καὶ Παρ
θένου. Τὸ δὲ σὸν ὕπνος ἐστὶ, καὶ ἡδονὴ, καὶ ῥύπ
Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς Σειρὰχ, Ἐν γὰρ χῷ ἀν
θρήσκειν ἄνθρωπον, ἀποφθέγγεται, κληρονομήσ
ἑρπετὰ, καὶ θηρία, καὶ σκώληκας· καὶ ἐν ὀγδο
κοστῷ ψαλμῷ ἐδόμῳ· Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσ
θαυμάσια, ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξομολ
γήσονταί σοι; Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ τὸ ἔλεό
σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ; Κ
γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου, κ
ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ; Κ
C ἕτερα δὲ ῥήματα τοιαῦτα τῷ βουλομένῳ συνάγειν ἐ
τῶν Γραφῶν πάρεστιν ὅσα, ἵνα μὴ πάντων ἡμεῖς τὸ
πλῆθος μνημονεύοντες, πολυπλασίονα τῶν εἰρημέν
αὐξήσωμεν λόγον.

Λοιπὸν Μεθοδίου (42).

Μ'. Ὡς οὖν ἐπαύσατο μόγις καὶ ὁ Πρόκλος, κ
σιγὴ τῶν παρόντων ἦν ἐπὶ πολὺ, καταβληθέντω
ἱκανῶς πρὸς ἀπιστίαν, καὶ ἐγὼ ἠσθόμην, ὅτι τῷ ὄν
πεπαυμένος εἶην [10], ῥῆμα τὴν κεφαλὴν ἐπάρας κ
ἀναπνεύσας, ὥσπερ οἱ πλέοντες τοῦ κύματος ἤ
λωφῶντος, ὑποτρέμων ἔτι καὶ σκοτιζόμενος (βε
βλήμην γὰρ, ὡς πρὸς ὑμᾶς εἰρήσθω, τῇ δεινότη
τῶν λόγων κατηντλημένος)· τρέπομαι πρὸς τὸν Αὐ
ξέντιον, καὶ καλέσας αὐτὸν, Ὦ Αὐξέντιε, νομίζ
ἔφην, μὴ μάτην λελέχθαι τὸ ποιητικὸν,
D

Σύν τε δυοῖν ἐρχομένοιν [11].

Καὶ γὰρ οἱ ἀνταγωνισταὶ δύο. Διὸ σθένος ἀμφ
ἀμφοτέρων ἐπέχομεν. Συναντιλήπτορα γὰρ καὶ σ
αγωνιστὴν αἱροῦμαί σε τῆς πρὸς αὐτοὺς μάχης, μ

[2] Matth. XVII, 1 sqq.; Marc. IX, 1 sqq. [3] Apoc. I, 5; I Cor. XV, 20. [4] I Thes. IV, 13. [5] Joan. I, 13.
[6] Sap. VII, 2. [7] Psal. L, 7. [7] Luc. I, 35. [8] Eccli. X, 13. [9] Psal. LXXXVII, 11-13. [10] F. εἰη. [11] *Il.* K.

(42) *Λοιπὸν Μεθοδίου.* Hactenus Proclus. Deinceps Methodii partes sunt, qui adversus Origenem disserit, cujus patrocinium a Proclo susceptum paulo post indicat. Verum si Procli est ea disputatio, quæ a num. 17 ad hunc usque pertexitur, non video quemadmodum Origenis causam defendat, cum ejus dogma validissime refellat, et resurrectionem corporum affirmet. Sed neque Methodii consequens refutatio ad antecedentem Procli sermonem pertinet; et Aglaophontis orationem convincit, quæ nulla hic exstat. Hic igitur hæreo. Atque aut transposita, aut omissa pleraque istic fuisse verisimile est. Quæ, si Methodii liber exstaret, discerni emendarique possent.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ἡμῖν ὁ Ἀγλαοφῶν μετὰ Πρόκλου καὶ Ὠριγένους τοῖς ἅμα τρεπτικοῖς [1] καθ' ἡμῶν ὡπλισμένος λόγοις ἐκπέσῃ [2] τὴν ἀνάστασιν. Ἄγε οὖν ἀντιπαραταξώμεθα τοῖς σοφίσμασιν αὐτῶν, μηδὲν τῶν ἀντιλογικῶν, οἷς δειλοὶ βάλλονται, φοβηθέντες. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ὑγιὲς οὐδὲ πάγιον, ἀλλὰ φαντασία μόνον εὐπρεπὴς ῥημάτων πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀκουόντων, καὶ πειθὼ κατεσκευασμένη, οὐ τῆς ἀληθείας οὐδὲ τοῦ συμφέροντος χάριν, ἀλλὰ τοῦ δεῖξαι τοῖς παροῦσι τοὺς λόγους σοφούς. Ἐντεῦθεν γοῦν τοῖς πολλοῖς οἱ ἐκ τῶν εἰκότων ἔσθ' ὅτε λόγοι πρὸς κάλλος καὶ ἡδονὴν πεποικιλμένοι μᾶλλον τῶν εἰς ἀκρίβειαν ἐξητασμένων νομίζονται σπουδαιότεροι, τῶν διδασκάλων οὔτε πρὸς τὸ βέλτιστον ἀμιλλωμένων ἔτι καὶ σεμνὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἁρέσαι καὶ εὐημερῆσαι, καθάπερ οἱ σοφισταὶ, οἳ μισθὸν αἱροῦνται τῶν λόγων, ἐπευωνιζόμενοι τῆς σοφίας ἐπαίνους. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν βραχὺ παντελῶς τὸ περὶ τὴν ἐξήγησιν ἦν, φιλοτιμουμένων μὴ τέρπειν, ἀλλὰ ὠφελεῖν τοὺς παρόντας τῶν τότε.

torem eligo, ne Aglaophon cum Proclo et Origene, aptis ad refellendum rationibus instructus, resurrectionem evertat. Igitur sophisticis illorum calumniis resistendum nobis est, neque illorum rationes quibus **563** ignavos impetunt ullo modo metuendæ. Nihil enim in his sanum est atque firmum, sed verborum duntaxat ornatus ad pompam et ad audientium admirationem instructus, ac persuadendi quoddam lenocinium non veritatis, neque utilitatis ullius, sed ostentationis causa comparatum, ut callidos ac solerter excogitatos sermones auditoribus exhibeant. Atque hinc nonnunquam accidit ut quæ ex verisimilibus deductæ sunt orationes, et ad speciem ac voluptatem ornatæ, aliis præstantiores videantur, quæ ad accuratissimam veritatis normam exactæ sunt. Ex quo fit ut et doctores non jam ei, quod optimum sit gravitatisque plenum, studeant, sed id duntaxat, quod placet quodque secundo favore fertur, respiciant, uti sophistæ facere consueverunt, qui orationum suarum mercedem accipientes doctrinæ et eruditionis mununtur. Ac priscis quidem temporibus summa erat incumberent, non ut oblectarent, sed ut prodessent suæ laudibus tanquam vili quodam pretio redimuntur. Ac priscis quidem temporibus summa erat in explicando brevitas, cum in id illi potissimum incumberent, non ut oblectarent, sed ut prodessent auditoribus.

Ἀφ' οὗ δὲ λοιπὸν εἰς ῥᾳστώνην ἐπετράπη πᾶσιν ἑρμηνεύειν ἐξεῖναι τὰς Γραφὰς, καὶ πάντες εἰς τὸ ποιῆσαι μὲν τὸ καλὸν ἠμβλύνθησαν πλησθέντες οἰήματος· περὶ τὸ λογικεύεσθαι δὲ προέκοψαν καλλωπιζόμενοι, ὡς πάντα γινώσκειν ὑπάρχοντες δεινοί, διδάσκεσθαι μὲν ὁμολογεῖν χρῄζειν αἰδεσθέντες, φιλονεικεῖν δὲ μᾶλλον καὶ προπηδᾷν, ὡς οἱ διδάσκαλοι· θρασυνθέντες γοῦν ἐντεῦθεν, τοῦ μὲν εὐλαβοῦς καὶ πράου, καὶ πάντα δύνασθαι ποιεῖν τὸν Θεὸν ὧν ἐπηγγείλατο, τὸ [3] πιστεύειν ὠλίσθησαν· εἰς δὲ ζητήσεις κενὰς καὶ βλασφημίας ἦκασι, μὴ νοήσαντες, ὡς οὐ τὰ ἔργα τῶν λόγων ἐπετηδεύθη χάριν, ἀλλὰ τῶν ἔργων οἱ λόγοι· ὥσπερ ἰατρικῆς, δι' ὧν τοὺς κάμνοντας δεῖ σώζεσθαι, τῶν λόγων ἔργοις κυρουμένων· ἵν' ἡρμοσμένων ἡμῖν πάντα συμφώνως, ὁ νοῦς εἴη τοῖς ἀρίστοις λόγοις τὰ ἤθη τῇ γλώσσῃ συνῳδὰ παρέχων, δίκην λύρας, ἀλλὰ μὴ ἄμουσα καὶ ἀσύμφωνα. Ἐπὶ γὰρ τῷ κτήσασθαι κατὰ ἀλήθειαν ἀγωνίζεσθαι δεῖ τὸ δίκαιον ἀσκεῖν, καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ δοκεῖν, χωλῶς ἐπιξαίνοντα σοφίας, καὶ πρὸς δόξαν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀλήθειαν ἀμιλλώμενον πρόθυρα, καὶ προσχήματα, καὶ πᾶσαν ὑποδυσάμενον τῆς ὑποκρίσεως τὴν σκευήν.

Posteaquam vero explanandarum Scripturarum nullo cuique negotio facultas est concessa, universique fastu ac sui opinione inflati ad id, quod rectum est, obtusi atque hebetes facti sunt, magnos vero in ratiocinandi subtilitate progressus fecerunt, ac fucum in dicendo consectati sunt, perinde ac rerum omnium scientia præditi: cum et doceri se opus habere confiteri erubescerent, et contentiose jurgari ac prosilire præceptorum instar mallent; tum demum accidit, ut temeritate quadam elati ab religiosa mansuetaque animi affectione ac credulitate illa desciscerent, qua Deum posse quidquid promiserit efficere sibi persuaderent, contra vero ad inanes quæstiones ac blasphemias deduci se paterentur, ne illud quidem animadvertentes non opera ipsa sermonum, sed sermones operum gratia comparari, ut in medicina usu venire cernimus, in qua nimirum sermones factis illis comprobantur, quibus ægrotum repræsentari sanatum oportet. Quo videlicet aptissimo quodam concentu temperati, ejusmodi mentem habeamus, quæ præstantissimis sermonibus consentaneos mores præ se ferat, lyræ cujusdam instar, non abhorrentes atque discordes. Quippe ad id, ut revera compotes simus, non ut esse videamur, omni est nobis animi contentione colenda justitia, ut non veluti claudicando sapientiæ studium capessamus, neque ad gloriam magis, quam ad veritatem enitamur, aut sic tanquam eximiam quamdam faciem et inanem speciem obducamus, omnemque simulationis ornatum apparatumque subeamus.

ΜΑ'. Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ λόγων τραγικῶς κεκοσμημένων προσβολαῖς [4], καθάπερ γυναῖκες αἱ ἔξωθεν ὡραΐζόμεναι πρὸς ἀπάτην ἐντέχνως, ἐὰν μή τις πεφυλαγμένως αὐταῖς τῶν ἔτι νεωτέρων προσβλέψῃ τῇ πίστει καὶ νηπτικῶς. Ὅθεν εὐλαβητέον, πρὸ τοῦ καταμαθεῖν ἀσφαλῶς, εἰς τὴν καρδίαν εἰσδέξασθαι τὸν τοιοῦτον λόγον. Καὶ γὰρ φθάνουσιν οἱ ἐξαπατῶντες πολ-

564 XLI. Sunt enim profecto, sunt, qui orationis tragicam ad pompam exornatæ artificio sese venditant, uti mulieres facere solent; quæ, ad illiciendum ac decipiendum, externum corporis cultum ac lenocinium adhibent, nisi summa cum animi cautione, fide ac sobrietate muniti ad illas adolescentes oculos adjiciant. Quocirca diligenter

[1] F. ἀνατρεπτικοῖς. [2] Corrupta vox est. [3] F. τοῦ. [4] F. προβολαῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

cavendum est, ne, antequam totam rem accurate perceperimus, ejusmodi sermones ad animos nostros adhærescere patiamur. Sæpe enim accidit, ut deceptores doctorum operam antevertant, non aliter ac Sirenes crudelitatem suam et in homines odium iis, qui sese fugiunt, suavitate vocis occultant. Quod nisi ita est, inquam, Auxenti, quæ tua est de ea re sententia? Eadem quæ tua, respondit. Proinde contrariæ opinionis sophistas omnes simulacrorum veritatis imitatores esse dicimus, ac veritatis ipsius ignaros, cujusmodi sunt pictores. Nam et isti navium architectos, et naves ipsas ac gubernatores exprimere imitando student, cum fabricandarum navium gubernandique sint imperiti. Visne igitur, ut abrasis coloribus pueris picturarum illarum admiratione defixis persuadeamus, neque navem esse quæ navis videtur, neque gubernatorem qui gubernator appareat, sed parietem esse picturis ac coloribus extrinsecus ad voluptatem ornatum? Quod autem, optime vir, inquam, simulacri duntaxat navis ac gubernatoris, non navis ipsius imitatores sint, qui ejusmodi opera colorum varietate finxerunt, longum est quidem iis qui audire cupiunt exordium, sed tamen utile. Etenim si divinarum Scripturarum verba, quibus opinionem suam ad illudendum, tanquam vario colorum genere, distinguunt, ac justitiam veritatemque arroganter nominant, justitiæ penitus ignari; sed si quis illa detrahat, quam tu ridiculos fore illos existimas istiusmodi vocabulis exutos? Mirum in modum, inquit. Tum ego: Num tu vis illius dux esse mavis, Auxenti, an me potius ducem adhibere? Æquum est ducem te esse, respondit: Tu enim ei sermoni præisti.

XLII. Hoc igitur dictum est (age enim Aglaophontis sententiam ab initio repetitam singillatim expendamus), animam corpus, quod circumfusum nobis est, in delicti pœnam assumpsisse, cum superioribus temporibus ab eo separata summa in felicitate degeret. Etenim scorteas illas tunicas corpora esse dicebat, quibus **565** inclusæ sunt animæ, ut mortuum illud corpus circumferentes corum quæ commiserant, pœnas dependerent. Nonne hæc a te initio proposita sunt, o medice? Tu vero, si minus recordari videor, memoriæ meæ subjicito. Nihil ea re nunc quidem opus est, ait ille. Nam hæc ipsa sunt, quæ primo loco diximus. Quid deinde? Nonne hoc postea sæpius a te commemoratum est, magno nobis impedimento esse corpus, ad eorum quæ revera sunt, perceptionem ac scientiam; quod partim in eo curando ac fovendo simus occupati, partim ventris nos illecebræ ac cupiditates infestent? Ad hæc maledicentiæ omnis in Deum, ac peccatorum omnium causam ad corpus referri, propterea quod per sese sine corpore peccare prorsus anima non potest? Unde et post obitum, quo peccato atque in Deum contumacia vacare in cœlo posset, ubi cum angelis ei domicilium constitutum est, liberam illam ac corpore nudatam esse debere, quandoquidem inquinandi

per sese peccato affici queat, nullo pacto ante corpus peccare potuisset. Sin peccavit, falsum est nullo eam peccato per sese potuisse corripi : quin imo facile ab eo invadi expugnarique potuit. Unde et licet denuo corpus illud non accipiat, peccabit nihilominus, quemadmodum antequam cum illo conjungeretur, jamdudum fecerat. Quorsum vero corpus omnino post admissum delictum capiebat, aut quid illo opus habebat? Si ut supplicio ac dolore afficeretur, cur cum corpore luxum potius deliciasque sectatur? Arbitrii vero sui libertatem quomodo retinere in hoc mundo videtur? Credere enim aut non credere in nostra est voluntate positum. Ubi autem utrumque juris ac voluntatis est nostræ, consequens est ut et recte agere, vel peccare, boni aliquid facere, vel mali, sit integrum. Quonam pacto præterea futurum illud judicium exspectari amplius potest : quo in judicio unicuique Deus pro operum ratione ac studiorum rependet; et non potius jam adesse censebitur, si gigni ac subire in corpus animam idem **576** est ac judicari, et meritorum præmia percipere; emori contra, atque a corpore sejungi, nihil est aliud, quam liberari ac refocillari, propterea quod, peccato ante corpus admisso, in idem illud anima, velut ad supplicium damnata, compellitur, quæ vestra est sententia? Jam illud satis superque, velut ex abundanti, oratione nostra demonstratum est, fieri non posse, ut corpus animæ veluti carnificina ac vinculum habeatur.

Ν'. Ἤρκει μὲν οὖν, ἀπὸ τῆς Γραφῆς αὐτῆς ἀποδείξαντα πρὸ τῆς παραβάσεως τὸν πρωτόπλαστον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὄντα, καταπαύειν τὸν περὶ τούτων ἐνταῦθα λόγον. Κἀγὼ νῦν μὲν ἐπὶ κεφαλαίων αὐτὰ διεξέρχομαι, ὅσον τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπιχειρημάτων αὐτῶν εὐθῦναι διαμιλλώμενος, ἵνα μὴ τὴν συμμετρίαν ἐκβαίνω τῶν λόγων. Πάρεστι γὰρ ἤδη σκοπεῖν ὑμᾶς, ὦ δικασταί, ὅτι τὸ, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ*, λεγόμενον ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους, οὐ δύναται πίπτειν εἰς τὴν πρὸ σώματος κατ' αὐτοὺς διαγωγὴν τῆς ψυχῆς, καθάπερ τὰ ἐπιφερόμενα τούτοις μηνύει· κἂν ὁ γενναῖος οὗτος ἰατρὸς τῶν ῥητῶν, τὰ ἐξῆς ἀφελόμενος, πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ τὸν νοῦν ἐβιάσατο μεταπλάσαι τοῦ Ἀποστόλου, ἀνίατόν[1] τι παθὼν λίαν καὶ παιδικόν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ πρὸς τὰς οἰκείας συμφύσεις καὶ ἁρμογὰς τὰ μέλη τηρεῖν τῶν σωμάτων, ἵνα τὸ πᾶν ἄρτιον κατὰ φύσιν ᾖ σχῆμα τοῦ σώματος, ἠκρωτηρίασε παρελθὼν τὸν εἰρμὸν τῆς Γραφῆς· καθάπερ Σκύθης ἐχθροῦ τινος ἀφειδῶς πρὸς ἀναίρεσιν κατατέμνων τὰ μέλη εἶεν. Πῶς οὖν ὁ Ἀπόστολος, λέξουσι, ταῦτα ἀπεφήνατο, εἰ σὺ μὴ οὕτως αὐτὰ ἀπέδειξας ἔχειν; Ὅτι νόμον, εἴποιμ' ἄν, θέμενος εἶναι τὴν ἐντολήν. Δεδόσθω γὰρ πρῶτον κατὰ τὴν ὑμετέραν ὑπόθεσιν τὴν ἐντολὴν αὐτὸν νόμον εἰρηκέναι· οὐ παρὰ τοῦτο καὶ ἀσωμάτως πρὸ τῆς ἐντολῆς τοὺς πρωτοπλάστους ὑπέθετο βεβιωκέναι, ἀλλὰ χωρὶς ἁμαρτίας. Καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ ἀπὸ τῆς κτίσεως αὐτῶν ἄχρι τῆς ἐντολῆς χρόνος, ἐν ᾧ

L. Atque illud quidem sufficere videtur, quod ex sacris Litteris ostendimus : primum nostrum parentem, etiam ante delictum, ex corpore animaque fuisse conflatum, atque ita disputandi finem facere. Ego vero summa nunc illorum capita perstringam, duntaxat ut argumentorum, quibus utuntur, præsidia ac firmamenta convellam, ne modum orationis excedam. Hoc jam enim intueri potestis, judices, hæc Apostoli verba : *Ego vivebam sine lege aliquando*, ex Epistola ad Romanos, nequaquam ad eam vitæ rationem posse convenire, quam ante corpus anima consecuta fuerit, ut ex consequentibus apparet. Tametsi egregius ille medicus sacrorum verborum, detractis reliquis, Apostoli mentem ad opinionem suam violenter transferre contendat. In quo parum medice, imo vero pueriliter sese gessit. Cum enim sic tanquam corporum membra ad propriam commissuram ac juncturam accommodare debuerit, ut integra ac nativa corporis figura servetur, e contrario Scripturæ neglecta serie, mutilum corpus effecit, perinde ac Scytha hostile corpus crudeliter conficiens membratimque concidens. Sed hæc missa faciamus. At enim dicent : Cur hæc ab Apostolo pronuntiata sunt, si tu ad eum modum habere se ista negaveris? Respondeo pro præcepto legem illum usurpasse. Detur enim hoc opinioni primum vestræ, præceptum ab Apostolo legem appellari. Non idcirco tamen corporis expertes ante præce-

[1] F. ἀνίατρον.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ptum primos parentes fuisse statuit, sed immunes a peccato. Breve enim illud tempus fuit, quod inter illorum creationem atque editi præcepti tempus intercessit : in quo sine peccato vixit, non extra. . . . corpus morte affici confirmat.

διέζησε χωρὶς ἁμαρτίας, οὐκ ἐκτὸς. . . . . .
. . . . . .
καὶ οὐχὶ τὸ σῶμα θανατοῦσθαι ἐβεβαιώσατο.
. . . . . **577** neque

LI. Quod si id rursus objiciant, Cur igitur sapientia carnis esse Deo inimica dicitur? *Legi enim Dei non subjicitur : neque enim potest*[1], sic occurrendum erit, vehementer illos hoc loco decipi. Non enim carnem ipsam, sed carnis sapientiam legi Dei subjici non posse declarat, quæ quidem a carne discrepat. Quemadmodum si dicat : Argenti sordes, quod non satis repurgatum sit, ut ex eo vas idoneum fieri possit, artifici non subjiciuntur; neque enim possunt. Etenim excerni prius illas atque eliquari convenit. Nec argentum idcirco negat in vas aliquod utile conformari posse; sed id solum quod in argento subæratum ac propter duritiem contumax est. Sic Apostolus de carnis sapientia loquens, non carnem ipsam asserit Dei legi non posse subjici : sed eam quæ est in carne sapientiam, quo vocabulo illius in voluptates ac libidines propensionem significat. Atque hoc alibi nonnunquam vetus fermentum malitiæ ac nequitiæ[2] vocat, cum illud funditus a nobis profligari jubet. Nonnunquam legem appellat repugnantem legi mentis, et captivum abducentem[3]. Alioqui si carnem ipsam diceret divinæ legi subjici non posse, primum quoties vel intemperanter aliquid faceremus, vel furtum committeremus, vel cætera id genus corporis adminiculo perpetraremus, nulla ob id apud justum judicem reprehensione digni videremur, quandoquidem divinæ legi subdi caro omnino non potest. Cur enim reprehendatur corpus, quod ex naturæ suæ necessitate vivat?

ΝΑ'. Ἐὰν δὲ πάλιν ἀνθυποφέρωσι λέγοντες· Πῶς ἔ οὖν τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς εἶναι εἴρηται ἔχθρα εἰς Θεόν; *Τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται*· λεκτέον, ὡς ἄρα καὶ ἐνθάδε ἁπίπτουσιν. Οὐ γὰρ τὴν σάρκα αὐτὴν, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ὑποτάσσεσθαι μὴ δύνασθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ὑπέθετο, ἕτερον παρὰ τὴν σάρκα ὑπάρχον. Καθάπερ εἰ ἔλεγεν· Ὁ ῥύπος τοῦ μὴ καλῶς ἀργύρου καθαρισθέντος εἰς τὸ γενέσθαι σκεῦος ἐπιτήδειον, οὐχ ὑποτάσσεται τῷ δημιουργῷ· οὐδὲ γὰρ δύναται. Ἐκβληθῆναι γὰρ αὐτὸν πρότερον καὶ ἐκταχῆναι δεῖ. Καὶ οὐ παρὰ τοῦτο τὸν ἄργυρον ἀπεφήνατο μὴ δύνασθαι εἰς σκεῦος πονηθῆναι χρήσιμον, ἀλλὰ τὸ χαλκοῦδες τὸ ἐν τῷ ἀργύρῳ καὶ τὴν ἄλλην σκληρότητα. Οὕτω καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς εἰπὼν, οὐ τὴν σάρκα ἔφη μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τὸ ἐν τῇ σαρκὶ, οἷον τὸ πρὸς τὰς ἀκρασίας αὐτῆς λέγων ὅρμημα. Ὅπερ ἀλλαχοῦ ὁτὲ μὲν παλαιὰν ζύμην κακίας καὶ πονηρίας ἐκάλεσεν, ἐκσπέρχων αὐτοτελῶς ἀφ' ἡμῶν ἀϊστωθῆναι, ὁτὲ δὲ νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, καὶ αἰχμαλωτίζοντα. Ἐπεὶ, εἰ αὐτὴν τὴν σάρκα ἔλεγε μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, πρῶτον οὔτε μέμψιν ἂν ἀσελγαίνοντες ἢ λῃστεύοντες, ἢ τὰ ἄλλα ὅσα ἄττα διὰ σώματος πράττοντες ἢ ποιοῦντες ἔχειν ἐδυνάμεθα παρὰ δικαίῳ κριτῇ, ἀδυνάτως ἐχούσης τῆς σαρκὸς ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ. Πῶς γὰρ ἂν μεμπτέον ἐδύνατο τὸ σῶμα κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ φύσιν βιοῦν εἶναι;

Sed neque ad castimoniam aut virtutem traduci corpus poterit, quod bono subjici ex naturæ suæ conditione nequeat. Nam cum istiusmodi sit natura carnis, ut divinæ legi subjici nequeat, divina porro lex justitia sit ac temperantia; neque virginitatem servare, neque continentem esse posse penitus oporteret. Sin virginitatem ac continentiam colunt, consequens est, ut et corpus subjiciant. Fieri enim aliter non potest, ut a peccato sese contineant. Falsum est itaque divinæ legi corpus non posse subjici. Quod si verum esset, quanam ratione Joannes corpus suum ad castitatem sibi, aut ad sanctimoniam Petrus, **578** aut ad justitiam denique cæteri subdidissent? Cur etiam Paulus ita monuisset : *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore, ut obediatis cupiditatibus illius; nec exhibete membra vestra arma injustitiæ peccato; sed exhibete Deo, tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo*[4]? Item illud : *Quemadmodum exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem : sic nunc exhibete membra vestra servire justitiæ ad sanctificationem*[5].

Ἀλλὰ οὐδὲ ἄλλως εἰς ἁγνείαν ἢ ἀρετὴν ὑπαχθῆναι τὸ σῶμα ἐδύνατο, πεφυκὸς μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀγαθῷ. Εἰ γὰρ ἡ φύσις τοιαύτη τῆς σαρκὸς, μὴ δύνασθαι ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, νόμος δὲ Θεοῦ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη· ἐχρῆν μηδὲ παρθενεύειν, μήτε ἐγκρατεύεσθαι δύνασθαι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντός. Εἰ δὲ παρθενεύουσι καὶ ἐγκρατεύονται, δηλονότι τὸ σῶμα ὑποτάσσουσιν. Ἄλλως γὰρ ἐγκρατεύεσθαι ἁμαρτίας ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα οὐ δύναται τὸ σῶμα ὑποτάσσεσθαι τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ. Ἐπεὶ πῶς ἂν ὁ Ἰωάννης ὑπέταξεν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα εἰς ἁγνείαν; ἢ πῶς Πέτρος εἰς ὁσιότητα; ἢ οἱ κατεξῆς εἰς δικαιοσύνην; Πῶς δὲ καὶ Παῦλος· *Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι*, λέγει, *ἐν τῷ ἐπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε τῷ Θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ*; καὶ πάλιν· *Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτως νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.*

[1] Rom. VIII, 7. [2] I Cor. V, 17. [3] Rom. VII, 23. [4] Rom. VI, 12, 13. [5] ibid. 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ΝΒ'. Οὐκοῦν ἐγίνωσκε δύνασθαι διευθύνεσθαι τὸ σκήνωμα τοῦτο, καὶ νεύειν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἵνα νεκρωθῶσιν ἐν αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. Ἐπεὶ πῶς ἑτέρως δουλωθῆναι τῇ δικαιοσύνῃ δύναται ὁ ἄνθρωπος (καὶ ἐφ' ἡμῶν), ἐὰν μὴ πρότερον ὑποτάξας αὐτοῦ τὰ μέλη τῆς σαρκὸς, εἰς τὸ μὴ ὑπακούειν αὐτὰ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ, πολιτεύσηται κατ' ἀξίαν τοῦ Χριστοῦ; Ἐπειδὴ τὸ ἁμαρτῆσαι, καὶ τὸ μὴ ἁμαρτῆσαι διὰ τοῦ σώματος γίνεται, τῆς ψυχῆς ἢ πρὸς ἀρετὴν ἢ πρὸς κακίαν ὀργάνῳ χρωμένης αὐτῷ. Εἰ γὰρ *Οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὔτε ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι δύνανται·* πληροῦνται δὲ ταῦτα καὶ κρατύνονται διὰ τοῦ σώματος· δικαιοῦται δὲ οὐδεὶς, ἐὰν μὴ πρῶτον κρατήσῃ· κρατεῖ δὲ τούτων ὁ ἐκνεύων πρὸς σωφροσύνην καὶ πίστιν· ὑποτάσσεται ἄρα τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ. Νόμος γὰρ Θεοῦ σωφροσύνη. Ὥστε ὁ Ἀπόστολος οὐ τὴν σάρκα μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀγαθῷ ἔφη, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, οἷον τὴν ὁρμὴν αὐτῆς, αὐτὴν τὴν πρὸς τὸ ἄδικον ἔκκαυσιν. Ἐκκαθαίρεσθαι γοῦν ἔφη, ἄχρι καὶ τὴν γαστριμαργικὴν ἀκρασίαν διαμιλλώμενος· διδάσκων δὲ τὰς τοιαύτας ὀρέξεις καὶ ἡδονὰς ἐξαπόλλυσθαι, καὶ καταισχύνων τοὺς τὸ τρυφᾷν τοῦτο καὶ πολιτεύεσθαι εἶναι νομίζοντας· οἳ Θεὸν ἡγοῦνται τὴν κοιλίαν. *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν·* καθάπερ ἀδηφάγα σώματα κάτω περὶ τὴν βορὰν μόνον καὶ τραπέζας ἀσχολούμενα.

Εἰπών τε· *Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει·* ἐπήγαγε· *Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ μέλη ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; Ἆρα οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο! Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι; Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι. Φεύγετε τὴν πορνείαν. Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ἁμαρτήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν. Ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. Δοξάσατε οὖν τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.*

ΝΓ'. Πρόσχες, ὅτι, ἐπειδὴ τὸ σῶμα τοῦτο δύναται τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἀθανασίαν ὑποδέξασθαι, ἐὰν καθαίροιτο τῆς ἀκρασίας τῶν ὑπεκκαυμάτων, μὴ χραινόμενον ἀθέσμοις ὅλως οἴστρων παρατριβαῖς, διὸ ὁ Ἀπόστολος ταῦτα διεφθέγξατο· ποῖον γὰρ τὸ κολλώμενον ἕτερον τῇ πόρνῃ καὶ πλησιάζον, καὶ σάρξ

LII. Hoc igitur intelligebat, tabernaculum istud posse corrigi, et ad bonum converti, ut in eo peccata penitus exstinguerentur. Quæ enim alia ratio est, qua in quamdam justitiæ servitutem redigi homo possit, nisi prius carnis suæ membra subjiciens, ut non peccato amplius obsequantur, sed justitiæ, vitam suam perinde ac Christo dignum est, instituat? Quoniam quidem peccare, vel non peccare per corpus suppetit, quo ad virtutem aut nequitiam administro animus utitur. Et quidem cum *Neque fornicatores, nec idololatræ, nec adulteri, neque masculorum concubitores, neque molles, neque fures, nec avari, nec ebriosi, neque conviciatores, neque raptores regnum Dei possidere possint*[1]; ea porro omnia corporis adminiculo perficiantur ac corroborentur: justificari porro nemo possit, nisi prius ista superarit: quæ quidem is superat, qui se ad temperantiam fidemque convertit; efficitur legi Dei corpus posse subjici. Dei quippe lex temperantia est. Quamobrem Apostolus non carnem ipsam asserit legi Dei subjici non posse, sed carnis sapientiam[2], hoc est, ejus impetum, et ardentem ad injustitiam inflammatamque cupiditatem. Repurgari proinde jussit, ut vel ipsam ventris ingluviem conaretur exstinguere, cum ejusmodi cupiditates ac voluptates interire monstraret, iisque, qui his uti deliciis vivere esse crederent, pudorem inculeret: qui Deum esse ventrem[3] existimant. *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur*[4]. Quemadmodum voracissima quædam corpora, quæ ad pabulum abjecta tota in mensis ac conviviis occupantur.

Tum postquam his verbis usus est: *Esca ventri, et venter escis. Deus autem hunc et illas destruet;* adjecit: *Corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori.* **579** *Deus autem et Dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem ipsius. An nescitis quoniam membra vestra membra Christi sunt? An igitur membra Christi faciam membra meretricis? Absit! Nescitis quoniam qui adhæret meretrici unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carnem unam. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque peccaverit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat. An nescitis, quod corpora vestra templum sunt ejus qui in vobis est Spiritus, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio. Glorificate igitur Deum in corporibus vestris*[5].

LIII. In quo velim illud animadvertas, pro eo quod corpus istud legi Dei immortalitatique capiendæ idoneum est, si ab omnibus libidinum incitamentis ita purgetur, nullis ut nefariarum illecebrarum stimulis commaculetur, idcirco hæc ab Apostolo esse dicta. Quid enim aliud est, quod ad

[1] I Cor. VI, 10. [2] Rom. VIII, 7. [3] Philipp. III, 19. [4] I Cor. XV, 32. [5] I Cor. VI, 13-20.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

meretricem adhærescat, et ad eam accedat, unaque cum illa caro conjunctione membrorum ac communione quadam efficiatur, præterquam corpus illud externum, cujus ministerio omnia illa commistionis corporum et ardentis libidinis flagitia perpetrantur? Unde et *omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat.* Etenim arrogantia, infidelitas, ira atque simulatio animæ peccata sunt. Stuprum vero et inflammatio illa libidinis corporum propria sunt. Quibuscum utique nec evolare anima poterit, neque temperantiæ decretis subjici; sed ambo Christi regno excidere necesse est. Præterea si corpora nostra in sanctimonia conservata templum sunt habitantis in nobis Spiritus; atque et in corpore Dominus residet, et membra corporis Christi membra sunt, omnino divinæ legi corpus subditur, ac regnum Dei possidere potest. *Qui enim excitavit Christum a mortuis, vivificabit,* inquit, *et mortalia corpora vestra per inhabitantem ejus Spiritum in vobis* [1]; *ut mortale hoc induat immortalitatem, et incorruptibile incorruptionem, morsque in victoriam absorbeatur* [2]. Non enim de alio corpore hoc loco disputabat Apostolus, præterquam de hoc ipso, quod exstinguitur ac morte conficitur, per quod scortari licet ac flagitia committere.

580 LIV. Quod si interesse nonnihil corpus inter ac carnem suspicentur (ut vel subtilius hoc illos modo ratiocinari sinamus); adeo ut aliud esse corpus censeant, velut ipsius animæ proprium, quod usurpari oculis nequeat; carnem autem externum illud esse, quod oculis cernitur: sic eos refellere oportebit, non modo Paulum ac prophetas corporis appellationem huic carni tribuere, sed alios quoque philosophos, a quibus accurata in primis haberi ratio nominum solet. Etenim carnis appellatione, si hæc ad exactam scientiæ normam exigere velint, non universa proprie hujus, ut ita dicam, tabernaculi moles intelligitur, sed quædam totius pars, quemadmodum ossa, nervi atque venæ; corpus autem totum dicitur. Unde et medici, qui de natura corporum accurate disputant, hoc ipsum quod aspectabile est, corpus esse sentiunt. Quin ipse Plato istud ipsum corpus esse non ignorat. Sane in *Phædone* Socrates, « Annon idem, » ait, « esse mortem existimabimus, quod animæ a corpore discessum: atque hoc demum esse mori, corpus ab anima disjunctum per sese ipsum exsistere, itidemque animam a corpore separatam? » Quid beatus ille Moyses (ut ad divinas quoque Litteras veniamus)? nonne corpus idem intelligit esse, quod nos dicimus, cum ita loquitur: *Et lavabit vestimenta* in purgationibus, *qui tetigerit immundum; et lavabit corpus suum aqua; et immundus erit ad vesperam* [3]? Quid de Jobo dicemus? nonne et is idipsum quod exstinguitur morte corpus esse significat? *Versatur,* inquit, *corpus meum in putredine vermium* [4].

μετ' αὐτῆς κατὰ τὴν ζεῦξιν τῶν μελῶν, καὶ τὴν κοινωνίαν μίαν γιγνόμενον παρὰ τοῦτο τὸ σῶμα τὸ ἔξω, δι' οὗ πάντα ταῦτα πληροῦται τὰ πρὸς μίξιν καὶ ἐκχυσιν ἁμαρτήματα; Ὅθεν καὶ *πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν. Ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.* Τύφος μὲν γὰρ καὶ ἀπιστία, καὶ θυμὸς, καὶ ὑπόκρισις, ψυχῆς ἁμαρτήματα. Πορνεία δὲ, καὶ οἶστρος, καὶ τρυφὴ, σώματος· μεθ' ὧν οὔτε ψυχὴ πρὸς ἀλήθειαν ἀναπτήσεται, οὔτε σωφροσύνης ὑποταχθήσεται δόγμασιν· ἀλλὰ ἄμφω διολισθήσουσι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοίνυν, εἰ τὰ σώματα ἡμῶν ἐν ἁγιασμῷ διακρατούμενα ναός ἐστι τοῦ ἐν ἡμῖν οἰκοῦντος Πνεύματος, καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ σώματι, καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος μέλη Χριστοῦ, ὑποτάσσεται ἄρα τὸ σῶμα τῷ νόμῳ τῷ θείῳ, καὶ κληρονομῆσαι δύναται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. *Ὁ γὰρ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει,* φησὶ, *καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν· ἵνα τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν τὴν ἀφθαρσίαν, εἰς νῖκός τε καταποθῇ ὁ θάνατος.* Οὐ γὰρ περὶ ἄλλου διελάμβανεν ἐνταῦθα σώματος ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ περὶ τούτου καὶ τοῦ ἀποθνήσκοντος καὶ νεκρουμένου, δι' οὗ καὶ πορνεῦσαι καὶ ἀσελγῆσαι δυνατόν.

ΝΔ'. Ἐὰν δὲ διαφορὰν εἶναι σώματος πρὸς σάρκα ὑποτοπάζωσιν (ἵνα δὴ καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐπιτρέψωμεν λογικεύεσθαι), καὶ σῶμα μὲν ἄλλο νομίζοιεν, οἷον αὐτῆς τῆς ψυχῆς, ὃ μὴ βλέπεται, σάρκα δὲ τοῦτο τὸ ἔξω τὸ βλεπόμενον· λεκτέον, ὡς οὐ μόνον ὁ Παῦλος καὶ οἱ προφῆται σῶμα γινώσκουσι τὴν σάρκα ὀνομάζεσθαι ταύτην, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι φιλόσοφοι, παρ' οἷς δὴ μάλιστα καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων ἀκρίβεια παρατετήρηται. Σὰρξ γὰρ ὅλως, εἰ βούλοιντο καὶ περὶ τούτων ἐπιστημόνως ἐπισκέψασθαι, πᾶς ὁ ὄγκος οὗτος τοῦ σκηνώματος ἡμῶν κυρίως οὐ λέγεται, ἀλλά τι μέρος τοῦ ὅλου, καθάπερ ἡ ὀστᾶ, ἡ νεῦρα, ἡ φλέβες· σῶμα δὲ τὸ ὅλον. Ὅθεν καὶ ἰατροὶ, οἱ δὴ καὶ περὶ φύσεως σωμάτων ἀκριβῶς διειλήφασι, σῶμα γινώσκουσι τοῦτο τὸ βλεπόμενον. Ἀλλὰ καὶ ὁ Πλάτων καὶ αὐτὸ τοῦτο σῶμα καὶ αὐτὸς ἐπίσταται. Ἐν γοῦν τῷ *Φαίδωνι* ὁ Σωκράτης, « Ἆρα μὴ ἄλλο τι τὸν θάνατον ἡγούμεθα εἶναι, » ἔφη, « ἢ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος; » Ὁ γάρ τοι Μωϋσῆς ὁ μακάριος (ἤκωμεν γὰρ καὶ ἐπὶ τὰς κυριακὰς ἤδη Γραφὰς), οὐ σῶμα τοῦτο ὀνομάζεσθαι ἐπίσταται, ὃ λέγομεν, *Καὶ πλυνεῖ τὰ ἱμάτια,* λέγων, ἐν τοῖς καθαρισμοῖς, *ὁ ἐπιψαύσας τοῦ ἀκαθάρτου· καὶ λούσεται τῷ σώματι αὐτοῦ ὕδατι, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας;* Τί δὲ καὶ ὁ Ἰώβ; οὐ σῶμα ἐπίσταται καὶ αὐτὸς τοῦτο τὸ νεκρούμενον καλεῖν, *Φύρεται δέ μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων,* λέγων; Ἀλλὰ καὶ ὁ Σολομὼν, ὅτι *Εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σο-*

[1] Rom. VIII, 11. [2] I Cor. XV, 53. [3] Levit. XIV, 8. [4] Job VII, 5.

Digitized by Google Распознавание текста

φία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν καταχρέῳ σώματι ἁμαρτίας.

Καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ ἐπὶ τῶν μαρτύρων· *Οὐκ ἐκυρίευσεν αὐτῶν τὸ πῦρ τοῦ σώματος*, λέγεται, *καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν οὐκ ἐφλογίσθη*. Καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· Μὴ μεριμνᾶτε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε. Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;* καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ, *Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι*, λέγων, σῶμα γινώσκειν τοῦτο ὃ περικείμεθα συνίστησι· καὶ πάλιν· *Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν·* καὶ πάλιν· *Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος·* καὶ πάλιν· *Καὶ μὴ ἀσθενήσας Ἀβραὰμ τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρούμενον·* καὶ πάλιν· *Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξε·* καὶ πάλιν· *Αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενής·* καὶ πάλιν· *Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα·* καὶ πάλιν· *Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα·* καὶ πάλιν· *Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελῶς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη.* Οἱ δὲ ἀσφαλῶς οὐ νοήσαντες τούτων οὐδὲν ἐν σάλῳ καὶ ταραχῇ φέρεσθαι τὸν Ἀπόστολον ὑπέλαβον, ὡς στάσιν αὐτοῦ τὰς διανοήσεις τῶν λόγων καὶ ἕδραν οὐκ ἐχούσας, ἀλλὰ ἀναπλεούσας ἄνω καὶ κάτω, καὶ ὁμιλούσας παλίμφημα, ὁτὲ μὲν τὴν σάρκα ἀνίστασθαι, ὁτὲ δὲ οὐκ ἀνίστασθαι.

A Præterea Salomon, *In malevolam*, inquit [5], *animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore obnoxio peccato.*

Sed et apud Danielem ita de martyribus scriptum est : *Non dominatus est in illorum corpus ignis, et capillus capitis illorum non arsit* [6]. Item in Evangelio Dominus : *Propterea dico vobis : Nolite solliciti esse quid manducabitis, aut quid induemini. Nonne anima pluris est quam esca, et corpus quam vestimentum* [7]? Nec minus Apostolus his verbis : *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore* [8], corpus se de eo, quo circumdati sumus, accipere demonstrat; ac rursum : *Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra* [9]. Tum alio loco : *Si dixerit pes : Quoniam non* B *sum manus,* **581** *non sum ex corpore; non ideo non est ex corpore* [10]. Item : *Et non infirmatus Abraham fide, non animadvertit corpus suum mortuum* [11]. Deinde : *Nam nos omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque quæ per corpus, secundum quæ gessit* [12]. Item : *Epistolæ quidem graves et fortes, præsentia vero corporis imbecilla* [13]. Ad hæc : *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio* [14]. Item : *Sic debent viri diligere uxores suas, tanquam sua corpora* [15]. Præterea : *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos penitus; et integer vester spiritus, et anima et corpus sine querela in* C *adventu Domini nostri Jesu Christi servetur* [16]. At qui nihil horum accurate intelligunt, fluctuare Apostolum ac perturbate ferri judicarunt, tanquam illius sensus ac verborum sententiæ stabilitate firmitateque penitus carerent, eaque pronuntiaret quæ subinde retractarentur, velut interdum resurgere carnem, interdum non resurgere.

ΝΕ'. Ὅθεν ἵνα μὴ παραλειφθῇ τῶν προταθέντων μηδὲ ἓν, ὅπως τελέως ἐκτέμνωμεν ὕδραν, εἰς τὸ προκείμενον πάλιν ἐπανελεύσομαι. Ἐφεξῆς γὰρ, καθάπερ ὑπεσχόμην, καὶ τὰ ἄλλα προσαποροῦσι κεφάλαια. Αὖθις οὖν καὶ ἃ χρὴ πρὸς αὐτὰ λέγεσθαι ἀποδείξας, ἀκόλουθα παραστήσω αὐτῶν [1] καὶ σύμφωνα εἰς τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς πίστιν καὶ αὐτὰ εἰρηκότα. Ἴωμεν δὴ οὖν [2] ἀ τὸ πρῶτον εἰς τὸν Ἀπόστολον προήχθημεν εἰπεῖν. Τὸ γὰρ, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ*, λεχθὲν αὐτῷ ἄνω, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ, καθάπαξ [3] ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἐκτὸς σώματος, ἀλλὰ μετὰ σώματος ἡμῶν. ἐν τοῖς πρωτοπλάστοις διαγωγὴν παρεγγυᾷ. Ἐπειδὴ πρὸ τοῦ δοθῆναι τὴν ἐντολὴν, χοῦν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῆς γῆς λαβὼν, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον· ἐκτός τε ἐπιθυμίας διήγομεν, οὐ γινώσκοντες ὅλως ἐπιθυμίας ἀλόγου προσβολαῖς [4], βιαζομένης ἡμᾶς ἐλκτικαῖς ἡδονῶν περιαγωγαῖς πρὸς ἀκρασίαν. Τὸ γὰρ μὴ ἔχον

LV. Quamobrem ne vel minima pars eorum quæ proposita sunt, prætermittatur, atque ut hydram ipsam omnino succidamus, ad id quod erat propositum revertar. Deinceps enim, ut ostendimus, et in aliis quibusdam capitibus dubitationem movent. D Itaque simul atque demonstravero, quænam adversus illa proponi debeant, palam istud faciam : de resurrectionis carnis fide consentanea illum ac consequentia dixisse. Primum igitur ad illa veniamus, quæ de Apostolo injecimus. Nam quod ab eo antea dictum est, *Ego vero vivebam sine lege aliquando* [17], vitam illam ostendit, quam in primis nostris parentibus ante præceptum (ut initio docuimus) in paradiso duximus, non extra corpus, sed in corpore fuisse transactam. Ante enim quam edictum daretur, limo de terra sumpto hominem effinxit; ac tum ab omni cupiditate liberi vivebamus, cum ratione destitutæ cupiditatis, quæ nos

[1] F. αὐτόν. [2] Deest ἐφ' vel εἰς. [3] Cor. καθάπερ. [4] F. προσβολάς. [5] Sap. I, 4. [6] Dan. III, 94. [7] Matth. VI, 25. [8] Rom. VI, 12. [9] Rom. VIII, 11. [10] I Cor. XII, 15. [11] Rom. V, 19. [12] II Cor. V, 10. [13] II Cor. X, 10. [14] II Cor. XII, 2. [15] Ephes. V, 28. [16] I Thess. V, 23. [17] Rom. VII, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

blandis voluptatum illecebris ad libidinem impellit, ne notitiam quidem haberemus. Nam quod certa ac definita lege caret, ad quam accommodare vitam oporteat, neque libera arbitrii facultate præditum est, ut ad quod velit se vivendi genus applicet; ex quo proprie honorem vel vituperationem mereatur, extra omnem esse reprehensionem concedi necesse est: quandoquidem ea concupiscere non potest, quibus **582** ipsi non fuerit interdictum. Quod si concupiverit, tamen non id ei crimini vertetur. Concupiscere quippe non ad ea refertur, quæ adsunt, quæque potestati nostræ subjacent, sed ad ea duntaxat quæ ita adsunt, ut in facultate nostra minime sint posita. Quod enim alicui neque est vetitum, neque illo is indiget, quomodo appetere illud ac diligere potest? Quocirca scriptum est: *Concupiscentiam non noveram, nisi lex dixisset: Non concupisces* [1]. Cum enim mandatum illud accepissent: *Ex arbore autem scientiæ boni et mali non comedetis. Quacunque autem die comederitis ex illa, morte moriemini* [2]: tum demum cupiditatem animo concepit. Non enim quæ cupidus quisque in potestate habet et obtinet, iisque uti potest, ea concupiscit; sed a quibus prohibetur, quibusque privatur, ut ea non possideat. Præclare ergo dictum est: *Concupiscentiam non noram, nisi lex dixisset: Non concupisces.* Hoc est: *Non comedetis ex illo.* Hinc enim locum occasionemque, ut ad me illudendum atque avertendum accederet, peccatum accepit.

LVI. Etenim mandato semel edito, occasionem inde perficiendæ in me concupiscentiæ diabolus est nactus, cum me singulari quadam calliditate in eorum quæ vetita sunt, concupiscentiam hortatu suo compulisset. Nam absque lege peccatum mortuum est. Quæ lex nisi data foret, ac si nondum exsisteret, irritum esset otiosumque peccatum. Ego vero ante legem sine reprehensione vivebam, cum nulla mihi esset sanctio ac regula præscripta, ad quam comparari vitam oporteret, a qua si exciderem, peccatum committerem. Simul atque vero mandatum accessit, peccatum revixit: ego mortuus sum. Ita lex illa, quæ ad vitam data fuerat, inventa mihi est in mortem. Quoniam ubi Deus legem imposuit, ac quid agendum esset, definiit, concupiscentiam in me diabolus perfecit. Quippe cohortatio illa ac præceptum mihi a Deo constitutum ad vitam immortalitatemque pertinebat, ut si parerem illi, et ex ejus præscripto degerem, sine ulla offensione felicissimam et ad æternitatem florentem vitam ac gaudium in sempiternum consequerer. Sed illud præceptum violanti mihi in mortem ac damnationem conversum est. Quandoquidem diabolus, quem peccati modo nomine insignivit, eo quod peccati sit artifex ac repertor, per peccatum **583** occasionem nactus, illusit mihi, et illusum interfecit; cum videlicet ei me damnationi fecit obnoxium: *Quacunque die comederitis ex illo, morte moriemini.— Itaque lex est sancta, et mandatum Dei justum, et sanctum, et bonum* [3]. Non enim ut obesset, sed ut salutem conciliaret, est præscriptum. Siquidem nemo persuadere sibi debet, inutile a Deo quidquam, vel cum damno conjunctum fieri.

διορισμὸν, καθ' ὃν δεῖ πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἐξουσίαν αὐτοδέσποτον λογισμοῦ, ποίῳ χρῆσθαι αἱρεῖται πολιτεύματι, ἵνα ἰδίως ἢ τιμηθῇ, ἢ ψεχθῇ, ἀνυπεύθυνον παντὸς δεικτέον [4] ὑπάρχειν τοῦτο ἐγκλήματος· ὅτι μὴ δύναται τούτων ἐπιθυμῆσαι, ὧν μὴ κεκώλυται. Κἂν ἐπιθυμήσει δέ, οὐκ αἰτιαθήσεται. Τὸ γὰρ ἐπιθυμῆσαι οὐχὶ ἐπὶ τῶν παρόντων καὶ ὑποκειμένων ἐν ἐξουσίᾳ πίπτει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν παρόντων μὲν, μὴ ὄντων δὲ ἐν ἐξουσίᾳ. Πῶς γὰρ οὗ μὴ κεκώλυταί τις, μηδὲ ἐνδεής ἐστι, τούτου ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ; Διὰ τοῦτο, *Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Ἀκούσας γὰρ, *Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε·* τότε τὸ ἐπιθυμῆσαι συνέλαβον, καὶ ἐνεκίσησα [5]. Οὐ γὰρ ὧν ἔχει, καὶ ὧν ἐξουσιάζει, καὶ κέχρηται αὐτοῖς ὁ ἐπιθυμῶν, ἐπιθυμεῖ, ἀλλὰ ὧν κεκώλυται, καὶ ἀφῄρηται, καὶ οὐκ ἔχει. Διὸ δὴ καλῶς, *Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, ἐλέχθη, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Ὅ δή ἐστιν· *Οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ.* Ἐντεῦθεν γὰρ ἐκτήσατο τόπον καὶ ἀφορμὴν εἰσελθεῖν πρὸς τὸ διαπαῖξαί με καὶ παρατρέψασθαι ἡ ἁμαρτία.

ΝϚ'. Δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς, ἔσχε λαβὴν ὁ διὰ τῆς ἐντολῆς ὁ διάβολος κατεργάσασθαι ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν, παρορμήσας με, καὶ προσκαλεσάμενος ἐντέχνως εἰς δρεξιν καταπεσεῖν τῶν κεκωλυμένων. Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἁμαρτία νεκρά. Οἷον οὐ δοθείσης γὰρ οὐδὲ οὔσης οὐδέπω τῆς ἐντολῆς, ἄπρακτος ἦν ἡ ἁμαρτία. Ἐγὼ δὲ ἔζων ἀμέμπτως πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἔχων διορισμὸν καὶ διαταγὴν, καθ' ἣν ἔδει πολιτεύσασθαι, ἧς καὶ ὀλισθήσας ἁμαρτήσομαι. Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. Καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ εἰς ζωὴν αὕτη εἰς θάνατον· ὅτι μετὰ τὸ νομοθετῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ διαστείλασθαι ὃ ποιητέον, καὶ μὴ ποιητέον, κατεργάσατο ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ διάβολος. Ἡ γὰρ παραίνεσις τοῦ Θεοῦ καὶ παραγγελία ἡ δοθεῖσά μοι αὕτη εἰς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ἵνα πειθόμενος αὐτῇ, καὶ κατ' αὐτὴν βιοὺς, ἀπήμονα καὶ μακαριστότατον δι' αἰῶνος, καὶ ἀεὶ θάλλοντα πρὸς ἀθανασίαν βίον ἔχω, καὶ χαράν. Ἀθετήσαντι δὲ καὶ αὐτὴν, εἰς θάνατον ἀπέβη καὶ καταδίκην. Ἐπειδὴ ὁ διάβολος, ὃν ἁμαρτίαν νῦν οὗτος ἐκάλεσε, διὰ τὸ δημιουργὸν αὐτὸν ἁμαρτίας ὑπάρχειν καὶ εὑρετὴν, διὰ τῆς ἐντολῆς ἀφορμὴν λαβὼν, πρὸς παρακοὴν ἐξηπάτησέ με, καὶ ἁπτήσας ἀπέκτεινεν, ὑπεύθυνον τῷ, *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*, κατακρίματι γενέσθαι κατεργασάμενος. *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ δικαία, καὶ ἁγία, καὶ ἀγαθή.* Ὅτι μὴ ἐν [6] τῷ βλάψαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῷ σῶσαι ἐδόθη. Μὴ γὰρ οἰώμεθα δλως ἀνωφελές τι ποιεῖν ἢ βλαβερὸν τὸν Θεόν.

[1] Rom. VII, 7. [2] Gen. II, 17. [3] Rom. VII, 12. [4] F. δεκτέον. [5] gr. ἐνεκίσησαν. [6] F. ἐπί.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Τί οὖν τὸ ἀγαθὸν ἐμοὶ ἐγένετο θάνατος, ὃ τοῦ μεγίστου ὁμοίως αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθοῦ νομοθέτημα ἐδόθη; Μὴ γένοιτο! Ὅτι μὴ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ καταδουλωθῆναί με ἐγένετο τῇ φθορᾷ, καὶ ἐναπομάξασθαι κῆρας ὀλέθρου αἰτίας· ἀλλὰ ὁ διάβολος ἵνα φανερωθῇ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν ἐμοὶ κατασκευάσας, ἵνα γένηται, καὶ ἐλεγχθῇ καθ' ὑπερβολὴν ὁ εὑρετὴς καὶ τέκτων τῆς ἁμαρτίας ἁμαρτωλός, καὶ διορισθῇ ἀπὸ τοῦ κακοῦ τάναντία τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιτροπεύσας. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος ἐστὶ πνευματικός· διὸ καὶ κατ' οὐδὲν αἴτιον βλάβης οὐδενί. Πόῤῥω γὰρ ἐπιθυμίας ἀλόγου καὶ ἁμαρτίας ἐσκήνωται τὰ πνευματικά. *Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.* Οἷον, *Ἐγὼ δὲ σάρκινος ὤν*, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ κατασταθείς, ὡς αὐτεξούσιος, ἵν' ἐπ' ἐμοὶ ἐλέσθαι ὃ βούλομαι ἤ (*Τέθεικα γὰρ*, φησὶ, *πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον*)· νεύσας πρὸς τὸ παρακοῦσαι μὲν τοῦ πνευματικοῦ νόμου, οἷον τῆς ἐντολῆς, ὑπακοῦσαι δὲ τοῦ ὑλικοῦ, οἷον τοῦ ὄφεως τὴν συμβουλίαν, πέπραμαι διὰ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, πεσὼν ὑπὸ ἁμαρτίαν, τῷ διαβόλῳ. Ὅθεν ἐντεῦθεν πολιορκῆσάν με τὸ κακὸν ἐνιζάνει, καὶ ἐμπολιτεύεται εἰσοικεῖσθαι ἐν τῇ σαρκί μου, καθάπερ κηφὴν ἐν κηρίῳ μελίσσης περιπτάμενος πολλάκις περὶ αὐτὸν, καὶ βομβῶν· δίκης ἐπιτεθείσης μοι τὴν ἐντολὴν ἀθετήσαντι πραθῆναι τῷ κακῷ. Διὸ καὶ οὐ γινώσκω ὃ κατεργάζομαι, λογιζόμενος ὃ μὴ θέλω. Τὸ γὰρ, *Ὃ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω, καὶ ποιῶ ὃ μισῶ*, λεγόμενον, οὐκ ἐπὶ τοῦ τελεσιουργῆσαι τὸ φαῦλον, καὶ δρᾶσαι παραληπτέον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μόνον ἐνθυμηθῆναι, λογισμῶν ἀνοικείων ἡμῖν προσιπταμένων πλεονάκις, καὶ ἐμφανταζόντων ἡμᾶς πρὸς ἃ μὴ θέλομεν, τῆς ψυχῆς τοῖς λογισμοῖς περὶ πολλὰ περιαγομένης.

A Cur igitur quod bonum est, morti mihi atque exitio fuit, lexque illa constituta mihi est, quæ perinde ingens mihi commodum posset afferre? Absit! Nam divinum illud mandatum non eo datum est, ut in corruptionem velut servitutem incurrerem, eæque mihi labes inurerentur, quæ in extremam perniciem conjicerent, sed ut diabolum, per id quod bonum est, malum mihi perspicue molitum esse constaret, atque ut inventor ille peccati et architectus excellenti quadam ratione peccator esset, atque esse deprehenderetur, et a bono sejungeretur is qui divinæ legi contraria procurasset. Spiritalem enim legem esse novimus, ideoque nemini esse fraudi ulla in re posse, cum ab experte rationis cupiditate longe spiritalia dissita sint. *Ego vero carnalis sum, venundatus sub peccatum* [1]. Quasi diceret: *Ego vero carnalis sum*, atque in mali bonique medio positus, utpote liber, ut quod velim integrum mihi sit eligere (*Posui enim*, inquit, *ante faciem tuam vitam et mortem* [2]); cum in id inclinassem, ut et spiritali legi, hoc est mandato, minime parerem, et terrenæ ac cum materiæ fæce concretæ, hoc est serpentis monitis, obtemperarem; propter hunc delectum in peccatum prolapsus diabolo sum venditus. Illinc malum velut obsidens mihi adhæresci, atque in carne mea, tanquam in domo quadam, habitat, quemadmodum fucus circum favos apum volitans ac bombis obstrepens. Mihi itaque violati mandati pœna hæc imposita est, uti malo quodammodo venderer. Propterea, quod facio non intelligo, dum quod nolo, cogito. Hæc enim verba, *Quod facio non cognosco, et quod odi facio* [3], non sic accipienda sunt, quasi malum perficere penitus ac committere dicatur; sed ad solam cogitationem referri par est, cum plerumque alienæ nobis et absurdæ cogitationes advolent, et ad ea quæ nolumus illudendo nos provocent: quod anima cogitationibus suis per infinita rerum genera distrahatur.

B

C

NZ'. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὅλως (45) τὸ ἐνθυμεῖσθαι, ἢ μὴ ἐνθυμεῖσθαι κεῖται τὰ ἄτοπα, ἀλλὰ τὸ χρῆσθαι, ἢ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι. Κωλῦσαι μὲν γὰρ μὴ ἐμπίπτειν εἰς ἡμᾶς τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα, πρὸς δοκιμὴν ἡμῶν ἔξωθεν εἰσπνεομένους· μὴ πεισθῆναι μέντοι, ἢ μὴ χρῆσθαι αὐτοῖς δυνάμεθα. Ἐπεὶ πῶς ὁ Ἀπόστολος τὸ μὲν κακὸν οὐχ ἥκιστα, ᾧ ἀπηρέσκετο, ἐποίει, τὸ δὲ καλὸν ᾧ ἠρέσκετο, ἧκιστα, εἰ μὴ περὶ τῶν ὀθνείων ἐνθυμημάτων ἔλεγεν, ἃ ἐνθυμούμεθα ἔσθ' ὅτε καὶ μὴ βουλόμενοι, ἐξ οἵας οὐ γινώσκοντες αἰτίας; Ἃ ἀνατρέπεσθαι χρὴ καὶ ἐπιστομίζεσθαι, ἵνα μὴ εὐρυνόμεθα [4] τῶν περάτων κρατήσωσι τῆς ψυχῆς. Ἀμήχανον γὰρ τούτων ἐνευκαιρούντων ἐν ἡμῖν ἐπανατεῖλαι τὸ ἀγαθόν. Ὀρθῶς ἄρα. *Ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω*, ἔλεγεν. *Οὐ γὰρ ὃ θέλω πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.*

584 LVII. Neque enim in nobis ullo modo situm est, abhorrentia cogitare, vel non cogitare; sed uti, vel non uti cogitatis. Nam ne nobis istiusmodi cogitationes obrepant, quæ probandi nostri causa extrinsecus immittuntur, prohibere non possumus; non assentiri, et oblatis non uti, possumus. Alioqui quomodo tandem Apostolus malum, quod sibi displicebat, maxime committeret: bonum vero quod placebat, nequaquam faceret, nisi de peregrinis cogitationibus loqueretur, quas animo quandoque vel inviti incertaque nobis ex causa tractare solemus? Quas quidem evertere atque inhibere convenit, ne diffusæ, ac collatatæ extremos quosque velut animæ fines in potestatem redigant: neque enim fieri potest, ut si illæ commode succreverint, bonum in nobis efflorescat. Recte itaque dicebat Apostolus:

D

[1] Cor. εὐρυνόμενα. [2] Rom. VII, 14. [3] Deut. XXX, 15. [4] Rom. VII, 15.

(45) *Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὅλως.* Præclara et catholica apostolici illius dicti sententia, quam Methodius exponit; ac adversus hodiernæ hæresis inscitiam atque improbitatem observanda diligenter: qui concupiscentiam, et quæ ex illius contagione invitis nobis obrepunt, vere esse peccata definiunt: quo nomine non jam καθαρούς, sed ἀκαθάρτους et impurissimos se esse merito profitentur.

Digitized by Google Распознавание текста

Quod enim perficio, non cognosco. Non enim quod volo facio, sed quod odi hoc facio. Volumus quippe ea quæ minime conveniunt, quæque illicita sunt, ne cogitare quidem. Illud enim perfectum demum bonum est, quod non modo a perpetrando, sed et cogitando malo temperat. Et *quod bonum volumus*, nequaquam efficitur, *sed quod nolumus malum.* Siquidem animo nostro frequentes incidunt, ac vel invitos infinitis de rebus infinitæ cogitationes invadunt, quæ nos curiositate atque a ratione abhorrentium negotiorum multitudine implicant. Quocirca ejusmodi ne cogitare quidem velle, potestatis est nostræ; id autem assequi, ut penitus exstinguantur, neque nobis amplius occurrant, non est facultatis (uti diximus) nostræ, sed certo modo duntaxat uti, vel non uti, ut hæc sit loci illius sententia : *Non enim quod volo facio bonum.* Volo enim minime cogitare, quæ mihi noceant, quoniam bonum istud est, ac reprehensione caret, ut illud dictum testatur: Sine vituperatione factum manibusque ac mente quadratum. Ergo illud quod *volo bonum non facio, sed quod nolo facio malum.* Cogitare enim nolo, et quæ nolo tamen cogito. Atque illud videte, quæso, annon eamdem ob causam David Deo supplicaret, indigne ferens, quod ea quæ minus vellet animo pertractaret : *Ab occultis*, inquit, *meis munda me, et ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto magno* [1]. Sed et Apostolus alio in loco : *Cogitationes destruentes et omnem altitudinem, quæ extollitur adversus cognitionem Dei,* **585** *et captivantes omnem intellectum in obsequium Christi* [2].

LVIII. Jam vero si quis refragari his dictis ausus objiciat, doceri hoc ab Apostolo, non ad cogitationem modo mali, quod aversamur quodque fugimus, sed et ad opus ipsum et actionem illa referri, cum sic loquitur : *Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc facio;* hunc igitur, qui sic ratiocinetur, si modo vera dicit, explicare jubeamus, quodnam esset malum illud, quod cum odisset Apostolus, neque facere vellet, nihilominus faceret; aut illud econtrario bonum, quod cum maxime vellet præstare, nequaquam poterat. Imo vero quoties patrare bonum vellet, non quod volebat bonum, sed quod nolebat malum reipsa perficiebat. Utrumnam deorum exempli gratia venerari simulacra nolens, sed vero Deo cultum adhibere, hoc quod cupiebat assequi non poterat; quod nolebat autem, ut simulacra coleret, hoc vero poterat? An cum temperanter vellet vivere, nequaquam id faciebat, libidines vero ac flagitia, quibus offendebatur, vita ac factis exprimebat? Atque ut summatim colligam, crapulam ac luxum, iram, injustitiam, cæteraque improbitatis officia, cum nollet, usurpabat; quæ vellet autem, justitiam ac sanctimoniam consectari non poterat? Atqui idem ille mediis in Ecclesiis summa omnes animi contentione ad evi-

A Θέλομεν γὰρ τὰ μὴ προσήκοντα, καὶ ἃ μὴ [a] θέμις μὴ ἐνθυμεῖσθαι. Ἐπειδὴ τοῦτο ἀγαθὸν τέλειον, μὴ μόνον τοῦ ποιῆσαι αὐτὸ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνθυμηθῆναι. Καὶ *ὃ θέλομεν, τοῦτο ἀγαθὸν οὐ γίνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν πονηρόν.* Ἐπιφοιτῶσι γὰρ περὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν καὶ ἐπιβαίνουσι, καὶ μὴ βουλομένων ἡμῶν, πολλάκις μυρία τε περὶ μυρίων, περιεργίας ἡμᾶς καὶ (περὶ) φιλοπραγμοσύνης ἀλόγου ἐμπιπλάντα. Διὸ τὸ μὲν θέλειν αὐτὰ μηδὲ ἐνθυμεῖσθαι παράκειται, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι εἰς τὸ ἀφανίσαι, ἵνα μὴ καὶ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν ἀνέλθωσιν, ὅτι μὴ κεῖται τοῦτο ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι μόνον αὐτοῖς πως, ἢ μὴ χρήσασθαι. Ὡς εἶναι τὸν νοῦν τοιοῦτον τοῦ ῥητοῦ· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν.* Θέλω γὰρ μὴ ἐνθυμεῖσθαι ἃ B βλάπτει με· ἐπειδὴ τοῦτο ἀγαθὸν καὶ ἄμωμον, κατὰ τὸ λεγόμενον· Ἄνευ ψόγου τετυγμένον χερσί τε καὶ νόῳ τετράγωνον. Καὶ τοῦτο μὲν *ὃ θέλω ἀγαθὸν οὐ ποιῶ· ὃ δὲ μὴ θέλω πράσσω κακόν.* Οὐ θέλω ἐννοεῖσθαι, καὶ ἐννοοῦμαι, ὅσα μὴ θέλω. Καὶ ἐπισκέψασθαι [b], εἰ μὴ διὰ ταῦτα αὐτὰ καὶ ὁ Δαβὶδ ἐνετύγχανε τῷ Θεῷ, δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ λογίζεσθαι καὶ αὐτὸν ἃ μὴ ἤθελεν· *Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀπόστολος ἐν ἑτέρῳ· *Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς* C *γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.*

ΝΗ'. Εἰ δέ τις ὁμόσε τῷ λόγῳ ἴέναι τολμῶν ἀποκρίνοιτο, ὡς ἄρα διδάσκει ὁ Ἀπόστολος, ὡς οὐ μόνον ἐν τῷ λογίζεσθαι τὸ κακόν, ὃ μισοῦμεν, καὶ ὃ οὐ θέλομεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν αὐτὸ καὶ κατεργάζεσθαι, διὰ τοῦ, *Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ*, λελέχθαι, *ἀγαθόν, ἀλλὰ ὃ οὐ θέλω κακὸν τοῦτο πράσσω·* ἀξιώσωμέν που, εἰ ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, διασαφῆσαι τί ἦν τὸ κακὸν ὃ ἐμίσει ὁ Ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἠβούλετο μὲν ποιεῖν, ἐποίει δὲ, καὶ ἀγαθὸν ὃ ἐβούλετο μὲν ποιεῖν, οὐκ ἐποίει δέ· ἀλλὰ ἀντιστρόφως ὁσάκις μὲν ἤθελε ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, τοσαυτάκις οὐ τὸ ἀγαθὸν ὃ ἤθελεν, ἀλλὰ τὸ πονηρὸν ὃ μὴ ἤθελεν D ἐποίει. Ἆρα γὰρ οὐ θέλων εἰδωλολατρεῖν, ἀλλὰ θεολατρεῖν, ὃ μὲν ἤθελε θεολατρεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ὃ δὲ μὴ ἤθελεν εἰδωλολατρεῖν, ἠδύνατο; Ἡ σωφρονεῖν μὲν ὃ ἤθελεν οὐκ ἐποίει, ἀκολασταίνειν δὲ ὃ ἤχθετο ἐποίει; Καὶ συλλήβδην κραιπαλᾷν, ἀλλὰ σωστεύεσθαι καὶ θυμοῦσθαι, ἀδικεῖν, καὶ τὰ ἄλλα τῆς πονηρίας ἔργα, ἃ μὴ ἤθελεν ἐποίει μὲν, ἃ δὲ ἤθελε, δικαιοσύνην καὶ ὁσιότητα, οὐκ ἐποίει; Καὶ μὴν αὐτὸς, ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προτροπάδην ἐξεγείρων πάντας εἰς τὸ μὴ ἀνομεῖν, οὐ μόνον τοὺς ποιοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας τὰ ἄτοπα ὀλέθρῳ τηρεῖσθαι καὶ ὀργῇ παρεγγυᾷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνευδοκοῦντας αὐτοῖς εἰς αὐτὰς ἀμιγὲς ἁμαρτίας ἐν ἡμῖν τὸ δίκαιον

[1] Psal. xviii, 13, 14. [2] II Cor. x, 5. [a] Cor. μηδ'. [b] F. ἐπισκέψασθε.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀσκεῖσθαι διαμιλλώμενος. Πᾶν γὰρ ἁμάρτημα καὶ ἐπιτήδευμα τὸ συμπέρασμα κτᾶται διὰ τῆς σαρκός. Πολλάκις γοῦν ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς ἀναφανδὸν αὐτὰ δὴ ταῦτα διδάσκων ἡμᾶς ὑπεκτρέπεσθαι καὶ μισεῖν, φησί· *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι.*

tanda scelera cohortans, non eos solum qui facinora perpetrarent, iisque studerent, ad exitium et iram Dei reservandos admonuit, sed et illos insuper, qui cum iis in ejusmodi sceleribus consentirent [3]. Adeo pura ac sincera ab omni labe justitiæ a nobis officia præstari magnopere contendebat. Quippe peccatum omne ac conatus adminiculo carnis ad effectum perducitur. Quamobrem sæpenumero in Epistolis eadem illa manifeste nobis inculcans, fugere aversarique jubet. *Nolite errare,* inquit, *neque fornicatores, neque idololatræ, nec adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, nec avari, nec ebrii, neque conviciatores, neque raptores regnum Dei possidebunt* [4].

Καὶ τὸ κορυφαιότατον, εἰς τὸ παντάπασιν ἡμᾶς ἐκ παντὸς ἀποδράναι καὶ ἀποτινάξασθαι τὸ ἁμαρτάνειν προτρέπων, *Μιμηταί μου,* ἀποφαίνεται, *γίνεσθε, καθάπερ κἀγὼ Χριστοῦ.* Οὐ τὸ [1] ποιεῖν ἃ μὴ ἤθελε καὶ πράττειν ὑπέθετο τὰ προειρημένα, ἀλλὰ τῷ μόνον λογίζεσθαι. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἦ μιμητὴς ἀκριβὴς τοῦ Χριστοῦ; Νυνὶ δὲ, ἐπειδήπερ ἐμπίπτουσι θηριώδεις πολλάκις λογισμοὶ, ἐπιθυμίας ἡμᾶς ἄλλοτε ἄλλως ἐμπιπλῶντες καὶ περιεργασίας,

Deinde, quod caput est, ut nos ad peccatum omni ope vitandum et excutiendum impelleret : *Imitatores mei,* inquit, *estote, sicut et ego Christi* [5]. Ita non agendo committendoque, quæ nollet, sed cogitando solum superiora illa proposuit. Alioqui qui posset imitator Christi esse **586** perfectus ? Nunc autem, cum sæpe bestiarum propriæ nobis cogitationes incidant, quæ nos alia alias cupiditate ac curiositate compleant,

Ὥστε μυιάων ἀδινάων ἕσσεα πολλά·

Muscarum veluti densarum examina multa :

ἔφη τὸ, Ὃ γὰρ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, ἄχρι [2] τῆς ψυχῆς εὐθαρσῶς ἀποσοβεῖν, μηδένα ὅλως εἰς τὸ ποιῆσαι τὰ ὑπ' αὐτῶν ὑπηχούμενα νεύοντας. Ἵνα γὰρ ἐγκριθῶμεν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐν πάσαις ἡδοναῖς καὶ λύπαις δοκιμασθέντες, εἰ μὴ μεταβαλλοίμεθα, ἀλλὰ πανταχοῦ, καθάπερ ἀκήρατος χρυσὸς, διὰ πυρὸς βασανιζόμενοι οὐκ ἐξιστάμεθα τῆς οἰκείας ἀρετῆς, συμβαίνει τοῦτο, διοχλεῖσθαι τὸν νοῦν ὑπὸ πολλῶν. Ὅθεν δὴ γενναίως, ὥσπερ στρατιώτας ἀρίστους, ἀντιπαρατάσσεσθαι δεῖ, οἱ, ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αἴσθωνται πολιορκούμενοι, τοξείας οὐδὲν φροντίσαντες καὶ τῶν ἄλλων αὐτῶν ἀκοντισμάτων, ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὴν πόλιν προθύμως ἐπ' αὐτοὺς ἴενται, μηδὲν ἐλλείποντες σπουδῆς, ἔστ' ἂν τὸ στῖφος αὐτῶν εἰς φυγὴν ἀνατρέψαντες ἀπώσωνται τῶν ὅρων ἔξω. Ὁρᾷς γὰρ, ὡς οἱ λογισμοὶ διὰ τὴν οἰκοῦσαν ἁμαρτίαν ἐν ἡμῖν ἔξωθεν ἐπισυνίστανται, καθαπερεὶ κύνες λυσσῶντες, ἢ ἄγριοι καὶ θρασεῖς λῃσταὶ καθ' ἡμῶν ἀεὶ παρορμώμενοι ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ ἄρχοντος τῆς ἀδικίας, δοκιμάζοντες ἡμᾶς, εἰ ἀνθίστασθαι αὐτοῖς ἀρκοῦμεν καὶ ἀντιπαρατάσσεσθαι.

idcirco, Non quod volo, dixit, hoc facio. Quæ quidem constanter ex animo ejicienda sunt, ut ad nullum omnino, faciendi quæ suaserit gratia, declinemus. Ut enim ad cœleste regnum ascribamur, postquam per omnes voluptates ac dolores periculum nostri fecerimus, utrumnam constantes atque immutabiles simus, et ubique incorrupti instar auri igne atque incendio probati, nihil a propria virtute desciverimus, tum vero plerisque rebus animus noster perturbatur atque angitur. Quamobrem fortiter nos eorum conatibus opponere debemus. Quemadmodum gerere se milites solent; qui cum se ab hostibus obsideri vident, horum sagittis ac jaculis contemptis, tutandæ urbis gratia magno animo impressionem in eos faciunt : neque quidquam studii prætermittunt, donec confertum illorum globum propulsent atque extra fines suos ejiciant. Vides enim uti cogitationes propter peccatum illud, quod in nobis habitat, extrinsecus insurgant, velut rabidi quidam canes, vel audaces ac truculenti prædones, quos immanis ille tyrannus et injustitiæ princeps assidue in nos immittit. Atque ab iis quidem probamur, utrum resistere ipsis atque ex adverso velut in acie consistere possimus.

ΝΘ'. Ἄγε οὖν μή ποτε ὑπενδοῦσα ἁρπασθῇς, ὦ ψυχὴ, πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐχ ἕξομεν ὑπὲρ σοῦ δοῦναι λύτρα. *Τί γὰρ ἀντικατάλλαγμα δώσει,* φησὶν, *ἄνθρωπος τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;* Καλὸν μὲν οὖν εἰ μὴ εἴχομεν, ἦν ἄρα, καὶ χαρμόσυνον, τοὺς ἀντιπράσσοντας ἡμῖν καὶ μαχομένους. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ ὃ θέλομεν οὐ δυνάμεθα. Θέλομεν γὰρ μὴ ἔχειν τοὺς ἐξέλκοντας ἡμᾶς εἰς πάθη· ἦν γὰρ ἀνιδρωτὶ σωθῆναι, καὶ ὃ θέλομεν τοῦτο οὐ γίγνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοκιμάζεσθαι, ὡς ἔφην. Μὴ

LIX. Age itaque, videsis, anima, ne infracta quandoque in illud transversa rapiaris; nec ullo te redemptionis pretio liberare possumus : *Quam enim commutationem dabit homo pro anima sua* [6] ? Et quidem optandum illud erat ac lætitiæ plenissimum, nullos ut adversarios atque hostes haberemus. Sed quoniam fieri istud non potest, et quod volumus nequaquam assequimur. Volumus enim habere nullum, qui nos ad animi perturbationes attrahat; nam hoc modo citra sudorem ac laborem salutem obtinere

[1] Cor. τῷ. [2] F. ἀχρὴ, et εἰς μηδένα. [3] Rom. I, 32. [4] I Cor. VI, 9, 10. [5] I Cor. XI, 1. [6] Matth. XVI, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

